Thore Virgin
1. juni 1927.

Calepinus, Ambrosius. Dictionarium
Toscolano: Alex. Paganini. 1522. Lib. 2°

F. H. Purchase sale. Sotheby. – 1927. Lot 655 (2).

Bunden i Italien

Bretagne?
Rohan?

Purchase No. 655.

Ambrosij Calepini Bergomatis Eremitani: dictionarium ex archetypo: ipsius authoris manu paulo ante quam e uita decederet: longe castigatius: ac locupletius scripto quam hactenus in publicum uenerit. Ex Cornucopie: & ceteris lingue latine authoribus quam diligentissime excerptum incipit.

A NOMEN EST LITERE prime hebreis ē, grecisq́;, similiter, ē latinis, que aspirationem accipiens interiectio fit, que pars humanorum affectuum expressiua est, qui ferè ptentiore voce, qđ suum aspirationis ē, efferūtur. Aspiratur. itaq; ah interiectio in fine, preter vocalium mores, quoniam grece ita scribitur cum φιλη κ̀, πόριπομένη. estq́; particula indignantis hominis, vt Home. lib. Illiad. ω cō pagina. viij. α καὶ σοίδης ἐν ἀρχῇ φωνὴ ἐστὶ τυπτομένου, κ̀, κατὰ ἀναδίπλωσιν αα κ̀, ἐνίοτε στερητικὸν μόριον ὡς ἄκλιτος κ̀, ἀκοίμητος ἐνίοτε ἀυξητικὸν, ὡς ἄκοιτις. Itaq;, vel negatiua, vel alia greca est, ne forte latinas putares. aspirandi vero causa fuit, propter afflatum pronunciandi, et differentiam prepositionis. Et modo admirantis est, vt apud Plautum Ah quid ais, Modo dolentis seu commiserantis. Virgilius. spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit. Et Alibi, Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. Modo ridentis, Et duplicatur, triplicaturq́; interdum. Terentius in Eu. Ah, ah, ah, perij, defessa iam misera sum, te ridendo. Aliquando dehortantis est ne quid fiat, ut est apud Hierem. et Ezech. prophetas. Est et à prepositio sed sine aspiratione abltō p apsitionē deseruiens. Et rō est, qm̄ descēdit ab greca ἀπὸ remota ultima syllaba πὸ remāet ī latino psile eadē, si. n. aspiraret, eēt, ꝯ grecā doctrinā. Et nō solū à p positio uenit à greco, sed ēt ab, qm̄ ἀπὸ excludit o, psertim ī collisionibus uocaliū. Et remanet ἀπ. i. ap, sed π tenuis uertit latine ī β suā mediā, Et dr̄ ab. ὁμοίως καὶ ἐκ φωνήεντος ὄντος ἐν ἀρχῇ τῆς λέξεως, κ̀, ἐκ συμφώνου παρόντος, κ̀, τὸ ἔθος κ̀, εἰκὼν τοῖς λατίνοις ex κ̀, ē Et motum de loco sepe sigt, ut A' summo ad imum descendisti. Quandoq; sigt post. Ply. Et uirus equi à coitu statim collectus, hoc est statim post coitum. Sic dicimus à partu, à tergo, à funere, à commeatu, quod est post partum, post tergū, post funus, post commeatū. Suet. in Cesare. Plebs statim à funere ad domū Bruti, et Casij cum facibus tetendit, hoc est, post celebratas exequias. Idem in Tyb. A' commeatu castra repetētes Sic à somno. i. post somnū. Dicimus quoq;, hic est secundus à rege. i. post regem, ut est in libris Hester. Qn̄q; sigt de. Terē. Auilla mercenariū uidi. Qn̄q; sigt q̄, ut est apud apostolus. Existimo me nihil minus fecisse à magnis apostolis. Sic ab, ut paulopost, Nihil minus feci ab his q sunt supra modum apostoli. Qn̄q; ꝑpter, ut Ve mūdo à scādelis. i. ꝑpter scādala, uel ꝓ scandalis. Qn̄q; habet uim defensionis. Et significat pro. Cicer. in Bruto. Nec uero. M. Celium pretereundum arbitror, quecunq; eius ī exitu, uel forma, uel mens fuit, qui, q̄diu authoritati mee paruit, talis tribunus ple. fuit, ut nemo ꝯtra ciuium pditorum popularē, turbulentamq́; demētiam à senatu, et à bonorum causa steterit constantius, ubi quod à senatu ait, ē à causa bonorum, pinde ē ac si dixisset, ꝓ ptibus senatus, et bonorum. Sic dicimus à questionibus, à testibus, à voluntate, que locutio creberrima est apud idoneos aut hores. Inuenitur etiam alijs modis positus, vt cum dicimus aliquem esse à studijs, intelligatur, qui preest studijs alicuius puta principis, vtpote vir eruditissimus, cuius opera in studijs literarum vtatur. Consimiliter ab epistolis, à rationibus, à libellis, qui epistolis, rationibus, libellis supplicibus preest. Sueto. in Clau. Super hos Polybium à studijs, Narcissum ab epistolis, Et pallantem à rationibus, quos decreto quoque Senatus, non premijs modo ingentibus, sed et questorijs, pretorijsq́; ornamentis ornari libenter passus est. A' secreto, siue à secretis, qui est secretarius. A' commentarijs, qui preest commentarijs. Hiero. in lib. ij. Reg. Iosaphat erat à commentarijs, hoc est preerat commentarijs hunc Asconius appellat commentariensem. à batis qui preest mensuris, vel qui annonam mēsuris diuidit. Batus enim vasis genus est et grecum est, βάτος ὅς καὶ ἑλληνιστὶ κάδος, κ̀, καδίσκος λέγεται καὶ βάτιος. eo ꝙ sit portatile, modo huc, mō illuc eat et ab βαίνω ὅθεν καὶ ἄβατος. Non enim ab βαδίζω orthographie litere declarant, si ad formationem verba greca canonizentur. Preterea Theodo. Gaza, in pedia Cyri à caliculis, qui preest caliculis, que sunt vasa. A' punctis, qui preest redditui aquariorum, vt est apud Frontinum libro. ij. de aque ductibus. A' memoria cuius officium est suggerere Principi res obeundas. Et que sint agenda in memoriam illius reuocare ex prescripto. A' voluptatibus, qui studium habet inueniendi voluptates. Nam olim Xerses edixit se premium ei daturum, qui nouum voluptatis genus repperisset. Sueto. in Tybe. Deniq; officium instituit à voluptatibus preposito equite Ro. T. Cesonio Prisco. A' manibus siue à manu dn̄r scribe, quorum manu ad lr̄as scribēdas principes vti solent. Sueto. i. Cesa. Nunq̄ necare sustinuit Philomenē à manu seruum, q neces suā p venenū inimicis ꝓmiserat. Hi alio noīe ad manū dn̄r Cice. li. iij. de Ora. Licinium seruū sibi Grachus habuit ad manū. Similiter amanuenses eos. Sue. alibi vocat. A' pedibus quoq; vocantur, quorum pedibus ad eundum vtimur. Cice. ad Atticum. Pollucem seruum à pedibus Romam missum. Mar. Cur non mensa tibi ponitur à pedibus. Idem ad pedes eos appellat, cum inquit, Illic retroflexus ad pedum turbam. Alibi. Lagenam ad pedes replet. Et sciendum à pedibus per omnes casus eadem terminatione dici. Recte enim interrogaueris, quid agunt à pedibus? intelligitur enim ibi serui à pedibus. Misi à pedibus, Dedi à pedibus meis. Hi etiam circum pedes vocantur. Vnde ait. Agretius. Circumpedes sunt obsequia seruorum, Antepedes amicorum. Cic. Circumpedes autem homines formosos, & literatos suos esse dicebat. A' pugione dicitur, qui principis pugionem gestat, eiq́; semper presto est. Lampridius Cō. Inter quos libertinus, qui à pugione appellatus est. Multa sunt alia huiusmodi nomina, que vt Taci. scribit, sunt summe cure, et meditamenta. A' composita plerunq; separationem significat, vt Amoueo, auello. Quandoque priuationem. vt Amens, sine mente. Sciendum est, ꝙ licet a, ab, et abs eandem habeant significationem, significant enim id, qđ apud grecos ἀπὸ in appositione tamen dicimus à domo non ab domo ꝙ à consonantibus, aut vocalibus vim consonantium habentibus, vt à Cicerone, à Ioue, à venere. Ab vero duabus liquidis et i consonanti, vt Ab lege, ab re, ab Ioue, licet quandoq; etiam apud Liui. ēt consonantibus iungat. Connectimus quoq; a in compositionibus cum m, et u consonante, vt Amolior, auoco. Ab cum a. d. e. f. i. l. n. o. r. et. u. vt Abactor, abduco, aberro, abfore, abiuro, ablacto, abnuo, aborior, abrogo, abundo. Notant aufero et aufugio, in quibus b euphonie causa mutatur in u. Et in ꝯpositione quidē, ab nunq̄ sigt priuationem, vt Absimilis, non similis. Nonnunq̄ separationem, vt in ablacto, aufugio. Ponitur interdum pro extra, vt Abduco. Et pro contra. vt Abusus contra usum. Aliquando superflua est, vt apud Liui. Flauius, supplementū ab Roma abduxerat,

In appositione vero modo motum de loco denotat,ut ab Æthere Christus Promicat.Mō sumit ꝓ post.Iuuen. Exul ab octaua Marius bibit. Abs, tam in appositione, quàm in compositione iungitur,Vt Abs te,abstineo separata ēt q.ut absq;,abs quolibet,abs quiuis.Teren.Abs quiuis homine,cum est opus,beneficium accipere gaudeas.Componitur autem cum c.ut abscondo, significatq; retractiones in partem posteriorem , sicut in abstraho.Et aliquando priuationem,ut,in Abstemius quasi sine temeto. Ab posita pro exponi consueuit.Teren.in Ecy.Ab sese suam uoluptatem ut expleat.Ex abs,fit compositum absq;.

Aalma uirgo abscondita , uel absconsio uirginitatis interpretatur.

Aaron , nomen proprium fratris moysis interpretaturq; mons fortis,siue montanus, est etiam genus herbę ð qua in pandectis,ubi de rebus medicinalibus tractatur.

A ANTE B

Abax acis.à cuius genitiuo greco formatus ē nominatiuus latinus abacus abaci pe.cor. quo nomine sigatur coquoꝝ tabula,et etiam mensa,qua,tam ad edendū,q̄ ad bibēdum vasa exponunt.In quem sensū Iuue. dixit Vrceoli sex Ornamentum Abaci Est et mathematicorum tabula in qua lineę numeri,et figurę deduci solent.Persi . Nec q abaci numeros,ē secto in puluere metas scit risisse uafer. Apule.in Magia. Verumetiam abaco , et puluisculo Deę dedisses.Mar.lib.Geo.Abacus nuncupatur res depingēdis, designandisq; oportuna formis.Ponit ē ꝓ calculis supputatorijs.Sūt etiam abaci columnarum ornamenta, hoc est tabulę quadrę ,'quę supponuntur epistilijs λέγεται γὰρ στῦλος κίων ἄβαξ columna,trabs pertica postea cum ἐπί.Vnde Victr.li. iij.scribit,abacum debere esse longum.et latum, q̄ crassa columna est.Huius diminutiuum est abaculus.

Abaculus diminutiuum sumit pro calculo.Ply. lib.xxxvij. Veluti cū calculi fiunt,quos quidam abaculos appellāt.

Ab accidentibus,qui accidentia scribit hoc est , cui datum est,vt occurentia literis mandet. Hierony.apud Esdram.

Abarimon,Scythię regio. in q̄ syluestres homines degūt, auersis post crura plantis,qui maximā habent velocitatem,passimq; cum feris vagantur.Author Plyni. lib.vij.

Abalieno abalienas,remoueo,abstraho.Plaut.in Cur. Nec prohibere,quid,nec prohibebit,nisi mors animum meū abs te abalienauerit.Hinc Abalienatus dicitur, quem qs à se remouerit.Alienatus vero,qui alienus factus est.

Abana pen.cor.fluuius Damasci in radicibus libani exortus in syriacum effunditur mare.

Abenee pe.cor.cingulum sacerdotale sicut docet Hier.poly mira arte ex croco,purpura,hyacinthoq; contextum, ita. vt flores,atq; gemmę in eo uiderentur esse distinctę.

Abania,pater gratus domino, vel pater gratificans deum interpretatur.

Abbarim pen.cor. mons excelsus diuidens terram amon. et euphratis à terra promissionis contra Hierico Iordanem usq; fluuium procedens radicem insignis est Mosis inclyti iudęorum ducis morte.

Abba per geminū bb.syra dictio est, latine dicitur pater. quod apostolus exposuit, In quo clamamus abba pater.

Abbas,atis,ab abba similiter pater dicitur. Quo etiam nomine significatur ipsa abbatis dignitas. Sed inhoc disputatio est inter doctiores linguarū, ꝙ vnico b scribi oporteat,contra vulgi opinionem.

Abbatissa sę.ab abbate.Hier. de modo viuendi cum à semitis iusticię deuiant,ipsamet etiam abbatissa cognoscat.

Abbatia ę. à recentioribus capit tā pro abbatis dignitate, q̄ ꝓ loco,ī quo habitat abbas,sed qm̄ nimis male sonat gręcos imitatus ꝑ th.scriberem semꝑ abathia pen.longa.

Abas,antis ꝑ vnū b.nomē ē arginoꝝ regis ꝓprii. Hic Lyncei ex hypmestra ꝯiuge filius homo bellicosus, et acerrimi ingenij fuit.Et regnauit annis xxviij.vt inquit Euse.

Abantes populi Ionum inter achiuos sicut Hierō. scribit.

Abatos pen.cor.latine dicitur inaccessibilis.Fit enim ab α priuatina et βαίνω.ascendo. Vnde abaton dicitur locus ad quem non datur accessus.loca,quę vel exustione, vel aqs adiri non possunt à grecis dicuntur abata, latini vocant inuia.Oui.de parthis.Gens fuit,et terris,et equis, et tuta sagittis,Et non accessis inuia fluminibus,in cuius auristo est sine augmento more ionico βῆν βῆς βῆ,ὅθεν βάτος καὶ ἄβατος,est autem βαίνω verbū anomalum multa signs, vado,ascendo,venio,descendo,et pleraq; alia. Quo nomine dicta est insula in extremi ęgypti palude Memphitica posita,ꝙ ad illam propter limi,et papyrorū copiam difficilimus sit additus, Vbi primum nilus magno fragore descendit,dicente Luc.lib.x.Hinc abaton,quam nostra colit veneranda vetustas . Terra potens.Hoc nomine etiam vocatus est locus ultra Ægyptum,et Æthyopas.

Abacti dicebantur magistratus , qui coacti deposuerant imperium.

Abactores,qui sint quęre in dictione abigeus.

Abaphus,pen.cor.latine dicitur non tinctus . Sic dibapha dicūtur bis tincta ὅτι ἀστερητικὸν μόριον καὶ βάπτω τὸ λούω καὶ τὸ χρωματίζω ὅθεν βαπτιστὴς καὶ βάπται παρὰ τῷ ἀριστοφάνης, quare baptę sacerdotes,vel baptista nihil aliud significat quàm immersores.

Abaus penul.correp.dictus est pater proaui, ꝙ non longe sit ab auo Sic ab auia mater proaui.

Abaster unus fuit ex eqnis plutonis, quo significat niger. Nam tribus,fertur equis,ut est in fabulis,quorum primus metheus dicit,qui interpretatur obscurus,secundus Abaster tertius nonius,quod sonat tepens.

Abdera pe.pro.urbs Thracię.Democriti philosophi, ē Protagorę sophistę patria,quam Diomedis soror condidit, et à se cognominauit.De hac Oui. Aut te deuoueat certis Abdera diebus. Quidam autē autumant dici ab Abderito herculis delitijs,à diomedis ęquis dilacerato,et humanato dū pugnaret Hercules cū Diomede,ibiq; Abderā ꝯditā ab Hercule.Hęc postea collapsa, Clazomene,à clazomenijs ex Asia uenientibus,q eā in maiorē formā redegerūt,uocata est,iuxta quā bystoniū stagnū fuisse dicitur,in quo cuncta natantia demerguntur , unī nomen habet βυθίζω neco,demergo. Sciendum ab ephoro dici abdera numero tm̄ plurali secundum Abderon singulari . Est ēt abdera nomē ciuitatis ī Hispania.Hic fit nomē patriū abderita.

Abdico as.pe.cor.expello,quasi longe dico,amoueo.Vnde,ē abdicare filium dicimus,quod est bonis priuare,et quasi extra familiam abijcere,dum pater adhuc uiuit. Exhęredatio uero post mortem patrū proprie fieri dicit. Lactā. lib.ij.Quę facta cum pater recognouisset,abdicauit, atq; expulit filium.Et abdicare est renunciare , quod pertinet ad magistratū.Liui.li.iiij.Dictator bello ita gesto,ut nōtā fortunę defuisse uideretur,fęlicitatē, q̄ gloria maior, in urbem redijt,magistratuq; se abdicauit.Itē repudiare.Teren.Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulū,Chremes recusat nuptias,generum abdicat.Item negare.Pac.in Atlanta.regno expellunt, consanguineam ex se abdicāt.

Abdico is.pe.produ.xi.ctum.significat abnego,detestorq;.

Abdias nomen est prophetę.

Abdo is.didi,itum,ex ab,et do,significat abscondo. Liui.li. ij.Abdito intra uestem ferro proficiscitur.Virgi.ꝓ includo posuit . Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris.

Abdo indeclinabile nomen prophetę est , et apud nos seruus eius interpretatur,debet pronuncian sic ἀβδώ.

Abdomen pe.pro.significat pinguedinē,quę spinę adhęret, et in qua renes iacent.dictum,ꝙ abditum sit.Iuue. Mōtani quoque uenter adest abdomine tardus.Cor.Cel. lib. iiij.Ipsa autem,ilia.inter coxas, et pubes in imo uentre posita sunt, à quibus ac pube abdomem sursum uersus ad pręcordia peruenit.Plau.in Cur.Pernā,abdomē suū glandiū.Quidā abdomē ītelligūt sumē,hē ē suillas,cū lacte suo mām̄as lacte iā fugato ,et abdito ex uicino sumpta occasione cū abdomē interius sit.Sumē uero exterius. Ply.lib.xi.Huius,et sumem optimū,si mō fetus nō hauserit

ſerit eiectitię deterrimum antiqui abdomen vocant.

Abduco,cis,pe.pro.ſignificat inde,ſeu extra duco.Salu.Reliquos Catilina per montes aſperos magnis iteneribus in agrum piſtorienſem abducit.Lactan.lib.iiij.pro violenter ducere poſuit,atq; abigere.Poſtremo capti,abductiq; Babylonem, pęnas impietatis ſuę graui ſeruitio perpenderunt.Sic Curtius cum ait, armentum omne abductum. Interdum abducere eſt à loco,vel à perſona abſtrahere, alienare. Qu.Metel. Me interea,nec domeſticus dolor,nec cuiusquam iniuria ab repub.adducet.Cice.lib.i. Thuſcu. per trãſlationem dixit Magni eſt ingenij reuocare mentem à ſenſibus, et cogitationem à conſuetudine abducere.Interdum ponitur pro ſimplici.Liui.Flau.ſupplementũ omne ab Roma.abduxerat.

Abcedarius,qui per alphabetum aliquid ordinat. Augu.in expoſitione p̃s. Quod multo diligẽtius factum eſt q̃ noſtri vel latine,vel punice quos abcedarios vocant pſalmos facere conſueuerunt.

Abellinę,pe.pro.dictę ſunt auellanę,ab Abellino campanię oppido,vbi abundant.

Abel hebraice latine luctum dicere poſſumus. Nam quia primus omnium hoĩum luctum pereuntibus intulit.Hoc noĩe ab eis diuina quadam prouidentia fuit appellatus.

Abeo eis iui,vel ij.itum,diſcedo.Liui.lib.i.Hęc locutus ſublimis abijt.Inde Abitus,et abitio,p̃ diſceſſu.Terẽ.in heau. Propter eam hęc turba,atq; abitio venit. Et abire dicitur, quod nos paulatim deſerit.Idẽ in Adelph.Menſes abierũt decem, ideſt effluxerunt. Et abi dicimus quaſi hęrenti, moranti q̃;.Idem.Vos iſtec intro auferte, abite. Quandoq; abire denotat motum ad quem,quod eſt ire.q̃uis,et motum,de quo incluſum habeat. Hiero. lib.i.Regum. Abijt ergo Dauid.et viri eius in cellam.

Aberceo ces.ex ab,et arceo,ſignificat prohibeo. Plau. Atq; eam aberceet domo.

Ab epiſtolis.qui pręeſt epiſtolis vide in litera.A.

Aberro ras.valde erro,longe digredior. Lactan.li.iiij.à quo hi duo riui,ſi aberrauerint,areſcant neceſſe eſt. Cice.li.v. Thuſcu.Sed redeat,vnde aberrauit oratio. Inde aberratio profugium. Idem Caſſio.Veruntamen aliam aberrationem à moleſtijs non habemus.

Aberunco cas.componitur ex duabus p̃poſitionibus,ſcilicet e,cum runco, et ab,cũ erunco. Runcare vero eſt vellere. Nam p̃prie de herbis dicit̃ cũ euellunt̃. Colu.li.ij.Frequẽtem tamen exigunt ſarritionem,et runcationem, vt herbis liberent̃.Erunco ſimiliter.Idem de Medica. Cum ſeueris eam ſępius irrigato.Paucos deinde poſt dies,vbi coeperit fructicare,oẽs alterius generis herbas eruncato.Aberunco aũt per tranſlationem.Cice.de fi.bc.poſuit pro auerto, depello,euerto.Dij maluerũt meliora, atq; vtinam amentiam aberuncaſſent meam.Liui.lib. viij. Placuit ad aberuncandam deorum iram victimas cędi.

Abſore pe.cor.ſignificat abſuturum eſſe. Quę duo p̃ b.ſcribuntur,ne ſi per geminum ſſ.ſcriberentur, compoſita q̃s crederet ex ad,quę oppoſitũ ſignificaret. Nam vt illa nõ futurũ dicunt,cum ad tempus deneget,ſic iſta,cum aduenturũ tempus deſignant.Oui.Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur aſſore tempus. Licet Sta.lib.i. The,accipere videatur in ſignificatione p̃ſentis.Senſit manifeſto numine ductos aſſore,quos nexis ambagibus augur Apollo.Sic abſorem pro abeſſem.aſſorem adeſſem.Virg. Atq; vtinam rex ipſe, noto compulſus eodem Aſſoret ęnęas.De alijs à fore compoſitis,vide in dictione Forem.

Abgrego,gas,pe.cor.ab grege duco, vel ex pluribus gregibus partes ſubduco.Huic contrarium eſt aggrego, quod eſt addo,et quaſi in gregẽ duco.Disgrego vero, et ſegrego,p̃ disiungo poni ſolent,quibus cõtrarium eſt cõgrego.

Abhinc vna pars,et cum actõ,ſignificat ante hac.Teren. in And.Interea mulier quędam abhinc trienniũ ex Andro commigrauit huic vicinię.Sic dicimus.Abhinc decẽ annos, pro ante decem annos.

Abhorreo res.rui,modo cũ accuſatiuo,modo cum ablatiuo iungitur. Liui.lib.iiij.Parum abhorrens famam ampliatam.Sue.de Augu.Nã pumillos,atq; diſtortos,ẽ oĩs generis eiusdem,vt ludibria naturę, maliq̃; oĩs abhorruit. Lactan.li.iij.nõ eſt ſapiẽtia ſi cetũ hoĩuũ abhorret.De abltõ abunde reperiunt̃ exẽpla.Nec mirũ ſi accuſatiuum regit, et ablatiuum,quoniam eius ſimplex horreo duplici ſig̃atione fungit̃,hoc eſt horridus ſum.Hiero.Horrebant ſacco membra deformia.Et timeo.Virg.li.iij.Geor.Nec varios horret ſtrepitus.Et in altera abltõ, in altera conſtruitur actõ, hoc facit abhorreo , cuius ſig̃tio duplex eſt, dupliciq̃; caſu cõſtruitur.Cũ enim accuſatiuo iũgitur, in ſimili ferè ſignificatione ſumit̃, qua horreo. Tunc enim quaſi rem p̃ximam audire,vel aſpicere id p̃timeſcimus execramurq̃;.Cũ vero abltõ,tunc p̃cul nos eſſe ab eo,qđ nõ placet,vel quod refugimus,demonſtramus,vt ſi dixero,hanc rem abhorreo,ſignificat execror,& pati nequeo. Abhorreo ab hac re,ideſt alienus factus ſum,vel procul eſſe volo.A multis enĩ procul eſſe volumus,vt à rebus venereis, licet noſtris ſenſibus plęrunq; odioſę non ſint, ſed animi moderatione ab illis ab eſſe ſtudemus,ne nobis officiant. Forte decepit Lau.Vallã ab p̃poſitio, quę ablatiuũ exigere videt̃.Sed ſi hoc,in pleriſq; verbis fiat,non tñ in oĩbus, ſicut in aboleo,abluo,et huiusmodi, quę accuſatiuũ,non ablatiuum poſtulant.Amb.lib.i.offi. hoc verbo vſus eſt abſolute cum inquit,legimus officium dici à nobis poſſe, nec ratio ipſa abhorret,ideſt aliena eſt. Quandoquidẽ ab efficiendo dictum putamus,quaſi efficium.

Abhorreſco,valde timeo ſeu ĩ horrorem habeo, et q̃ſi videre nõ patior.Lactã.de ira.Quẽ terra cõtremiſcit,coelumq̃;, et mare,et latebrę tartareę,et dęmones abhorreſcunt.

Abeſſa nomen eſt iudicis Iſrael.

Abiathar in ſacris literis nomen eſt ſummi pontificis.

Abias nomen regis iudę.

Abies abietis,pe.cor.arbor dicta,q̃ p̃ cęteris arboribus longe eat.Hanc quidã gallicam vocant propter candorem. Hęc arbor pulcherrima in trabibus, vt inq̃t Ply. lib.xvi. Pręcipua autem dos eſt criſpantibus, et in torto quodam diſcurſu venarum p̃cioſis,pondus ſuſtinere in edificijs valida eſt.Abies etiam in tranſuerſũ poſita renititur ponderi, nec temere rumpitur, priusq̃; carinę, q̃ viribus deficit. Abies arborum altiſſima rectiſſimaq; eſt, cuius pars inferior enodis eſt,& ſapinus vocatur,ſuperior nodoſa duriorque eſt, et ſuſternam vocant . Quando pręcipit Cato pręlum ex ſappino faciendum, intelligi vult ex abiete enodi, quę pars à terra eſt. Huius diminutiuum eſt abiecula.Gręce dicitur ἐλάτη forſan ab ἐλάω, impello, produco prolongo.

Abiegnus, gna,gnum, quod eſt materiatum ex abiete, vt abiegnę trabes.

Abietarius faber lignarius, negociator ab abietibus, et alijs lignorum generibus,ut apud Exod.Faciant opera abietarij.Hi etiam materiarij dicuntur à materie, cuius nomine ligna,quę ad ędificandũ fulciendumq̃; neceſſaria sũt, intelligenda eſſe declarat iuriſconſultus.

Abijcio,cis.pe.cor.et per geminum.ij.quia mutatur a in i. q̃ tamen in pręterito cõuertit̃ in e.Eſt autem abijcere,à ſe longe iacere,reijcere,uilipendere.Lactan.lib. iiij. Docerent q̃; iuſticiam,quam populus perfidus abiecerat. Vnde abiecti dicuntur uiles,ac contempti.

Abiecto tas frequentatiuum,ſignificat frequenter abijcio.

Abigo,gis,pe.cor.ex ab,et ago,ſignificat rem odioſam,moleſtam damnoſamq̃;,à loco fugo,ut abegi canes à coenaculo,et aues à ſegete.Quandoq; abigere eſt abducere,et ſi ſiue ui,ſiue dolo fiat.Liui. Herculem in ea loca geryone interempto, boues mira ſpecie abegiſſe ferunt. Refertur quandoq; ad hoĩes,q̃nq; ad res ſp̃uales.Plau. Abigã ego iam illum aduenientẽ ab ędibus.Leo papa. Abigat̃ p̃pe terrenarum caligo rationum.Huic ſimile eſt amoueo,ſed mitius.Plau.Amoui à foribus maximã moleſtiam. Quã

doq; significat simpliciter ante pellere, vt fit cum bones ad pascua mittuntur. Var. libro. ij. Itaq; greges ouium longe abiguntur ex Apulia in samnium estiuatum.

Abigeus, et abactor, vtrunq; ab abigo. Et est abactor quicunq; greges abducit. Nam abactores vocantur pecuariorum animalium fures, latrunculiue. Abigei aūt (vt author est Vlpianus) ꝓpe dicuntur, qui pecora de pascuis, vel ex armentis subtrahūt, et quodammō deprędant, et abigēdi studiū quasi artem exercēt, equos de armentis, vel oues de gregibus abducentes. Cęterū, siquis ouem oberrantem, vel equos in solitudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed fur potius. Scribit et Claudius. Quantitas discernit furem ab abigeo. Qui enim vnam suem surripuerit, vt fur coercebitur. qui gregem, vt abigeus.

Abigeatus us. i. pe abigēdi actus, sine crimē abactiōis intel(ligit.

Abyla, pe. pro. Potest esse tamen dichrona. Stephanus. Byzātius multa i libro de populis et vrbibus. Et Dionysius liby cus ἀμφ' ἤτοι πυμάτη Λιβύη ἀγασῶν ... ἰβήρων γαίων ὠκεανοί πρὸς ἑσπέρου ... οἱ ἄκρη συνάγων ἀβόλυκη ... ὑπένερθε πόρτησος χαρίεσσα. vbi multa Eustathius scribit. Et notandum est alybas dici, à gręcis, et non abylas, nisi dicamus esse metathesin, sed sit vt lubeat, omnino per y scribi oportere, clarū ē, mons ē excelsus calpe, q in Hispania est oppositus, quos ambos Herculis columnas dicūt.

Abilon proprium nomen iudicis Israël.

Abimelech nomen est iudicis israel.

Abintegro p. c. sigt denuo, q̄si res perfecta rursus īchoetur.

Ab intestato aduerbium significat sine testamento.

Abiudico, as, pe. cor. significat rem, de qua controuersia est per iudicium, aufero, alienoue. Vnde ager abiudicatus à Liuio dictus, quem Romani per iniquum iudicium interceperant. eripuerantq;. Ci. in ver. acti. ij. Nulla res cuiusquam tam patria, atq; auita fuit, quę non imperio isti us abiudicaretur. Huic contrarium est adiudico, quod est per sententiam, et iudicium tribuo assignoue, vt est illud. Et adiudicauit fieri petitionem eorum.

Abiungo, is, separo. Virg. lib. iij. Geor. It tristis arator Mœrentē abiungēs frāa morte iuuencū. Huic ꝯriū ē adiūgo. is.

Abiugo, as, pe. cor. proprie à iugo, alieno, sed per translationem significat à re, cui dicatus sum, disiungo. Pacu. Quę res à stabulis abiugat certum est loqui. Huic contrarius est adiugo. quod est iuxta iugo, quod fit cum duo boues ad vnum iugum iunguntur. Plau. per translationem dixit. Mater est anima, adiugat voluntates. Et Lactā. de opi. Atenim prouisum est in singulis quibuscunq; fingēdis, quatenus, et ministerio membrorum ad necessaria vitę vterentur, et quatenus adiugatis corporibus, et lata soboles vniuersas generatim conseruaret animantes.

Abiuro, as, pe. pro. significat rem mihi creditam iureiurando nego. Plau. in Cur. Egon à lenone quicq̄ mancipio accipio, quibus sui nihil est, nisi vna lingua, qui abiurauit si quid creditum est. Et abiurare est contra ius aliquid tenere. Virgil. lib. viij. Abstractęq; boues, abiuratęq; rapinę.

Abiurati dn̄r, q vinculo quodam amicitię astricti sunt. Hi ab alijs deuoti appellant. Ply. in prologo. Scito ꝯferentē me authores deprehendisse ab abiuratissimis, et proximis veteres transcriptos, neq; nominatos idest ꝯiunctissimis.

Ablacto, as, à lacte remoueo. Hierony. in li. i. Regum. Non vadam donec ablectetur infans.

Ablaqueo queas. à laqueis expedio, sed in frequentiore vsu significat quod uulgo dr̄ discalcio, quod fit cū circū arbores fodimus terram, et radices superiores recidimus, ut magis fructificēt. Colu. li. iiij. Vinea uetus, neq; ablaqueanda est ne radices, quas in summo habet inarescāt, neq; arāda, ne radices abrunpant. Pallad. Ianuario mense locis temperatis ablaqueandę sunt vites, quod Itali excodicare appellant, idest circa vitis codicem dolabra terram diligenter aperire. vt solis temporibus, et imbribus prouocentur.

Ablatiuus casus quandoq; pro genitiuo ponitur. Virgi. Illa ferax oleo est. Quandoque pro accusatiuo, vt Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus.

Ablego, as, penul. prod. Inde aliquo mitto. Liui. lib. i. Pueros venatum ablegauit. Dicitur et de animalibus. Colu. libro vij. Itaq; cum ablegabuntur, in ea loca perducēda erūt, quibus nullum impascimur pecus.

Ablepsia, ἀβλεψία latine cęcitas, et inconsiderantia, et habet accentum in penultima λέγεται καὶ τυφλότης ὅτι ἀ στερητικὸν καὶ βλέπω τὸ ὁρῶ.

Abligurio abliguris pen. cor. liguriendo absumo. Teren. in in Eunu. Itidem patria qui abligurierat bona.

Abluo is. vide in dictione lauo, uis. Similiter abluo quęre in eius simplici luo.

Abloco as. pe. cor. alijs affico. Vide in dictione loco.

Abnego as. pe. cor. maxime nego, quod maxime profiteri debeo, vt fidem, pietatem, et huiusmodi, quod vulgo renegare dicitur. Lactan. lib. v. Nec enim poterunt retinere pietatem, qui communem omnium patrem deum tanquā prodigi, atq; rebelles liberi abnegassent.

Abnepos pen. cor. filius pronepotis, quasi seiunctus à nepote. Est enim inter ipsum, et nepotem pronepos.

Abnormis, sine norma. Ser. Rusticus abnormi sapiens.

Abnuo, abnuis. nui. nutus. ex ab, et nuo significat capite aliquid semel nego. q̄uis, et oculis, et manibus id fieri possit. Nuere enim apd ueteres pro uelle ponebantur. Vnde nutus et numē, quod est dei nutus, hoc est imperium et potestas. Virgi. Meo sine numine uenti audetis. Nutus uero significat quod fit oculis, uel manibus. Idem annuit, ē totum nutu tremefecit olympum. Ponitur et pro uoluntate, quę ex huiusmodi signo declinatur, siue affirmando, siue negando. Liui. Sub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latēre nutus eius pro decretis patrum, pro populi iussis esse. Ply. lib. i. epistolarum, docet nutum dici quando annuimus, renutum quando recusamus. Sic. n. ait. Nam ego quoq; simili nutu, ac renutu respondere uoto tuo possum. Sue. uero in Vespa. nutum accipit pro renutu, cum ait, Adolescentulum fragrantem unguento cū pro impetrata prefectura gratias ageret, nutu aspernatus, uoce etiam grauissima increpuit Maluissem allium oboluisses. Literasq; reuocauit. A nuo fit nuto nutas frequentatiuum, quod est sępe et capite huiusmodi signum facio. Quandoq; etiam nutare ponitur pro moueri, et quasi ruinam minari, tractum à motu capitis, quod inclinando affirmamus, concutiendo negare solemus. Vnde nutare ędificia dicimus, cum male solidata ruinam minitantur. Transfertur etiam ad animum, et pro titubare idest dubitare sumitur in quam partem vertendum sit. Abnuto penul. produ. est, sępe signo capitis vicinis quippiam nego. Plaut. in capti. Quid mihi abnutas? Contraria huic verbo abnuo sunt, nuo. annuo. pro assentior, & nutu assensum pręsto, faueo. Innuo, quod est signo aliquo voluntatem meam ostendo, siue affirmes, siue negem aliquid. Teren. Nihil nisi abiens mihi innuit. Renuo, refuto. Nonius inter nutare, nuere, nictare hoc interesse scribit, ꝙ nutare capitis sit, inclinando, aut in gyrum mouendo. Nuere narium vel labiorum. Nictare oculorum patefaciēdo eos, aut claudendo, vel vtrunq;, vel alterum. Plautus in Asina. Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Hoc est. Nec capite signum faciat, nec facienti assentiatur, nec oculis quicq̄ indicet.

Abnuto, tas, pe. produ. sępe signo quippiam nego. Plaut. in cap. Quid mihi abnutas?

Aboleo aboles pen. corre. leui. vel lui. etum, vel itum, significat casso, tollo, abrado, destruo, vt ne odor quidem eius relinquatur. Lactan. libro primo. Decretum est, vt hi libri abolerentur.

Abolesco, ad nihilum redigor. Colu. li. iiij. Eademq; nec imbribus putrescit, nec siccitatibus abolescit.

Abolla, vestis senatoria, quasi abulla, ꝙ vndiq; sit bullata. Alij accipiunt abollam pro veste duplici panno confecta, vt scholastica. et grece diploide, quę etiam gręcis ꝑ ve

ste

ste militari sumitur, vt est apd Iuue. Nescit cui dederat ty nas Crispinus abollam. Qnq; pro veste cynici philosophi. Nam greci milites, et philosophi palliati, seu chlamydati incedebant. Vnde Martialis de cynico philosopho Cerea quem nudi tegit vxor abolla grabati gnis χλαμύς χλαμύδες λέγεται ἀπὸ τοῦ χλαίνειν προσῆκον ... ita scribit Nicolaus Actiacus, et Moscopulus, et proprie chlena dicitur, idest sagum, supranestisq;, neq; chlamys significat id genus indumenti, quod vulgus appellat zupponem, nam greci non habebant, nec in grecia etiam istis temporibus vtuntur, vt ostendit Homerus vbiq;, et ideo uide ne erres, sed vtebantur (vt ita dicam) vno correpto, vt uidemus in Grecia.

Abominor, pe. cor. ex ab, et ominor, de quo infra. Est autem abominari excrari, fastidire, et quasi p malo homine habere. Ply. Abominamur recedente aliquo ab epulis simul verri solum, aut bibente conuiua mensam, vel repositorium tolli inauspicatissimum indicatur. Grece dicit βδελύττομαι. Et abominari est exheredare vt in Psal. Virum sanguinum, et dolosum abominabitur dominus, vbi Augu. abominati dici solent exheredati.

Aborigines pe. cor. quasi sine origine dicti sunt populi antiquissimi, q tenuerūt agrū, q nunc est populi Romani, q vagi, et sine laribus erāt. aut quasi, quod prima uisi sint tanq̄ editi sine prībus, aut q ex varia gētium colluuione mixti erant. Hi postea aduentu Æneę phrygibus iuncti. Latini vno noīe appellati sunt. Possunt tamen et aliarū vrbiū aborigines dici primi cultores, ac si sint terra gēiti homines à principio ibi ꝯmorantes ἕλληνες πρότερον ... καλέονται πρότερος, καὶ γίγνομαι. λέγονται καὶ ἐγχώριοι.

Aborior eris, vel iris, abortiuum facio. Varro. Vinum, quod ibi natū sit in quodam loco, si pgnans biberit fieri vt aboriatur. Gel. lib. xi. Nitunē, ut fętus quoq; ipsi in corpore suo concepti aborianē. Hinc abortus aborta abortum. et abortus tus dictus, q non sit tempestiue ortus. Ply. extat ī monumentis medicorum, et quibus talia consectati curę fuit, uno abortu duodecim puerperia. Nonius. Aborior ēt aborsum facit. quod tamen ab ordior magis est, et hāc inter abortus et aborsum signat distantiā, q aborsus ille dicendus sit, q est in primis mensibus, cū ꝯceptui exordiū factum est. abortus ꝑe tempus pariendi. tunc enim moritur, quod nascit̄, grece ἐκτιτρώσκω dicitur, et inde ἔκτρωμα ἐκτρώματος abortiuus dicitur, ab ἐκ, τιτρώσκω Differt etiam abortus ab eiectione, q hęc grandioris fętus sit abortus intra. xl. diem contingit. hunc greci ἐκτρωσμόν.

Abortiuus abortiua abortiuum, pe. pro. quod abortum facere potest. Plynius. Oscitatio quidem in enixu letalis est, sicut strenutasse à coitu abortiuum.

Abortium idem quod abortus. Hiero. ad Pamma. Dum crebris abortibus, et experta fęcunditate concepta iam desperat liberos. passa est aliquid de Rachelis exemplo.

Abortio onis. idem quod abortiuum. Gel. li. iij. Cum abortio quibusdam, non partus uideret intempestiuitas. Per translationem Cice. pro Clue. posuit. Sed hęc solutio legatorum, non merces abortionis appellanda sit.

Abortio, is, iui, itum, immaturum fętum ędo. Colu. lib. viij. Nec tamen ea sola causa abortit, sed etiam glans, cum citra satietatem data est. Est et abortior deponens.

Aborto, abortas, est eiusdem significationis cum abortio, nam significat abortiuum facere. Iulius firmicus lib. vi. matheseos. Abortauit filios geminos.

Abraam, nomen primi patriarchę, et latine pater superorū corporū interpretatur quū deus ab ijs q̄ uidentur ad inuisibilia ꝑtrahens non uocaberis ingt Abrā, sed Abrraā erit nomē tuū. q multarū te gētium patrē posui. Scdm tñ declina. latinā Abraamus dicitur, sed aspirat̄ ab qbusdam.

Abrado, dis, pe. pro. de aliquo quippiam aufero. Colu. lib. iij. Arida, et vetera, quę falce amputari non possunt acuta dolabra abradito.

Ab re, quasi preter rem preter rationem. Hoc est indecens, preter ꝓpositum, sine causa. Suet. in Augusto. Et quando ad hoc ventus est, non ab re fuerit subtexere, q̄ ei, primq̄ nasceret̄, in ipso natali die deinceps euenerint. i. ꝑter ꝓpositum, sine rōe, siue inconueniens. Liui. Hęc, si omnis diuini, humaniq; iuris memoria aboleuit, noua, peregrinaq; omnia priscis, ac patrijs prefferendo, haud ab re duxi verbis quoq; ipsis, vt tradita, nuncupataq; sunt, referre.

Ab re tua, significat à negocijs tuis familiaribus, seu ꝯ commodum tuū. Teren. in Heau. Tantum est ab re tua tibi, aliena vt cures. quę nihil ad te attinent. Huic ꝯrium est ex re tua, qd est ex vtilitate, ē commodo tuo, sicut ē republica, ex vtilitate, et commodo publico. Idem dicitur ē re. hoc est ex vtilitate, vt. ff. si certum peta. l. ē re est etcętera. Vbi misere sudat interpres, dubitans, an legendum sit here, pro heriliter etc.

Abrenuncio, as, ex ab, et re, et nuncio, sigt à me renuncian do, amoueo, renuo. Et tam datiuo, q̄ accusatiuo iungitur.

Abripio, pis, pe. cor. quasi aufero est. Nam de ijs dicitur, quę auferri possunt, vt vestis, liber, et huiusmodi. Ci. li. iij. offi. Qui abripiunt ab alijs, vt alijs largiantur. Aliquando abripere est ui abducere, vt virum, mulieres, iumenta. Ter. in Eu. Ex attica hanc abreptam. Cicer. ad Quirites. Nec patiamini me à meis liberis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris, focisq; innocentem proiectum vitam degere in exilio. Nam ab proprię rei ablationem denotat, huic ꝯtrarium est arripio, quod ex ad et rapio componitur, quę attractionē significat. Vñ et pro accipio ponitur Cice. in Catone. Non cani, non rugę repēte authoritates arripere possunt, sed honeste acta superior ętas fructus capit authoritatis extremos. Aliquando significat vehementer ad me rapio, vt fit cum celeri quadam animi, corporisq; vehementia ad nos trahimus. Liui. li. i. Tus Tarquinius necessitate, iā etiam ipsa cogēte vltima, audere. multo et ętate, et viribus validior medium Seruium arripit, elatumq; ē Curia in inferiorem partem p gradus deijcit. Aliquando subito eleuo. Plau. ī Curcu. Vix foras me arripui. Aliquādo celeriter rapere, inuadere. Virgi. Hanc arripe velis.

Abrogo, gas, pe. cor. infirmo. Ser. Abrogatur legi, cum prorsus tollitur lex, derogatur, cum pars sustollitur. Ci. ad He. Illa deffensio tenuis est, cus ostenditur id factū esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum, vel derogatum sit. Dicimus autem, abrogat̄ legi, et abrogatur lex. Interdum abrogare est, per rogationem auferre. cui contrarium est arrogare. Liui. lib. iij. Vt quicquid ui tribunitia arrogatum eēt, id comitijs ibi abrogaretur. Interdum est simpliciter auferre. Cice. lib. i. ad Heren. Nam et periculosum est nequādo plus, minusue dicamus, et suspitionem affert auditori meditationis, et artificij, quę res fidem abrogat orationi. Abrogati quoq; (vt scribit Gel.) dicuntur, qui cum sui iuris sunt. in alienam sese potestatem tradunt, eiusq; rei ipsi authores sunt. Sed arrogatos potius hos dicere oportet; quia et arrogatio dicitur ipsa actio.

Abrotanum pe. cor. herba calidę virtutis. Hora. Abrotanon ęgro Non audet, nisi qui didicit, dare. Sed Aetius amilinus li. i. simplicium, multa de abrotano, et Galenus d simplici medicina, et Dioscorides.

Abrodietus cognomen fuit Vlyssis pictoris nobilissimi qd latine significat delicatum, atq; elegans, talem autem se ipse putauit Herculemq; Lindyi fecit, asseuerans eum à se talem pictum, qualem sepe in quiete vidisset.

Abrotonion nomen mulierus, ab ἁβρὸν τὸ τρυφερόν. qd est glabrum siue delicatum latine, amplexibus apta dicitur. In quo vocabulo id iubetur adnotari, quę apd grecos in on exeunt, apud nos in um, exire. In um autē exeuntia oīa esse neutra preter mulierum propria, quę feminina sunt, vt Glycerium Philortium, Eustochium, et similia. Licet ergo vtriq; sexui conueniant, vt scortum, et mancipium, et plu ralia ī a ꝑ hoibus ponant̄, vt seruitia ꝑ seruis, ministeria ꝑ ministris. Et licet flumē vocent, vt rhenū, crustuminum, aut fructuū noīa ꝑ arborū nominibus ponantur, vt po-

ne vt apud Esaiam. Inundatio camelorum operiet te.

Abutor, pe. pro. in usum consumo. Plau. in Asina. Vbi illa, quę dedi ante abusa, nam si ea duraret mihi, mulier mitteretur ad te. Sępius tamen in malaȝ ptem, ē pperaȝ. sine nimis licenter utor significat, ut fit cum utimur aliq̃ re ↄtra id, ad qđ est instituta, ut si in templo negocia secularia tractemus dicemur templo abuti. Cice. Noli abuti nimis patientia nostra. Dona. Vtimur cum honore. Abutimur cum iniuria. Vtimur his rebus, quę nobis utentibus pmanent. Abutimur his, quę nobis utentibus pereunt. Ex quo usus. et abusus uidentur contraria. Nā usui est ager, domus, abusui uinum, oleum. et hmōi. Cice. Non debet. (inqt,) ea mulier, cui uir bonoꝝ suoꝝ usuȝ legauit, cellis uinarijs plenis relictis, putare id ad se ptinere, usus. n. nō abusus legatus est. Per translationē uero đ tempore. ē labore dr̄ abuti. cū tempus in aliqua re magno cū sudore positū frustra ↄtriuimus. Terē. Nā ī scribēdis ꝓlogis opera abutitur. i. tempore, et labore. Dicimus aūt. Abutor hac re. ē hanc rem Plau. in Bac. Nos aurum abusos. Hic abusus, abusa, abusum, abusus, abusus, et abusio, Abusine aduerbium, quod est improprie, ē contra nām usumq̃;.

Abydos, pe. pro. urbs Asię à Milesijs condita. Gyge Lydoꝝ rege permittente, q totius Troadis imperium habuit. Cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mari, à casu uirginis Hellesponto nuncupato. Id, cum Asiā ab Europa diuidat. Xerses ponte coniunxit. Hinc Abydenus, na, num, ueluti Leander abydenus dictus est. Vnde ē Musęus. σηστὸς ἔην, καὶ ἄβυδος ἐναντίον ἐγγύθι πόντου γείτονες εἰσὶ πόληες, Et subdit ἡ μὲν σηστὸν ἔναιεν ὁ δὲ πτολίεθρον ἀβύδου ἀμφοτέρων πολίων περικαλλέες ἀστέρες ἀμφω ἴκελοι ἀλλήλοισι.

Abyssus est immēsa quędā profunditas, et incompenetrabilis, et incomprehensibilis, et maxime in aquaꝝ multitudine. Ibi. n. altitudo, inqt Augu. ibi ꝓfunditas, q̃ penetrari usq; ad fundū non pōt. Omnis aqua, omnis humida natura, atq; substantia circunquaq; diffusa per maria, et flumia, et antra, ē occulta, simul uno noīe abyssus uocatur. Am. lib. Hexa. Abyssum, et multitudinem, et profundum aquarum dici lectio euangelica docet, ubi rogabāt saluatorem dęmonia, ne iuberet illis, ut in abyssuȝ irēt.

A ANTE C

Ac coniunctio copulatina est, ut doctus, ac iustus es. Aliqñ aduerbiū est, et acicipitur ꝓ q̃, ut Haud secus, ac iussi faciunt. Aliquando (sicut docet Dona.) significat contra, quàm Terenti in Andria. Nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac uolui dicere.

Acabo, p. c. aīal multū ualens medidinę ī desertis Arabię.

Acachia à gręcis dicitur succus è pomis expressus arboris Silicon, quam corrupte uulgo siliquam appellāt, quoniam κακία dicitur innocentia.

Academia, locus nemorosus ab athenis mille passibus distans, ab Academo heroe (ut Eupolidi placet) sic appellatus gymnasium. Plato celebratissimum. Hora. Atq; inter syluas Academi q̃rere uerum. Ibi natus est Plato. vbi cuȝ philosopharet studēdi usu, et discipuloꝝ frequentia, moruq̃; celebritate insignis fuit. Vnde Achademici phi, sicut et areopagitę ab Areopago. Fuit et Academia uilla memoratu digna, ab Auerno lacu puteolos tendentibus im posita littori, celebrata porticu, et nemore, quam Cicero academiam uocabat ab exemplo Athenarum, ibi ↄpositis uoluminibus eisdem noībus, in qua et monumentū sibi extruxerat. Eratq̃; Academia gymnasiuȝ inferius, cū superiori gymnasio nomē esset lycęū, quę et inferior ambulatio, et superior dicebant. Lycęū uero à nomine sectę Aristotelicę Huius nominis Academia penulti. producitur à Cicerone. Inq; academia umbrifera nitidoq̃; licęo. Sic et ī alio uersu. Laurei Tullij. Atq; academię celebratam nomine uillam. Veꝝ alij eam corripiunt, ut etiam cōmunis usus seruat. Clau. ī latiū spretis academia migrat Athenis. Sido. Obruet, et q̃q̃ totis academia sectis. Ratio est, quoniam est una de dichronis. Sic Virgilius de Sycheo.

Achantus puer in florem sui noīs cōuersus. Virgi. Et circū textum croceo velamen Achanto. Ply. lib. xxij. docet, achantum esse herbaȝ topiariā, lato longoq̃; folio margines crepidinū vestientē. Inde ponit, pro flexuoso ornatu. Quidaȝ putāt herbam esse similem spinę albę, et habere folia minora, et aculeata lanugine. Ser. in Polliōe dixit esse arborē semper florentem, quasi spinis plenā. Nam est spinosa, quę et in Cyrenaica insula abūdat. Vir. li. ij. Geor. Et bacchas semper frōdentis achanti. Est ēt hoc noīe oppidū in Macedonia, siue Ætolia. quę est vrbs Atamanū, in qua mutas esse cicadas. Stephanus author gręcus scripsit.

Achantis, acanthidis, auis stridula, quę et carduelis, quę spinis et carduis pascit. Nam ἄκανθα acātha spina, ἀκάνθιον spinetuȝ. Vir. li. iij. Resonāt et acanthida dumi. Hęc Acanthilis vocat. quę lymo intexit nidū. Alij Argathylin vocāt.

Acanthis leuce, latine spina alba.

Acapis pe. cor. fluuius Asię. apud Lacos populos.

Vcapna, dr̄ ligna quę ad ignem sicca habentur, ꝙ sint sine fumo καπνὸς latine fumus. Hinc genus quoddam mellis, quod ad argentarias gignitur. Acapnistum dicitur, idest à fumo purgatum.

Acaron pe. cor. ciuitas palęstinę, quę Cęsarea vocatur.

Acara pe. cor. oppidum est in medio pannonię.

Acarnania Epiri pars, quā Achelous ab Ætolia diuidit. In hac est oppidū Leucas. Est et regio quędā pua in ęgypto dicta Acarnania. Sicut scribit. Ser. li. v. Æn̄. Et ciuitas non procul à Syracusis, vt inquit Cice. in Ver. in qua olympij Iouis antiquissimum phanum fuit.

Acarpos latine infructuosus. Acarpia fructuum priuatio dicitur. καρπὸς enim fructus est.

Acaliculis, qui pręest caliculis quę sunt vasa.

Acca. Laurētia. Faustuli vxor, quę Romulū, et remū lactauit et materna solertia gubernauit. Hęc vocata est lupa eo ꝙ nobile scortum fuerit, et tales nuncupant lupę ob auaritiam, causa cuius pudicitiam ꝓstrauere. Et inde in hodiernum vsq; cellę earum lupanaria dicuntur.

Acastus Pelię Thessalorum regis filius.

Acasta nympha Oceani. Et Tethyos filia.

Acaustos latine minime vstus dicitur, nam καίομαι est ardeo. καῦμα calor intensus.

Acatalectos, versus, cui nulla syllaba deficit.

Acatalępsia, cū accētu in pe. latine. dr̄ in cōprohēsibilitas.

Acatium, genus nauigij actuarij. Iulius Pollux scribit Velū in naui maximum esse, sicut minimum dolonem, tertiū, quod retrorsum panditur Epidromum.

Accedo, dis, pen. pro. aduenio, appropinquo, quasi iuxta eo. Cuius contrarium est abscedo. Virgi. Vos et scyllęam rabieȝ, penitusq̃; sonātis. Accestis scopulos. Accedere qñq; est aures adhibere, curare. et plurimi facere. Nam nō solum corpore, sed etiā aīo accedere solemus, vt accedo sententię tuę. i. adhęreo, tanq̃ bonę. Quādoq; adiungere. Sed in tertia tātū psona singularis, vel pluralis numeri. et in significatione passiua, et hoc calamitatibus meis, vel ad calamitates meas malum accessit. In quo significato quādoq; ablatiuū, cuȝ prępositione damus. Liui. Hęc tibi à me dotalia dona accedēt. Ab accedo pro aduenio fit accessus, accessus. Ab accedit, pro adiungit fit accessio ꝓ adiectiōe, et incremento, quoꝝ ↄtraria sunt recessus. et remissio. Sene. Magna rebus nr̄is facta erit accessio. Inuenit etiā accessio pro aduentu, sicut decessio pro recessu. Cicer. Eorum, Neq; accessione vitam meliorem fieri, neq; decessione peiorem.

Accelero, acceleras, pe. cor. propero, festino, celeriter vado, vt Accelera, vt eruas me.

Accendo, dis, di; accensum, ex ad. et cādo, a; in c. mutata. Licet non sit in vsu, non à cādeo, vt qdā putauerūt, ꝙ habeat significationē neutralē. Accendo vero actiuā. Neq; à cendo, quod nusq̃ legit, neq; esse pōt. Quoniam cum accendo in eadem significatione sumat, cum candeo q̃uis illud in actiua, ꝗ hoc in neutra. ex hoc candeo formatū eē oportet à verbo, cui scđȝ analogiam assimilit, igit cando

esse

esse conuenit, non cendo, qm̃, si cendo esset, cēdeo faceret, non candeo. Iccirco cum candeo habeamus. et accendo, sicut et incendo, et succendo simplex habere necesse sit, necessario cando, à quo candeo fit ipsorū simplex. Est qppè qm̄ pleraq; huius naturę verba sunt, vt ab albo albeo, à duro dureo, à pendo pendeo, et multa huiusmodi. q̄ neutra deriuatiua, ab actiuis eorum, certum est, esse, vt apud Prisci. et Diomedem cernere licet. Est autē accendere ignē excitare, inflammare, vt Virg. His accensa super. Per trāslationem vero significat animare. et inuestigare. Virgil. Martemq̄; accendere cantu.

Accensi (vt Marcel. scribit) generis militię erat administrātibus proximum, dicti, ꝙ ad necessarias res sępius accirentur, velut accersiti. Festus vero sic. Accensi dicebantur, qui in locum mortuorum militum subrogabantur, et ad cēsum adijciebantur. Sed Varro rectius sentire videtur, qui docet accensos ministratores fuisse magistratuum, ab acciendo dictos. i. vocando. Nā accensus instar pconis acciebat iussu ꝯsulis qrites ad ꝯtionē. Ply. li. vij. Post aliquot annos adiectus est, et meridies accenso ꝯsulū id ꝓnunciāte. Erant singuli ꝓsidibus ꝓuinciaꝝ accensi, qđ munus nemini, nisi libertis deferebat, sicut scripsit. Cic. ad Quintum Fratrē, cuius hęc sunt verba. Accensus sit eo ē̄t numero, quo cū maiores nostri esse uoluerunt, q hoc, non in beneficij loco, sed in laboris, ac numeris non temere, nisi libertis transferebāt. Asco. autem sic habet. Accensus est nomen ordinis promotionis in militia, vt nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius.

Accentus dr̄, quasi ad cātus, hoc ē iuxta cantū, qa ad cantilenā vocis nos. cognoscere facit syllabas. Gręci ꝓsodiam dicunt, ὠδὴ ἀπὸ τῆς ἀοιδῆς ἀπὸ τοῦ ἀείδειν καὶ πρὸς ἀ καὶ ὀμικρὸν εἰς ὠ καὶ ὑπογράφεται ι. A' latinis etiam tonus, et tenor vocatur, quia ibi sonus crescit, et definit. Definitur à qbusdam, ꝙ sit anima verboꝝ. Ab alijs. ꝙ sit vox syllabę. Hos veteres nunc moderamenta, nunc accentiunculas, nunc voculationes appellabāt. Sunt autem tres accētus. Acutus, grauis, et circunflexus. Acutus, dictus est, ꝙ acuat et erigat syllabam. Grauis, ꝙ deprimat, et deponat. Est. n. contrarius acuto. Circunflexus, q de acuto, et graui constat. Incipiens enim ab acuto desinit in grauem. De his apud Priscia. et Tortel. tractatum est.

Accerso, sis, siui, situm, et arcesso, arcessis utrunq; tertię coniugationis, ponitur ꝓ euoco, seu ad uocandum eo. Actū enim corporis denotant, sicut cętera, in so terminata. Sed in pręterito, non autem in ꝓsenti sunt quartę, quę propterea desideratiua à grāmaticis dicuntur, ꝙ nunq̄ ferè eorum uerborum actus sine desiderio fiant. Sue. in Cęsare. A' quo ad accersendam classem in Bithyniam missus desedit apud Nicomedem. Teren. in And. Obstetricem accerso. Fit autem accerso, ab accio, arcesso uero ab arcio, qđ idē est. cū apud antiquos (vt Priscia. inqt) ar. pro ad poni ꝯsueuerit, ut Aruenas, aruentores, aruolare, ꝓ Aduenas. aduentores, aduolare dicentes. Vnde ostendit recte arcesso dici ab arcio, quod nos accio dicimus. Clau. lib. iij. Iuppiter, interea cinctam thaumātida nimbis. Ire iubet, totoq̄; deos arcessere mundo. Apud Virg. tamen lib. iiij. Geor. ꝓ attraho ponit, eo modo, quo in Psalmo. Os meum aperui, et attraxi spiritum. Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne feraꝝ. Quemq; sibi tenuis nascētum arcessere uitas. Ex accio ergo, siue arcio fiunt duo, deriuatiua. Accerso. et arcesso, q̄q̄ ē arcesso ab arceo pro accuso esse possit. Salu. in Iugur. Quo facilius, indicio regis. Scauri, et reliquoꝝ, quos pecunię captę arcessabant, delicta patefierēt.

Accersio, sis, quartę ꝯiugationis, et verbum actiuum, quod multi negant inueniri, sed fallunt parū scripturas attendentes. Significatq̄; uoco. Cice. lib. iiij. Thuscu. Quem Cecilius deū, q nō summū putet, aut stultū, aut reꝝ esse impitū existimet, cui in manu sit, quē sapere, quē sanare, quē in morbū iniici, quem ꝯtra amari, quē expeti, quē accersiri. Liui. quoq; lib. iij. ait, Placere itaq; patres accersite. Salu. circa finem Iugur. Postremo Syllam accersiri iubet. Hiero. in Deute. Statimq̄; eum accersiri facient, ē interrogabunt. Et in actibus apostolicis. Accersi Simonem quendam, qui cognominatur. Petrus. Sic et in multis locis, quos adducere superfluum iudico.

Accio, accis, acciui, vel accij, accitum. pen. pro. ex ad. ē cio significat aduoco. Vnde accitus, aduocatus. Hiero. Accito notario inquit. Hinc accitus, accitus. Virgi. Regius accitu cari genitoris ad vrbem.

Accido, accidis, pe. cor. ex ad et cado, proprie iuxta cado. Et accidere est gestum corporis in humilitatē cadentis ostēdere. Sue. in Cęsa. Ad genua Vltro sibi accideret. Salu. sine prępositione dixit. Quo accidam. Iuris consulti vsurpant accidere, pro mori, vt, si quid filio meo accideri t. H. seruus meus esto. i. Si filius meus mortuus fuerit. In tertia persona significat, pręter spem euenire. et hoc, tam in bonum, q̄ in malum. Ter. in And. Interea aliquid acciderit boni. Cice. Nihil mali accidisse. Scipioni putandum est. Hinc fit accidens participium, et accidens nomen.

Accidens est quod adest, et abest, pręter subiecti corruptionem. Aliter Accidens est terminus vniuocus ꝓdicabilis de pluribus in eo qđ quale accidentale, nō cōuertibiliter.

Accingo, accingis, iuxta cingo. Res vero, qua quis cingitur, in ablatiuo magis q̄ accusatiuo poni solet. Et vltra ablatiuum, datiuum; commode habere potest. Hiero. lib. iiij. Reg. Vir pilosus, et zona pellicea accinctus renibus. Interdum accingere est parare, siue expeditum, promptumq; ad aliquod agendum reddere. Virgili. Illi se prędę accingunt. Alio modo construendi, quàm deprecetur regula, vt accinctus renibus. Vnde accinctos vocamus industrios, expeditosq̄;, contra distinctos, ignauos, incomptos, negligentesq̄; dicimus.

Accipio, accipis, capio, q̄q̄ ab inuicem separentur, sicuti in dictione, capio dicetur. Interdum accipere est audire. Cicer. in Cato. Accipite veterem orationem Architę. Interdum sentire. Teren. in Heautontimerumeno. Clinia aliter de amore tuo, atq; est accipit. Interdum cognoscere, intelligere, vt accępi te in patriam reuersurum. Interdū concipere. Virgi. lib. iiij. Alij ventosis follibus auras accipiunt, redduntq̄;. Interdum decipere. Lucil. Sic inquam veteratorem illum, veterem lupum Annibalem acceptum. Interdum tractare, tam in malum, quàm in bonum, Teren. Ego abs te miseris sum acceptus modis. Cice. Roga ipsum quemadmodum ego eum Arimini accepi. Huius compositum est pręaccipio.

Acceptum dicitur gratū, iucundum, cōprobatū. Inde, Acceptū fero, habeo pro accepto, et fateor me accepisse, qđ nō accepi, cum nulla solutio interuenerit. Vnde acceptilatio dicta est liberatio, vt docet Modestinus, quę fit per interrogationem, et responsionē, qua vtrusq; contigit ab eo nexu absolutio. Dicendo enim. Quicquid tibi per stipulationem promisi, vel ex stipulatu debui, habesne acceptum? Et tu respondeas, habeo, accetumq̄; fero, quasi dicas, Perinde habeo, ac si accepissem à te per veram solutionem. Apotheca vero non alias, q̄ si pecunia soluta sit, inquit Vlpia. Acceptum refero, vide in dictione Refero.

Acceptabula ab acceptando dicunt quo nomine ꝯtinentur omnia vasa, et quicquid aliquid tenet. Hiero. in libro Exo. Parabis acceptabula et philas. Quin. lib. viij. Acceptabula quicquid habet, et pyxides cuiuscunq; materię sunt.

Accipenser, seu aquipenser, genus piscis, ꝙ frequens accipiat mensis. Habet squamas ad os versas, qui apud antiquos in magna ęstimatione fuit. Mar. Ad palatinas acipenser à mittite mensas Ambrosias. ornant munera rara dapes.

Accipiter, ab accipiēdis malo modo alijs, auibus. Est enim auium, rapax. Vide, in Falco.

Accepso veteres pro acceperim dixere. Pacuui. Haud sinam quicq̄ profari, priusquam accepso, quod peto.

Accline adiectiuum pe. pro. dicitur flexū incuruatū, iacens, humile, et proprie in descensu dicit. Hiero. Scabellū accli-

ne,et ex vna parte obliquus.Dicitur et acclinus,na,num, sicut,et interclinus,quo vsus est.Amb. in Egesippo. Ciuitas inquit prupta vndiq; propè erat interclina rupibus. Vide in sequentia quę canitur pro defunctis. Oro supplex et aclinis,cor ɔtritus q̃si cinis,nō acclinis,vt indocti male legūt.quū sit ɔ̃rium snię quā author intendit asserere.

Acclino,nas,pe.pro.ad aliquid flecto,inclino.Hiero.ad Dama.Acclinatio nostra vmbrosa est. Et inclino ꝑ inflecto. Declino,deorsum flecto, quę à clino composita esse conuenit.licet eorum simplex non sit in vsu.

Accliuis, siue accliuus,ua,uum,per u.pe.pro. quod est leuiter erectum,et acuminatum,ē proprie de accensu dicitur, quasi in cliuum acuminatum,et pendulum sursum.cuius contrarium est decliue,siue decliuum,quod est inclinatum,atq; incuruum pendulum deorsum.Hinc accliuitas.Cęsar.Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur.

Accludo,dis,pe.pro.uide in dictione Cludo.

Accolo,lis,pe.cor. apud siue iuxta colo,et de aquis montibusq; dicitur.Liui.li.iiij. Hi dimissis circa omnes populos legatis, q Hetruscū mare,qq; Tyberim accolū ad frumentus mercādū. Ply.li.iiij. Persę rubꝝ mare semp accoluer̃.

Accola,pe.cor.uicinus,aduentitius,ꝙ adueniens terram colat.i.habitet,ut accola montis,q ꝓpè mōtes habitat. accola Padi.accola campi,q iuxta padū,iuxta cāpus habet domū.Liui.lib.i.Pastor accola eius loci, nomine Cacus ferox uiribus.Virg.lib.vij. Amnisq;,uadosi Accola Vulturni.

Accomodo,das,pe.cor.adhibeo,applico, adapto,apte colloco,Cice. li.ii.de ora. Africano. illi superiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti.Item lib.i.offi.Qui se ad rempublicam.ē ad magnas res gerendas accommodauere.Idem.Tantum dabit amicitię, ut naturam amici causam esse malit , vt orandę litis tempus , quoad leges liceat,accommodet.Interdum accommodatum sig̃t procliue,propensum.Idem Ad summum gręcorum ocium potius,q̃ ad illam uim,aut tumultum accommodati.

Accredo,dis,pe.pro. ex ad.credo, uidetur significare ad id. quod creditur,accedo,quale Assentior siue assentio.ad sententiam accedo.Colu.lib.ij.Idq; etiam, non spernendus author rei rusticę. Sarsenna,uidetur accredidisse. Est et acredo nomen per simplex c.

Accreduo,duis,Idem . quod accredo.Plau.Neq; diuini,neq; mihi humani posthac qcq̃ accreduas Arthemona.

Accredo,inis,sig̃t acerbitatem in fructibus non maturis.

Accumbo,bis,proprie adiaceo,iuxta cubo.Hiero.ĩ Deutero. Quando sederis in domo tua, ē ambulaueris,et accubueris,atq; susurrexeris, scribes ea super postes.Et lib.ij.Regū. Accubuit Ammon,et quasi ęgrotare coepit.Et accumbere est in conuiuio esse,cubabant enim antiqui vescentes.Cice.Pęto.Accubueram hora nona,cum id literarum exemplum in codicillis ex araui. Assignant quidam differentiam ,inter accumbere,discumbere,et recumbere,quę,qm̃ apud authores minus seruatur,eam omittendam censui.

Accumbere mensam est simul vesci,et in eadem mensa discumbere.Cice.Vatinium criminat ꝙ atratus ad mensas accumbebat. Apul.Hęc mensam accumbas.

Accubo,bas,pe.cor.iuxta cubo.Sue.in Cęsare.Theatrus summę magnitudinis Tarpeio monti accubans. Alias significat discumbo.Hinc Accubitor,accubitrix,et accubito,accubitas . frequentatiuum , vt est illud . Dignatus nostris accubitare thoris.

Accubitus, tus,ipse accubādi actus . vt in Cāticis. Dus esset rex ĩ accubitu suo, nardus mea dedit odorem suauitatis.

Accubitum lectus,in quo cubatur ĩterdiu.Vnde apud Lampri.de commodo scribitur,ꝙ non accubuit, nisi in accubitis,quę pilum leporinū habuissent,aut plumas perdicum subalares.Hęc accubita alio nomine dicūtur anaclinteria, et apud Florentinos Thuscanica.

Accumulo,accumulas,pe.cor. augeo,amplifico,et quasi ad cumulum addo.

Accuro,ras,pe.pro. et per simplex r,significat studiose,et diligēter curo.Plau.in Epi.Remeabo intro.vt accurentur aduenientes hospites.Cice.in arte veteri. Melius accurantur, quę sine consilio administrantur. Hic accuratus,ta, tum, vbi magna apponit cura.Gel.Cultu corporis nitido, venustoq;,nimisq; accurato fuisse.Hic pacuratus. Cic. Apiopul.Peraccurate q̃rebaris,ꝙ eos tributa exigere vetarem.

Accurro,ris,per duplex rr.vide in dictione curro.

Accuso,sas,pe.pro.frequentatiuum est ab accudo,sicut docet Prisc.Componitur enim ex ad,et cuso, quod à cudo deducitur,ex quo composita Incuso,excuso, et recuso, q̃q̃ nō desint,qui dicāt accuso, ex ad,et cā, seu causor componi. Sed magis audiendus est Prisc.ꝙ magis cōmoda sit compositio à cuso frequentatiuo verbi Cudo. quod cusum supinū facit.Est aūt accusare aliquē,quasi eum apud iudicem ꝑcutere.Et hoc per translationē,quasi malleo ad incudem ꝑtundere,vt in quā velit,is qui accusat,formā redigatur,vnde ꝓprie est apud iudicē, vel aliū, et aliqñ apud illū,quem accuses,ostendere aliquē peccasse.Dicimus antē. Accuso te illi apud illum, vel coram illo magni sceleris, aut de magno scelere.Id obseruatū ferè comperi,vt quod peccati nomen exprimit gtō,quod minus ablatiuo poneretur,vt te accusaui homicidij,et alio scelere. Incusare est alterius mores reprehendere,et plęrūq; cum querela ꝙ ab illo iniuria sis affectus.Qui dixerunt incusare de maioribus dici.Accusare de paribus,vel minoribus, conuincuntur ab authoribus.Cęsar in primo com.Omniū ordinum adhibitis ad id consiliū centurionibus , vehementer eos incusauit.Diome. Incusante.Cice. Catilina conuictus est. Cor.Taci.Intemperiem cęli incusantes.

Accusatorius vir,qui alios accusat.Accusatorius liber.in quo continentur accusationes.

Accusatiuus,a,um,per quod quis accusatur. Vnde accusatiuus casus dictus est,quia per hunc,vel accusamus,vel laudare videmur.Vnde et laudatiuus dicitur.

Acelum, oppidum credit in Taurisci agro. vnde Acelinus Romanus sęuitia famosus, inter recentiores hystorias auditur,hodie Asulum dicit nunc reginę Cypri Cornelię prętoriū, sed falluntur qm̃ est oppidum à Patauio ad decimum lapidem versus Atestem, et Montagnanam.

Acedia,gręce ἀκηδία latine pigritia,tristitia,tedium, anxietas.Inde acedio,ias,quod significat anxiū esse, vnde locus Psal.Et anxiatus est super me spiritus meus, ὅτι κηδῶ τὸ ἀλγῶ, καὶ ἀσκέω, χαλεπαίνω καὶ, ὀλίγω, λυπῶ καὶ τὰ λοιπά, ὅθεν ἐπικήδιον λέγεται, καὶ ἀκηδεία ἀμελεία, καὶ τὸ ῥῆμα ἀκηδῶ, καὶ ἀκηδής. Et propterea est syllaba longa,quoniam est η gręcum.

Accedior,aris tędio afficior.Hiero. in eccle.Subijce humerum tuum,etporta illam,et ne accediaris vinculis eius.

Acephalus,pe.cor.latine sine capite dicitur.Nam α sine κεφαλή caput,vnde Acephali versus sine capite dicuntur quoniam à breui syllaba incipiunt.Acephali heretici quidam dicti sunt, quoniam nullus inuenitur author,à quo exorti sint. Hi duarum in Christo substantiarum ꝓprietatem negant,et vnam in eius persona prędicat naturam.

Acesinus,pe.pro.fluuius Persię,qui in indum fluuium cadit magnus,et nauigabilis , circa quem ferunt harundines tantę magnitudinis nasci , vt singula internodia incolis pręstent vicem nauigij.

Acer,ceris,et aceris, is,fęminini generis, cuius prima syllaba corripitur,nomen est arboris,à quo fit acernus, acerna,acernum,quod est materiatum ex acere.Virgil.Pręcipue cus iam hic constaret acernis. Staret equus contextus gręce dicitur. ὀξύν. Dicta acer, ꝙ acria in ea artificum ingenia exerceantur.Est enim amplissima arbor, et operum elegantia , ac subtilitate primum post citrum locum obtinet.

Acer,ra,rum,vel hic acer,hec acris,et hoc acre,prima pro. à quo acrior, et acerrimus, ꝓprie ad vinū acetum,et huiusmodi pertinet,nā saporis acetositatem significat.Col.li. iij.Radicitenus vitem prescindito,plagam acri aceto paꝝ

tex,ac

ter,ac lotio ꝑmixta terra linito,eodemq̄; radices irrigato. Transfertur ad alia,ē mō ꝓ forti ponit.Virg.li. viij.Aut acres dubites in ꝑlia poſcere Turnus.Mō ꝓ veloci.Idē li. iiij.At puer Aſcanius medijs ī vallibus,acri,Gaudet equo. Idem,Calidumq̄; animis,et curſibus acrem.Mō ꝓ acuto. Ci.Acri hō ingenio.Modo ꝓ vehementi.Idē in Hor.Aut Philippo breuius, aut Theopōpo acrius.Mō pro diligēte. Virg.Iam tū acer curas venientē extendit in annū. Mō pro ſeuero.Ci.li.i.offi.Sic nos,ſi acres,ac diligētes eē volumus animaduerſores vitiorum,magna ſepe ex paruis intelligimus. Modo pro aſpero.Idem in Lel.Nunc idem acerrimus inimicus.Ab acer fit compoſitum peracer.Deriuata ſunt acredo,acritudo,acritas, et acriter aduerbium.

Aceo,es,acui,acidus ſum, acorem ſapio.Cato de re ru.Vini quadragenę vrnę dabuntur,quod neq; aceat, neq; mucceat.Hinc componitur coaceo.

Aceſco,is,acidus fio.Hiero.ad furiam.Egeſſiſti aceſcentes.et morbidos cibos releuaſti ęſtuantes ſtomachum.Hinc coaceſco,quod eſt totus acidus fio.

Acerbus,ba,bum,quod non eſt coctum, ſed immaturus. Colu.Vua primo eſt peracerba guſtatu,Deinde maturata dulceſſit.Sic acerbum vulnus,hoc eſt immaturus, vn̄ et robuſtorum iuuenum acerbam mortem dicimus, qui difficulter moriuntur.Virg.lib.xi.Pallas,quem non virtutis egētem Abſtulit atra dies,et funere merſit acerbo.Tractum à pomis,quę immatura non niſi difficulter ab arboribus diuelluntur.Cice.in Cato.Quaſi poma ex arboribus cruda ſi ſint,ui auelluntur,ſi matura et cocta decidūt, ſic vitas in adoleſcentibus vis aufert,ſenibus maturitas. Per translationem acerbus dicitur aſper,infeſtus.Ci. Lentulo,Eo die acerbum habuimus Curionem.

Acerbitas,ſaporis amaritudo,cruditas, aſperitas, infeſtatio, ſęuitas.Cice.Qu.Valerio.Syllani temporis acerbitates deorum immortalium benignitate ſubter fugere.

Acerbo,as,aſpero,abominabile facio.Clau.li.ij. Nec patruo cedunt,ſtimulat communis in arma.Virginitas,crimēq; feri raptoris acerbat . Huius compoſitum eſt,Exacerbo, quod eſt valde acerbo,vel aſpere turbo.

Acetum,acre vinum,vel ꝙ acutus fit,vel q̄ſi aquatū.Vinū .n.aqua mixtū,cito in hūc ſapores vertit.Vel dr̄ ab aceo, es.Colu.li.iij.Infructuoſas vites fęcundas facito,q̄ exiguū dant fructum.Aceum Agricolę cinere irrigato, ipſumq̄; codicē linito cinere.Hic acetoſus,a,um,Acetoſitas,et acor.

Acentra dn̄r q̄ sūt ſine pūctis centriſue. Dr̄ et Acentreta.

Acetaria,quibuſdam dicuntur herbę, ſeu cibaria , quę ex aceto ſumuntur ad excitandum appetitum, quales ſunt herbę virentes,quas aceto,oleoq̄; guttatim in ſtillato cōcinnamus.Alij ab accipiendo hoc nomen deriuāt,vt acetaria ſint horti,hoc eſt hortēſia,qm̄ expedita res, et parata ſemper ſit,ēt ſi gręci oxybaphon appellāt , q̄ſi ab aceto tinctum.ἑλληνιστὶ γὰρ ὀξὸ στόχωδης,οἶνος,καὶ βάπτω ἢ δεύω.

Acetare,veteres ꝓ commouere,et agitare poſuerunt.Acor vini,aut mali punici,et ſimilium odoris , ſiue in guſtu ſaporis(vt ita dicam)acuitas,ſiue aſperitas.Col.li.iiij.Nos exiguū admodum cyrenaicum vino diluimus,et ita cacumina oblinimus, ea res ſeminio lauit acorem malorum.

Acidus,acida,acidus,pe.cor.quod acetum factum eſt, q̄uis et aſperum dicit.Col.li.vi.Malum punicum,ſi acidum, aut minus dulcē fructū feret,hī mō emendabit.Hie.in Eccle. Nō acide feras.i.amare,ſeu aſpere.Huius dimi.eſt Acidulus.Compoſitum Subacidus,aliquantulum acidus. Cato de re ru.Vinum ponito ſub diuo, poſtridie mane guſtato,ſi id ſapiet,quod in dolio eſt,ſcito id duraturus,ſubacidum non durabit.

Acetabulum,vaſis genus,quam heminam etiam dicimus. Hiero.in lib.Exo.Parabis acetabula,et phialas.

Acerę,pe.pro.vrbs Campanię non longe à Neapoli quam Clanius amnis preterfluit.Vnde apd̄ Virg. legitur.Vacuis Clanius non equus Acerris.Hinc Aceranus,qui eſt ex Acerris, ſicut Cumanus à Cumis.

Aceris,pe.cor.palea miliacea,à quo acerosus,a,um, vt frumentum aceroſum , quod eſt immundum, et non ſine paleis,à quo et panis,qui ex eo fit,aceroſus dicitur.

Acero,as,pe.cor.ab acus,ꝓ palea,ſignificat paleis īficio,vn̄ aceratum lutum, quod paleis immixtum eſt ad tuguria facienda.Huius compoſitus.Obacero,quod eſt loquendo, alterius ſermonem moleſto,impedio,ori obijcio.

Acerra,arcula turaria,in qua thus reponi ſolet,quo dijs ſacrificatur,turibulum vulgo dicit,gręci θυμιατήριον thymiaterion dicūt.Alij putant eſſe aras,quę ante mortuū poni ſolebat,in qua odores incendebāt.Cornu.ſcribit eſſe pateram in q̄ libat.Virgi.Et plena.ſupplex veneratur acerra.

Acerſecomes,pe.cor.latine dicitur intonſus comam,et capillatus.Iuue . Nemo Vendit acerſecomes, ab a priuatina particula,et κείρω καὶ κόμη tondeo.Hoc nomine dictus eſt apollo,ꝙ nunq̄ radij poſſint à fronte lucis auelli.

Aceruus,mollis aggregatio,et cumulus,proprie minutarum rerum congeries, vt frumenti,leguminis. Plaut. in pſeu. Quibus cunctis, montes , maximi acerui frumenti ſunt domi,et aliquanto maiorum,vt aceruus ſcutorum.ē ferè ad omnia generale eſt.Strues precipue lignorum . Strages cadauerum interfectorum vno in loco iacentium, ſiue humanorum,ſiue mutorum.Sarcina vtenſilium. t

Aceruatim,per aceruos,Colu. Cum eiuſmodi peſtis inceſſi ſub fauis,aceruatim enectę reperiuntur.

Aceruo,as,accumulo.Virg.ad crimen retulit,pro amplifico. Vel cum ſe pauidum contra mea iurgia fingit, Artificis ſcelus,et formidine crimen aceruat.Hic componitur coaceruo,quod eſt totum,vel ſimul aceruo coniungo.Lactā. lib.v.Errores ſuos inſuper crudelibus factis coaceruauit.

Aceſtes,is,vel aceſte,nomen viri ſiculorum regis,cuius Virgi. ſępe meminit.

Aceſtis,is,fluuius Indię nauigabilis .

Acheus Iouis filius qui antiquiſſimus fuit Meſſeniorum princeps.Hic cum apud eos pie vixiſſet, factum eſt vt totius ꝓuincię,quā hodie uſq; Achaiā nuncupamus,aut ſocietate,aut imꝑio potiretur,ē ab eius nomē diceretur Achaia, et ab eo omnes gręcię nobilitates habuiſſe originē ferūt.

Achemenes,cū diph.pe.cor.nomen primi ꝑſarum regis , vt ſcribit Hero.à quo reges omnes, uſq; ad Darium deſcenderunt, ex Achęmeniorum familia reges à Perſis electos ſcribit Hero.fuit alius Xerſis frater hoc nomine.

Achaia,regio gręcię vndiq; circūſepta mari,pręterq̄ à ſeptentrione,cuius caput eſt Corithus. Dcā Achaia ab Acheo Xuti filio. Quę primo Danaa.vt Hero.placet dicta fuit.vn̄ gręci achęi,atq; achiui,et danai dicti ſunt.Nā achiui dn̄r ę,diph.in i,ꝓductam conuerſa,et u,digamma ęolica interpoſita.Deinde Aegialea à rege Aegialio dicitur.Plyni. Achaię nomen prouincię. Ab Iſthmo incipit.ante ęgialos vocabat,propter vrbs in littore diſpoſitas,gręci.n.αἰγιαλὸν ęgialon vocant littus.Eſt etiā alia Achaia in pelopōneſo. habet ab ortu ſolis ꝑtem ęgei maris , ab occaſu Epirum à ſeptētrione Macedoniā. à meridie Creticum pelagus,in ea ſunt Thebe beotię,et megara q̄ Megaridi regioni nomen dedit. Declinaturq̄; Achaia , ę , dictio tetrasyllaba. Achais,idis,et achaida ę,ſicut ꝑſis,et ꝑſida thebais thebaida ptolemais ptolemaida.Oui.Ah quotiēs dicens q̄ paupę achaia noſtra ē.Hinc gręci dicti sūt achęi,achiui ę,diph. in i,productam conuerſa et digamma ęolica interpoſita. Sunt tamē qui vnam tantum eſſe Achaiam contendāt.

Achar,nomen ciuitatis quę nunc Nizibi appellatur.

Acharis penultima correpta . latine dici poteſt ſine gratia, Ingratus ἄχαρις, charis enim gratia dicitur, et achariſtia ingratitudo.

Achariſtia.ingratitudo,habet accentum in pen.

Achates,penul.produ. ἀπὸ τοῦ ἄχεος ideſt à cura quę regum ſemꝑ comes eſt,quo noīe dictus eſt Aeneę comes,et lapis q̄dam precioſus in Sicilia apud Achatem fluuiū primū reptus,poſtea plurimis in terris. eſt aūt niger habens in medio circulos nigros,et albos iunctos,et variatos ſimilis

hęmatiti hic tempestates auertere,et fulmina sistere dici/
tur.In hoc lapide habuit Pyrrhus Epirotarum rex musas
nouem naturales,et Apollinem cum lyra.

Achateon,uelum maximum in media naui constitutum.

Achęron,tis,cum diph.ut qdam uolunt fę.ge.palus infer/
nalis dr̄ à poëtis,ab a,sine χαίρων gaudēs,ꝙ sit sine gau
dio,sed ꝯstat locum esse ꝓpè Auernum lacum.Stra.li.vi.
Acherontem fluuiū esse tradit brutioꝝ ꝓpè Pandosiam
vrbem. vbi Alexander epirensis à Lucanis trucidatus est.
Dodonęo deceptus oraculo,quod iusserat,vt caueret ache
rusiā aquā,Pandosiamq̄; vrbem,cum in Epiro esset pan
dosia,et Acheron amnis fugiens hęc loca in Italiā venit,
eūq̄; vadū acherontis brutioꝝ egressū eminus veruto lu/
canus miles exultans confodit.Idem li.viij.docet ꝙ ache
ron ꝓ Pylū vrbē Achaię fluit,alpheū ierat acherontiq̄; ꝑꝑ
inferni ꝓpetatem inditū est vocabulū,qm̄ in ea ora Cere
ris,ac Proserpinę,Plutonisq̄; templa magno ī honore sūt.
Alter describit ad heracleam ponti ab acherontę à qbus/
dam tn̄ sine diph.scribit.Virg.Flectere si nequeo superos,
acheronta mouebo.Ab ἀ, et καιρὸς, quod est tempus.Naꝫ
achęrō pro temporis labilitate ponit,eo ꝙ temporis lapsu
oīa ꝑeunt.Ideo fingit vnū ex fluminibus inferni,sed poti
us credo ab eo dici.s. ἀπὸ τ̃ ἄχεος τῆς λύπης,καὶ ῥέω ποτα
μὸς τῶν ἀλγέων.qm̄ vbiq; sine diph.scribitur. Ab Acheron
fiunt adiectiua.Acherontius,et acherontinus. Vnde ache/
rontini ppli oppidani,qui iuxta acherontē habitant.Asco.
Acheron in nominatino pe.breui.et ge.masc.in vsu est.

Acherontia,ciuitas parua Apulię in monte sita.

Achelous,Ætolię rex, à quo fluuius eiusdem noīs à Pindo
mōte oriens,et Ætoliā ab Acarnania diuidens in malea/
cū sinū defluit.Thoas ātea appellabat.Hinc fit acheloi/
us,a,um,qđ mō possesiuū est,mō pro aqueus ponit.Vir.
li.i.Geor.Poculaq̄; inuentis acheloia miscuit vuis.Veteres
enim aquaꝫ oēm acheloum nuncupauere,ꝙ primus post
diluuium erupisse terram fertur,siue ꝙ Achelous in gręe/
cia,vbi tot ingenia floruerunt,omnium fluuiorum cele/
berrimus fuit.Hinc acheloides nymphę dictę sunt.

Acherusia,palus inter Capuam,et Auersam per aperta pla/
na,usq; propè Cumas diffusa.Dio.sic in.ij.bibliotecę hy/
storię de sepulchris ęgyptiorum,qui heliopolim accolunt,
hęc tradit paludem esse Acherusiam,in quam immittan
tur cadauera in vlteriorem ripaꝫ deferenda.nauim vero
ipsam,qua traijcitur barim, hoc est onerariam appellari,
inde natam de charonte,qui animas transuehat stygem
fabellam.Item acherusia specus est iuxta Euxinum.

Achemenides fuit vnus ex socijs vlyxis, qui apud Virgili.
narrat de Polyphemo.

Achimenes filius Bachemonis filij Perse qui.Achimenis po
pulis nomen dedit,in quibus imperauit,à quo Achime/
nia regio.Fuit et Achimenes Ariobatis regis Lycię filia ē
vxor Belorophontis.

Achillus pen.produ. qui sine labris. ab α sine χειλος chilos
labrum.etiam margo,sed achelus potius dici debet, quia
ει in e longum vertitur,vt κυθηρεία.

Achilles,quod et achilleus dicitur,nam gręce ἀχιλλεὺς no
men viri,apud Home.cantatissimi,cuius genitiuus tam ī
i,quam in is,finit.Nomina.n. in eus diph. finita apud
antiquos terminabantur in es,vt Theseus theses. Tydeus
tydęs,genitiuus erit in is,thesis, tydis, vbi in fine carmi/
nis abijciturr s,vt thesitydi.Remansit ꝯsuetudo in achil/
leus,et vlysseus Achylles,Vlysses,quoꝝ genitiuus est achil
li,vlissi.in carmine.Virg.Troas reliquias danaum,atque
immitis Achilli.Dissoluto genitiuo vsus est.Hora. Vlyssei
à nominatiuo vlysseus,naꝫ et gręci ὀδυσσεύς.Nec cursus
duplices per mare vlyssei.Hic pelei,et Thetidis filius Chi/
roni nutriendus datus est inter filias Lycomedis sub ha/
bitu muliebri absconditus ex Deidamia generat Pyrrhū.
Indignatus contra Agamemnonem post mortem Patro/
cli suscepit à Vulcano arma noua Hectorem occidit. A
Paride coniugium Polyxenę sperans tandem occiditur,ē
in sigeo sepelitur.

Acieris, securis ęrea, qua in sacrificijs veteres sacerdotes
vtebantur.

Aciale,vel aciare,ferrum durum,eius materię apud Brixia/
nos maxima vis fit.

Acidalus pe.cor.fons in Orchomeno oppido Bęotię Vene/
ri sacer.vnde venus acidalia dicta.

Acies tria significat.s. acuitatem falcis cultri. et similium,
quę secant.Col.lib.v.Obtusa, enim hebesq̄;, et mollis falx
putatorem moratur,eoq; minus laboris efficit,et plus la/
boris affert vinitori.nam siue curuatur acies, quod acci/
dit molli,siue tardius penetrat quod euenit in retuso,et
crasso ferramēto maiore nixu est opus,ē ἀπὸ τ̃ ἀκονέειν.i.
ab acuendo dicitur,sicut acumen et acuo,significat ē ex/
ercitus instructioneꝫ,cum ad dimicandum paratus est,
eo ꝙ acuto ferro armatus sit.Virg.libro.ij.Geor. Et cam/
po stetit agmen aperto directeq̄; acies.Et acies quidem in
structa his vocabulis vocari solet.Frons.subsidia, cuneus,
orbis,globus,forfices,serra,alę,turres,et quędam alia.Ter
tio oculi lumen.Lactanti. libro. de opi. Acies enim,idest
membrana illa perlucens,quam siccari,et obarescere non
oportet,nisi humore tersa pure niteat obsolescit.Per trās/
lationem acies sumitur pro ingenij perspicuitate.Cice. in
Cato.Nonne vobis videtur animus.qui plus cernit,et lon/
gius videt se ad meliora proficisci.Ille autem, cuius obtu/
sior sit acies,non videtur.Dicimus autem tam acie,quàm
aciei in genitiuo.Salu.lib.i.Histo. Dubitauit acie pars,ꝓ
aciei.Cuius rei causam vide apud Gellium.

Aciem,trahere,dicuntur aquę,pro eo quod est acuere. Si/
militer aciem ferri exterimus, vt acuta sit.

Acinacis pe.cor.gladius persicus.Hora.lib.i.Car.Vino,et ri/
xis Medus acinacis.Hiero. contra Ioui. Extorsit acinacem
de manu,et latus eius transuerberauit.

Acini,pe.cor.inter fructus minutiores arborum,fruticum/
ue densius nascuntur,vt vuę,grana,hederę grana,sambu
ci,tribuli,mali punici grana.Hiero.Nunc de acino uina/
cei differamus granum paruum est , ita vt vix duobus
digitulis teneri possit.Baccę vero diffusius,ē rarius,vt fru/
ctus lauri,oliuę,corni,loti,myrti,lentisci.Nonnunquaꝫ aci/
ni,et baccę indifferenter ponuntur.Virg.Sanguineis ebu/
li baccis,minioq̄; rubentem.Ab acinis vuę.Acinaticius,a,
um,fit,vt Vinum acinatitium.Vlpia.ff. de uino legato.
Acinatitium planè vinum continebitur.

Acis,fluuius Sicilię ex Æthna ꝓcedens ex cuius ripis fert
Polyphemū saxū in Vlyssē eiecisse.Acis.n. gręce latine sa/
gitta dicitur Claud.Lucus erat propè flumen aci quod cā/
dida pręfert.Sępe mari pulchroq̄; secat galatęa natatu.Acis
etiam nomen siculi adolescentis pulcherrimi quem fe/
runt adamatum à Galathea in fluuium transformatuꝫ.

Acletos.i.non vocatus qui citra vocationem ad conuiuium
vadit.quod amici faciunt. A symbolus dicitur qui nihil
tradit,ad cęnam.

Aclanes ἀκλαυής latine minime plorans dicitur.

Acleros,penul.produ.scribitur enim ἄκληρος. latine dicitur
expers sine parte.

Aclydes pe.pro.putatur esse genus teli,per quod flagellum
immensum iaci potest.Virgil.lib.vij. Teretes sunt acly/
des illis Tela,sed hęc lento mos est aptare flagello.

Acmon,latine incus. Vnde pyracmon vnus fuit ex vulca/
ni famulis.Virg.Brontesq̄; Steropesq̄;, et nudus membra
Pyracmon,ꝙ à calenti incude nunquam discederet.

Acęton ἀπὸ τῆς κοίτης quod lectum,cubileq̄; significat.Vn̄
cęton,idest dormitorium.Acęron ergo significat sine retri
mento sedimentoue.

Acolutus,penul.produ.latine consequens dicit,ἀπὸ τ̃ ἀκο/
λουθεῖν,idest asequendo.

Acomentarijs.vide in litera.A.in prin.lib.

Acone,latine cos,gręce ἀκόνη.

Acone,portus Bithinię esse fertur, qui prouentu malorum
graminum,vsq; adeo celebris est, vt noxias herbas aconi/

ta nominimus

ta nominemus. Sed vide in dictione Aconitum.

Acopa, pe. cor. dicuntur medicamenta quę adhibent lassis imposito ex re vocabulo. Hinc Acopis quoq; gēma dicta est cū qua oleū subferuefactū pūnctis lassitudines soluit.

Acorus, radix plantę quę est sicut papyrus oritur in locis aquosis, et in aquis. et super hanc radicem sunt nodi ad albedinem declinantes, vtuntur eo medici ad multa, nam inflationem resoluit, et attenuat ventositates.

Acus quartę decli. generis foemi. instrumentum est, quo sarcinatrix, et ornatrix vtitur ad discernēdos capillos ab acuta cuspide. Iuue. Ille supercilium madida fuligine tinctū. Obliqua pducit acu. Marci. Figat acus tortas sustineatq; comas. Hiero. in esa. Habent acus, mulieres quibus ornatorum crinium compago retinetur ne laxius fluant, et inspersos dissipentur capillos. Paleę etiam frumenti acus dicuntur à similitudine acus, qua suimus. Col. li. ij. Nam semina excussa in area iacebunt, superq; eodem modo reliqui fasciculi excutientur, ac durissime acus eiectę, separateq; erunt à cudentibus. Similiter exercitus instructio acus dicitur, ꝙ ea militum pars vehementissima sit ad hostem vulnerandum acumine telorum.

Acuncula dimi. ab acu, qua vtuntur mulieres ad ornandum, quale est discerniculum, quod capillis discriminandis est accommodatum.

Acicula, formatione, non significatione dimi. est ab acu. vt inquit Prisci. qua vtuntur mulieres ad ornatum capitis. Est et acicula piscis tenuis, ac longus, qui et acus dicitur.

Acupictores, qui acu pingūt, alio nomine phrygiones appellantur, ab Phrygia regione Troię, vbi primum inuenta hęc ars dicitur, non autem composita, vt Phocylides, μὴ τεχαμ-κλοπέειν.

Acus, ci, generis mascu. qui et acicula dicitur, vt paulo supra piscis genus, de quo Mar. Et satius tenues ducere credis acos. Hic etiam Bellona dicitur. Ply. Acus, sine bellone vnus piscium dehiscēte propter multitudinē vtero perit.

Acus, aceris, ge. neu. purgamentum frumenti. Col. lib. viij. Nam suburbanis lactens porcus acerę nutricandus est.

Aculeus, spiculum, vel res, seu oratio pungens. Col. lib. i. Nec paludem quidem vicinam esse oportet ędificijs, nec iunctam militarem viam, ꝙ illa caloribus noxium virus eructat, et infestis aculeis armata, culices, muscas, tabanos, q̄ in nos densissimis agminibus inuolant. Vnde et pro quodam tormenti genere ponitur, quo forte velut acu sancti martyres pungebantur. Per translationem vero canimus. Tu deuicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cęlorum. Ci. de optimo dicendi genere transtulit ad orationes. Horum oratio inquit. neq; neruos, neq; aculeos oratorios, ac forenses habet. Hinc fit aculeatus, tantum, qđ aculeum, hoc est, acutum aculei instar habet. Ply. lib. xi. Sine ore est, pro eo quiddam aculeatum linguis simile et hoc in pectore quoq; vorem lambunt, reliquorum quibusdam aculeus in ore, vt asilo, sine tabanum dici placet.

Acumen pe. pro. subtilitas alicuius rei, per translationem ponitur pro ingenij perspicacitate. Col. in pręfa. Facillimam esse, nec vllius acuminis rusticationem, ꝙ quę in acumen terminēt, interius magis penetrent, quomodo solent pspicatia ingenia penetrare.

Acumino, nas, pe. cor. acutum facio. Lac. de opifi. in quadrupedibus autem contextum spinę à summo capite deductū longius extra corpus eduxit, et acuminauit in caudā, vt obscęnę corporis partes, vel propter foeditatem tegerent, vel propter teneritudinem munirentur, vt animalia quędam minuta, ē nocentia motu eius arcerentur à corpore.

Acuo, is, cui, cutum, proprie accōmodat falci cultro, et huiusmodi, quę acui possunt. Col. lib. iij. Quotiens falcē acueris, ea pelle aciem detergito, atq; ita putare incipito. Per translationem Hiero. ad Ctesi. stilo accommodauit. Forsitan (inquit) vestra dicemus, et frustra ingenij acuetis stilum. i. exercebitis. Ter. in Adel. opibus adhibuit cum ait. Attentiores sumus ad rem omnes, q̄ sat est, ꝙ illos sat ętas acuet. i. docebit. Virg. lib. i. Geor. in simili significatione cordibus tribuit. Curis acuens mortalia corda. Cice Trebonio viris apposuit. In excitando autem, et in acuēdo plurimum valet, si laudes illum, quem cohorteris. E lib. iij. offi. Duę res, quę languorem afferunt cęteris illum acuebant. ocium, et solitudo. i. incendebant. Idem in Lel. dictis attribuit. Multa eius, et in senatu, et in foro, vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute ferebantur. Aug. lib. de vera religione, prudentię applicauit. Acuit in tentationibus prudentiam, vt non solum in eas non inducatur, sed fiat etiam vigilantior. Huius verbi composita sunt ex acuo, quod est valde, seu perfecte acuo. Virg. i. Geor. Ex acuunt alij vallos, furcasq; bicornes. Per similitudinem etiam addentes, et linguam transfertur. Idem lib. iij. Geor. Dentesq; sabellicus exacuit sus. Et in Psal. Quia exacuerunt, vt gladium linguas suas. Pręacuo prius acuo. Cat. Vitem teneram pręacuito.

Acutus, ta, tum, pe. pro. quod acumen habet. vnde gladius acutum dicimus. et palum acutum. Transfertur et ad incorporea, vt acutum ingenium, acutus nisus, Interdum ponitur pro aspero. Virgil. Et acuto murice, acutam autem vocem tenuem, et altam vocamus.

Acupedius dicitur ille, cui pręcipuum est in currendo pedum acumen.

Aconitum, pe. pro. herba, quę ex cerberi spuma conspersa venenum efficacissimum contraxit, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Dictum aconitum ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc est à cote. Iuxta Oui. dicentem. Quę quia nascuntur dura viuacia caute. Mortales aconita vocant. Sunt qui ab acone portu deriuant Heraclee Lyco flumini opposito q̄ prouentu malorum graminum, vsq; eo celebris fuit, vt noxię herbę illinc aconita nominata sint. Alij, ꝙ iuxta nullus puluis interueniat. Nam κόνις. i. puluis, ἀκόνιτι sine puluere dicitur. Nonnulli huius rationem attulere, qm̄ eadem vis immotę esset huic, quę cotibus ad ferri aciem deterendam, statimq; admota velocitas sentitur. Plyn. lib. xxvij. scribit aconitum dictum, ꝙ in nudis cautibus, quas aconas vocant nascatur, vel quoniam ἀκυνίζομαι est accelero, quoniam mortem accelerat. Sunt qui putant eā herbam esse, quam Napellum vocant vulgo. sed non est. Hęc ab Auicēna strangulator dicitur. Due sunt species altera lycoctonis. i. lupi strangulator, altera pardaliphontes. i. leopardi strangulator.

Aconiti vicit, prouerbij loco dicitur apud grecos quotiens quis sine labore, et sudore uicit, significat enim sine puluere quo pugiles in athletico certamine prospersi depugnant. Ply. lib. xxxv. Alcimachus Doximum, et pancratio olympię citra pulueris tactum qđ vocant aconiti uicit. Quum igitur luctator sine puluere luctatur, ea incruēta pugna haberi solet. Econtrario coniti uicit dicitur quotiēs cum labore fit victoria. Coniti significat cū puluisculo. vñ Ply. scribit Dioxippum olympia uicisse aconiti. i. sine puluisculo, eundē conetine mea. i. cum inspersione pulueris.

Acquiesco proprie est accumbere. Sene. Nihilo miserius ero, si lassa ceruix mea in manipulo ferri acquiescat. Et acquiescere est assentire aliorum dictis, vt est illud. Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.

Acredula, pe. cor. putatur Luscinia auis, sine, quam vulgo Ranarinum dicimus. Cic. in Progne. Et matutinos exercet acredula cantus.

Acrimonia, asperitas ad uarias refertur res. Ca. de re rus. Et si ulcus acrimoniam eius ferre non poterit farinam hordeaceā misceto. Col. lib. x. Abstineat omnibus redolentibus esculentis, ut sunt salsamenta, et eoꝝ oīa eliquamina. Itē fętentibus acrimonijs allij, uel cęparum. Amb. Et ille qdē si adeo infectę, res cellulę fuerint, ꝙ maculas sola aqua non purgat, addunt mollicies olei, saponis et acrimoniā. Per translationē ponit ꝓ uehementia. Cice. lib. iiij. ad Heren. Hęc exornatio, tum multum uenustatis habet, tum grauitatis, et acrimonię plurimum. Itē ponit pro animi

vinacitate. pro acumine ingenij, et mentis seueritate.

Acris, Italię fluuius est, Sicilię.

Acropolis arx athenarum, sed et aliarum vrbium.

Acrisius, Abantis argiuorum regis filius, et pater Danaes ꝑ hic quum apd argos annis.xxxi.regnasset, à Perseo nepote suo, licet non sponte, occisus est, à quo fit acrisoneus.a.um. Virg. Quam dicitur vrbem Acrisioneis Danae fundasse colonis, et patronymicum fę. acrisione pro danae.

Acros, latine summitas, et cacumen dicitur.

Acroceraunia, montes excelsi inter Armeniā et Hybernias, sic dicti, ꝙ fulminibus sępe infestent, nā κεραυνὸς fulmen. ἄκρος altus, quasi montes ignitas habentes à fulminibus summitates.

Acrocorinthus, mons pelopōnesi excelsus inter duo maria, ęgeum, scilicet et Ionium, stadiorum trium, et dimidiati, sub cuius radice in plano instar mensę loco iacet oppidum Corinthus. Vertex ipse acrocorinthi Veneris sacram habet ędiculam. Infra verticem pyrenem fontem, haud affluentes, sed perspicuas aquas habentem.

Acrocomus. pe. cor. latine longam comam habens.

Achrocordones, verucę sunt nostratis fabę amplitudine, quę pueros maxime infestant, dictę, quoniam in imo angustę ita sunt vt pendere videantur.

Acraton, mel purū atq; integrū, qđ nullū ꝯtraxit vitium.

Acratismon, seu acratisma, latine ientaculum dicitur ἀπὸ τῆ ἀκρά του, ὅτια στηντική ὅτι, καὶ κρατέω, hoc est à vino et non limphato. Nam in aurora meracius bibere et salubre putatur, et vsu receptum est.

Acromata, sententię subtiles inquisitione, et indagatione exquisita. ab ἄκρος summus, et μέδομαι τὸ ζητέω inqro.

Acromata gręci voces et auscultationes vocant. Aristoteles acromata noīauit commentationes suas, quas discipulis tradebat, in quibus phia remotior, subtiliorq; agitabatur, huic disciplinę, quę Acromatice dr̄, tempus dabat in Lycio gymnasio matutino. Lampri. accipere videt pro ipsis hoībus acromaton recitantibus, cū ait in Alex. Alexandrū nanos, et nanas, et moriones, et vocales exoletos, & oīa acromata, et pantomimos populo danasse. Similiter Ply. in Epi. Interdū inqt audiebamus acromata, interdum, iucundissimis ſmonibus nox ducebat. Alij appellant acromata festiuas recitationes, ludicrasq; narratiões, quod sigt. Ci. pro signis, hic ꝙ festiuū acroma, nec sine corollario de ꝯuiuio discederet. ibidē ꝯuiuis inspectantibus emblemata euellēda curauit. Et Sue. de Aug. scribit. Acromata, hoc est narrationes recitationesq;. ludicras, et mimicas ab Augusto interponi solere conuiuijs, ad conuictores oblectandos. Sic et Amb. li. Hexa. intellexit cum inquit. Omnes se inuicem diligant, omnes se inuicem foueant, et quasi vnum corpus diuersa membra sustentent, quos non mortiferi cantus acromatum scęnicorum, qui mentem emolliant ad amores, sed concentus ecclesię.

Acromaticus ca, cum, idem quod auscultatorius.

Acta substantiuū nomē et gręcū, vltima depresso accentu, sigt littus. Nā ἀκτὴ littus dicit, ἀκταῖος littoralis Virg. li. v. At ꝓcul in sola secretę troades acta. Amb. lib. Hexa. de cetis loquens, quę non in acta inquit, nec in littoribus, sed in athlantici maris profundo feruntur videri.

Acta ab ago is, dr̄ de rebus priuatis minoribus familiaribusq; quę in vrbe fiunt, et in scripta rediguntur. Iuuena. Fiēt ista palàm, cupiēt et ī acta referri. In quo sensu etiā actus dicimus. Cice. Quod si de mea vita atq; actibus huic ꝯuitiatori respondeo. Gesta vero quę fiunt in administratione, magr̄atus, in bello et in rebus maioribus, ē ad rēpu. ꝑtinentibus, vt gesta Cęsaris, gesta Pompeij. Acta diurna, q̄ per singulos dies fiūt, et scribunt, ea gręco uocabulo Ephemeris, Latine Diariū dicebant. Sueto. de Cęsa. Inito honore primus oīum instituit, ut tam senatus, q̄ populi diurna acta ꝯficerentur. Acta uero eius, qui togatus in repub. uersatus sit cum imperio ac potestate sunt proprie leges. Cic. Quęre acta Gracchi leges Sempronię proferentur.

Actus a, um, ponit ꝓ completo. Virg. li. vi. His actis propere exequitur pręcepta sibylle. Pro appulso. Idem li. ij. Sine errore vię, seu tempestatibus acti. Pro infixo. Idem lib. ix. Sed viribus ensis adactus Transadigit costas. Pro admoto. Idem lib. xi. Accelerant acta pariter testudine volsci. Pro coacto territo, vt Prodigijs acti cęlestibus ossa piabunt. Alia significata quęre in Ago.

Actus, ctus, quarti ordinis generali vocabulo dicitur omne quod agit aut dicit. Sal. Constituerat, vti cum Catilina in agrum fessulanum cum exercitu venisset. L. bestia tri. pleb. ꝯcione habita de actibus Ci. quęreret. i. de his quę Cic. dixerat aut fecerat, vt in plębis odium adduceret. Interdū actus dr̄ hystoria. Hie. lib. De viris illus. Euangelium sicut audierat scripsit, actus vero apostolorum sicut viderat ipse composuit. In eo. n. opere actus ipsorum virtutibus insignes explicant, qui magis gestu corporis perficiuntur. Et ꝑtes comędię ac tragędię dn̄r actus à gestibus histrionum, qui ex hoc ipso actuosi dn̄r. Et actus dr̄ spacium in agro centum viginti pedū, ꝙ in eo boues agerent, cum araret vno impetu iusto. Tres autē reperiuntur actus, minimus, quadratus, et quadratus duplicatus. Minimus quattuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes. cxx. quod spacium in agris erat inter vicinos, quadratus, vndiq; centū viginti pedibus pręfinitur, quadratus duplicatus iugerum pręstat, rursus actus vt Modes. de serui. rusticorum. scribit, est vbi armenta trahere, et vehiculum ducere licet. Iter quo quis pedes, vel eques commeare potest.

Actum est, semper in malam partem accipitur, vt actum est de repu. idest respu. extincta, desperata, et perdita est.

Actio ab ago nomē verbale fit, multa sigt, nam quandoq; pronunciationem. Ci. de opti. Est. n. actio quasi corporis q̄dam eloquentia, cum ꝯstet è voce atq; motu. Quid autē sit ꝓnunciatio, idē li. i. ad Her. explicat. Pronunciatio est vocis, vultus, gestus, moderatio cum venustate, qn̄q; actio ponitur pro or̄one scripta, qn̄q; pro hystoria. Vn̄ Hie. Aliud quoq; volumen ꝯdidit egregiū, quod titulo apostolicarū actionū pręnotat, quandoq; dr̄ defensio, siue oratio pro causę defensione, aut alicuius rei de qua agit. Cic. C. Vale. Actionē meā. C. Cęsar primo suo consulatu lege in agraria comprobauit. Et actio ius, quod sibi debebat in iudicio ꝑsequendi vt li. i. ad Herē. Et à causa cadit is, qui agit nisi habeat actionem. Actionū vero (sicuti docet Vlpia.) sunt duo genera. In rem quę dr̄ uindicatio, et in personam, quę ꝯditio appellat. In rem actio est per quā rem nr̄am, quę ab alio possidet, petimus, et semꝑ aduersus eū est, q possidet. In personā actio est, qua cū eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendū aliqd vel dandū. Et semꝑ aduersus eundē, locum habet. Sumitur interdum actio pro beneficij accępti verboꝝ grata redditione. Ci. Planco. Quanq̄ gratiaꝝ actionem à te non desiderabam. Interdum pro administratione. Lactan. lib. de ira dei. Dei vero actio, quę potest esse, nisi mundi administratio? Et generaliter capitur pro omni operatione, atq; actu, vt apđ Ci. li. i. offi. Virtutis enim laus omnis in actione consistit.

Actor, qui aliquid agit, Qui causam agit, vt orator. Qui gestum vultus, et corporis agit, vt mimus ē histrio, et qui comędias, et tragędias agit, vt comędus, et Tragędus. Pręterea actor dicitur Villicus, qui res nostras curat, quem factorem solemus appellare, de quo Colu.

Actor oris, pe. cor. nomen viri proprium. Virg. lib. xij. Actoris aurunci spolium quassatq; frementem.

Actuarius, ab actibus actoris. i. histrionis dicitur. Et is significatur, qui acta actionesq; describit ueloci stilo, eaq; descripta deinde recitat quod significare uidetur Sene. his verbis. Multum uina uox facit, non quidem hęc, quę alienis uerbis commodatur. Et actuarij uice fungitur. Actuarius igitur tanq̄ notarius est. Sue. in Cęsa. Quā non immerito Augustus ęstimabat magis ab actuarijs excępta male subsequentibus uerba dicētis, quā ab illo ęditaꝫ. Et actuarius est, qui acta publica scribit. Item qui aptus est ad vehendum.

hendum, Vnde actuarię naues paruę dicte sunt celeres, ꝙ cito agi possint. Salu. His actuarię naues circiter triginta, decem onerarię erant. Similiter actuarius dicitur cuius actus est, sicut fructarius, cuius fructus est.

Actualia noĩa, q̄ ab actu descēdūt, vt dux, rex, cursor, nutrix.

Actualis scientia, q̄ ꝑpositas res operationibus suis explicat, cuius partes sunt tres, moralis, dispensatiua. Et ciuilis.

Actuosus ab actu etiam descendit, Et significat eum, q in actibus presertim in gestibus corporis abundat, ē multū se exercet. Do. in Terren. Hęc scęna actuosa est magis in gestu, quā in oratione ꝯstituta. Amb. li. hex. Namq; istaꝝ artium, alię sunt actuosę quę, sunt in corporis motu aut sono vocis. Ponitur et actuosus pro o peroso, qui semp aliquid facit. Se. Iracundos feruida natura animi facit. Est enim actuosus, et pertinax ignis.

Actuosus factiosus, ꝙ vna quid agat faciatq̄;.

Actiuus qui agit, vn̄ actiuum verbum opponit̄ passiuo.

Acto, ctas, frequentatiuum ab ago non est in vsu, pro eo vsurpamus actito, ctitas.

Actito, tas, pe. cor. frequentatiuū oriundus, non ortum ab ago. Nā sicut nō est scriptito à scribo, nec lectito à lego, nec factito à facio, qa nō à supino primitiuoꝝ formant̄, quę si formarentur acto, scrito, lecto, Et facto diceremus. Sed iccirco nō sic formant̄, ꝙ male sonarēt, et ambigua forent. Igit̄ actito ab acto as, frequentatiuo. Scriptito à scripto, lectito à lecto, Et factito à facto formari cēsenda sūt. Et proprie actitare dicitur in causis. Ply. Magis miraberis si sciens illum aliquandiu causas actitasse. Sue. ī Galba. Modiceq; in dicendo facultatis causas industrius actitauit. Augu. lib. ij. ciui. dei. ad ludos transtulit. Quis igitur in agēda vita non potius sectanda arbitretur, quę actitātur ludis authoritate diuina institutis, quas ea quę scriptitantur legibus humano consilio promulgatis.

Actutum, pe. pro. aduerbium temporis ab actu. i. celeritate deriuatum. Significat. n. confestim sine dilatione. Teren. in Phor. aggredere actutum.

Actęon cum diphthongo aristei filius à Diana in ceruum conuersus et à suis canibus dilaceratus. Eius fabula diffuse ab Ouidi. narratur.

Actęa gręci Ebulum dicunt, & proprie chameacten, nisi quis Sambucum pro actęa capiat, quam vocant acten, et fructum eius actęon.

Acteus, ctea, cteum, dicitur pro Atheniensi. Nā attica regio apud priscos dicta est, non solum atthis idos ab athide Cranai regis filia, vt inquit Eustachius, sed ēt acte. vt Ply. lib. iij. ē Gel. testant̄, vel Actęone, vel ab Acteo rege indigena. Prius enim acticā regionē acteȝ dictam Lycophron grecus poëta innuit, apud quē Castor et Pollux ἀκταιυὸς λ/ κοὶ appellat̄, vel quia litoralis ferè tota sit exili, et angusto quodam velut margine, vt author ē. Stra. Vn̄ Oui. i. met. Sepat aonios acteis phocis ab oris. Vult. eniȝ ꝑnasſuȝ mediū esse inter Bęotiā et athenas. Attica ēt regio quōdaȝ Ionia ē vocata ab Ionio Apollinis, ē Creusę Erichthei filio, vel vt inquit Stra. ab Ione Xuthi filio.

Actius fuit Tragędiarum scriptor, natus libertinis Parentibus et īter colonos Pisauꝝ deductus ē, à q̊ ē fundus Actianus iuxta Pisauꝝ dictus ī scribēdis tragędijs sn̄iaꝝ grauitate, verborum pondere ꝑsonaꝝ authoritate clarissimus.

Actium epiri promontoriū. Vbi Augu. de victis nauali pręlio Antonio, et Cleopatra vrbeȝ ꝯdidit, et nicopolim à victoria noĩauit. Hinc Actius, ctia, ctium, et Actiacus, ca, cuȝ Virgil. Actiaq̄; Iliacis celebramus littora ludis. Sappho adi phaonem. Cur non actiacas miseram me mittis ad oras.

Actia orum, ludi quinquennales actiaci Apollini actio dicati, qui prius et à finitimis agebantur, sed ab Augusto honorificentius celebrati fuerunt.

Acyros gręcę, latine improprie.

Acyrologia latine impropria locutio. Nam ἄκυρος acyros in propria et à λέγω logia locutio, vt Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Quia sperare pro timere dixit. Nam speramus bona, timemus aduersa. Et acyrologia est dictio minus ꝯuenienter elata, vel nō proprijs dictionibus obscurata sententia, vt Accede ad igneȝ hunc iam calesces plus satis. Ibi enim nullus significatur ignis sed meretrix.

Ad prępositio est, quę tam in compositione, quàm in appositione inuenitur. Et plerunq; proximitatē significat. Curtius. Erat ad ripam fluminis ingens arbor. Cice. Decem fiscos ad Senatorem quendā relictos. Colu. lib. i. Quicquid apposueris fissum erit rimosumq̄;. i. iuxta posueris. Habet quoq; vim similitudinis, vt ad vnguem, ad ęquo. Habet vim intendendi, vt admodū. i. valde. Ad edo in totū edo. Denotat motum ad hominem. Teren. in phor. Sed qd cessas hominem adire? Interdū motū ad rem. Virg. Necdum illis labra admoui. Interdū ad locum. Salu. In Iug. Plęraq; loca hostiliter cum eqtatu accedit. Vbi sciendum, ꝙ licet, ad, ꝓximitatē sigcet, sępenumero tn̄ etiam locum apprehēdit sicut hic. Et Cic. Tyroni. Ego ad vrbem accessi, Importat quandoq; ꝯtrarietatē, Vt ad illū mihi pugna est. i. cōtra illū. Cic. Ne ad ea meditere imparatū te offendā. Qn̄q; comparationem, vt Cęsar. Nihil ad equitatum tuum, idest in comparatione. Quandoq; additionem, vt ad hęc mala. Quādoq; ad causam, vt Ad quid hoc fecisti. Capitur ꝓ circiter, vt ad duo milia hominum occisa sunt. Pro sup. Teren. in And. Tū si qs magistrum cepit ad eam reȝ improbum ipsum, aĩum ęgrotū ad deteriorē parteȝ plęrunq; applicat Do. Ad eam reȝ sup eā rem, hoc est super amorem. Vsurpatur pro ante. Virg. Cunctantem ad limina templi. Item pro post, vt ad hęc. i. post hęc. Significat et temporalitatem, et hoc duobus modis. Vno cum temporis ꝯditionem, vel necessitatem, vel opportunitatē importat. Quin. Fingere nimiꝝ ad tempus videor. Et rem nimiū manifestam imprudenter cōprobare. Altero cum sigt temporis spacium, vt denotet vsq; ad, et includat tēpus, cui adiungitur, vt silebo ad annum, latebo ad tēpus. Var. Qui cum ad tempus latitasset, tandem sub spōda iacens īuentus ē. Cice. ꝓ Ceci. Cū amicis ad diē venit in castellum, quod sigt die ꝑstituto. Aliqn̄ tn̄ ponimus ad. et vsq;. Sal. ī iug. Iilliq; et vsq; ad nostram memoriā romani sic laborauere. Cōprehendit et numeꝝ, cui iungit̄. Liui. lib. iij. Consul Romanus in algido consecutus, ad vnum oēs occidit. Plau. in epi. Quanti enim ꝑter minimo ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minas, inuenit̄ quandoq; ad absolute positum, vt apud Teren. in adel. Vbi ad Dianę, veneris, sub intelligit̄ templū sed Attice. Hor. in Ser. Ventum erat ad vestę. Cęteꝝ notandum, ꝙ ad in cōpositione cum iungit̄ dictionibus incipientibus, a. c. f. g. l. n. p. r. s. t. mutat̄ d. ī literas sequentes, vt accurro, affero, aggrego, alligo, annumero, appono, arrogo, assisto, attribuo. Excipiūtur agnosco, in quo. d. abijcit̄ euphonię causa. aperio, similiter, adsum vbi .d. remanet sicut suo dicetur loco. Sed si componat̄ cum a. b. d. e. h. i. o. u. semp d. integra manet. vt adamo, adbibo, adbreuio adduco, adeo, adhibeo, adimpleo. ad oleo, aduoco. Si vero cū. q. d. mutat̄ in. c. ut acquiro.

Adam hębraica lingua, sicut lib. i. Iosephus scribit. idem est, quod rubeus, quoniam ꝯspersa rubra terra factus est. Talis enim est virgo tellus. et vera.

Adarca spuma arundinis et salsilago quędaȝ palustris medicinę vtilis nascens è cortice arundinis palustris, vt inquit Plyn. lib. xvi.

Adamiani. heretici ab Adam nominati cuius immitantur in paradiso nuditatem, quę fuit ante peccatum. Credebant enim ꝙ nuptię futurę non fuissent si nemo peccasset. Nudi itaq; mares, foeminęq; conueniunt. Nudi lectiones audiunt, nudi orant, nudi celebrāt sacramenta.

Adaperio, adaperis, penul. corre. à quo adapertile. Quęre in dictione aperio.

Ad quę significat per ęque pariter. Plau. in cas. Neq; est, neq; fuit me senex quisquam amator adęque miser. Apu. li. iiij. Ecce plures numero iuuenes adueniunt, alij quas

incontanter adęque latrones arbitrare.

Adamaſtor nomen gigantis ſtaturoſi,ē membratura immani conſpiciendi apud Claudia. Damaſtor dicit̃ ĩ gigãtomachia. Sęuusq; Damaſtor Ad depellendos iaculum dum quęreret hoſtes.De hoc Sidonius.Porphyrion Pangea rapit rhodopenq; Damaſtor.

Adamas,penul.cor.Lapis,quem indomitum poſſumus appellare.Componitur enim ex ἀ priuatiua particula,et δαμάζω damazo domo,eo ꝙ nulli cędat materię,nec ferro quidem. Nam et ſi ponatur ſuper incudem et graui ictu feriatur, ante incus,et malleus vulnus accipiunt, quàm adamas conteratur . Cunq; ignis omnia domet et omnia metalla conſumat, reddit adamantem puriorem,ſolo hircorum calido ſanguine. di ſoluitur. Sunt autem adamantium genera quatuor ſcilicet indicus ,arabicus, macedonicus,et cyprius.Qui in india naſcitur ęque magnus eſt nucleus, ac auellane, cui ſimilis eſt arabicus,ſed aliquanto minor. Qui in Macedonia in philippico auro inuentus eſt olim, cucumeris ſemini par eſt magnitudine. Cyprius colorem aëreum reprę ſentat,et in medicamine plurimum valet. Eſt etiam adamas cognomine Sidentes, ꝙ ferrei ſit ſplẽdoris. Cęteris adamantũ generibus ponderoſior, ſed diſſimili natura, vtpote q et frangatur ictibus,et adamante alio perforet̃, eo qui cyprius eſt. Volunt quidam in adamante indico,qui olim preciosiſſimus eſt,tantam ineſſe vim,vt iuxta magnetẽ poſitus ferrum ab eo abſtrahi non patiatur, aut abſtractum ad ſe rapiat. Venena pręterea lymphationes, metusq; vanos abigit ex hominum mentibus. Eſt et adamas nomen fluuij indici,in quo lapis adamas reperitur.

Adamantinus,na,num,pe.cor. quod eſt ex adamante.Proper.Colchis flagrantes adamantina ſub iuga tauros.

Adamanteus,tea,teum, penul.produ.idem eſt, quod adamantinus. Ouid. lib. vij. met. Ecce adamanteis vulcanum naribus efflant.

Adamo,mas,penul.cor.amatorie amo. Am.de diua Agne. Dum à ſcholis reuertitur, à pręfecti filio adamatur. Interdum adamare eſt honeſte, ac valde amare,et de quacunq; re dicitur.Cice.lib iij.de ora. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam,& duriciam in Socratico ſermone adamarat.Hiero. Igitur adamato, quaſi ibidem ſibi offerretur, habitaculo.Augu. lib.i. con. Adamaueram latinas literas, non quas primi magiſtri,ſed quas docent qui grammatici vocantur.Inuenitur et adhamo,mas,cũ h,de quo indictione hamus.

Adagium dictum eſt prouerbium , quod facetis hoĩbus adſcribitur quaſi circũagium, ꝙ per hora oĩum circũferat̃.Gel.Hinc natum eſt frequens apud grecos adagiũ. Non cuiuis hominum contingit adire corinthum. Idem. Vetus adagium eſt.Nihil cum fidibus graculo.

Adagia ę. modo vetula recentis partus dicitur. modo ad agendum apta.

Adaggero,ras.vide in dictione Aggero ras.

Adamusſim. vide in dictine Amusſis.

Adaquo quas,pe.cor.ex ad,et aquo i. aqua reficio. Suet.in Gal.Ita decreuit, vt ad locu3,vbi adaquari ſolebat iumẽtum duceretur capite innoluto. Hiero.in lib. Geñ. Amoueamus lapidem,vt adaquemus gregem.Aquo quas,vero ab aqua fit,quod aquor aquaris dicitur,ē magis in vſu, ſignificatq; aquam haurio, ſiue ſumo .Liui.lib.xxvij.Receptui prope cecinit, et miſit ad flumen vnde aquabant. Et li.xxv.Ex eodem riuo vtriq; cu3 pręſidio leuis armaturę ſunt aquati.Aliquando aquari eſt aqua reficere. Salu. in Ingur.Aquatum eſt equos egreſſus.

Addico,dis, pe.pro.ide3 dico, et dicendo approbo.adiudico, deſtino,deputo.Virg.iij.Huic me.quęcunque fuiſſet, addixi.Vnde addictum,deuolutum,obnoxium,deſtinatu3.Cice.i.de offi.Et is,qui morti addictus eſſet. Aliquando addicere eſt in auctione vendere, et, quod in huiusmodi venditione dicitur,liberare. Nam liberationis vocabulũ, vt Pau. inquit eandem vim habet, quam ſolutionis,Hoc autem fit cum multi ſunt emere volentes, & alius alio maius precium offert.Plyn.Tabulas inde omnes ex publico,propter ęs alienum ciuitatis addictas Scauri ędilitas Romam tranſtulit. Addictas hoc eſt publice venditas. Hinc titulus eſt de die,in diem addictione.Quin.Omnes facultates in pręcia collegi,rus.ſeruulos,et omnia vtiliora properanti feſtinatione parẽtis addixi. Pau.Si emptor alium non idoneum ſubiecit, eiq; fundus addictus eſt nõ video quemadmodum prior ſit emptus, cum alia conditio,et vera ſubſecuta eſt,ſed ſi neuter ſubiecit emptorem maiori ãt ꝑcio addictu3 ẽ preciũ ei,qui ſoluendo nõ eſt, abitu3 ſt̃ à priore emptore,qa ea melior ꝯditio dicit̃, quã venditor approbauit,cui licuit non addicere.Sue. in cęs. Ampliſſima ꝑdia ex auctionibus haſtę minimo, ſeu(vt quidam legunt)nummo addixit, et addicere prętor dicebatur, quando debitorem tradebat creditori,vt in eum,et vitę,et necis haberet poteſtatem,cum ſoluendo non eſſet. Eſt enim vnu3 ex tribus verbis ꝑtorijs,quę ſunt hęc, do, dico addico.In diſciplina vero augurali aues dicunt̃ addicere,quando ratum faciunt auſpicium. Liui. Fa. Auſpicanti aues ſemel, atque iterum non addixere. Addiſco ſcis,per. dd.i.bene diſco.vel ad ea,quę didiceram,addo.

Addiſco ſignificat ad ea,quę didiceram addo.

Addo,dis,adiungo, et dicimus hoc meis malis,vel ad mea mala additur. Cice.Appi. pul. Illud, vel niſi habeas, intelliges hac re nouata additum potius aliquid ad meum, erga te ſtudium, cui nihil videbatur addi poſſe, quàm quicquam eſſe detractum.

Additus, ta,tum,pe. cor.adiunctus et quandoque inimicus dicit̃,vt apud Virg.Nec teucris addita iuno vsq̃ aberit.

Addo, addas, iuxta do. Pla. in tru. tuo arbitratu quod iubebis addabitur.

Addoceo, etiam deceo . Horra. Sollicitis animus onus eximit,addocet artes.

Adduco,pe.ꝓ.ad aliquem,ſeu ad aliqd duco,,vt eſt illud. Adducunt illi mulierem in adulterio deprębenſam. Teren.Adducimus tuam bacchidem.Interdum inuitum duco. Idem. Si illum poteſt, qui alicuius rei eſt, eum etiam nequitiam adducere,Dicimus etiam . Adducam te in meam ſententiam.Interdum adducere eſt contrahere. Virg. lib . iij.Geor.Vbi ignea venis omnibus acta ſitis miſeros adduxerit artus.Hinc adductam frontem irati habere dicuntur,hoc eſt contractam,et conſtrictam,Interdum intorquere, rotare.Idem.lib.ix.Ipſe ter adducta circu3 caput egit habena.Interdum cogere cice.nullo imbri,nullo frigore adduci, poteſt, vt capite operto ſit. Aliquando produco.extendo.Virg.Ocyus adducto torquẽs haſtile lacerto.

Adedo,penul.cor. in totum edo conſumo, vnde adeſum, conſumptum. Nam ibi ad auget.Virgil. Nam sępe fauos ignotus adedit ſtellio.

Adelphi adelphòn,priſca lingua grecorum vnu3 ſignificat, vnde Apollo delphion dicitur quaſi vnus. Et ſolus.Sic ẽ fratres adelphi,quia iam non ſoli.Vnde Teren. Comędias ſcribit adelphi,quia in ea tractat de duobus fratribus,ſed quomodo, quia non ſolus filius eſt Iouis neque à grecis ita dici vsquam memini, ſed bene delphi, et delphicus Apollo à delphine dicitur pręgrandis,teſtis eſt Home. His verſi. εὔχεσθαι δ' ἤπειτα παριστάμενοι περὶ βωμὸν ὡς μὲν ἐγὼ τὸ πρῶτον ἐν ἠέρι δ' εἰ πόντῳ εἰδόμενος δελφῖνι θοῆς ἐπὶ νηὸς ὄρουσα ὡς ἐμοὶ εὔχεσθαι δελφινίῳ αὐτὰρ ὁ βωμὸς αὐτὸς δέλφειος, καὶ ἐπόψιος ἔσσεται αἰεί.

Adeo ſecunda syllaba breui aduerbiũ eſt.Et ſignificat vsq; eo,vel in tantum,non ſecundu3 rationem, quia ad actõ accomodatur.Componitur enim ex ad,et eo is,vel ex ad, et eo relatiuo,ſiue aduerbio. Quin.Nunq̃ adeo pro nobis ſollicita lex eſt,vt quod pręſtet,extorqueat. Quandoq; ponit̃ pro valde, ſiue multum. Teren. Iuuenem adeo nobile3. Virg.li.iiij.Nec me adeo fallit.Quãdoq; ꝓ vsq; ẽt, ſiue etiam vsq;.Inſuper Cice. in Catil.Eorum autem ca

strorum imperatorem, ducemq; hostium intra moenia, atq; adeo in senatu videtis intestinam aliquam quotidie perniciem reip. molientem. Virg. lib. ij. Geor. Adeo a teneris assuescere multum est. i. vsq; quandoq; pro certe sine dubio idem in eodem lib. i. Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes Vimineasq; trahit crates. Quãdoq; pro modo. Teren. in And Tu te iam adeo eius audies verba. Aliquando denotant similitudinem, vt in Apocalypsi. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cęlo adeo paratam sicut sponsam. nisi putamus hic a deo duas esse dictiones.

Adelphos, frater, quod solus non sit, bene Teren. comędiam inscripsit adelphi, quia in ea tractat de duobus fratribus. Et sol quod apollo macrobij snĩa delphicus appellat, quod sit solus.

Adela ἄδηλα gręci dicut quę sine authore feruntur.

Adebreniamis hebraice gręce liber deuteronomiũ appellat.

Adeo, dis, iui, vel adij, itum, pe. cor. i. accedo, vt adeo pręto rem. Huius passiuum protulit. Colu. lib. i. Sed granaria scalis adeantur. et modicis fenestellis aquilonibus inspirentur. Aliquando adire est interpellare. Teren. in. And. Aliquot me adierunt ex te auditum esse. Lucil. lib. xxvij. Cũ pacẽ peto, cum placo cũ adeo. Et cum appello meã. Aliquñ aggredi, adoriri. Cice. lib. i. offi. Vix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desyderet gloriam. Et adire est, quasi ad prelium ire. Teren. in Phor. Hunc prior adito tu. ego ĩ insidijs ero hic succenturiatus, si quid deficies. Virg. Nec quisquã ex agmine tanto Audet adire virum.

Aditus us, significat ingressum, per quem ingredimur. Et admittimur. Virgil. Aditumq; per auia querit. Vnde quãdoq; pro limine, seu ianua ponitur. Huius diminutiuum est aditiculus.

Aditio, aditionis, est accessio.

Adytum cum y, pro licet poëtę eam corripiant, locus est secretior templi, ad quem nulli est aditus, nisi sacerdoti ab α sine δύω ingredior, quasi ĩaccessibile. Sic autẽ ꝓprie templorum penetralia dicunt adyta, vt ianua valuę. Virg. Isq; adytis hęc tristia dicta reportat.

Adito, tas, pe. cor. frequentatiuum ab adeo, is. Diom.

Adeo, dis, hoc iteramus, adito, tas, dictitantes.

Adeps adipis, generale est ad omnem pinguedinem, siue carnis, siue alterius rei. Ideo adipatum pengue, et succulentum, tam de sermone, quã de alijs rebus dicitur. Iuue. Ferunt adipata veneno. Cice. Asciuere suis artibus, opimum quoddam et tanquã adipatę dictionis genus, et in Psal. Cibauit eos ex adipe frumenti. Restringitur tamen quandoq;. Et significat illud pingue ad similitudinem reticuli intestina continens. Cel. lib. iiij. Contegit vero omnia hęc omentum exteriore parte lene, et strictum ex superiori mollius, cui adeps pars quoq; innascit. Et est ge. tam masc. quã fœ. Ply. li. iij. Protinus vel ptisanę, vel alicę, vel oricę cremor dandus est, cum quo recens adeps cocta fit. Idem. Folia cum vrsino adipe trita imponunt podagricis. Quãdoq; etiam adipum vocabulo, diuitię continentur, vt in sacris literis. Vnde adiposus nõ solũ pro adipe pleno hoc est pingue, sed etiam pro locuplete et opulento ponitur, sicut et vulgus cum ita nominat.

Adipale, pe. pro. adiectiuum ab adipe, pro pingui. Vnde Festus adipales coenas sacerdotum vocat. Ambr. Tanquam adipale precationis genus.

Adeptus, ta, tum. assecutus, acquisitus inuentus.

Ader locus iuxta Bethleem, vbi, vel angelorum grex in ortu domini cecinit, vel Iacob pecora sua pauit, loco nomẽ imponens, vel quod verius est, quodam vaticinio futurus. iam tum mysterium monstrabat.

Adhabito. tas. pe. cor. iuxta habito, vel iuxta me pono. Pla. ĩ Cap. Ædepol. namq; si adhabites ꝓprius os densabit tibi.

Adipatus, ta, tum, dicitur quod addito pingui factum est succosum. Et pingue, vnde adipatę dapes dicuntur.

Adhalo, las, pe. pro. afflo, aspiro. Ply. Nunc quidem si serpens iuxta fuerit, si patescentes primo adhalauerit capaci venenorum cognitione ad virus accipiendum.

Adęreo, res, fortius fixus maneo, arctissime ĩsideo, adherens sto, approximo hinc adheresco, adhęrens fio, vel idẽ est, quod adhęreo, Cice. lib. i. offi. Omninoq; iusticię honestatiq; adhęrescet. Quod tamen propositiuo positum videt.

Adhibeo. es, pe. cor. appono. Cice. Fabio Adhibui diligentias quotienscunq; senatus fuit, vt adessẽ plurimumq; in eo negocij habui. Et adhibere ẽ ꝓpe hẽre. Terẽ. ĩ Phor. Nunquã amittam ego a me quin mihi testes adhibeã, cum dem.

Adhoc, significat pręterea. Salu. cognoueram paruis copijs bella gesta, cum opulentis regibus, ad hoc sępe fortunę violentiam tolerasse facundia gręcos, scientia belli gallos ante romanos fuisse.

Ad horam, significat ad tempus constitutum.

Adhuc aduerbium compositum ex ad, quę significat vsq; et huc, vnde adhuc, vsq; huc, siue vsq; modo. Cice. lib. iiij. ad Heren. In his quatuor generibus exornationum. quę adhuc pręposite sunt, non inopia verborum fit ut ad idẽ verbum reuertatur sępius. Idem. Adhuc quę dicta sunt arbitror mihi constare, cum cęteris artis scriptoribus. Accipitur quandoq; etiam Quint. Est adhuc alia in respondendo figura. Denotat autem quandoq; temporis continuationem, vt apud Hor. Grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est quandoq; imperfectionem, vt in Psalmo dum adhuc ordirer succidit me, et in actibus apostolicis Adhuc loquente Petro verba hęc, cecidit spũs sanctus sup omnes.

Adiaceo. ces, pe. cor. iuxta iaceo, adhęreo. Colu. in Pręfa, An putem fortunatius catamito repulsum ianitore sępe nocte sera foribus ingratis adiacere.

Adianoëta, ad verbum transferri possunt non intelligibilia. Nam διανοέω figt intelligo. Vnde διανόητον intelligibile, et ἀδιανόητον nõ intelligibile, Sunt autẽ adianoëta, vt Quint. lib. viij. ait quę verbis opera occultos sensus habẽt.

Adiaphora, pe. cor. latinę dicuntur promiscua, siue indifferentia, quibus, et bene possumus vti, et male, qualia sunt bona corporis, ac fortunę.

Adiatrepsia cuius accẽ. i. p. gręci dicunt ĩuerecũdias. ἀπὸ τῆς ... καὶ διὰ καὶ τρέπω μέλλων τρέψω τὸ πελέω.

Adijcio, is, pe. cor. ex ad, et iacio cum cęteris iacio compositis per duplex ij, nisi in poëmate, vbi quandoq; primam syllabam ꝯtingit breuiari. Statius. Fontibus intentas abicit monstratq; cruorem. Idem Pectoraq; inuisis obicit fumantia muris. Virg. Tityre pascentes a flumine reice capellas. Tunc enim altera abijcienda est, ne syllaba breuis positione. i. duplicis consonantis contra rationes metri producatur. In pręterito vero per solam i, scribẽda sunt, vbi a, ĩ e, mutat, vt adieci abieci, cõtingit nihilominus plerũq;, vt quędã producant, quã a iacio ponunt. Virg. li. iiij. Tu lachrymis euicta meis, tu prima furentẽ His germana malis oneras, atq; obijcis hosti. Ser. Obijcis ob naturaliter breuis, sicut re, et ad, sed producunt plerũq; hac rõne obijcio, abijcio, reijcio. Quia habent i, vocalem sequentẽ quã p declinationẽ põt in ꝯsonantis formã transire, vt obiecit, reiecit. Ergo ẽtanteq̃ i fungat offõ ꝯsonantis. Et pcedentem longã facit. Idẽ lib. x. Sup verbo reiecit. Re naturaliter breuis est, et eam ꝓ longa posuit, sicut alibi. Reijce ne maculis infuscet vellera pullis. Quod licet possit excusari. Quia cum facit reieci, inter duas vocales posita producit superiorem, vt dicamus longam esse sępe. Quia per declinationem longa futura est. Tamen quia in hoc argumentus magis est, quã ratio, dicamus ectasim factam, quę poëtis plerunq; conceditur. Significat autem adijcere, adiungere, adcrescere, vt adiecit classi remiges. Et adijcere, quasi applicare, et iuxta ponere, vt ad virginem animum adiecit.

Adijciales coenę adipalesq; vocantur sacerdotum, vt patet ex Festo. Ply. Sene. Var. lib. iij. re rust. Primus. Q. Hortensius pauones augurali adijciali cęna posuisse dicitur.

Adijcere oculum, est inspicere, consyderare.

Adiectiuũ ab adijcio, fit quasi adiunctiuum, quia substã-

tiuis adiungatur.Postulat autem infinitiuum, siue actiuum,siue passiuum.At substantiua magis gerundium, vt tu es dignus habere opes.Et es dignus honorari.Tempus est eundi,locus est expostulandi.

Adigo,is,pe.cor.ex ad, et ago significat,cocto compello. Lactan.li.iiij.Conquerentes prophanos homines sacris interesse adegerunt principes suos in furorem,vt expugnarent dei templum,Item Adigo astringo.Liui.lib.i.Iureiurando adegit neminē Romę regnare passuros. Item appello,adduco,siue ad aliquem locum ago.Teren. in Eunu. Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horsus insomnia.Cice.de diui sic Appello vsus est,quemadmodum Teren.Adigo.Inqt.n.Visus est in somnijs pastorem ad me appellere duos consanguineos arietes.Item affigo seu intus pono.Colu.Cuneum adige intra lignum cum findere velis.

Adimo,is,pe.cor.quasi diminuo.Et aufero.Inde ademptus, ablatus. Adimere vero ius verborum in comitijs, est ius suffragandi tollere.Et tanquā sexagenarios,de pōte deijcere.Nam per pontem suffragia ferebantur,ab emo,Et ad, ita per Et amo perimo, quando quis malus aliquod sibi ex culpa sua adinuenerit.

Adineo,is,pe cor.inini,mitū.i.intus,vel iuxta mitto.Colu. li.iij.Cum ferula fuerit enata eam findito.Et in medullā eius nucem,gręcā vel auellanam abscondito.Et ita adinito.Hoc ante Kalendas martias facito.

Adipiscor,eris,ex ad,et apiscor,quod nō est in vsu,à quo aptus participium videtur fuisse, vnde adeptus. Festus aptus,cum propria significatione intelligitur,poni tñ solet pro adepto,sicut apici,pro adipisci.Nonius de priscis dictionibus.Apisci adipisci.Lucil.lib. xxvi. Vt ego effugiam quod ego te imprimis cupere apisci intelligo.Dicitur etiā apiscor,aris,aspicatus. Lucil.Magnam inde apiscatus,infamiam.Inde etiam indipiscor, quod significat assequor. Plau.tamen in Aul.Indipisces dixit.Adipiscor igitur quoniam plenius sonat,q̄ apiscor in vsus venit. Et significat quandoq; consequor,siue obtineo.Cice.lib.iiij.ad Heren. Hęc omnia adipiscemur si rationes pręceptionis diligentia consequemur,& exercitatione.Plau.in tri.Passiue dixit. Non ętate verum adipiscitur sapientia.Aliquando significat conuenio,peruenio,quando scilicet cum persona iungitur. Idem in epi. Dij immortales in felicitent te,vt tu es grandibus gradibus. Nam vt ad portum te conspexi curriculo occepi sequi,vix adipiscendi potestas modo fuit. Cice.Nam medio itinere eum adeptus,amplexus sum,hoc est cum medio itinere ad eum preuenissem.

Adiungo,is,aligo,addo,apto,accomodo.Teren.in And.Vt animum ad aliquod studium adiungant.

Adingo,as,pe.cor. idest coniungo, ad aliquid iungo Plautus.Mater est terra ea parit corpus, mater anima adiugat voluntatem.

Adiudico,as,Vide in dictione Abiudico.

Adiuro,as,pe.pro.valde Iuro.Nam ad auctiua est.Ser.Tunc nos adiuramus, cum aliquid fecisse negamus.Teren.in Ecy. Sancte adiurare est non posse apud Pamphilum se absente perdurare.Item adiurare est incantationibus dęmones eijcere.Gręci exorcizare dicunt vernacula nos lingua dicimus sconzurare.Lactā.li.iiij.Quāto terrori,sit dęmonibus, hoc signū sciet qui viderit, quatenus adiurati per Christum,de corporibus,quę obsederint fugiant.

Adiuuo,as,pe.cor.opem fero.Hinc adiutor pe.pro. nomen verbale, quamuis iutor à iuuo raro legatur, et ponitur pro auxiliatore,participe, socio.Et quidem adiutores, vt scribit Dona. dicuntur in re bona impulsores in mala. Terent. in Adel. Postremo hodie in psaltria istac emenda adiutor fuit,Adiutorium dicitur illud,quod ab adiutore prestatur.

Adiumentum similiter ponitur pro auxilio.

Adiuto,as,pe.pro.frequentatiuum ab adiuuo,vt est illud. O' Tite,si quid ego adiuto.

Adlino,is,pe.cor.Vide in Lino.

Ad liquidum duę partes sunt,significat clare,aperteq̄;.Hiero.in Prolo.Esaię. Ita vniuersa Christi, ecclesieq̄; mysteria ad liquidum prosecutus est,vt non eum putes de futuro vaticinari,sed de preteritis historiam texere.

Adlimina dicebantur serui qui ad atrium,et aditus excubabant,sicut ad pedes à memoria,à libellis,qui et Liminarchę dicuntur.Apule.lib.ij. de Asi.Nam vt pueri ipsius ad limina credo,vt arbitrio nocturni gannitus ablegarētur humi,quam procul distractum fuerat grabatulum. Syl.Sępe etiam famuli turbato adlimina somno,Expauere trucem,per vasta silentia vocem.

Ad manum duę partes in promptu,in proximo, et parabile.Seneca,ad manū est, quod satis est.Ply.in Epist.Statim omnia,ac penè pariter ad manum sensus reconditi.

Admetus,pe.pro.nomen Thessalię regis,cuius armenta pauit Apollo diuina potestate spoliatus,tamen Calimachus contra hanc inueteratam lectionem ita scribit in hymno Apollinis φοῖβον, καὶ νόμιον κικλήσκομεν ὀξέτι ἐξ' ὡτ' ἀμφρύσω ζευγητίδας ἔτρεφε ἵππους ἠιθέ ουὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος ἀδμήτοιο.

Admetes pe.pro.fuit Oceani, et Thethyos filia.

Adminatus nomen viri Atheniēsis.

Adminiculum auxilium sustentaculum,vt vitis adminiculo religata.

Adminiculor,cularis deponens, et adminiculo, culas, actiuum auxilior, administro,sustento.Cat.de lib.Edu. Quo ad potui adminiculaui tuam voluntatem in scribendo.

Administro,ras,iuxta ministro,seruio, et guberno.Vide in dictione Ministro.

Admiror,pe.pro.Vide in dictione miror.Inde admiratio,vt inquit Aug.non de cognitis,sed de incognitis rebus nasci solet.Inde admirari pro nescire.Vnde est illud.Propter admirari,cęperunt philosophari.

Admitto,tis,recipio,assumo.Iuuenalis.Iam fas est admittere viros,dormitat adulter.Interdu3 admittere est intromittere.Martia.Ante fores stantem, dubitas admittere famas. interdum iuxta ponere,adiungere.Iusti.lib.i.Ibiq; equus equę admittit,ratus ex voluptate veneris futurum, quod euenit.Interdum acceptare,sustinere. Salu. Nonne emori per virtutem pręstat,q̄ hanc vitam miseram,atq; inhonestam,vbi alienę superbię ludibrio fueritis,per dedecus admittere.Interdum peccare.Teren.in Eunu.Si aliam admisero vnquam occido.Interdum consulo.Plaut.in Asi.Impetritum inauguratust quis admittunt aues.

Admissionales dicuntur hi, quorum officium est admittere aulicos, intra cubiculum ad principem salutandum Lampridius in Alexādro. Salutaretur non quasi vnus de Senatoribus patente velo admissionalibus remotis.

Admissarius equus dicitur, qui ad sobolem procreandam equę adiungitur.

Admissura tempus, et actio ipsa qua mariti gręgum admittuntur ad coitum fęturę causa.Syl. Expectatur equus, cuius de stemmate longo Foelix emeritos habet admissura parentes.

Admissiuę aues dictę sunt ab auguribus quę consulentem iuberent.

Admodum,pe.cor.aduerbium,idest valde.Ibi enim ad intensiua est,vt vir admodum fortis.Plyni.lib.xx.Huius cucurbitę commanducatę succus stomacho admodu3 prodest.Quandoq; significat aliquantum siue satis, quasi secundum rationem.Liui. Iam mitigati admodum animi raptis erant.Cum antē duę partes sunt.ponitur pro quasi, tanquam vt scribis admodum docti viri.

Admolior,iris,Vide in dictione Amolior.

Admoneo,es,pe.cor.idem penè,quod moneo, siue commonefacio.Cice.pro Cel.illud tamen te admonitum esse volo primum qualis es,talem esse existimes.Et dicimus admoneo te illā rem,et illius rei pro eo, quod est admonitionē tibi p̄sto,A' gręcis traductū,q cū abltō careant,gtō

vtuntur

vtuntur. Salu. in Iug. Sed quoniam tanti viri tempus admonuit. Virg. lib. x. posuit pro percutere. Lucagus, vt pronus pendens in verbera telo. Admonuit bijugos.

Admoneo, es, pe. cor. iuxta moneo, appono. Virgili. Necdum illis labra admoui. Amoueo vero à loco moueo. Terenti. in Adel. Age tunc hinc amouebo illum.

Adoleo, es, pe. cor. eui, et lui, ultum. Vnde adultus. Adolesco, adolescens, adolescentia, et dimi. adolescentulus. Est autem adolere, siue adolescere, crescere. Hiero. ad eu. Nolo sinas cogitationes crescere, nihil in te Babylonicum, nihil confusionis adolescat, cum paruus est hostis interfice, vt elidatur in semine. Aliquando dolere est propiciari, et supplicationibus numen auctius facere, sacrificare, & quasi odorem dijs prębere. Virgi. Verbenasq; adole pingues, et mascula thura. Quoniam vero sacrificium igni fieri consueuit, adolere, pro vrere, siue ligna imponere capitur. Var. Cum intestina adoleuissent, partim dijs obtulerunt, partim ipsi consumpsere. Politianus tamen adulescens per. u. post d. scribi pręcipit, non per, o. quod ille indicat versus. At leuis ille deus cum semper adulescentum.

Adoleschin ꝙ grece ἀδολεσχεῖν, ad animi exercitationem pertinet. Et sępe vitio deputatur, quanis alij ad exercitationem corporis pertinere dicant. Augu. q. lxix.

Adolescentia ab adoleschia quę nugatio est, sicut, et ab adolesco, ꝙ quędam loquendi luxuries, atque impetus ea in ętate adolescat, vel, ꝙ cum sanguine simul perturbationes animi effrenatius adolescant.

Adolescentia vocatur ętatis lubricum in qua qui sunt facile labuntur. Quod verbum. Quinti. vsurpat.

Adolescentior aris, significat luxuriare. Varro. Id quidem, vt faciat, censeo, quoniam tu quoq; adolescentiaris.

Adolescenturio, ris, adolescentium more facio, siue inadolescentiam redeo. Labe. Incipit adolescenturire, et nescio quid nugarum facere.

Adonai nomen dei apud hebręos, quod generaliter interpretatur dominus ꝙ dominetur creaturę cunctę.

Adonis, is et idis. nomen filij Cynarę cypriorum regis et Myrrhę, quem Venus in delitijs habuit formositate pręcellentem. Hic Apri dente sub inguine percussus laceratusq; prosternitur lęto. Venus miserata in florem adonium qui sanguineo est colore eum transformauit. Ply. li. xxi. docet adonium florem esse alsiosum. Hunc Auso. cu3 Plau. vocant Adoneũ Fulgentius Adon Adõ grece suauitas dicitur. Et quia myrrha odore suauis est, adonem dicitur genuisse. Ideo autem Venerem amasse dicunt, quot hoc genus pigmenti fit valde feruidum. Legitur apud Lucianum Adonim fluuium ex libano monte profluentem singulis annis sanguinolentum fieri per eos dies quibus adonis fuit interfectus. Hier. in Eze. sic habet quem nos adonidem interpretati sumus et hebręus, et syrus sermo thanium vocat, vnde quia iuxta gentilem fabulam in mense Iulio amasius Veneris et pulcherrimus iuuenis occisus, et deinceps reuixisse narratur. Eundem Iulium mensem eodem appellatur nomine et anniuersarium ei celebrant solennitatem in qua plangitur quasi mortuus et postea reuiuiscens canitur atq; laudatur, Vnde Eze. scribit mulieres sedebant plangentes Adonidem. Macro. accipit adonidem pro sole. Est etiã nomen piscis, vnde Opianus. li. de piscibus, ita scribit. τὸν μεθ᾽ ὃν ἕτεροι καὶ ἐπικλείουσιν ἄδωνιν, Moscopulus autem ἄδωνις παρὰ τὸ ἅδω τὸ ψάλλω, ἤτοι δὲ παρὰ τὸ ἀείδω, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ ι ἔχει προσγεγραμμένον. Et Theocritus ἄδωνιν ἡ κυθήρη ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη, στυγνὰν ἔχοντα χαίταν, ὠχρὰντε τὴν παρειάν, ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὐτὰν ἔταξε τοὺς ἔρωτας, οἱ δ᾽ εὐθέως ποτανοὶ πᾶσαν δραμόντες ὕλαν στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον, δῆσάν τε κἀπέδησαν, χὠ μὲν βρόχῳ καθάψας ἔσυρεν αἰχμάλωτον, ὁ δ᾽ ἐξόπισθ᾽ ἐλαύνων ἔτυπτε τοῖσι τόξοις, ὁ θὴρ δ᾽ ἔβαινε δειλῶς, φοβεῖτο γὰρ κυθήρην. τῷ δ᾽ εἶπεν ἀφροδίτα, καὶ τὰ λοιπά. Scribit Pausanias adoni dis hortos lactucis et feniculis frequentes, ac Veneri dicatos fuisse in quibus semina deponi, haud aliter quam in testis solerent eoq; rem in prouerbium abijsse contra futiles, ac leuiculos.

Adonia orum, festa adoni dicata. Scribit Amia. lib. xxij. hist. adonia fuisse festiuitatem adoni dicatam dicens. Euenerat hisdem diebus annuo cursu completo adonia celebrari ritu veteri amato Veneris vt fabulę fingunt apri dente ferali deleto. Adonia cum planctu celebrantur ob planctum Veneris repręsentandum. Oui. Luctus monumentum manebat. Apud Ezechielem quoq; prophetam scribitur. Ecce ibi mulieres sedebant plangẽtes adonidem vbi intelligi vult fuisse idolatriam celebratã in honorem adonidis.

Adopto, tas. Vide in dictione opto.

Adoptiuus, qui ex adoptato natus est.

Adoptatitius, qui in adoptionem venit. Plaut. in pęnu. Sic quidem antidamarchi quęris adoptatitium.

Ador indeclinabile secundum vsum, q̃uis apud aliquos inueniatur declinatum. Vg. libro. ij. Illam sponte satos adoris strauisse maniplos. Declinat ẽt hoc adoreũ, vñ ẽ adorea. Est autem ador frumenti genus, vel farris, edor quondas appellatum ab edendo, ꝙ epulis, et immolationibus sacris putabat piũ vel ꝙ adurat, vt fiat tostũ. Vñ in sacrificio mola salsa fit, vel dicitur ab adoro per Apocopen.

Adoreum idem quod ador. Var. lib. i. de re rus. In loco humido, sed far adoream potius serunt.

Adoreum semen, vt Colu. ait est idem quod far cuius quatuor sunt discrimina, clusinum, vermiculum. Candidum Trimestre.

Adorea, et adoreola laus siue gloria bellica ꝙ adorãdi sint qui laudem ex bello reportant. Ply. lib. xviij. Gloriam deniq; ipsam de farris honore adoream appellabãt. Fe. Adorea laus quia gloriosum putabant esse, qui farris copia abundabat, aut qui farre à populo donatus esset.

Adorea liba è farre facta, quibus in sacrificijs vtebantur.

Adoro, as, pe. pro. ex ad, et oro, significat ad plenum oro veneror precor supplico. hinc adoratio, quę tria importat. s. affectus deuotionem, quę est interior mentis ad diuina intentio. Affectus attentionem. cum quis se deo offert. Et grece dicitur Theosebia, idest diuinus cultus, vel Eusebia, idest bonus cultus. Illud enim coli dicitur cui studium intenditur et exteriorem exhibitionem. Quomodo seruitus appelletur. Seruire enim ex ea parte est ex qua seruilis actus est. Vnde adoratio vt est motus expressus vel actus venerationis in corpore, in actu exteriori est, hanc vero triplicem esse Theologi autumant. Latriam, duliam, hyperduliamq;. Latria cultus honorq; ẽ ex beneficio soli Deo debitus. qualis est ꝓductio adesse, vel ex recognitione dominij diuini respectu oĩs creaturę. Dulia est cultus vel honor qui creaturę ꝯuenit ratione alicuius maioris dignitatis à deo ꝓceptę, vt dignitas dominij conuenit prelatis, dignitas sapientię conuenit Doctoribus, dignitas bonitatis conuenit sanctis, ratione quarum dignitatum debetur eis honor quę dulia nominatur. Hyperdulia est honor qui debetur creaturę propter singularem excellentias quam illi Deus participem effecit. Adorare etiam quandoq; figt Alloqui. Apul. li. ij. infusa aqua populum sic adorat.

Adordior, iris, adorsus, alloquor, incipio. Ambro. lib. i. offi. Postea nunq̃, nisi consulto domino bellum adorsus est.

Adorior, iris, vel eris, adortus est repente, et ex insidijs aliquem inuadere. Ab eo ꝙ corpora aggredientium exurgant subito, atque increscant. Liui. libro. i. Timor deinde incessit, ne ciuitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur. Differunt tamen, vt inquit Do. Adorior, et aggredior, quia aggredimur de longinquo, adorimur etiam de proximo. Dicimus autẽ adorior hunc, non orior ad hunc. Interdum adoriri est incipere. Lactan. lib. iiij. Antequam preclarum hoc opus mundi adoriretur.

Adorno adornas, plusq̃ apparo. Vide in dictione orno.

Ad plenum significat perfecte. Hiero. Cum necdum possint ad plenum verba formare.

Ad primus, pe. pro. longe primus. Liui. in odis. xvi. Deniq;

vir summus ad primus.

Adpulsus, et adpulsio, vibratio, ferruminatioq́; Apule. li. vi. Et vnum blandientis adpulsum linguę longę mellitum. Alias significat pecorum ad aquã accessum, vt apud Iurisconsultos.

Ad quo, idest quantum. Afra. Vt scire possis, ad quo te expediat loqui.

Adramis, et Adramin, pe. cor. nomen viri proprium.

Adrastia cum accentu in pe. regio non longe à Troade quę est in Mysia ab Adrastro rege dicta, qui primus Nemesi, idest Fortunę templum edificauit. Adrastiamq́; vocauit. Ibi etiam eodem nomine ciuitas fuit, qua diruta lapides transuecti. Et ibi ara edificata Hermocreontis, opus magnitudine, et pulchritudine memorabile, est etiam quędam dea. ἡ περικρατεῖ τὴν μνήμην καὶ νῦν ἀνθρώποις. περὶ δὲ ταύτης ὁ μυσαῖος καὶ ἀριστοτέλης περὶ τῆς οὐρανοῦ ἀδραστείαν δὲ ἀναπόδραστον αὐτὴν οὖσαν κατὰ φύσιν αἰτίαν δὲ ἀεὶ οὖσαν.

Adrastrus nomẽ regis arginorum qui fuit filius thalaonis, et Eurinomes, habuit duas filias deiphylem, et argiam. Et deiphyle quidem Tideo nuptui tradita est, argia Pollynici.

Adramelech Idolum assyriorum, quod etiam Samaritani coluerunt.

Adrepo pis, pe. pro. ad aliquid repo. Ply. lib. xxxv. Ad matris morientis ex vulnere mammam adrepens infans.

Adruo, ris, ex ad, ẽ ruo, seruat d, in cõpositione preter regulam aliorum propter euphoniam, et significat arando subruo. Col. li. ij. Disiectam deinde protinus, fimum inarari, et adrui conuenit. i. subrui, et subigi.

Adscire, significat adiungere. Colu. in Prefa. Cũ et hanc adsciuimus, quasi agriculturę partẽ cũ separata sit ab agricolatione pastoralis scientia. Solet tamen scribi sine d, et per duplex ss. De quo in dictione conscisco.

Adrumo, as, pe. pro. rumorem facio, siue commurmuro.

Adsum es affui, significat presens, vel propè sum. Nam adesse etiam dicitur quod paulopost futurum est, aut quod aduẽtat. Vnde dicimus, adest scipio cum iam venit, Sed presens est id quod iam venit. Et hoc naturaliter sicq; cum datiuo, vel ablatiuo mediante in construitur. Cicer. in Phili. Omnibus his pugnis Dolobella affuit. Et in pauli pugna non affuit. Cicer. Inter hominem, et beluam hoc maxime interest, ꝙ hec tantum, quantum sensu mouentur ad id solũ. quod adest, quãdoq; ꝑsens est, se accommodat. i. ꝓpe est. Qñq; adesse est fauere in iudicio vel presidio eẽ. Liui. de scdo bello punico. Sed pueri, feminęq́; supra animi, corporisq; vires adsunt, pugnãtibus tela ministrãt. Ambro. Cur non affuisti viduę orphanis quoq; iniuriam patientibus? Do. Adesse causę proprie dicuntur aduocati, et amici. Qñq; sumitur pro accedere. Vir. Huc ades ò Galathea. Sed hęc duo significata magis per re flexum dicuntur Sciendum, ꝙ in adsum seruatur d, triplici ratione. s. differẽtię causa de assus, sa, sum. Euphonię causa, ꝙ plenius sonet adsum, q̃ assum. Postremo, ꝙ ipsa verbi declinatio d, repetit, tanq̃ in suũ naturale principium reuertens. Veteres tamen assum dicebant. Vñ assas dicebãt nutrices, ꝙ adsint ijs quos nutriũt, nec ab eis, vel exiguo tẽpore diuellantur. Plau. Nihil philon assum apud te eccum.

Ad summã, et in summa significat deniq;, siue ad postremum, et breuiter. Iuue. Ad summã non Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax. Ci. de. offi. Ad summã ne agam de singulis. Quinti. In summa non recedo, fas est mihi inuitis etiam parentibus pie facere. Idem in hunc sensum accipit semel, vt ibi. Vt semel omnia complectar.

Ad summum refertur ad numerum. Cice. pro. Mil. Vnus, aut Ad summum duo inuẽti sunt, q Milonis cãm non ꝓbarent. i. non plures. q̃ vnus, aut duo, ex pluribus.

Ad tẽpus significat ꝑ aliqđ spatiũ tẽporis. Cice. li. i. offi. vtrũ ꝑturbatione animi quę plerunq; breuis est et ad tẽpus, an ꝯsulto fiat iniuria. et apud. Sue. legitur. Cęsarem extruxisse porticus ad tempus. Hoc idem significat temporarium.

Adualla mons ex quo in septentrionem rhenus excurrit, et diuersa ex ꝑte addua in lacũ lariũ iuxta comũ intrans.

Adubanus, et adubanum, pen. produ. fluuius, qui et Ister, et Danubius dicitur.

Aduenio nis, pe. cor. ad aliquem locum venio. Cecil. Ædepol senectus, si nihil aliud apportes tecum, quũ aduenis. Et quandoq; venire incipio. quod et de inanimatis dicitur. Plau. Aduenienti morbo succurre.

Aduento tas, approximo. Gel. Sed postea, cum Brundusium aduentaremus, mollitiq; essent venti maris, percunctatus eum ego sum, quę nam ratio illa pauoris sui esset. Cice. Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. hoc est veniendo proximum esse.

Aduentito tas, pe. cor. frequenter aduenio.

Aduentores qui propè peculiariter frequentant officinam quampiam, ac tabernam, quos materna lingua dicimus Auentori. Plau. in tru. Si equum facias aduentores meos non incuses. Dicti Aduentores ab adueniendo.

Aduena, pe. cor. qui non est ciuis, aut inquilinus, sed externus. et ꝓprie, qui ex vno longinquo loco in aliqđ oppidũ veniunt aduenę dicuntur. Conuena, qui ex pluribus locis.

Aduenticius, qui non est loci illius, quẽ habitat, et qui casu in aliquẽ locum venit non morandi gratia, neq; cõsulto.

Aduenticius morbus, qui forte nulla culpa venit.

Aduenticia bona, quę non ex recta successione, puta patris, aut aui, sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis adueniunt, in quibus veniens habet vsufructum, et liberam administrationem. Aduenticij morbi, qui forte, & nulla nostra culpa veniunt.

Aduerbium quasi iuxta verbum dicitur, quia in oratione prope verbum ponitur. Nec enim potest verbi vis significãtius sonare nisi iũgatur aduerbium, vt puta dico nauigo. Hęc non plenę significationis sunt, nisi adijciantur aduerbia, vt benę, malę, doctę, feliciter facit, nauigat. Sic alia aduerbia iungũtur ad explendam verbi significationem, vt sunt locorum aduerbia, vt hic habito, eo intro. Est autem aduerbium pars orationis, quę adiecta verbo significationem explanat, atq; implet. Fiunt autem aduerbia quãdoq; à nomine, vt à bonus bene, à verbo, vt à sentio, sensim, tracto tractim, à nomine, et verbo, vt pedetentim, à pede, et tento. A' participio, vt à status statim. A pronomine, vt hic, illic, ab hic, ẽ illę. A' ꝑpositiõe, vt ab ex extra. et à sub subter. Ab aduerbijs ẽt, vt à propè propius.

Aduerto, uertis, ad aliquem locum verto. Teren. in Eunu. Illa sese interea incommodum huc aduerterat in hanc nostram plateam. Aduerto oculos, animumúe aliquo conuerto oculos vel animum.

Aduersor cum datiuo significat contrarius sum, auersor vero detestor, abominor iungitur cum accusatiuo. Quod fit quotiens ab aliqua re, quam odio habemus vultum auertimus, ut illud repellere uideamur. Ouid. ĩ Fast. Officioq́; leuem non auersatus honorem. Colu. Nam nec rubos auersatur capra. Et in sacris literis. Gentes, quas dominus auersatur. Fit autem ab auertor, de quo infra.

Aduersarius ab aduersor pro repugno. Nam aduersarij dicuntur sibi inuicem repugnantes.

Aduersus, sa, sum, contrarius. Vide in dictione auersus.

Aduersus, uel aduersum prepositio significat contra, et inimicitias dissidiã, contrarietatemq́; ostendit sicut contra, ut aduersus, uel cõtra hostes bellum geritur. Aliquando pro erga ponitur, vt apud Teren. in Adel. Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.

Aduersitores sunt serui qui eunt aduersus dños cenantes foris ab aduersum eundi apud Plaut. in Mus. Inducitur aduersitor cuius peculiare ministerium est ire ad herus foris cenitatem, et eum domum reducere, ac cõmitari. Terẽ. in adel. Neq; seruulorum quisq̃ aduersum ierat. Vbi ait Do. proprie locutum Terrentium esse dicendo aduersum. Nam inde Aduersitores dicuntur.

Adulor, penul. pro. ut quidam putant, ex ad, et aula. quia id amici obseruant, au, in u. productã cõuersa. Oui. Agmen.

adulantum media procedit ab aula:Nonius. Adulatio eſt ꝓprie canum blandimentū. quod ad hoĩes ɔſuetudine tranſlatum eſt. Vnde Speu.Sic diffinit. Adulatio eſt conuerſatio ad voluptatē,abſq; rõne mali habitus ad oblectationem conſuetudinis tendens,mediocritatemq̃; transgrediens. Et eſt adulari inſeruire, et captare, vt fauorem emereamur,uel uoce,nel geſtu, tractū ἀπὸ τ̃ δούλου, dulu quod eſt ſeruus. Eſt enim adulari ſeruile,non liberale,et ingenuum Apud Cice.lib.ij.Thuſc.Adulat pro adulatur ſanguinem,poſitum,hoc eſt lambit, ebibit.Lucre.Lõge alio pacto gannitu uocis adulant.Miror autem valde cum à greco ueniat,quoniam δοῦλος dicitur ſeruus,inde dulor aris, et cum ad dicitur addulor aris,duplo.dd. quo pacto primam corripuerunt aliqui uerſificatores.

Adulo,las.Lucre. longe alio pacto gannitu vocis adulant. Sic Cice.lib.ij.Thuſc.Adulat poſuit.

Adulter, et adultera componi uidentur ex ad, et alter,ſeu altera, ꝙ illę ad alteram, et hęc ad alterum ſe conferat.

Adulterium. quod proprie cum nupta committitur. q̃uis ad alia transferatur.

Adultero,as,pe.cor.et adulteror,aris ſigt uitio,uel maculo. quod etiam ad alia transfertur.Ply.Iuuat ipſa adulterare adulteria naturę, ſicut teſtudines tingere, argentum auro ɔfundere,ut Electra fiant. Cice.p tranſlationem in Lelio. Simulatio vitioſa.Apoſtolus,adulterātes uerbū dei. Adulteratur uerbum dei, aut aliter de illo ſentiendo,q̃ eſt ſentiendum, aut ex eo non ſpūales fructus. Sed adulterinos foetus,quęrendo laudis humanę author.Grego.in mora.

Adulterinus,na,num,pe.cor. Vnde adulterina ſigna dicuntur,quę ſunt alienis annulis facta.

Adultus.qui creuit . Vnde iuuenes dicuntur adulti, qui in flore ętatis,et incremento ſunt poſiti.

Aduiuo,pe.pro. quaſi adhuc uiuo. Hiero.ad Pāma.Ipſe ſi aduiueret Origenes iraſceretur nobis fautoribus.

adumbro,bras,exprimo,reꝑſento,ſiue imitor,vti pictores, qui imagines planas adumbrant , ut ſolidę uideantur. Aliqñ umbram adhibeo, ſiue umbram tegēdo facio.Col. lib.xij.Adumbrantur,vel ſtramentis,vel alijs tegumentis vuę,ne uentis,aut caloribus exareſcant.ponitur etiam interdum adumbrare pro honorare.

Aduncus.Vide in dictione Vncus.Vnde adunco aduncas. quod eſt curuo.

Ad vnguem ſignificat ad perfectionē. Tranſlatio ſumpta à marmorarijs,qui iuncturas marmorꝝ, tunc abſolutas exiſtimāt,cū vnguis ſuꝑ ductus nihil offendit,uel cū iuncturę ita exactę ſunt,vt ungem nõ admittant. Per.Seueros excludet vngues, ſiue ab his, qui magna diligentia, et conſideratione aliquid faciunt, et in ipſa cogitanda vngues mordent. Perſi. Nec demorſos ſapit vngues. Hora.li.i.Ser.Fronteius ad vnguem factus homo.

Aduno,nas,pe.pro.Cõgrego.Hiero.Quādo vos ad refectionē debita adunauerit hora ĩ cibis veſtris.minime perfulgeat coquorꝝ ĩduſtria.Hinc adunati dñr ſimul ɔgregati. Ad vnum aduerbialiter ſumptum ſignificat omnes nullo excepto.vt in pſal.Non eſt,qui faciat bonum,nõ eſt vſq; ad vnum.Curtius.Omnes ad vnum periere.

Aduoco,cas,pe.cor.ad me voco.Teren.in Phor. Ibo ad forum , atq; aliquot mihi aduocabo amicos ad hanc rem. Huic ɔtrariū eſt auoco.Et aduocare eſt in ſubſidiū vocare,ſeu aduocatū habere.Augu.li.ij.de ci.dei.Vt eā honoribus talibus aduocarēt cultores ſui.i.aduocatā haberēt.

Aduocati dicunt,qui alteri adſunt in cā Plau.in Cas.Stultus cõtriui diē,dū adſto aduocatus cuidā cognato meo, qui hercle litē adeo ꝑdidiſſe gaudeo ne me necq̃q̃ ſibi hodie aduocauerit. Inter aduocatū,ē patronū h̃ iter eē Valla exiſtimat.ꝙ aduocatus nomen ſit generalius, q̃ patronus,vt nõ tantū ſignificet eū,qui alterius cām agit.Siquides q̃cunq; adeſt alteri in cā officij gr̃a,aduocatus appellet,ēt ſi nihil dicat,neq; agat,ſed,q tm̃ paratus ſit defendere.Pr̃onus ꝓe q agit cauſas,ſed accuſati, nõ accuſantis.

Aduolo,as,pe.cor .iuxta,vel ad aliquem locum volare, et ɔſtruit cum accuſatiuo mediante ad,vel in,ē aliqñ dtõ. Ply.At in agrum Volaterranū palumbiū vis è mari quot annis aduolat.Idē li.x. Platea noiat aduolās ad eas,q̃ ſe in mari mergunt. Idē. Caprarumq̃; vberibus aduolant.

Ad uotum aliqd habere, et ex ſnia,licet hoc videat rõnis, illud cuiuſdam affectus,in eandē tñ veniunt ſignationem. Quin. Habes ne vxorem ex animi tui ſententia. Et alibi. Ad votum omne fluente fortuna laſciuit ocium.

Aduſq;.i.vſq;.ad.Apul.Iam aduſq; amnem perueniamus.

A ANTE E

Æacus pe.cor.Iouis ex Europa ſiue ex Aegina filius, vt in Iliade inquit Homerus. Hic apud ęnopiam.(Sic quidem legit niſi apud Stra. eſt mendum ęnonam legendū ē) regnaſſe dicitur quam ex nomine matris ęginam nominauit.filius,quē tantę iuſtitię fuiſſe dicitur,vt apud inferos animarum creditus fuerit , à Plutone delectus iudex, cum Minoë et Rhadamantho,et peccantium delicta diſcutere,et pro meritis culpas inferre.

Æas,ęantis,fluuius Epiri ex Mecedonia prius defluens , et in mare Ionium cadens dicente Luc.lib.v.Purus in occaſum,paruꝰ ſed gurgitis Aeas Ionio fluuit inde mari.

Ædes,tam in ſingulari,q̃ in plurali,ꝓ tēplo, ſed ferè ſemꝑ cū adiectione,vt ędes ſacra,vel ędes ſacrę,ędes Iouis, ędes deorꝝ,ędes pacis,et huiuſmodi.Cice.Ex eo dię, quo in ędem Telluris conuocati ſumus.Vale.Maxi.lib.i.Ea pontificum admonitione effectum eſt,vt Marcel.ſeparatis ędibus honoris,ac virtutis ſimulāchra ſtatueret,ſi v̄o abſolutę dixerimus, ędes tantum domum deſignamus,vt meas ędes nõ preſcribas.Ea propter apud Iuriſconſultos ꝓ omni ſpecię ędificij dici inuenitur,vnde et pro ſepulchro.Oui .poſuit. Eſt mihi marmorea ſacratus in ęde Sichęus, Procubiculo. Cur. Excubabant principum liberi ſeruatis noctium uicibus Proximi foribus ędis,in qua rex acquieſcebat. Idē pro cęnaculo poſuit cum ait. Stabant ad fores ędis eius, in qua rex ueſcebatur. Fitq̃; ędes,ut ſcribit Ser. ab ędo ꝙ in ea ſacrificantes edere conſueuerint.Nam quędam ſunt nomina quę initio diphthongātur,q̃uis à uerbo nõ diphthõgato deriuentur,ut ędes,ęſculus. Varro Ab aditu fieri putat,ꝙ.s.plano pede adhibant , unde etiā primam diphuocalem accepit.Feſt.ędes,ꝙ in ędito poni ſoleret,alij ędē dici exiſtimant,ꝙ in ea ęuum degatur.

Ædicula,dicitur. ubi deorum ſimulāchra ſeruantur.Ply.li. xxxvi.de Venere gnidia.Ædicula eius tota aperitur,ut cõſpici poſſit undiq; effigies Deę.Augu.lib.ij.de ci.dei.Nulla ędicula ſacra dignum putauerunt.

Ædificium ędis conſtructio, et ponitur pro omni ſtructura.Nam ędificij appellatione , non ſolum ſuperficiem ſignari,ſed ſolum quoq; ipſum,cui ędificium ſuperpoſitum eſt Vlpianus putat.

Ædifico,cas,ꝓprie ędem facio,q̃uis ad omne ɔſtructionis genus etiam ad naues pertineat. Cice.Qui cum maximas ędificaſſet inſtruxiſſetq̃; claſſes.Vnde videtur magis ſumi pro conſtruo,pręſertim cum ei domus additur,qa aliter fruſtra domum iungeremus.Idem.Qui cum ędificaſſet in palatio plenam dignitatis domū.Huius cõpoſita ſunt coędifico ſimul ędifico,exędifico manifeſte , ſeu perfecte ędifico.Ply.de apibus. Domos primum plebeis exędificant,deinde regibus. Inędifico intus ędifico.Liui.lib.i.Et,vt libera à cęteris religiõibus ara eſſet tota Iouis, templiq̃; eius, quod inędificaretur , exaugurate fana, ſacellaq̃; ſtatuit. Proędifico,vnde proędificatum,ꝙ veteres dicebant, quod ex priuato loco ꝓceſſerat in publicum ſolum. Reędifico rurſus ędifico,ſuperędifico.Hiero.Si quis autem ſuperędificat ſuper fundamentum hoc aurum,argentum etc.

Aedepol,pe.cor.aduerbium iurandi,quod eſt quaſi ꝑ ędem Pollucis.Item pol.et perpol,quę idem ſignificant.

Aediles,penul.pro.dicti ſunt ab eo, ꝙ ędes ſacras,et priuatas procurarent . Vel ab aditu , ꝙ facilis ad eos aditus eſſet. Primo ex plebe duo creati ſunt ędiles, deinde pro-

cedente tpe duo ex patricijs adiuncti ſunt,q à ſolio eburno,quod eis datum eſt,Curules dicti ſunt.Officium ędilius erat,ludos publicos exhibere,et ſacras,priuataſq́; ędes procurare,totam vrbem tueri,vt cloacę,et aquędu ctus, et queq; publica ędificia munda,et integra eſſent, loca in Theatro aſſignare. Si quispiam ſeruum, aut iumentum morboſum,vitioſumúe ꝓ integro, et ſanoq́; vendidiſſet, edicto ędilium emptori ſuccurrebatur.Idq; edictum ędilitium dicebatur,ſiue ędictiones,ędilitię,Fiebant ē alij ędiles,quę frumento ꝑerant à Cęſare creati,et à Cerere cereales nominati ſunt,vt ſcribit Pompo. His cura rerum vendendaꝝ, ne qua fraus fieret,et menſuraꝝ commiſſa erat. Scribit.Diony.Haly.li.vi.anti.Ad officium ędilium pertinuiſſe,vt curam haberent annonę forenſis, copięq́; cibariorū ęditiones ędi. hi apud gręcos agoranomi vocantur, à foro rerum venalium,cui regulam pręſcribunt.

Ædilitas ipſa dignitas. Sueto.in Ces.Si quidem ante paucos dies,anteq̃ ędilitatem iniret.

Ædilitium idem.quod ędilitas. et magiſtratus. Cice.lib.ij. offi. Pub. Cras. tum cognomine diues, tum copijs functus eſt.ędilitio maximo munere,idem ſignificat ędilitatus,us.Hoc tamen loco melius eſt ędilitio adiectiue dictū accipere,vt quum ędilitium edictum dicimus.Itaque retractamus qui in priori ęditione ſcriptum fuerat et ędilitium munus intelligimus ꝙ ędilis fuiſſet.

Ædilatus us,idem quod Ædilitas.

Ædilitius,tia,tium,nomen poſſesſiuum,vt comitia,ędilitia, in quibus creabantur ędiles.

Ædilitius ędilitij,qui ędilitate functus eſt.

Æditus ędis tutor.i.curaꝫ gerēs,ab ędibus ſacris,q̄s tuetur.

Æditor ędem tueor.Vnde ędituentes, ꝓ ędes ſacras tuētes.

Æditimus,pe.cor.Gellio actore ea forma dicitur,ſicut finitimus, legitimus pro eo,qui ędibus pręeſt,quaſi ędis intimus. Sic Clauſtritimus,qui clauſtris ianuę pręeſt. Aug.li.v.con.Sciuiſti eum comprehendi ab ęditimis fori, tanq̃ furem. Cice.in Ver.Æditimi, cuſtodesq́; maturę ſentiunt diuerſantem,in quodam tugurio extra vrbem. Sed pro eo nunc,vtimur adituus,vt Var.li.i.de re ru.et Sementinis ferijs in eadem teluris venerat vogatus ab ęditimo,vt dicere didicimus à patribus nr̄is vt corrigimur à recētibus vrbanis ab ędituo.Hos gręci νεωκόρους neocoros vocant.

Ædo,dis,didi,itum,ab e,quod eſt extra,quaſi extra do, Vn̄ ędere ſignificat emittere,promere, in lucem dare manifeſtare. Sic dicimus aliquem ędidiſſe librum. Vnde ęditio publicatio.Et quia,quę generantur in lucem promuntur factum eſt.vt ędere ſit generare.Hor.li.i.car.Mecęnas atauis ęditę regibus. Et ędere eſt exhibere, quod eſt ſpectaculis commodatum. Suet.in Ces. Ædidit ſpectaculi varij generis,munus gladiatorum.Vnde ęditores ludorum exhibitores dicti.Sunt tamen qui ſine diph.ſcribant cum antiquitus inueniatur per ę diph.ſcriptum.

Ædon gręce ἀηδών. Luſcinia.Virgi.Quodq; leues calami, quę ſuauis cantat ędon.

Æditus,ta,tum.pe.cor.altus,et fortis dicitur. Hora. in Ser. Viribus ęditior cedebat,vt in gręge taurus,et ędita quoq; loca dicuntur alta, ac ſeſe oſtendentia. Scribiturq́; cum diphthongo,vt differat ab edo pro comedo.

Æditiius iudex,quem vna pars elegerit.Cice.pro Plā.Neq́; eniꝫ quicq̃ aliud in hac lege,niſi ęditítios iudices ſeruatis.

Ægeus Thęſei pater Athenarum rex,à quo Ægeum mare. vt quidam putant.

Ægeū mare, vt qdam dici volunt, ꝙ Ægeus Theſei pater ex athenarum arce illuc ſe deiecerit.Alij. ꝙ Ægea Amazonum Regina in eo perierit. Strab. Ab Ægeis oppido in Euboeia. Plyn.ab αἶγα capra deriuat,q lib.iiij.ſic ſcribit. Plurimus inſulis conſperſum, cui nomen dedit ſcopulus inter Tenedum. et Chium verius, q̃ inſula αἶξ nomine à ſpecie caprę,quę à gręcis ita appellatur repente è mari exiliens. Soli Inter Tenedum, et Chium eſt Claros inſula,qua Ægeus ſinus panditur, ab dextra Antandrum ſaxum eſt.Hoc.n.verius q̃ inſula cognominari meruit Id. quoniam viſentibus procul,caprę ſimilę creditur, q̃ gręci Ægea nuncupant. Ægeus inquit ab eo ſinus eſt appellatus. Var. Ægeum inquit dictum ab inſula,ꝙ in eo mari ſcopuli in pelago vocantur à ſimilitudine caprarum ęges. Pacu. Æges ferme aderant ęquore in alto ratibus repentibus.

Ægę pluralis numeri,vel Æge,es.vrbs Cilicię. Quo etiaꝫ nomine dicta eſt inſula in mari Ægeo.

Ægea nomen duarum vrbium,vt ſcribit Pthol. quaꝝ vna eſt in Emathia alia in Mauritania. Author Pthol. Sunt et Ægeę euboice à quibus ęgeum mare ſecundū Stra. dr̄ ſunt et Achaicę ęgeę,penes quas cratinuę amnis labitur.

Ægeon nomē gigantis, q coeli terręq́; filius briareus dictus fuit,et Neptuni antiquum cognomen.

Ægium, oppidum pelopōneſi quo in loco Iouem à capra nutritum ferunt.Vnde à loco nomen.Æga.n.capraꝫ dn̄t.

Ægialeus nomen fuit medeę fratris.

Ægiale,les,ſiue Ægialea,leę, nomen propriū vxoris Diome.

Ægialus,latine dici poteſt litus.Quo noīe dicta eſt Achaia, propter vrbes per ordinem poſitas.

Ægeria nympha fuit,quę colebatur in Arcino lacu,cum q̃ Numa.Pompi.et connubium, et colloqum ſe habere ſimulauit ſuper cultum religionum,quo armorum, et pręde ſtudio flagrantem Po. Roma.abſtraheret. Vnde Oui. Ægeria eſt,quę prębet aquas dea grata camoenis. Illa Numę coniunx,conſiliumq́; fuit.

Ægis,idis,munimentū pectoris ęneū cuꝫ Gorgonis capite. Quod ſi eſt in pectore numinis ęgis. Si in corpore hoīs Lorica dicitur. Et à capra nomen deductū eſt,quia de corio eius fiebat.Et ideo Minerua habere Gorgona in pectore dicitur,quia prudentia ſua, quaſi alios ſaxeos reddit.

Ægiochus dictus eſt Iupiter,ꝙ corio capellę Amaltheę vſus fuerit pro ſcuto,quando contra Titanas dimicauit,vt inquit Lactantius lib.primo.

Ægides,pe.pro.patronymicum eſt ab Ægeo Theſei patre. Ouid.Perfidus Ægides ducentia filia ſecutus.

Haud aduerbium negandi, haud quaq̃ ſignificat à nulla pte,ſeu nullo modo.Gel.haud quaq̃ mihi diſplicebant.

Haue verbum defectiuum,quo ſalutare ſolemus aſpirationem recipit,vt differat à ſexto caſu huius nominis auis.

Haurio,is,hauſi,haſtum.Inuenit̃ hauriui,et haurij,ſcribit̃, cum h,ſolo vſu non ratione.Nã ſi naturalis eẽt aſpiratio, à ṽbo haurio deriuata,ab eo aſpirationẽ retinerẽt,vt ſũt auris,auritus,auſter.Nõ.n.in his vicit vſus,vt in haurio. idcircò aũt aſpirandũ qdã exiſtimant,vt differat prima ꝑſona ꝑfecti indicatiui,à ntõ plurali nois auſus, et ſcða ꝑſona pręſentis ĩdicatiui,ab auris noĩe ẽ ſigt accipio,extraho,vt vocem his auribus hauſi. Tractum ab aura,q̃ humorem omnem extrahit,atq; exiccat.Et haurire eſt audire.Vir.li.iiij.vocemq̃; his auribus hauſi.Itẽ ꝓ Aſpicere, vt apð eundẽ.Hauſit cęlũ,mẽtemq̃; recepit.Itẽ ꝓ Auide ſumere.Ci.cũ ĩexplebili cupiditate,quo flnẽtius voluptates vndiq; exhauriret,eo grauius, ardentius ſicientem texit.Itẽ ꝓ vulnerare,vt latus haurit apertũ.Item ꝓ tenere. Virg.li.iiij.Geor.Et mediũ ſol igneus orbẽ hauſerat.Item ꝓ defatigare, vt exultãtiaq̃; haurit corda pauor pulſans. Itẽ ꝓ vacuare.Luc. Quãdo haurire aĩs muſaꝝ,et fortia geſtit.Itẽ ꝓ luere.Vir. ſpero eqdẽ medijs (ſiqd pia numĩa pñt) ſupplicia hauſuꝝ ſcopulis.Itẽ ꝓ ↄſumere.Li.li.v.Tã lõgi tpis opus ĩcẽdiũ hàuſit huius ↄpoſitũ eſt exhaurio.

Hauſto,as,freq̃ntatiuum ab haurio.Fe.Exhauſtãt efferãt.

Hauſtus,us,ſorbitio.Col.lib.i. Si deerit fluẽs vnda putealis q̃rat in vicino aquam,q̃ non ſit hauſtus profundi.Apud veteres Hauſtum facere dicebatur pro eo quod eſt potare.

Hauſtus ſta,ſtum,participium.

Hauſtrale,quod eſt hauſtri,vt ventus hauſtralis.

Hauſtrinus,na,nus,ſimiliter nomen poſſeſiuum.Vnde piſcis hauſtrinus,ſicut et Aquilonius.

Hauſtro,as,humecto.Vñ hauſtratus,a,ũ,qð ẽ humectatũ.

Hauritoriũ inſtr̃m,quo vtimur in hauriẽdo.Augu.in quodã ſmone Dñe neq; hauritoriũ habes, et puteus altus ẽ.

Hauſtra veteres dixerunt rotarum cados ab hauriendo gręci antla dicunt.

Hauſter,ventus meridionalis ab hauriẽdis aquis dictus.nã nebuloſus atq; humectus eſt,qui etiã notus gręce eadem ratione appellat̃,quia νοτὶς νοτίδος. latine humor ducit̃ Quidam ſine,h,ſcribunt,et ab auſteritate deriuant, quia rabidus ſit afferens non hominibus modo perniciem,ſed et pecoribus,et arboribus.

Haʒomę,apud latinos ſignificat veneror,et colo.

H ANTE E

Heana fundamentum vel ſaburra.

Heautontimorumenos octo syllabaꝝ,ſignificat ſeipſũ cruciantẽ.Cõponit̃.n.ex ἑαυτὸν quę apud gręcos aſpiratur ẽ ſignat ſeipſũ τιμωρούμενος crucians. Quo nomine dicta ẽ comędia Terentij,in quam inducit̃ Menedemus ſeipſum crucians,dum in fundo fodit,arat,aut aliquid facit, ſine laxamento,ob filium,qui fugerat in militiam.

Hebdionęi hęretici,q Chriſtũ hominem tantum dicebant.

Hebdoás,adis,ſeptenarius,ab ἑπτὰ ſeptem,p,in b,conuerſa. Hiero.ad Pauli.hoc myſterio hebdoadis,et ogdoadis futurus gentium prędicator erat inſtruendus.

Hebdomás,adis,et hebdomada,ę,latine ſeptimana ſpatium ſeptem dierum,et numerus ſeptenarius.Non.n.ſolum de diebus dicit̃,ſed etiam de ãnis,et quibuſcunq; rebus quę ſeptenario numero comprehendunt̃.Gel.Tum ibi addit ſe quoq;,iam duodecimam annoꝝ hebdomadã ingreſſum eſſe et ad eum diẽ ſeptuaginta libroꝝ hebdomadas ſcripſiſſe.Et in Gene.Imple.hebdomadã dieꝝ huius copulę. Et hãc quoq; dabo tibi,ꝓ opere,quo ſeruiturus es mihi, ſeptem annis alijs.Et in Leui. Numerabis quoq; tibi ſeptem hebdomadas annos,ideſt ſepties ſeptem, quę ſimul faciunt quadragintanouem.hinc hebdomadarius.

Hebdomecontapente ἑβδομήκοντα πέντε .i.lxxv.

Hebes,obtuſus,piger,tardus,et acumine carens.Ci.li.ij.aca. Aliâs hebetiora,aliâs acutiora videantur cornua. Vnde per translatio.Ingenium hebes dicitur,ſicut etiã obtuſũ

Hebe nomen vxoris Herculis, et Iunonis filię, quę pocillatrix,et miniſtra poculorũ iouialium eſſe traditur, et dea iuuentutis putabat̃ ἥβη gręce pubertas nominat̃.Suidas ἥβη νεότης ἀκμὴ σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα θεᾶς ἢ βοτάνη τὸν παιδιωτήριον καὶ ἥβη ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν τριχῶν.

Hebeo,es,hebes ſum.Hinc exhebeo,quod protulit.Ambro. in ſignificatione actiua cum ait,Vigorem inquit,mentis exhebuit,hoc ex debilem fecit.

Hebeſco,is, hebes fio.Cice.lib.i.Thuſc.Sic mentis acies, ſeipſam intuens nonnunquam hebeſcit.i.obtuſa fit. Salu. Poſtq̃ diuitię honori eſſe cępere,et eas gloria, imperium potentia ſequebatur,hebeſcere virtus cępit.

Hebena ligna ſunt nigri coloris,et preçioſiſſima.

Hebeto,tas,pe.cor.obtundo,et obſcuro.Ply.lib.xi.Namq; ẽ ſpeculi nitorem ex aduerſo nudati hebetant.Ambro.Qui recedit à ſapientia hebetatur.

Hebetudo obtuſitas rei alicuius carentis acumine,vel mentis ingenij viſus,ſimiliumq̃;.

Hebiones,à veteribus pauperes dicuntur, quę vox indicat contemptum quendam.

Hebrus fluuius in Thracia,qui ab Oeagro flumine ortum habet.Vñ Oeagrius dictus.Virgi.Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulſum,Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus.Hẽt arenas, ex quibus auꝝ colligitur.

Hebrei, dicti ſũt Iudęi ab heber q fuit abnepos Sem filij Noë,quod tranſitum,et tranſitiuos ſignificat. Soli quippè à creaturis naturali ratione, et lege ĩnata non ſcripta ad cognitionem veri dei tranſire, et voluptate,corporis contempta ad rectam vitam perueniſſe ſcribuntur.Vnde priſcos illos, qui creatori deo natura inhęrebant pietate hebręos appellarunt. Prius hebręi cognominati, ac

deinde vna detracta litera hebręi, ſicut docet Augu. libro xvi. ci. dei. Et quia in eius familia remanſit lingua quę prius humano generi credit fuiſſe cõis cũ gẽtes linguarum diuerſitate sũt diuisę, deĩceps hebręa eſt nuncupata.

Hebraicus, a, ũ, nomẽ poſſeſiuũ ſicut hebręus, vt lĩgua hebraica.

Hebrius, q dã ab hauriẽdo ꝺducũt. Vñ et aſpirãt.

Hecabe fuit quam nos hecubam nominamus.

Hecale, pe. cor. vetula à qua Theſeus olim adoleſcens hoſpitio acceptus eſt. Vnde ſacrum quoq; hecaleſion per pagos celebre fuit. Hecalo Ioui non ſine ipſius hecales honoribus. Pręterea Hecali Callimachi poëma eſt.

Hecatęus, nomẽ phi abderitę q hiſtoriam de iudęis ſcripſit.

Hecatõ, latine centũ dr̃. Inde, ꝑ compoſitiones deducuntur.

Hecatõpylos, oppidũ cẽtũ portarũ, πυλῶν. n. portarũ ꝺſignat.

Hecatompolis, pe. cor. habens centum ciuitates.

Hecatombe ſacrificij genus, in quo ritus hic ſeruabat vt cẽtenę ſui generis mactarent victimę, centũ ſues, centum hędi. Iul. Capi. Tm̃ ſanè lęticię in Balbino, q plus timebat, vt hecatombem faceret, qꝺ tale ſacrificium eſt cẽtum arę vno loco conſtruuntur, ex ceſpite, ad eas centũ ſues, centũ oues mactant. Iã ſi Impatoris ſacrificiũ fit. C. leones centũ aqlę, et cętera huiusmodi aĩalia feriunt, qꝺ quidẽ gręci quodã feciſſe dñr, cũ peſtilẽtia laborarẽt, vel à numero victimarũ, vel ꝙ centum Peloponesſi vrbes id faciebant, à numero ſacrificantium compoſita eſt dictio.

Hecatonchiros, pe. pro. Quum apud gręcos per ει ſcribatur, vt ἑκατονχείρος qualem illum quem dij Briareũ homines, aut Ægęonem appellant (vt ait Homerus.)

Hecatontarchus centurio.

Hecatompus, qui centum pedes habet.

Hecate, pe. cor. trium ptãtũ nomen. ipſa eſt. n. luna diana proſerpina, quod ſignificatũ eſt, vt eius mirabilis potentia oſtendat, vel ꝙ centũ hoſtijs placetur. Siue ꝙ centum annos errare facit ĩſepultos, Dicta eſt luna pp varias effigies quas quotidie nouas repręſentat vel pp multiplicem lunę virtutem? ſeu pp coronas quę multifarię circa lunã conſpiciuntur. Ply . Exiſtant coronę circa lunam et circa nobilia aſtra. Sũt q dicant nõ ab hecaton. i. centum dici hecate, ſed ꝙ ſol hecatos ab Homero dr̃ vt ſit hecate ſicut à cinthio cinthia, à delo, delia, à Phębo phębe. Dictus ãt phębus hecatos ab hecas longe ꝙ eminus ad nos radios ſuos mittat, et ab hoc dicat iaculari. Hecate etiam fuit nomen filię Pſes, de qua in dictione Oeta. Hęc triceps dicta eſt, quia (vt inquit Orpheus in Argo) tria capita, dextrum equinum ſiniſtrum caninum, medium hominis agreſtis τρισσοκέφαλος appellata. Oui. Tũq; triceps Hecate.

Hecameda Arſinoi filia, quę dono Neſtori data eſt, dum ab Achille diriperetur.

Hecta, res minimi precij, quaſi hieta, ideſt hiatus hominis, atq; oſcitatio. Alij puſtulam dicunt, quę in coquendo pane ſolet aſſurgere, à qua accipitur res nullius pręcij. Pompo. Hic homo hectę me facit.

Hectapales ἀπὸ τῶν ἑξ παλαιστῶν. i. à ſex paleſtis. Sunt autẽ palęſtę ſex qñꝙ valet quotiens pro ſpithama capiuntur dodrantes ſeni, h̃ eſt palmi ſex. Hi aũt ſunt tria cubita.

Hectica febris, non à conſuetudine, ſed ab habitu nomen habet. Hęc non in humore tantum, atque ſpiritu, ſed in ipſis planè coit oſſibus, et inoleſcit. Ideo non Ethica appellari debet, ſed habitualis. ἔχω, ἕξω.

Hector priami regis filius, dictus ab eo, ꝙ ἔχω, qꝺ eſt habeo, defendo, quoniam ipſe ſolus defenſor vrbis fuit. Nam Plato ſcribit, Ideo Hectorem appellatum, ꝙ vrbem contra hoſtium impetum tenuerit patriamq̃; ſeruauerit.

Hemorrohides genus morbi. Hema enim ſanguis dicitur reciperitq̃; diphthon. Inde et hemorrhoreo, quod ſignificat fluxũ ſanguinis laboro, et profluuium patior.

Hedone apud nos voluptatem ſignificat. gręce ἡδονή.

Hedra ſedes latine dicitur, Vnde fit cathedra.

Hecyros latine ſocer, hecyra ſocrus, pe. cor. habet. Sunt et qui ſine h, ſcribant.

Hedonius ſumptus dictus eſt, apud Spartianũ pro impẽſa facta in rebus voluptarijs.

Hedui populi gallię, et poſt Heluetios, et Sequanos ĩ occaſum vergentes, iuxta quos ex alpibus fluit Araris.

Hedyosmos ſigñt ſuauitatem odoris hedyosmata vnguenta ꝓcioſa. Hedyosmion, ſignificat dulciculũ nomen amatori conueniens. Item hedyosmion, vocant mentham.

Hegeſias cyrenaicus phus fuit, qui tanta fuit eloquentia, ſicut Vale. Maxi. ſcribit, vt ſic mala vitę repñtaret, vt eorum miſeranda imagine audientiũ pectoribus inſerta multis volũtarię mortis oppetẽdę cupiditatẽ generaret. Iõq; à rege Ptolemęo vlterius hac de re dicere prohibitus eſt.

Hegeſippus nomen hiſtorici proprium qui Apoſtolorum temporibus vicinus fuit.

Hei interiectio ĩgemiſcentis datiuo iungit ꝓ nõis, vt Hei mihi qualis erat. Ci. Hei mihi non poſſũ h̃ ſine lachrimis commemorare. Aſpirat iam natura, ꝙ is animi affectus aſpiratione melius ꝺclaret. Nam heu accuſatiuũ poſtulãt.

Heiulo, as, pe. cor. ab hei fit, et ſignificat ſublata voce fleo. Hiero. in Iob. Propter multitudinem calumniatorũ clamabunt, et heiulabunt, propter vim tyrannorum. Plau. in Aul. Qui nam hic homo ante ędes noſtras, heiulans conqueritur męrens? Inuenitur et heiulor deponens.

Helęi, pe ꝓ. populi in Peloponesſo clariſſimi, pp delubrum Iouis olympij, ludosq̃; olympicos, quorũ ꝓfecturam Helęi habuerunt. Vnde helęi equi, et helęus carcer ſępe leguntur. Luca. Quantum clamore iuuatur Helęus ſonipes.

Helocathenes piſces cete. i. generis ſalſamentis idonei.

Helcysma, ſcoria, in argento.

Helios gręce ἥλιος, latine ſol, inde heliacus ſolaris.

Heliocaminus, vaporariũ qꝺdã ſolare, nõ ad ignis vsũ, ſed ad ſolis, velut id, qꝺ vulgo lumina dr̃, et ĩ Padana gallia lucerio. Vlpi. In ꝓuitutibus vrbãis. Si arbor inqt, ĩ heliocamĩo vel ſolario, ſolẽ adimat, dicẽdũ erit, ꝙ vmbrã facit ĩ loco cui ſol fuit neceſſarius, ꝯ ꝓuitutem impoſitã fieri.

Heliochryſos herba eſt, aureum florem producens.

Helix, Tria autem ſunt helicis genera herbaceum. Candidum, verſicolor.

Heliopolis, pe. cor. ciuitas Ægypti, inter Alexandriã et Coptum, à gręcis Thebe dicta, quaſi ciuitas ſolis, altera eſt in Cilicia Cryſippi ſtoici patria.

Heliotropium herba ſolaris dicta, ꝙ ſe cum ſole circũ agat etiam nubilo die, ac nocte. Var. Nec minus admirandũ, quod fit in floribus, quos vocant heleotropia, ab eo, ꝙ ſolis ortum mane ſpectant, et eius iter ita ſequuntur ad occaſum, vt ad eum ſemper ſpectent.

Heliogabalus, pe. pro. Antonini Caracallę filius, qui ad imperium aſſumptus fuit, matris ingenio apud Antiochiã.

Heliodorus, pe. pro. nomen viri proprium.

Heliocopis nomen nymphę.

Heliades patronymicum fęmininum, ab helios, qui eſt ſol. Nam ſorores dicuntur Phaetontis.

Helle, es, nom̃ Athamãtis Thebarũ regis filię, à q̃ Hellespõtus.

Hellespontus fretũ anguſtũ, ab Aegeo in ꝓpõtida, et vbi ſunt illę anguſtię, ſeptem tantum ſtadijs Aſiam, ab Europa diuidentes. Ibi. n. Helle in pontum decidit. Vnde qui prius pontus dicebatur, hellespontus vocatus eſt.

Hellas nomen. fluminis, et regionis Achaię, vt inquit Ptolomęus, à noſtris Gręcia appellata, à Gręco, qui primus ĩ ea regnauit. A cuius filia vocata eſt attis. Deinde ab Hellenę Deucalionis filio dicta fuit Hellas. Incipit ad Iſthmo corinthio, ſiue ſtrictura Peloponenſi, et ad litora ęgei maris porrecta, vsq; in macedoniam, et Theſſaliã, quàm cũ omni Bęotia. intra ſuum nomen includit, ꝯ extenditur.

Helleborus, ꝯ helleborum, pe. cor. dicitur herba purgatoria. optimum, quod in Anticyra, circa helleborum fluuium gignitur, atq; ĩde à gręcis helleborus appellatur. Horati. Expulit helleboro morbum, bilemq̃; meraco. Hanc herbã Romani alio nomine Veratrum dicunt, ꝓ eo, qꝺ ſumptũ motam mentẽ in ſanitatẽ reducit. Duo ſunt eius genera.

Albũ.s.et nigrũ.Albũ,quod vomitione causas morborum extrahit.Nigrũ,quod purgat per inferiora. Scribitur secũdum.Apu.per h,Sed apud grecos,non aspiratur. Melampus medicus Amythaonis filius helleborum inuenit,quod Melampodium vocant.Alij dicunt pastorem eiusdem nominis inueniſſe,cum capras pasceret.Col.Sed negat helleboros,et noxi galbana succos.

Helice,pe.cor.vrbs Achaię, quam ma reabsorbuit,de cuius noie,vrsę sydus fortaſſe vocatũ est à poëtis, ꝙ Calistó Lycaonis regis filia,quę ex vrsa,cum filio in stellas versa est, arcàs fuerit.Est et helice pampinus in vite.

Helicon,pe.cor.mõs Boeotię,iuxta thebas,atq;,vt Stra.li.ix. scribit,Phocidi vicinus,est nõ procul à Parnaso,eiq; ęmulus et altitudine,et circuitu, qui et ipse Apollini quoq; sacer, et Musis est. Vnde heliconiades musę sunt appellatę. Dictus Helicon ab Helicone,qui ibi,cum cytherone fratre singulari certamine pugnauit.

Helcium dicit̃ qđ est ante pectus equorum,et id genus animalium,ab armis.i.humeris pendens,instrumentum,quo et molę,illi per machinulam innexę versantur,et curricula per temonem trahuntur.Vnde ẽ nomen accepit.Helco enim grece,traho latine dicitur.Hinc helciarius.

Helciarius, qui fune canabino nauem trahit aduersus vndas,vt est apud Martia.Nec clamor valet helciariorũ. Sido.Optimo epitheto curuos vocat cũ ait.Curuorũ hic chorus helciariorũ.De helcio meminit Apule.li.ix.me.Defectũ alioquin me helcio sparteo dimoto nexu machinę liberatum applicant presepio.Et paulo post.Helcio tandem absolutus,refectuq; secure redditus.

Helena,nę,siue helene,es,pe.corre.Castoris,et Pollucis soror, et Menelai lacedęmoniorũ regis vxor,à qua Helene insula vocata est,ꝙ in ea primũ Paris,cũ Helena dr̃.cõcubuiſſe,multi fuerũt,qui scripserũt de laudibus Helene,sed in primis mihi vr̃ Demetrius moschus excellere, q de ipa ita scribit,ꝙ pulchritudo Helenę nõ fuit caduca, sed semp florẽs,ẽ ꝙ Venus fecit nutriri Helenã à gratiis suis.Vnde ait.

καὶ μὴν τὴν δὴ θεοὶ πρὸ ἐθάμβεον εἰσορόωντες· τὴν τὸ μένην μεγάλου κούρην Διός, ἥδ' ἐφίλαντο αὐτίκα δὴ χαρίτεσσιν μετυπατο ἴα ἀφροδίτη δ' ὅτε φίλαι τήν μοι ἀτιτάλλειν ὡς ἐπέδικεν οἷον ἐμὸν πολύκαρπον ἐθρέψατε ἄμβροτον υἱόν.

Hellenes Deucallonis filius,à quo grecos hellenes non nulli credunt fuiſſe nominatos.

Heleniũ frutex,seu herba,qui ex helene lachrymis fingitur nata in helene insula.Fauere creditur formę,et cutẽ nutrire incorruptam,venerem conciliare,et hilaritatẽ inducere i vino potum.

Helicteres inaures sunt,sicut docet Iul.Pol.quę et helicę dñr à clauiculis,quas helicas vocãt.Quod aũt greci vocãt helicẽ,nos clauiculã,et pãpinũ, cãpreolũ,vt in vite dicimus.

Hellanodices latine iudex certaminis dicitur.

Heluo,vorax,insatiabilis,et immoderate sua bona ingurgitans,quasi oĩa leuẽs.Terẽ.in Heau.Gerro,iners, heluo,iners,ganeo,dãnosus.Ci.Per transla.heluo librorũ dixit,quasi gulosus.i.nimis auidus librorũ. Et aspiratur, vt ab eluo suo primitiuo differat,siue,vt auiditas illa magis exprobretur,vt inquit Festus.Fit enim vox incitatior.

Heloi vocant hebrei deũ significatq; robur,et potẽtiam, vt sit nom̃ dei,q̃si oĩpotẽs.Plau.vo đos.i.grece theos θέαν ꝙ est currerẽ đriuat stellas.n.q̃ semp mouent đos appellabat.

Helorus.pe.p.sicilię fluuius et ciuitas sicut in Elorus dictũ est. Fuit ẽt noĩe istri flumĩs filius,q ab Aiace occisus est ĩ ea pugna, q̃ greci cũ Telepho rege Mysorum habuerũt.

Heluacia genus ornamẽti lydij,dictũ à colore boũ,qui est. inter rufus,et album,appellabaturq; heluus, q̃q̃ hęc eadẽ vox,apud veteres saburram significaret.

Heluela sunt holera minuta, vt inquit Festus, quoniã helus,et helusa veteres dicebant,pro holus,et holera.

Heluetij populi germanię iuxta lacus hercynię syluę.

Heluolum,apud,Catonem,est color,inter rufum,ẽ album vnde heluolę.Col.li.iiij.Sunt et heluolę,quas nonnulli varias appellãt,neq; purpureę,neq; nigrę, ab heluo(nisi fallor)colore vocitatę.

Hem interiectione corripientis seipsum,vel indignãtis,vel admirantis,vt hem nos homunculi.Apul.Hem hoĩs audaciã.Quãdoq; demonstrantis est.Teren.in and. Hem puer hercle puer est,Et aspiratur propter maiorem sonum.

Hemerodromis dñr cursores,qui die vno ingẽ spatium cursu emetiebãtur,inter quos clarissimus fuit Philonidas Alexandri magni cursor,inter mancipia erãt cursores, vt ex iuriscõsultis patere potest.Pau.li.iij.de legatis.Quod si alij vernę,Alij cursores legati sint,siquidem cursores,et vernę cursoribus cedent.

Hemis,apud nos traducitur semis,grece ἥμισυς dimidius.

Hemicyclus, locus semirotundus instar testudinis in cuius ambitu erant sedilia.Est autẽ cęnatio effigie circuli dimidiati.A quibusdam accipitur pro sella quę dimiati circuli formã habet.Sid.Solij capacis hemicyclon volens intelligi vas belneare fuiſſe semirotundum instar sphęrę medię. Cice.in.Lel. Tum memini domi in hemicyclo sedentem.

Hemeridion latino diurnale vel ꝙ paruum diem durat.

Hemionium herba,quę alio nomine Asplenon dicitur. Cuius vis est contra singultus omnes.

Hemus mõs in thracia excelsitate cõspicuus,ex cuius vertice vulgata opinio est ponticũ simul et adriaticũ mare et histrũ amnẽ et alpes ꝯspici poſſe.Nã eius excelsitas sex milia paſſ.ꝯtinet.Dictus hemus à noĩe regis hemi.A cuius sorore alter quoq; mõs Rhodópe noĩatur in quos trãsfiguratos eẽ rhodopẽ et hemũ fabulę canũt.Oui.li.vi.me.Threiciã rhodopẽ habet ãgulus vnus,et hemũ, nũc gelidos mõtes mortalia corpora quondã Poſſet ẽt hoc nomẽ deduci ἀπὸ τοῦ αἵματος.i.à sanguine.Est et hemus nomẽ greculi histrionis,cuius meminit Iuue.Et nomen famosi latronis.

Hemĩa,pe.p.mẽsurę genus,qua vinũ,vel frumẽtũ metiebatur.et dimidiũ sextariũ ꝯtinet,q̃si semisextaria.Gel.li.iij.Si ex sextario hemina fusa est sed dimidiũ tartio.Inde heminariorũ,q̃si mediocris.Hĩc hemĩariũ,sicut à ꝯgio ꝯgiariũ

Hęmodes insulę septem in oceano germanico .

Hemiplexia cũ accẽtu in pe.palysis, hoc est semiapoplexia, cũ in alterã tãtum partẽ corporis malũ id incubuit.Nã cum totum afficitur Apoplexia nominatur,nunc vtrunq; inquit Celsus,paralysin appellari video.

Hemicranea morbus,quo dimidia p̃te capitis laborat, quẽadmodum cephalea,quo totum caput infestatur.Dicti hemicranici ab hemicrania,quę et hemicrea dicitur.

Hemiolus quędam arithmetica proportio, continens aliquẽ totum numerum,atq; eius dimidium, vt se habẽt tres ad duo,et quindecim ad decem.

Hemiola vsura,q̃ ꝯtinet totũ,et dimidiũ ab ἥμισυ dimidiũ ẽ ὅλον. totũ,vt si de q̃tuor solidis ĩ fine ãni accipiant sex.

Hemerobios sig̃t diarij victus,quo noĩe dictus est Diogenes cynicus philosophus.Est et hemorobius vermiculus,qui vitam diei hẽat, ἡμέραν. n.greci diem dicunt, βίον vitam.

Hemistichion,dimidius versus.Nam στίχος versus dicitur.

Hemitogiũ dimidia toga Cõposita dictio ex greco ẽ latino.

Hemitritęus semitertiana febris,sic dicta ꝙ parte aliqua tertianã p̃itet tertio die,vt illa repetẽs,nõ tñ, vt illa diẽ vnũ perstat integrũ,sed inter horas.xxxvi.plus,vel minus porrigitur.Hie.in diuo Hilarione.Ibi siue ob corruptũ aëres, siue propter gloriam.Hilarionis serui dei,hemitritęo, pariter arrepti omnes,à medicis desperati sunt.

Hemisphęrium dimidia sphęra,hoc est cęli dimidium.Hemisphęria duo sunt latera ab oriente diuisa ad occasum, quę distinguitur terra zonis quinq;,mediam ęstus infestat, frigus vltimas,reliquę habitabiles.

Hepar vulgus figatũ appellat, latini dicũt iecur.Aspiratur à pleris.Et est dictio greca.Est ẽt Hepar genus piscis,hoc est iecur marinũ,quẽ et Epaton vocant Arist.et Opianus

Hepta apud nos septem,et aspiratur,cum suis deriuatis.

Heptapylos,latine dicitur septem portas habens.

Heptapachys,pen.corre.mensura septem cubitorum.Vnde

Achilles heptapacus eſt appellatus.

Hepiolus papillio,qui lucernarꝫ luminibus aduolat.

Hendecaſyllabus, verſus vndecim ſyllabarū,qualis ille Catullianus. Paſſer delicię meę puellę.

Heo interiectio.Plau.in cis.Heo tu quam nos.

Heptememeris cęſura eſt,cū ſyllaba naturaliter cor.pro.qđ fieri ſolet in principio quarti pedis,vel ſeptimę ſyllabę, ſi tres ſpōdei pręcedāt,quaſi ſeptima dicatur diuiſa pars, ab ἑπτὰ ſeptem,et μερίζω diuido.Vide in cęſura.

Heptophonon quod habet ſeptem voces.

Heptaporus fluuius dictus quia ſeptē locis vadari poteſt eadem via pp qđ et polyporos,vt Stra.inquit appellatus eſt.

Heptaporus,ideſt ſeptenfluus,ſiue ſeptemuadus, quo nomine dictus eſt Rhęſus fluuius troianus.

Heptaporus, Troię fluuius.

Hephęſtos proprium nomen Vulcani.

Hepheſtides genus lapidis dictus ꝓ in ſole addita aridam materiam dicatur accendere ignis modo, quem poëtę à Vulcano Epheſton vocant.

Heraclea dicebatur, quę nunc Calpe in finibus,olim perithus vocabatur.Europę ciuitas Boſphoriana,à qua Diony. philoſophus zenonis diſcipulus heracleotes,à Ci.in thuſc, appellatus eſt,vbi fuit amphitheatrū vnū è ſeptē ſpectaculis.Fuit et alia heraclea in radicibus Oetę mōtis,quam Aſaris fluuius abluit.Alia in ponto.Alia iuxta oſtia rhodani.Alia in campania,quę et Herculeanum dicta eſt.

Heracleę oppidum proximum Neapoli, incumbens mari.

Heracleopolis nomē triū ciuitatū quarū.Vna eſt in Ægypto,ex qua Theophanes phyſicus.Altera nō longe à Peluſio.Tertia ſecundū Nili oſtium,quod Canopicū dicitur.

Hinc Heracleopolitę heracleopolim habitant.

Heracleō herba,ab Hercule inuenta,quā alij Origanū Heracleaticū ſylueſtre dicūt,qm̄ eſt origano ſimile,Alij Titimalū dicūt.Naſcit in aquoſis,folijs magnis,et in ſumma aqua flore lilio ſili, et cū defluxerit capiti papaueris. Eſt ē alia herba heracleō ſiderio, caule tenui digitoꝝ.iiij. altitudine,flor puniceo,folijs coriādri,iuxta amnes,ē lacus naſcens,et oīa vulnera ferro illata efficacisſime ſanans.

Heracleota nux.Quęre in dictione Nux.

Heraclitus,pe.pro.nomē ꝓpriū phi Epheſij,gręce ἡρακλεῖτος ei diphth.Lucre. Heraclitini, quorū dux agmina primus. Hic eſt ille,qui quoties domo egrediebatur,flebat,ſicut Democritus ridebat , alteri oīa, quę agimus miſerię, et alteri ineptię videbātur.Cognominatus eſt ſcotinos, quaſi tenebricoſus,De induſtria.n.obſcurabat ſtylū.Ideoq; eius volumina philoſophi ſudantes vix intelligunt.Fuerunt alij quatuor heracliti .Primus poëta Lyricus.Secundus Halicarnaſeus ſummę elegantię.Tertius Lesbius qui macedonum ſcripſit hiſtoriam.Quartus vir ridiculus.

Heraclides,pe.cor.nomē philoſophi, qui heracleotes fuit ex Ponto, hic opulentus athenas venit, deditq; ſe in diſciplinam Speuſippo,Pythagoreorum auditor fuit.Platonis ſtudioſus.Fuerūt ingenij illius monimenta pręclara. Nam dialogos, et tregędias ſcripſit. Fuerunt et alij multi heraclida ingenio,et doctrina inſignes.

Herceus dictus eſt Iupiter,quē ēt penetralē vocabāt,qui intra ꝓſpectus domus cuiusq; colebat.Gręce.n.hercos ſeptū clauſtrūq; nominat.Oui,cui nihil hercei ꝓfuit ara Iouis

Hercules cognomen, vel fortaſſe potius agnomen Iouis,et Alcmenę filij,q ob fortitudinē,ē gloriam creditus fuit,ꝓ inter deos ſit relatus.Fuiſſe aūt tres Hercules ſcribit Diodo.Alij ſex autumāt. Primus qui certauit cum Appolline de tripode.Alter nilo natus ęgyptius,quē aiunt phrygias literas conſcripſiſſe. Tertius ex Idęis dactylis , cui inferias afferunt. Quartus Iouis filius, ex Aſterie Latonę ſorore, qui tyri colitur filiamq; habuit carthaginem . Quintus in India,qui ē helus dicitur.Sextus Thebanus,ex Alcmena, et Ioue tertio genitus, cui aliorū geſta aſſignāt Herodus ſcribit Herculem vnum eſſe,ex.xij.dijs egyptiorū,gręcosq; ab egyptijs hoc nomē mutuatos indidiſſe filio Amphitryonis.Var.xliij. Hercules noīat. Veruntn̄ omnes qui robore pręſtiterūt,hoc noīe ab Hercule Alcmenę filio appellatos fuiſſe affirmat.Macro.aſſerit Herculē eſſe ſolē,quaſi heraclen,idq; ex nomine clareſcere.Hercules enim nihil aliud eſt, q̄ heras. Iunonis.i.aëris, cleos.i.gloria, vel laus. Quę porro alia eſt aëris gloria, q̄ ſolis illuminatio? Idem dictus eſt.xij.labores cōfeciſſe,quia ſol anuo curſu.xij. ſigna zodiaci luſtrat,et cōficit.Ab hercules fiunt hercule,ē hercle.Mehercules,et mehercule aduerbia iurandi.

Herculanus,a,um,nomen poſſesſiuū.Eſt et herculanus nomē propriū ab hercule deriuatū.Gel.li.i.adiectiuū poſuit Comprehenſa inquit,menſura herculani pedis,ſecundum debitā membrorū oīum,inter ſe cōpetentiam, modificatus,eſt.Herculanus ſubiūctiuum nomen eſt viri propriū.

Herculanum fuit campanię oppidum.

Herculeus,a,um,apud poëtas decit,qm̄ breuē ſyllabā inter ꝛpas lōgas heroicus verſus nō admittit, vt At ſinus herculei ſi vera eſt fama Terenti.Et modo poſſesſiuum eſt, mō accipit pro forti,vt herculea vis.Herculeus homo. Mō pro immēſo,vt herculeū opus.Herculeus ēt morbus dicit comitalis,qm̄ hunc morborū paſſus ſit Hercules.Vnde et ſacer eſt appellatus,et maior morbus propter grauitatē.

Herculeum promontorium locrenſe de quo Stra.li.i.

Herculeius, fuit vir romanus , qui marianas partes fouit cum Sertorio,et Perpenna.

Herebus,p.c.ꝓfunditas inferoꝝ dr̄.Vide in dictiōe Erebus.

Hermes,mis,et hermetis dicitur,latine,q̄ſi interpres.Mercurius dictus eſt ab. ἑρμηνεία .i.ſermone.Pręſtabat enim loqui,quem effigiabant alas in capite, et pedibus habentem,ꝓ ſermo hominum per aëra volitet.

Hermerotes,idem ferè quod Erotes,ideſt cupidines.

Herma,mę,etiā Mercurius dicitur, quamuis etiam quandoq; ſumatur pro ſtatuis,ē ſigilis,ꝑcipueq; truncis,et quorum capita permutari poſſunt.Cice.ad Atticum li.vi.Herme illi lui pentelici, cum capitibus Æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc admodum me delectant. Probus Æmi,in Alcibiade,Id cū apparet,prius q̄ claſſis exiret,accidit vt vna nocte oēs hermę,qui in oppido erant.Athenis deijcerentur,pręter vnam,quę ante ianuam erat. Suidas dicit hermes ſtatuas dictas, ꝓ plurimū Mercurij ſtatuę deliniarentur,Hę.n,hermę viriles ſtatuę ad propagādam defuncti memoriā ſepulchris erigebantur.Solebant autem Romani Mercurij,ac Mineruę ſtatuas coniungere gymnaſiis,dicareq;,quas hermathenas Ci.nominat.Quod ad me de hermathena inquit,ſcribis. mihi pergratus eſt ornamentū academię propriū meę, ꝓ et hermes comune omniū,et minerua ſingulare inſigne eius gymnaſii.Quidā hermas accipiūt pro lapidibus quadratis, quos Atheniēſes ſolebāt ponere,tū in priuatarū , tum in ſacrarum ędiū veſtibulis, vt ſignificare rationem, et veritatē perinde formam quadratam rectam ſemper ſtare . Dicti herme à Mercurio,eſſet deus rationis,et veritatis.

Hermoglyphus marmorarius,et ſtatuarius.

Herpoliū oficina,vbi officinatores ſtatuarū habitant.

Hermopolis nomen vrbis,quā hermes condidit.

Hermaphroditus,pe.pro.Mercurij, et Veneris filius.cōpoſitum,nomē ab herme,et aphrodite, quod venerem ſigat,à quo hermaphroditi dicti ſunt,vtrūq; ſexū habentes.Hi ēt androgyni dicuntur,qui vtrunq; ſexum habent.

Hermodorus,pe.cor.fuit phus epheſius, quē in Italia exulantē Pomp.iurecon.tradit authorē fuiſſe.xij.tabularum ferendaꝝ.decemuiris.Ply.dicit hūc fuiſſe īterpretē legū decēuiralīū,eiq; id ſtatuā publice dicatā.De hoc Stra.li.xiiij. In epheſo fuere viri memoratu digni,ex antiqs heraclitus. Itē hermodorus. De quo hic idē inqt dignos eē oēs epheſios ſtrangulari.qui Hermodoꝝ virū inter eos frugi eiecerunt.dicētes.Nemo nr̄m frugi eſto,alioqn cū alijs eijciat.

Hermon, ארמון mons lōge diſiūctus ab Hieruſalē trāsiordanē nomē hebręum,qđ interpretat linum exaltatū.

Hermon ſtatio piſcatorum in peloponneſo.

Hermenia, latine ĩterpretatio dici poteſt. Vnde peri hermenias Ariſtotelis liber interpretatione.

Hericius animal, ſic dictũ, ꝙ ſetis horreat. Hic et herinaceus et herix dicit̃ in ſepibus dumoſis, et vineis p autumnus pręcipue diuerſat̃. Conditur in arbores hyeme, & cibis per ęſtatem paratis veſcitur. Vbi ſenſerit venatores contractis ore et pedibus conuoluitur in formam pilę ne quid cõprehendi poſſit pręter aculeos. Sunt è genere eoꝝ, maiores hiſtrices, quibus longiores aculei, de quibus infra.

Heri ab hęrendo quidam dici putãt, ꝙ heſternus dies hodierno diei cohęreat ſine diei alterius interpellatione. Dicitur etiam here, propter cognationem literarum i, in e, vt Veſpere, et veſperi. Ab heri fit heſternus, na, nũ, ſicut à cras craſtinus, na, num. Et accipitur heſternus, pro pridiano. Teren. iure heſterno panem atrum vorent.

Herillus calcedonius philoſophus zenonis diſcipulus fuit, Qui cum audiſſet ſcientiam laudatam eſſe ab Ariſtotele et Theophraſto ſummum bonum in ea poſuit.

Hermenias eunuchus, trapezitę cuiuſdas famulus. Athenas profectus Platonem. Ariſtotelemq̃; audiuit, et domum reuerſus, cũ domino ſuo. Atarnenſes, et * aſſenſus aggreſſus eque ſubegit, et illis ſimul, cum domino ſuo imperauit.

Hermogenes, pe. cor. nomẽ ꝓprium, latine dr̃ Mercurio genitus. Contra quem cauillatus Cratillus eũ Hermogenem nõ recte dici, ꝙ doctrinę. s. atq; eloquentię nihil ſapiat.

Hermus fluuius, q Smirnę campos ĩterſecat delapſus à mõte Dorylao phrygiam ſcĩdit à caria. Hic ſuperfuſus campis gignit fertilitatem. Vnde harenas aureas fingit̃ trahere.

Hernia cõe eſt nomẽ tribus morbis. s. Enterocele. Epiplocele et Hygrocele. Enterocela enim dicitur, cum inteſtina delabunt̃ in Scortum, Epiplocela, cum omentum. Hygrocela, cum in alterum è teſtibus humor confluit. Has ſpẽs noſtri vocant hernias, vt ĩquit. Celſus, à duricie pellis, q̃ fit poſt inteſtinoꝝ deſcenſum. Hernũ. n. durum, et aſperum dr̃, Tractũ à Sabinoꝝ lingua, qui hernia ſaxum vocant Mar. Deriſor Fabianus herniaꝝ, oẽs, quem modo colei tumebant Dicentem tumidas in hygrocelas. Ramices Vero has ſpecies ſub ſe continent. Porocelam, quę eſt, cuꝫ ex abſceſſu aliquo circa ſcortum materia ſubduruit. Sarcocelam cum in ipſo ſcorto concreuit caro. Cirſocelam cum venę intumuerũt tunicis teſtiũ ĩtegris, vel ĩ ipſo ſcorto, vel cũ bubonocela dicitur in inguine. Et tñ vbi Ply. enterocelaꝫ dixerit ramicem, vt ĩ medicinis cupſſi. Differt ab his brõchocela, qppe quę in ceruice ſit, quaſi tumor magnus, & rotundus inter cutẽ, et aſperam arteriã, q̃ mõ caro hebes mõ humor aliqs includit̃. interdũ etiã minutis oſſibus pili ĩmiſti, vt in Celſo li. vij. perperam ſcribat̃ brõchocelę. Sunt etiam qui herniam interpretentur, pro teſtium. theca, vt illud Mar. Ingens iratis apparuit hernia ſacris.

Herniosus, qui herniam patit̃. Hiero. in Leu. Si cęcus fuerit vel hernioſus, non accedet offerre hoſtias domino.

Hernici ppli ĩ Cãpania ſaxa ĩcolentes. Herne ſabina lingua ſaxa vocantur. Hos tñ hernicos appellatos voluit. Macro. Qui hernum adducit à nomine hernici pelasgi, qui eoꝝ fuit dux. Horum metropolis anagnina ſabinorum natio.

Herodius, et herodion auis falco vulgo dicta ſiue ardea.

Herodes Antipatris Idumęi filius anno. x. Auguſti rex iudęorum à Romanis declaratus eſt, regnauitq̃; annis. xxxvij. Hic vir ſtrenuus Samariam olim in cineres redactam à fundamẽtis erexit, eamq̃; in honorẽ Auguſti auguſtam. i. ſebaſtem appellauit. Crudeliſſimus tñ fuit quipè, q multos iniuſte occiderit. Nam oẽs legũ interpretes ꝑter alias multas neces, et ꝑuulos bethlehemitas gladijs interemit. Quo facto mox intercutis morbo ꝑcuſſu s ſcaturientibus toto corꝑe v̾mibus extinctus eſt. Fuit alius Herodes antipatris filius huius ꝑfectus Galilęę poſt Archilaum impijſſimus fuit. Nam in ciues ſiccarius, in nobiles latro, in ſocios populator habitus eſt. Vxores philippi fratris duxit. Ioannem baptiſtam occĩdit, et dominum noſtrum illuſus Pilato remiſit. Tandem Lugdunum à Caio Cęſare relegatus ibi vitaꝫ finiuit. Tertius Herodęs dictus. Agrippa Ariſtoboli filius qui Iacobum occĩdit. Alius Herodes fuit atticus, qui gręca oratione, (inquit Gel) ferè vniuerſos grauitate, atq; copia elegantiaq̃; vocum longe pręſtitit.

Herus dominus aſpirat̃, vt differat à verbo futuri tp̃is ero.

Heros à Iunone dicitur, inquit Aug. lib. x. ci. dei. Nam gręce Iuno hera appellatur. Et ideo neſcio quis filius eius ſcd̃m gręcoꝝ fabulas heros fuerit appellatus. Hoc videlicet, velut myſticũ ſignificante fabula, ꝙ aër Iunoni deputetur, vbi volunt cum dęmonibus heroas habitare. Quo nominẽ appellant alicuius meriti animas defunctoꝝ. Et li, vij. Inter lunę gyruꝫ, et nimboꝝ, ac ventoꝝ cacumina aërias eſſe animas ſed eas aĩo, non oculis videri, vocari heroas, et lares, et genios. Mar. Capella, in nuptijs philologię dicit heroas, ab hera, quę terra dicitur, nuncupatos. Nam à medietate vſq; in montium terręq̃; confinia hemithei heroesq̃; verſantur. Ab heros fit heroicus, ca, cum, vt verſus heroici, in quibus tractantur facta heroum, et herois idis, Vnde dicimus. Qui ſcripſiſſe de heroidibus. Michalus autem etymo. ἥρως ἀνὴρ ὅτιν ἡμίθεος γεννᾶιος λέγεται δὲ ἀπὸ τ̃ ἔρωτος τῆς ἀρετῆς κ̀ πᾶς κινδύνο κ̀ πόνος ἄνω τ̃ ἀνθρώπων αἰρ᾽ ἔθνος ἀγαθὸς αἵρεται.

Herpes animal dictũ, ꝙ eo ꝑcipue ſanentur, ea, q̃ ſerpunt.

Herpeta, pe. co. morbus qui ſerpit ſicut ſcabies. Macer Hanc fugit appoſita ſacer ignis, & Herpeta mordax.

Heroides veteres fęminas clariores dixerunt, quales ſunt heroum vxores, et filię Papin. lib. iij. Sylua. Qua veteres latias, graiasq̃; heroidas equas.

Herſilia nomen vxoris Romuli, q̃ in horã v̾ſa tẽpla cũ Romulo, tenuit. ẽ aũt herſe apđ gręcos, qđ apđ nos eſt ros.

Harula ꝑua delubra, ĩ q̃ loco f, ponit̃ aſpiratio, q̃ſi farula.

Heſperus, pe. c. Athlantis frater, à quo heſperia. Scribit Dio. hũc heſꝑum ꝯſcendiſſe cacumẽ mõtis Athlãtis ad curſus aſtrorum obſeruandos, et nunq̃ deinceps comparauiſſe, cui vulgus honores diuinos exibuit, aſtrumq̃; lucidiſſimũ eius nomine appellitauit. De quo Virg. Ite domum ſaturę, venit heſperus, ite capellę. Hęc etiam ſerotina ſtella veſper dicit̃, vt apud eundem li. i. Geor. Quid veſper ſerus vehat. Similiter veſperugo nominatur. Plau. Nec veſperugo, nec vergilię occidunt, Rurſus et illa eadem excogitata ſtella à Pythagora primum fuit, quę ante ſolem oriri conſpicitur, tunc quoq; lucifer noĩatur, q grecę φωσφόρος. dicitur. Virg. in Damone. Naſcere, pręq̃; diem veniens age lucifer almum. Quandoq; etiam à nobis Iubar transfertur, eo ꝙ eius ſplendor in modum iubę leonis diffundatur. Similiter et Venus appellat̃, ſiue in die, ſiue in nocte.

Heſperię duę ſunt, Vna, q̃ in Hiſpania dicit̃. Altera in italia, q̃ ſic diſcernuntur, Aut. n. heſperiam ſolam dicimus, et ſignificat Italiã. Vir. Eſt locus, Heſperiã graij cognomine dicunt. Aut addis vltimam, et ſignificat hiſpaniam, quę in occidentis eſt fine. Hora. Qui nunc heſperia victor ab vltima. Et hęc ab heſpero occidentali ſtella dicta. eſt. Italia vero ab heſpero Athlantis fratre, qui à germano, pulſus Italiam tenuit, et ei nomen, vel proprium vel ſuę priſtinę regionis impoſuit. Macro. Tamen voluit heſperiam dictam eſſe Italiam, ꝙ occaſui ſubiecta ſit.

Heſione nomen Laomedontis filię.

Heſaïas nomen ꝓphetę proprium ꝙ nobili genere ortus in Hieruſalem prophetauit nihil ruſticitatis in ſermone habens. Qui tã nã ꝓpha q̃ euangeliſta fuit. Vniuerſa eni Chriſti, eccleſięq̃; myſteria ad liquidum ꝓſecutus eſt, vt non putes eum de futuro, ſed de pręterito hiſtoriam texere. Tandẽ ſub Manaſe rege ſectus in duas partes occubuit.

Heſperides appellatę ſunt Heſperi fratris Athalantis filię Aegle, Arethuſa, et Heſperetuſa. De his eſt fabula, ꝙ habuerint hortos nemore aurifero precioſos, vbi erat draco cuſtos peruigil, mala aurea vigilanter obſeruans, quem interfecit Hercules, pomaq̃; aurea retulit ad Euriſtea. Plyni. & Solinus, interpretantur fuiſſe ęſtuarium maris, meatu flexuoſo, inſtar draconis, quod hortos heſperidum

amplectebatur, vbi pręter oleaſtrum, alind nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Var. p mala aurea oues ſignificari dicit, quas Hercules ex Africa ĩ gręciam exportauent. Ea enim ſua voce gręci appellant mala, apud quos, μῆλον, ideſt malum ſignificat ouem, et pomum. Hinc Melotę dictę veſtes ex pellibus ouium confectę. Aliter tradit Diod. lib. v. biblyothecę.

Heſperum promontorium in Africa eſt nauigatione decem dierum, ab Oenothema monte.

Heſternus, na, num. Vide in diſtione Heri.

Heſtręa, theſſalię pars apud Stra. et Ptol. ſed apud Homerũ oppidum eſt in euboea. Stephanus vrbem in Acarnania.

Hetas aliâs hectã priſci. dixerunt, q̃ſi hietã res minimi p̃cij vt ẽ oſcitatio, et hoĩs halitus. Alij volũt eſſe puſtulã illã, q̃ in coquẽdo aſſurgit, vt videmus in athenis dũ feruẽt.

Heteron gręce latine alterum, ſeu reliquum dicitur. ἑτέρωσις alteratio.

Heteroclitum, quaſi alterne declinatum, nam componitur, ab ἕτερος. et κλιτόν.

Heterogenus, na, num pe. cor. quod eſt alterius generis, dicitur et heterogeneus, nea, neum.

Heteromaſcala dicuntur q̃ ex altera tantum parte villoſa ſunt, et ſeruitijs dedicata, ſicut Amphimaſchala, et amphimalla, quę ab vtraq; pte villoſa, et ingenuis dedicata sũt.

Heu interiectio dolentis iungitur accuſatiuo pronominis. Teren. Heu me miſerum. Nam p exprobationem iungitur cum noĩe. Virg. Heu ſtirpem inuiſam. Et cum noĩatiuo. Idem. Heu. pietas, heu priſca fides, Interdum geminat, et nulli caſui ſeruit. Vt Heu heu, qd volui. Aliqñ ẽt dicit Heu heu. Aſpirat, ſicut et hei eadẽ rõne. Interdum heu eſt duarũ syllabarũ pp metrum, vt Heheu q̃ pingui macer eſt michi taurus in eruo ſicut prendit, et prehendit.

Heteronyma, vide in dictione Homonyma.

Heus aduerbium vocantis. Virg. Ac prior heus inquit, iuuenes monſtrate, mearum Vidiſtis ſi quam hic errantes forte ſororum. Aliquando duplicatur. Heus heus. Nonnunq̃ interiectio dolentis eſt, vt heus etiam menſas ↄſumimus inqt Iulus. Aſpiraturq̃; magis vſu, cũ ẽ Feſt. à gręco χũ trahere videatur, quę vox doloris eſt. vnde et ęgritudinem deductam eſſe tradit. Eu vero gręca dictio, quę multorum nominum compoſitionem init, aſpirationes non habet, vt Euſebius, Euſtachius, Eugenius, et huiuſmodi.

Heuoe interiectio metuentis. Oui. Heuoe Bacchę ſonat.

Heterocranas vocant morbum capitis. Idem quod emicranea, vt ẽ apd Ply. cũ caput inęq̃liter dolet tumetq̃;, et iter pilos rotũda ẽ hũida ulcuſcula ſurgũt, ẽ pus mali odoris.

Hexaclinũ, pe. pro. vocat ſtibadiũ, h eſt cęnatio, ſex ↄuiuas.

Hexapiens. Mar. Et teſtudineũ menſus quater hexaclinon. examerõ apud nos ſex dierũ. Cõponit. n. ab ἕξ ſex ἡμερῶν dierum. vbi interponitur à, cauſa euphonię.

Hexametrum, pe. cor. ſex pedum, μέτρον .n. menſura dicit.

Hexagonum, pe. pro. ſe angulorũ. Ambro. lib. hexa. Quis architectus eas docuit hexagona illa cellarum in diſcreta laterum ęqualitate cõponere: ἀπὸ τ͂ ἕξ κ͵ γωνία συντίθεται.

Hexaplum, vel exepla, orũ, exemplaria ab ἕξ ſex πλὺξ plica. Hiero. in prolo. libri Ioſue. Vt pro gręcorum exaplis ęditionem noſtram habeant.

Hexaſticum hordeum. cuius ſpicę ſex ordines habent ſicut diſticum quod duos.

Hexis dictio gręca ἕξις, qua ſignificatur habitus. Ply. in epiſtolis. At tantam ἕξιν ſtudio, et exercitatione peruenit, ſed cum h, hexis. ἀπὸ τ͂ ἔχειν.

H ANTE I

Hiarbas Iouis filius, ex Garamãtide filia fuit Getulorũ rex quem. Virg. ſcribit in connubium petiiſſe Didonem.

Hiato, as, frequentatiuũ à verbo hio, as, ſignificat sępe aperior, ſcindoriue. Plau. Siq̃ forte concio eſt, vbi eũ hiatare nondum in mentes venit Laberius paſſiuo vſus eſt. Hiantur fores pro eo quod eſt hiatant. i. patent.

Hiatus, tus, a pertio. Clau. de rap. Quod conata nefas, aut cuius conſcia culpę Exul, ad immanes Herebi detrudor hiatus. Eſt autem trium syllabarum ab hio factum.

Hibiſcus herba, nõ diſſilis maluę, vt inqt Theophraſtus, folio maiori, q̃ malua, piloſiorq̃; caule. Vſus eius ad rupta, ẽ tuſſes. Ply. ſcribit hibiſcũ à paſtinaca diſtare, dãnatũ in cibis, ſed medicinę vtilẽ. Vir. accepit p iũci, ſiue viminis gñe

Hic, et iſte ſic differunt, ꝙ hic circa perſonam loquentem, iſte circa perſonam audientem, ac ſi à prima perſona, ad ſecundam haberetur oratio, vt huic amico meo, cum tuo iſto familiari, magna eſt contentio. Eodem modo, cum tu in pñtia ſis Florentię, ego vero Bononię, quam rectuſſime dicetur, ſi ad te ita ſcripſero. Maturiorem ſanè futurum ſuſpicor tuum in hanc vrbes aduentum, q̃ in iſtũ meum. Eadem quoq; ratio eſt eorum aduerbiorum. quę localia nominata ab ijſdem pronominibus formantur vt hic noui habemus nihil. Quod, ſi quid iſtic vobis acciderit, ſcire cupio. Et regis Hiſpanorum oratores, qui diebus ſuperioribus hac iter habuerunt, ad quod tenpus iſtuc peruenerint, facito me certiorem. Cice. Curioni. putares ne, vnquam accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent, neq; ſolum iſta veſtra oratoria, ſed hęc etiam leuia noſtratia. Idẽ Valerio. Ibi malis eſſe, vbi aliquo numero ſis, q̃ iſtic, vbi ſolus ſapere videare. Iſthęc vero, et iſtãc, non oratorũ ſed comicorum ſunt. Ille vero cum aduerbijs ab eo formatis ſignificat rem ſeu locũ ab vtroq; remotum Plau. Quis eſt, quẽ videmus venientẽ pannoſum, ac sq̃lidũ? Ille ne eſt noſter Syrus? Ply. hęc omnia ad nos ex illa puincia comportantur. Illinc ſucci. Illinc odores. Illinc extremo orbe quęſitę luxurię opes. Duobus aũt modis conſtruuntur, demonſtratiue, et relatiue. Teren. Viden tu illũ Thais? Sene. Et qui hoc facit ſanè prudens appellandus ẽ Et tunc hic eandem ſignificationem habet, quam is. Et in nominatiuo pluralis numeri ac maſcu. et foemi. generis ſola ſcriptura diſtinguit. Hi. n. et hę cũ aſpiratione, et vna vocali, ab eo, qd ẽ hic, et hęc, deſcẽdũt. Ii vero, ẽ eę, cũ duabus vocalibus, ſine aſpiratione fiũt, ab is, ea, id. Sciendum q̃ eſt, ꝙ hic, cũ pnomen eſt corripit, vt Solus hic iflexit ſenſus. Et qñq; ſumit p talis, vt hic pietatis honos. Et hũc egote Euryale aſpicio. Qñ vero aduerbiũ pducit, ut hic illius arma. Et mõ p tunc ſumit. Virg. Hic regina grauẽ gẽmis, auroq̃; popoſcit, Ci. Apio. Hic ego multa ſimul cogitaui. Mõ pro tali loco. Plau. Hic ne eſſe oportuit, q frugi eſſent, h eſt in tali loco, et tã ſordido. Accipit qñq; iſte, p hic. Cice. cũ iſto tpe ſtent, cũ gladijs armati. Et ille, p, is vt apud Apoſto. Non. n. q ſeipſum cõmendat, ille pbatus eſt. Hic, et is alio mõ uſurpari ſolent, ab authoribus, ut Alexander paruis copijs fretus ſupauit Dariũ, cum infinito exercitu, et id, uel et hoc in adoleſcentia. Ab hic tam pronoĩe. q̃ aduerbio, fiunt Hicce, et hiccine. illud eiuſdẽ ſignificationis eſt, cũ hic. Hoc ſemp interrogatiue ponit, quaſi hicine. Dicit et hęcce hocce? Vnde apud. Teren. Hiſce plurali numero dicit, p eo. quod eſt hi, cum ait Hiſce arbitrantur, nunc hoc munere ſuam eſſe Thaidem Plau. in Cap. Hiſce autem inter ſe confinxerunt dolum.

Hicce et hiccine. Vide in Hic, et iſte de quibus modo.

Hiera inſula, inter ſiciliam, et liparim Vulcano ſacra, una xe, Æolijs. Fuit ẽ uia ſic dicta, ꝙ ea irẽt ſacerdotes ad Eleuſinam cererem. Hoc nomine etiam appellata eſt uxor Telephi Regis Myſoum, quę à Nereo interfecta dicitur, cum marito ferret opem, qui ab Achille unlneratus fuerat, Ea ut fabulę tradunt, tantę fuit pulchritudinis, ut etiã Helenam ſuperãret, et Hiera apud nos dicitur Sacra cum qua dictione fiunt multa compoſita, de quibus infra.

Hierachia, pe. pro. latine ſacer principatus. Gręcis ἱερὸν ſacrum dicunt ἀρχὴ principatus.

Hierapicra, aduerbium dicitur, ſacra amara. Nam, πικρὸς amarum dicitur. Medicinę genus quoddam ad ſoluendum aluum. Vide in dictione Picra.

Hierapolis, pe. cor. latine ſacra ciuitas dicitur. Quo nomine dicta eſt ciuitas Aſię contra Laodiceam, ubi aquę calidę

ſcaturiebãt

scaturiebant, quę in tophum admodũ facile durabantur. Et hos plutonium in paruo quodam montis supcilio, ita commensuratus, vt hoiem suscipere posset, mira profunditate, cui vallum propositum erat quadratum ambitu semiiugero, nebulosã, et crassa caligine plenus, vt vix solum discerni posset. Exterius trãquillo cęlo aër innoxius animal, si quod ingrederetur, statim moriebatur. Et tauri ĩtroducti mox cadebãt, educebãturq; mortui. Stra. se passeres immisisse ait, q subito expirauerint. Apud Hierapolin aqua quędam, adeo tingendis lanis idonea fuit, vt ex radicibus tincta, cum his certarent, quę est vermiculo, purpuraq; tingebantur, ab hac Hieropolitę dicuntur incolę. Fuere, et alię ciuitates, hoc nomine. Nam in creta, Lydia, Caria, et Syria celebrantur.

Hieroglyphicę literę sacrę. Quo noie dictę sũt ęgyptię literę, quę notis volucrum, feraꝝ, aliarũq; reꝝ prenotatę erãt, De quibus Cor. Tacitus sic scribit. Primi p figuras animalium ęgyptij sensus mentis affingebant, et antiquissima monumenta memorię humanę impressa saxis cernuntur, ẽ literarum inuentores perhibentur.

Hieronymus porprium nomẽ ecclesiastici, disertissimiq; viri, cuius opera, in precio habentur, Et latine dicitur sacra lex, seu sacꝝ nomen Cõponitur. n. ex ἱερὸς, ẽ ὄνομα, sed o, mutatur in y, Fuit ẽt hoc nomine philosophus, ex Rhodo insula, qui finem summi boni posuit in indolentia, quę gręce dicitur ἀναλγησία.

Hieronycę vocantur victores sacroꝝ certaminum. Quę sint sacra certamina, vide ĩ dictione Sacra certamina. Quę ãt fierent ĩ sacris certaminibus, docet. Quint. li. ij. cum ait. Quomõ palęstricus ille cursorẽ faciat, aut pugilẽ, aut luctatorẽ. aliudue qd ex ijs, q̃ sunt sacrorum certaminum.

Hierosolyma, me, ẽ hierosolyma, oꝝ, ẽ hierosolymę arum, tantum pluraliter vrbs Iudęę, seu Palęstinę quę et Hierusalem vocabat. Vnde legimus apud Ioannem. Facta sũt Encenia hierosolymis. Dicuntur autem hierosolyma, vt scribit Egesippus, quę primo Solyma dicebantur. Sed cũ rex Chananęus cognomento iustus qui fuit conditor solymoꝝ, templum addidisset, inde hierosolyma nuncupauit. Gręci enim ἱερεῖον templum vocant. Eusebius lib. ix. Euang. prępa. ait Hierosolyma appellari, quasi in hierosalomonis, hoc est ędem Salomonis à templo, quod salomon hierosolymis pulcherrimum, magnificentissimũq; construxit. Hinc hierosolymita, penul. pro. hierosolymitanus, et hierosolymus. Hiero. lib. ij. Machd. Et qui promiserat Romanis se tributũ restituere de captiuitate Hierosolymoꝝ, prędicabat nunc protectorem deũ habere Iudęos Sue. in Nero Spopõderunt tñ quędam distituto ei gubernationem orientis, nonnulli nominatim regnum hierosolymorum. Hęc etiam Hierusalem appellatur, quę vrbs per tria nomina ab Hiero. vocatur Iebus salem, hierusalẽ, quę ab Helio postea Hadriano de ruinis, et cineribus ciuitatis in heliam suscitata est.

Hierotheus, nomen viri proprius, et interptatur sacer deus

Hieroceps, insula in Cypro prope paphum, qua voce significatur sacer ortus.

Hieroduli pe. pro. sacroꝝ ministri. Iul. Fir. li. viij. Matheseos scribit futuros ęditos, aut hierodulos, q habuerit herosco pũ ĩ xxvi. pte Germinoꝝ, gręci νεώκορον vocant ęditum.

Hierophanta sacerdos qui summũ dignitatis gradum in atheniensium sacerdotio obtinebant. Hiero. ad Geruntiã. Hirophãtha apud athenas eurat viris. idem contra Iouĩ. Hierophãtas quoq; atheniensium vsq; hodie cicutę sorbitione castrari, et postquam, in pontificatum fuerunt electi viros esse desinere.

Hiero syracusanoꝝ tyrannos, in quo pulchritudo corpis, ẽ vires fuerũt admirabiles, de q̃ multa apud Iustinũ legũt.

Hierocomitę populi ab Hieracomę ciuitate carię. Author polybius.

Hierocomon, locus est quo leprosi aluntur, hiera enim grece, lepra latine, et κώμη villa.

Hierico, seu hiericus, ontis, ẽ Hiericus hierici ciuitas magna fuit, muralibus septa parietibus, q̃ nõ ferro pernia nec parieti posfit esse penetrabilis. Hierony. ad alga. Et in parabo. de Hierusalẽ descendẽtis hiericũ samaritanus loquitur.

Hila, intestinum quod ieiunum vocant ab hira, siue ab hilum, vt inquit Var. quod est, minimum. Ita enim vocatur id quod grano ad hęret. Vnde quandoq; hilę pro salsis intestinis, vel fartis salsitijs, aut lucanicis accipi solent Plau. Atq; hilas esumatas, et sumẽ. Hora. Perna magis an magis hilis flagitat ĩ morsus refici, Qñq; ponit p eo intestino, qd in anum resoluit. Laber. Nene aliter hunc pedicabis, quomodo vidio, adolescenti nostro cędis hilas. Ab hila veteres diminutiuum protulerunt hilla.

Hilum, paruum illud nigrũ, qd in summitate fabę adhęret. Vnde et pro breui, exiguoq; quandoq; sumit. Cice. lib. i. Thuscu. tum illud quod sisyphus versat saxum sudãnitendo, nec proficit hilum. i. quicquam tantillum, minis mumq;. Ab hoc nomine fit nihilum, p non aliquid, quasi ne hilum quidem, et per apocopen nihil, et per syncopen nil. Luc. Ex nihilo nichil in nichilũ nil. posse reuerti. Var lib. viii. Diana. Itaq;, vt eum, quem putamus esse, nõ hili. dicimus nihili, sic in quo putamus esse, nec quicquam dicimus necquas. Prisci. li. vi. Nihil, et nihilum. à nõ et hilum est compositum, quod sine dubio est nomen. Hilum enim pro vllum vetustissimi proferebant.

Hilaris, et hilarus, pe. cor. iucundus, lętusq;. Plau. in Asi. Credam istuc, si esse te hilarum videro. Hinc hilaritas et hilaritudo. Cice. Dolobe. Sed tamen hilaritas illa nostra ẽ suauitas, q̃ te pter cęteros delectabat erepta mihi ois est.

Hilaro, ras, significat discusso pectoris dissereno, ac noua immissa hilaritate discutio et in lęticiam demuto. Quod verbum. Apu. lib. i. de Asi. cũ acto ↄstruxit cum dixit Domus infortunium nouarum nuptiaꝝ gaudijs. à suis sibi parẽtibus hilarare compellitur. Cice. lib. ij. de fi. Omnem iucundum motus quo sensus hilalaretur ἡδονὴν latine voluptatem vocant. Pallad. Quę mansiones hyemi parantur ita sint ↄstitutę, vt posfit eas hyberni solis totus propemodũ cursus hilarare. Hinc cõponit. Exhilaro. Colu. lib. vij. Satietate verni pabuli pecudes ex hilaritate lasciuiunt.

Hilaresco, hilaris fio. Aug. lib. v. con. Et delectabat suauitate seromnis, q̃q̃ eruditionis, minus tamen hilarescẽtis, atq; mulcentis, q̃ fausti erat.

Hlarius nomen viri, ab ἱλαρὸς latine hilarius, sic hilariõ.

Hilarodus, pe. p. lasciui, ẽ delicati carminis cãtor, ab ἱλαρὸς et ᾠδὴ quod cantum significat.

Hilaria tantum pluraliter ẽ generis neu. sicut saturnalia veteres diem appellauerunt, viij. Kalen. apriles quo fit ęquinoctium vernum quo primnm tpe sol diem longiorem nocte ptendebat et iam oĩa exilarescunt. Fla. Vopiscus. in Aureliano. hilaribus quibus omnia festa et fieri debere scimus et dici impletis solemnibus.

Himęra fluuius Sicilię qui in duas partes diuiditur, et in altera dulcem saporem, in altera salsum retinet.
Impono,nis pe.pro.supra pono.Vir.Molemq;,et mõtes insuper altos.Imposuit.et lib.iiij. Vidit turicremis, cum dona imponeret aris.Interdum imponere est dare.Idẽ lib. vij.Finemq; imponere curis. Interdum iniungere,vt Impono tibi hoc onus. Et his modis construit, cum actõ. Cum datiuo vero significat decipere.Quintil. Fefellit me ingenitus honestis causis glorię amor. spes tibi perpetuę laudis imposuit. Hiero.in geñ. Quare inquit imposuisti mihi?Cũ autem dicimus impono manum,significat pficio.Do.imponit manus rei,cum perficitur,id,quod cępit. relinquit,cum imperfecte dimittitur.Virg.imponit regina manum.Et alibi,Atq; opere in medio defessa reliquit.

Impostores dñr, qui alios verbis pollicẽtibus decipiunt,vel qui supponendo malas merces homines fallunt. Et qui ita decipiunt,imposturam facere dñr.Aug.in psal.interpretatione.Non potest ars,sine impostura esse,nõ põt negocium fine fraude. Vlpi. Digestis de crimine stelliona-

tus.Si quis impoſturam fecerit, aut colluſiones in necem alterius,ſtellionatus poteſt appellari.

Impoſtura ę,Deceptio.Vide in impoſtores.

Imporco,cas,porcas in agro facio.Col.lib.ij.Et ſimiliter cũ ſemen crudo ſolo ĩgeſſerimus,in arabimus, imporcatũq; occabimus.Imporcator,q porcas facit.Eſt ãt porca quantum ad hoc,terra'eminens,inter duos ſulcos.

Importunus,na,num,pe. pro. qui caret portu.i.quietę, vbi nullus portus eſt.Virg.lib.xi. Bellum importunũ ciues,cũ gente deoꝝ,Inuictuq; viris gerimus.Hinc ĩportunitas, q̃ vt Do.inquit,neq; loci,neq; tpis habet commoditatem.

Impotens,pe.cor.qui ab appetitibus vincit.Ci. Lepido.Sin iſta pax perditum hominum in poſſeſſionem impotentisſimi dominatus reſtituta eſt.i.ſuperbisſimi, et incontinentisſimi.Sic dicitur impotens tyrãnus.et impotens,fortuna pro nimium potens.

Impotentia,plerunq; imbecillitatem ſignificat. Apul.cõfuſus de impotentia cladẽ enarrat ſuã.Interdum validam, ĩmoderatamq̃; potentiã.Ci.lib.v.Thuſc.Qui nihil metuãt nihil agant,nihil concupiſcant,nulla impotẽtia efferant. Nã in qñq; auget.Vñ tyrannus.impotentisſimus dicit à Quintil. Decemuiri , quorum principatus erat ĩmoderatus,à Liuio impotentes dñi nuncupant.Et à Sene.impotentia fortunę aſcribitur.Sue.ſcribit Cęſarem ędere ſolitum voces impotentię.Siſen.Lętitia nimia, atq; impotentia animi commotus.

Imprecor,pe.cor.et in bonum , et in malum accipi ſolet, De quo in dictione precor.

Imprimo,mis,pe.cor. premendo,immitto,intus calco,obſigno.Vnde impreſſę literę,obſignatę dñr.Ci.li.i.Thuſc. An imprimi,quaſi ceram putamus animum.

Improbus,pe.cor.indignus.Vnde ĩprobitas.Ci.ad Cęſa.li.i. Debes odiſſe improbitatem eius, qui impudentisſimus nomen delegerit. Interdum dicitur petulans, pertinax.Virg. et plena cornix pluuias vocat improba voce . Interdum turpis. Plaut.Improbiorem non vidi faciem mulieris.Interdum laſciuus, proteruus,aſtutus.Pac.Nemo hoc puero improbior q̃cunq; vult ſuadet. Interdum nimis auidus, nec contentus dicitur re immodica. Vnde Lupus et Anſer improbus apud.Virg.

Improus,et improis pe.p.q nõdum ĩ ciuitate aſcriptus eſt.

Impropero,ras,pe.cor.vide in dictione propero.

Improperium,criminis exprobratio dicitur.

Imprudens,non prudens.Aliqñ etiam valde prudens.Virgi. Nocuit nunq̃ imprudentibus imber.

Impudentia habitus aię infamiam lucri cauſa ſubiens.

Impudicus, pe.pro.qui non eſt pudicus.i.caſtus,à quo impudicitia. Ponitur quandoq; etiam, pro temerario, et pro eo,qui nullo pudore ducitur.

Impudens,pe.cor.qui nullo pudore ducitur.

Impudenter temere petulanter,inuerecunde.

Impudoratus,qui eſt ſine pudore.Hiero.ad Eu.Facies meretricis facta eſt tibi,impudorata es tu.

Impune,pe.pro, aduerbium eſt et ſignificat ſine pęna,vel ſine dãno.Aug.lib.v.con.Impune ſe facere arbitratur, cũ ipſa faciẽdi cęcitate puniant.Virg.lib.ij.Geor.Et ſępe alterius ramos ĩpune,videmus.Vertere ĩ alterius,mutatamq̃; inſita mala Ferre pyꝝ.Aliqñ refert ad oẽm effectum,et ſigt ſine ui, et effectu,h eſt fruſtra.Apul.Impune,capitoliũ aſcẽdi,cũ nemo eſſet.Teren.ĩ Hecy.Impune iſtud optare tibi licet.Hora.Obturẽ patulas impune legẽtibus aures.

Impunitas,quaſi non punitio. Sal.ſi quis indicaſſet de cõiuratione, quę contra Rempu.facta erat,pręmiũ decreuere,ſeruo libertatem , et libero impunitatem eius rei,et ſeſtertiorum ducenta milia.

Imputo,tas,pe.cor.vide in dictione puto.

Imputatus,ta,tum, quod non eſt putatũ,hoc eſt amputatum,q̃uis imputo in hac ſignificatione nõ legat.Ply.lib. xiiij.Eadem lege ex imputata vitę libari vina dijs nefas ſtatuit ratione excogitata,vt putare cogerentur.

Impurus,pe.pro.generaliter,pro improbo poni ſolet.Teren. in Adel. O' hominem impuꝝ.Et impurus,qui aliquo vitio notatus eſt.Ci.lib.iiij.de Repu.Sed iuuentuti nrę minime audiendus,quippe,ſi ita ſenſit, vt loqtur,eſt homo impurus.Item dr ſordidus contaminatus. Idem Quãmultis illum ingenuis q̃multis matribus familias in illa terra atq; impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis.

I ANTE N

In prępoſitio eſt, quę et ſeparari,et componi ſolet.Separata tam actõ,q̃ abltõ deſeruit. Sed cum actõ iungit,ſigt,p, vel erga,vt bene ſentio in Rempu.Ci. Lentulo. Nam hoc ſenatusconſulto in meam ſententiam facto.Virg.Accipit in Theucros animum,mentemq̃; benignã.Ci.lib.i.offi.videndum eſt ne non ſatis ſit id quod apud.Pla.eſt in philoſophos dictũ, ꝙ in veri veſtigatione verſent.Quandoq; aduerſus.vel ꝯtra, vt in parricidã dico,et in tyrannum pugno.Ply.Cum mihi ſermo in adulterum eſſet. Virgil. Quid meus Æneas in te committere tantum? Quid troes potuere? Quandoq; intra,vt in nauem ingreſſus es,et in domum proficiſcor. Quandoq; ad Virgil. Impulit in latus,Quãdoq; ſicut,ſicuti.Aug.docet,vt Sedet in amicus.i. ſicut amicus.Quãdoq; vsq; ad.Liui. Bellum in trigeſimum diẽ ĩ dixerant.i. vsq; ad triginta dies Denotat qñq; qualitatem ordinatiuam,vt Opus in dies creſcit.Vir.Inq; dies auidum caput altius offert.Quandoq; indicat ſpatiũ temporale vt A' mane in noctem. Idem. In lucemq̃; tuliſſet. Iungitur accuſatiuo pro ablatiuo, vt Vereor te in os laudare,pro in ore.Teren. in Adel.In quem exempla fient, ideſt in quo. Aliquando ſignificat p,vt digerit in numerum.i.per ordinem. Interdum ſimilitudinem,vt curuatus in arcum.i.ad ſimilitudinem arcus. Iungitur etiam accuſatiuo cauſa ornatus,et verbum,cum quo componi deberet,remanet ſine ꝑpoſitione, vt inuado hoſtem, et tu ingratitudinis crimen incurriſti.Cice. vero dixit.In odia hominum incurrunt. Hiero.Et immiſit in os meum canticum nouum.Cum autem iungitur ablatiuo,tunc habet eandem vim,quam apud grecos ἐν vt in vrbe,in tempore.Et aliqñ ſignificat inter.Virgil.Pantheſilea furens medijsq̃; ĩ milibus ardet.Aliquando ſignificat pro,vel ad,vt hoc eſt in re tua,hoc eſt pro vtilitate tua, vel ad vtilitatẽ tuam.Virg.In magno munere Cyſeus Ferre ſui dederat, monumentum,et pignus amoris.ideſt pro magno munere.Aliquãdo ſignificat p, vt apud apoſtolum. In quo gratificauit nos in dilecto filio ſuo.i.per dilectũ.Et illud. Locutus eſt nobis in filio. Aliquando ponitur vt in ſacris literis. Accepit Ieſus cultros petrinos in quibus circuncideret filios iſrael.Solent quippe ita loqui ſcripturę.Interfecerunt in gladio.i.gladio.Succenderunt in igne.i.igni.Et in euange. Si ego in ſpiritu ſancto eijcio dęmonia.i.ſpũ ſancto.Cõpoſita quoq; varijs capit modis.Nam modo ponitur,pro intra, vel intro,ut ingredior induco.Modo cõtra, vt in clamo,inſulto,impugno.Modo intentiua eſt,ut increpuit,inſonuit.Virg. Turnus ut ĩfractos aduerſo Marte Latinos.Modo negatiua,ſeu priuatiua,ut ignarus.inutilis,Modo ſignificat ſupra, ut immineo impẽdeo,modo ſine vt iniuſſu meo,modo ſolennitatem quandã importat, vt indico,cis,ꝙ ſignificat ritu ſolẽni qcq̃ promulgo , aut iubeo . Modo ſimplicis ſui ſignificationẽ ſeruat,et ſignificat in loco,vt inſum,impono . Modo ad locum,vt infero importo . Aliqñ ponitur pro particula ſuperuacua,vt noſco crines incanaq̃; menta.Habet nõnunq̃ qualitatem ad peius,deteriusq̃; pendentem,vt q̃ ſemel,informes vindiſſe cyclopas.Non.n.nullius formę,ſed malę formę ſignificat. Componiturq̃; in,cum omnibus literis,,tam vocalibus,q̃ conſonantibus.Sed quando vocalibus iungitur,vel.c.d.f. g.h.n.q.s.t.ſemper remanet n, vt in auris, ineo, inijcio, inops,innoco,icedo,induco, infero,ĩgero,inhibeo, innuo, inquiro,inſiſto,intueor.Quando vero,cum b,m,et,p,mutatur n,in m.vt imbibo,immunis,impono. Cum l,et r, mutatur in l,vel m,r,vt illudo,irruo.

Inachus,pe.cor.Ionis pater fuit,et primus qui apud Argiuos regnauit.A quo Inachius,chia,chiũ.Virgi.lib.ij.Gel. Inachię, vino pestem medicate innecę. Est Inachus nomẽ fluuij Achaię, ab Inacho rege dictus, qui per argiuum agrum percurrit.Vnde Inachidę argiui gręciq; nuncupati sunt.Ply.lib.iiij. Inter Inachum et Erasinum amnes sitũ esse docet argos hyppium cognominatum.

Inachis ipsa Io.Inachi filia,patronymicum foemi.

Inachia regio quę Io.vocabatur.

Inanis,pe.pro.vacuus. Aug.lib.iij.con.Hęc omnia nõ recedebant de ora eorum,sed sono tenus, et strepitu linguę, cęterum cor inane veri. Ponitur qñq; inane, pro aëre. Luc. Longum per inane resoluit. Quandoq; pro ocioso. Hora.in Ser.In medio,qui scripta foro recitent,sunt multi,quiq; lauãte? Suaue locus voci resonat ꝯclusus inanes. Sic et vacuus pro ocioso dicitur à Virg.Cętera quę vacuas tenuissent carmina mentes.

Inanitas,et inanitio,pro vacuitate.Pla.in Cis.Mihi.inanitate iam dudum intestina murmurant.Item pro vanitate.Siquidem et inane,pro leui quandoq; sumitur.Virgil. Instabiles animos ludo prohibebis inani.

Inanio,nis,iui,itum,Vnde innanitus,pe.pro. quod est vacuo.Ply. lib.xxv. Cortex remanet hoc innanito medulla cadit . Huius compositum est. Exinanio.Vnde exinanite, exinanite vsq; ad fundamentum,in ea,inquit psal.

Inanesco,is,inanis fio,quod ab inaneo,es,fieri certum est. Augu.lib.iij.con.Est aliud tentationis malum,quo inanescunt,qui placent sibi de se.

Inanilogus,pe.cor. qui inania loquitur. Composita dictio ex latino,et gręco inanis latinum logos gręcum.Plau.in Pseu.inanilogus est.

Inanimus,ma,mum, quod non habet animam. Ci.lib.ij. offi. Quę ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt in anima,vt aurum et argentum.

Inaresco,scis,vide in dictione,aresco.

Inauris,ornamentum,quod ab aure pendet.Nam in oriẽte decus existimatur gestare aurum in auribus.

Inaudio,is,vide supra in dictione audio.

Inauro,ras,ex in,et auro, Auro vero ab aurum fit,et significat auro impleo,vel dito.

Inauspicato aduerbium vsurpatum à veteribus, cum aliquid euenisset aliter, q̃ quis vellet. Et inauspicato dicitur non captatis auspicijs. Ter. in An.Haud inauspicato huc me appuli.

Inarime,pe.cor.insula est in mari Thusco ab Arimis,siue populis, siue beluis ita ethruscorum lingua dicẽte simias quas gręci pithecos vocant.Scribit Ply.Inarimẽ montem fuisse,qui terremotum passus,alteram fudit insulam,quę Prochyta ab effusiõe dicta ẽ.Oui.Inarimem prochytamq; legit.Sil.Non prochyte, nõ ardentẽ sortita Typhea Inarime. Et à statione nauium Ænee etiam Ænaria dicta est.

Incapistrare ,illigare à capistro formatum verbum.

Incero,as,aliquid cera intego.Persi. Genua ĩcerare deorũ.

Incandesco,scis,dui,vide supra in dictione,candeo.

Incanto,tas,significat verbis solis,vel etiam rebus quibusdam adiunctis aliquid supra naturam molior. Ply. Qui mala carmina incantasset.Hinc incantatio,et incantamentum.Idẽ.lib.xxviij.Valeant ne aliqd verba,et incantamenta carminum.Potest etiam incanto frequentatiuũ esse,ab incino. Sed quo ad primam significationeꝫ huic verbo incanto,contraria sunt excanto et recanto.

Incallidus per duplex ll,non astutus.Ci.in arte ve.Sed cuꝫ à summis viris maxime res administrarentur , arbitror alios fuisse nõ incallidos hoĩes,q ad paruas ꝯtrouersias priuatoꝝ accederent.Et li.iij.offi.In his tribus generibus, quoquo modo possunt non incallide tergiuersentur.

Incalesco,scis,incalui,valde calidus fio.Hiero.in lib.Hester. Itaq; die.vij.cum rex hilarior, et post nimiam potationẽ incaluisset mero.

Incassum,per duplex ss,significat frustra vide in Casses.

Incasum, per simplex s,supinum est verbi incĩdo , cum à cado componitur,de quo paulopost.

Incautus,non cautus,vide supra in dictione cautus.

Incĩdo,dis.pe.pro.incĩdi,isum,ex in,et cędo,quod est ferio seu seco.Virg.Atq; mala vites incidere falce nouellas.Vñ incisus,sa,sum,quod modo significat per incisionem scriptum.Et dicimus incisę sunt leges in ęre,vel in ęs. Quod est contra vallam, et eius sequaces.Cice.in oratione de signis.Id non modo conscripserunt,verumetiã in ęre incisum nobis tradiderunt.Ply.In Pane.Quę vos patres conscripti,ne qua interciperet obliuio,et in publica acta mittenda,et incidenda in ęre censuistis.Sue.in Cęsa.cuꝫ actõ. Ac mox lege in ęs incisa. Modo incisum significat amissum.Liui.lib.iij. Itaq; spe incisa,priusq̃ prędicta dies adesset,Appius mortem sibi consciuit.

Incisio,quod incisum est.Col.lib.iij.Infra ĩcisionẽ,et alligaturaꝫ falce acuta leniter viteꝫ vulnerato,ex vtraq; parte, vt his potius plagis humor defluat q̃ ex ĩcisione abũdet.

Incisura ipsa incisio, incisurę etiam dñr in manibus,quę vulgo lineę vocant.Ply.lib.xi. Cõtra lõge eẽ vitę ĩcuruos humeris,et in manu vna duas incisuras longas hñtes.

Incisum,quod oratores vocant sensum,non expleto numero conclusum,quod plerisq̃; ,pars membri esse vr̃, vt Domus tibi deerat,at habebas,pecunia superabat,at agebas. Fiunt autem singulis verbis incisa.

Incisim aduerbiũ,sigt p incisiones.Ci.Hęc qdeꝫ duo binis pedibus incisim,deinde membratim dicere solebas.

Inciles,pe.pro.fossę,ad deducendam aquam,de communi riuo factę. Sunt enim loca depressa ad latus fluminis, quę et incilia dicuntur,eo, ꝙ incidantur. Scinditur enim lapis,vel terra,vnde primum aqua ex flumine agi possit, quemadmoduꝫ in pistrinis frumentarijs fieri videmus. Cato in monte fossas inciles puras habere oportet.Idem incilia aperire aquam deducere in vias,et segetem curare oportet,vti fluat . Quod autem ad incile opponitur aquę deriuandę,compellendęue ex flumine causa,vulgo clausa dr̃,siue id ligneum sit,siue lapideuꝫ, siue ex qualibet alia materia ad continendam,transmittendamq̃; aquam excogitatum deducatur.Et latine Vlpia.teste septum dicitur. Item incile dicitur locus,per quem primum deducitur ex quocunq; riuo aqua irrigandi causa.

Incilo,las,pe.pro.increpo,vel improbo.Plau. Melius tamen est ita viuere,ne quis nostra incilet facta.

Incęduus,dua,duum cum diph.quod non cęditr,ex in,et cęduus. Cato de re rustica. Secundo loco hortus irriguus. Tertio salictum. Quarto oletum. Quinto pratum. Sexto cãpus frumentarius. Septimo sylua cędua.Serui. Intonsi montes,intonsi syluosi,incędui.

Incĩdo,dis,pe.cor.incĩdi in casum,pe.cor.ex in,et cado.Oia enim à cado composita proferunt supinum p à sicut cado.Quę vero à cędo,pro ferio mutant e,in i, vt incisum recisum.Vnde ab incido incasum,incasurus.Plý.lib.i.Sed ea accidisse non quia hęc.facta sunt,arbitror. Verũetiam hęc ideo facta, quia incasura erant illa. Est autem incidere , quasi casu venire, aut de improuiso labi, pręsertim quando construitur cum accusatiuo mediante in,vt incidi in latrones , incidi in errorem. Ci.Curioni . Quod in id , Reipublicę temporis non incideris , sed veneris. Incidere ergo,à casu venire est. Venire vero, certo indicio, et sententia,et consulto. Quod ipse Cice.subsequens imediate declarat , indicio enim tuo,non casu, in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum . Iungitur quandoq; cum datiuo , vt mihi incidit suspicio , quandoq; absolute ponitur , vt incidunt sępe multę causę. obiurgationes etiam nonnunquam incidunt necessarię. Et incidit de vxoribus mentio.Inde incidit quęstio.Aliud ex alio incidit. In quibus tamen intelligitur datiuus , similiterq̃; exponuntur , sicut si datiuum haberent , vt sit incidit mentio,casu venit.vel orta est. Ponitur interdum incidere , proinsidere, Col.lib.ij. Iugumq̃; melius aptum

ceruicibus incidat Liui.de.ij.bel.pu. Sagunti ruinę, vtinam falsus vates sim, vestris capitibus incident.

Incedo, is, ssi, ssum, pe.pro. Ingredior subeo, vt scribendi libido me incessit. Interdum incedere est maturę more grauis viri, siue magnificę more regum ire. Virg. Ast ego, quę diuum incedo regina. Liuius.li.ij. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit. Sene. Tenero, ac molli passu suspendimus gradum, nec ambulamus, sed incedimus. Aliquando significat simpliciter ire. Col.li.vi. Transuersus rursus laxiora spacia faciāt per quę, vel fossor, vel arator incedat Liuius de secundo bello punico. Cū signis prima luce motis segniter agmē. Incederet. Hinc incessus, quo ad posteriora significata.

Incesso, is, ssi, vel iui, à supino verbi incedo formatum significat. Accuso molesto, ad iram concito, quasi lacesso, et construitur, cum accusatiuo. Lactan.li.iij. Quid ergo te magistra illa vitę docuit, an potentissimum consulem maledictis incesseres. eumq; hostes patrię venenatis orationibus faceres, Hiero. Aliquo modo, vel aliquando expugnatur, quod vndiq; incessitur.i.impeditur. Verum distinguendus de incessit, quando ab incedo, et quando, ab incesso fit. Naȝ ad incedo. Incessit me cupiditas, sicut et mihi incessit cupiditas, dicere licet, et tunc significat ingredior, siue inuado. Liuius.li.i. Timor deinde patres incessit, ne ciuitatem sine imperio, vis aliqua externa adoriretur. Et iteruȝ Perfectis patris mandatis, cupido incessit animos iuuenū sciscitandi, ad quem eoȝ regnum Romanū esset ventuȝ. Vale.maxi., datiuo iunxit. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Teren.in Adel. cum accusatiuo mediante in. Noua inquit, nunc religio in te istęc incessit. Aliquando ponit̃ sine datiuo, vel accusatiuo expresso, et significat ingruo. Colu.li.ij. Si vero procellę ventorum, aut turbines incesserint, maior pars ad terram defluit. Idem cum datiuo posuit, cum inquit. Famem si sterilitas annorum incessit hoibus. commodę propulsat. Interdum significat ingredior. Idem li.iij. Et cum autumnus incessent, antequaȝ frigus, cacumina adurat, oīa folia decerpere expediet.

Incertus dubius. Plau. in Psen. Certa amittimus, dum incerta petimus.

Incerto, tas, ĩcertum, seu dubium reddo. Idē in Epi. Longā dies meū incertat aīum. Componit.n.ex in, ē certo, qđ est in animo. Nam cum quis dubitat, secum animo certat.

Incerno, is, sicut et cerno significat cribro. Vnde Incerniculū.

Incernicula, cribri, quibus frumenta purgant̃, anteq̃ molant̃ Ply.li.viij. Decretum fecere, quo caueretur, ne frumentarij negociatores ab incerniculis eum arcerent. Cato. Cribrum vnum, incerniculū vnuȝ, securium vnam scamnum vnū.

Incestus, us, et incestuȝ, sti, vsu dicit̃ flagitium in affines admissum, ex in, et cestus, quasi sine cesto.i.vinculo, vt Lactā. grammaticus super li.ij.the. testatur. Cestus autem est cingulum Veneris, quo vtebat̃ ad honestas nuptias quasi cui cestos non fuerit adhibita. Ideo incestum dicitur quod à sacrato illo veneris cingulo nō fertur. Hac.n. cinctura cōiuges deuincirí putarunt vti cōcordes in vita viuerent. Mar. Sume cytheriaco medicatū nectare cestō. Vinxit amatorem baltheus iste Iouem. Ser. docet incestum esse quamcunq; pollutionē, et incestum hoīem quē ecclesiastici scriptores incestuosum appellat. Apul. Illum incestum paterno thalamo illū parricidam fraterno exitio.

Incestus, a, um, idem est, quod pollutus. Proper. Scilicet incesti meretrix regina canopi. Aliquando dicitur impius et sacrilegus. Claudianus.li. de rap.i. Cur impia tollis? Signa quid incestus aperis titanibus auras. Fit autem à gręco. Nam facinus illi vocant anceston. Alij cum luctatio à cesto cinguli genere deducunt.

Incestuosus, qui incestum commisit, qui et incestus dicitur.

Incesto, as, polluo. Sue. in Ti. Triplici serie connexi inuicem incestarent. Virg. Totamq; incestat funere classem.

Incedo, is, Vide in dictione Candeo.

Incino, is, pe.cor. significat super, siue itercano. Proper. Seu varios incinit ore modos. Gel. Creditum hoc est à plerisq; Ischiadici, cum maxime doleant, tum si modulis lenibus tibicem incinat, minui dolores. Hinc fit frequentatiuum incanto, as, de quo supra.

Incentio, onis, cantio, seu cātilena. Gel. docet plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum.

Incentiuus, a, um, pe.pro. vt tibia incētina, apud Varro. quę à dextera canit, sicut succentina, quę à sinistra succanit.

Incentiuum ab incendo dicitur incendium. Vnde dicimus aliquid incentiuum esse vitiorum.

Incito, as, pe.cor. frequentatiuum est verbi incio, is. Cio vero commoueo significat incitare ergo est frequenter, seu valde ĩtusūe citare. Vn̄, et pro irritare, et ꝓuocare sumit̃.

Incitabulum, incitamen, ē incitamentum, idem significāt. Gel. Fomes, atq; incitabulum virtutis.

Inciens dicitur ꝓpinqua partui, ꝙ foetus eius sit ĩcitatus.

Incitas, pe.corre. quasi paupertas, ē indignitas Plau. profecto ad incitatem leonem rediget si eas adduxerit.

Incitega, pe.pro. machinula, in qua amphora vini constituebatur, vnde vina subinde in conuiuia subministrarent̃.

Inciuilia verba appellat. Gel. petulantiora nihil prorsus habentia ciuilis modestię.

Includo, dis, pen. produ. intus clando. Virgil. inclusos vtero Danaos.

Incipio, is, pe.cor. ex in, et capio, significat inchoo. Vnde inceptum, quod ceptum dr̃ vocaturq; verbum famularium, quia infinitis, cum quibus iungitur famulari videat̃. Seruat enim eorum cōstructionem, vt ĩcipio timere deū. Tu incipis esse probus. Ille incipit doceri à preceptore. Illum incipit tedere laboris. Potest tn̄ esse sine infinito. Plau. in cap. Quādiu id factū est, hic annus incipit vigesimus. Aliqn̄, cum ablatiuo ponit̃. Ply.li.xiiij. Vnde autem potius incipiemus, q̃ à vitibus. Sūt et alia famularia.s. desino volo, possum, debeo, queo, soleo, consuesco audeo, quę etiam sine infinito esse possunt, vt audeo magnum facinus, possum multa, ē hmōi. Iuue. Aude aliquid breuibus gyaris ē carcere dignum Si vis esse aliquid.

Incepto, as, frequentatiuum, ab incipio.

Inclamo, as, pe.pro. cōtra clamo, et cum clamore reprehendo. Plau. in Asi. Nimis egre risus continui, vbi hospitem inclamauit, qui se absente mihi fidem habere noluisset. Cice. in Bruto. Cum datiuo. Metuo ne mihi inclametis.i. reprehendatis. Aliquando inclamare ē maledictis ē ꝓuitijs insectari, reprehendere. Plau. in Sti. Tuos inclama tui delinquunt. Ouidius li.ij. de fast. Fit. sonus, inclamat comites et lumina poscit. Aliquando intro vocare. Val. maxi.li.i. Perterritus deinde tam tetro viso, et nomine horrendo seruos inclamauit. sciscitatusq; est, si quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidissent.

Inclementia duritas. Virg. Verum inclementia diuum. Has euertit opes. Huius contrarium est clementia.

Inclementer, dure, aspere. Plau. in Amphitryone. Iteȝ hic iā in me inclemēter dicit, atq; id sine malo. Liui.li.iij. Quęso ĩquit Appi. primū ignosce patrio dolori, siquid inclementius in te sum inuectus.

Inclino, as, pen.pro. infecto. Iuue. Atq; ipsos etiam inclinare maritos. Vn̄ iclinatus, pro ꝓfundo ponit̃. Amb. Dū iclinatissimos aq̃ruȝ gurgites scrutor, aërios nō respexi volatus.

Inclytus, pe.cor. cum ypsilon, ideȝ ē quod gloriosus. Componitur enim ex ἐν, ē κλυτός quod est clarum significat, et non gloriosum.

Incoctile, pe.cor. ęneum vas, in quo stagnum liquefactum delibutum est, vt edulijs saporem, gratiorem reddat. Plyni. Album plumbum incoquitur ęreis operibus galliarȝ inuentio, ita, vt vix discerni queat ab argento, eaq; incoctilia vocant.

Incęnatus, non cęnatus, q̃uis inceno, as, non legatur. Cato de re rusti. Bibat aquam mulsam, cubet incęnatus, postea mane bibat succū. Plau. in Pseu. It incęnatus cubitum.

Incęnis ē dicit̃ sine cęna. Plau. cupiunt extrudere incęnē ex ędibus.

ex ędibus,vt ipsę solę ventres distendant suos.

Incogitans temerarius improbus,non cogitans.Teren.in Phor.Quod nisi fuisses incogitans,ita expectarem,vt par fuit.Et iterum adeon te esse incogitantem,atq; imprudentem Phędria,vt phaleratis dictis seducas me.

Incogitabilis,qui non solet cogitare,cũ quid rerũ gerit.Plau.in Mili.Te obsecro per deos atq; homines. Et infra. Nunc demũ scio me fuisse excordem,cęcum incogitabilem. Lac. li.i.Qui deos colunt,interdum videri solent,tam cęci,tam incogitabiles,tam excordes.Dicit ẽt passiue de re,quę nõ cogitatur,sicut actiuę de homine qui non cogitat.

Incognitus,non cognitus.Sal.in Iugur.Ne quid de absente incognita causa statuatis.

Incolo,lis,pe.cor.intus habito.Ci.li.i.Thusc. Vbi sunt ergo hij,quos miseros dicis,aut quem locũ incolunt?Hinc incola,incolę,sicut ab accolo,accola, quę sic ab inuicem separantur,ꝙ accola sit,qui ad aliquem locum.i.iuxta, aliquem locum habitat.Liui.li.i. Pastor accola eius loci nomine Cacus,ferox viribus. Nec refert in suo,an in alieno, vt accola Vulturni accola Padi.Vir.li.vij. Amnisq̃; vadosi Accola Vulturni.Incola vero,qui in aliena,vel vrbe,vel republica habitat,quasi ciuis,aut municeps.Ply. Quod eorum montium incolę facere consueuerunt.Cice.li.i. offi. Peregrini,et incolę officium est nihil pręter negociũ suũ agere,nec esse in aliena republica curiosum.Augu.in ps. expositione.Incolere peregrinari est.Incolę dicunt, qui habitant in patria non sua.Pomponius iure consultus scribit incolam esse,qui in aliqua religione domicilium contulit,quem gręci parœcon appellant,nec tñ,qui in oppido morãtur,incolę sunt, sed qui etiã in alicuius oppidi finibus,ita agrum habent,vt intra eũ se quasi in aliquas sedes recipiant. Accipit q̃nq; pro colono.Oui.Incola captiuo,quę boue victor arat.Claudi.Ditior Oblatas mirabitur incola messes. Inquilinus,quasi aduena est ẽ peregrinus, qui in alienas ędes,alienaq̃; prędia ex ꝯducto habitat,siue in vrbe siue ruri.Cice.in Phil.At vero te inquilino,nõ domino personabant oĩa vocibus ebriorum.Vnde inquilinus probri,vel odij causa quis appellatur , quasi domum propriam non habeat. Salu. M.Tullius inquilinus,ciuis vrbis Romę.Qui autem inquilinis cęnacula locant à iuri consul.dicuntur facere cęnaculariã.Ponitur tñ quandoq; pro habitatore.Augu.li.v.ꝯfes.Congregatis inquilinis fori,tanquam furem manifestum se comprehendisse gloriantur.Mar.Vicinus Nouio,vel inquilinus Sit,si quis Nouium videre non vult.

Incola,lę,pe.cor.Vide in Incolo,lis.

Inchoo,as,fit à choum,quod mundus significat.Vnde subtractum est inchoare,pro incipere.Virg.Te sine nil altũ mens inchoat.Quandoq; perficere. Idem li.vi. Tunc stygio regi nocturnas inchoat aras.Mar.capel.Neutrum protulit cũ ait India ab emodis montibus inchoat.

Inchoatiuus,ua,uum . Vnde Inchoatiua verba vulgo dicta sunt à Prisciano quę in sco, desinunt. Sed hęc augmentatiua magis appellare libet;quoniã augmentum,non inchoationem significent,vt calesco,frigesco,quorum alterũ significat calidus fio,alterum frigidus.Aliquando tamen comparatiue.i.maiori, cum augmentatione sumuntur, vt Qui sordet sordescat adhuc.i.sordidior fiat.Virg.Sin in processu cępit crudescere morbus.Vbi Seruius exponit crudescere validior fieri.Idem.Ægrescitq̃; medendo.Exponitur inter medendum fit ęgrior.Et illud Lactan. Ne si nostra inualuerint,idest validiora fiant.Aliquando comparatio apponitur.Teren. in Heau. Nam mihi quotidie augescit magis de filio ęgritudo.Virgili.lib.vij.Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnę , ꝙ autem significent incrementum,interpretum, authorumq̃; idoneorum authoritate simul,et ratione probandum duxi.Nonius in priscis dictionibus.Albicatur,candidatur,ex albescit.Purpurascit, purpureum fit.Cice. lib. ij.Acade. Quid mare nonne ceruleum?aut eius vnda, cum est pulsa remis purpurascit. Nigidius.Dicemus,quę vetustate deteriora fiunt,vetustescere,inueterescere, quę meliora. Dona.in Ecy.prolo.Nouas, qui exactas feci vt ĩueterescerent ait.Inueterescerent in cõsuetudinem venirent,spectarentur, amarentur et in Andria.Vah perij,hoc malum integrascit,exponitur,Integratur,quod instauratur.Similiter apud.Virgi.lib.ij.Georgico.Æraq̃; dissiliunt vulgo,vestesq̃; rigescunt.Serui. Rigescunt durantur Festus.Remorbescat, in morbum recidat. Et obherbescere,herbam increscere.Cice.lib.iiij.Thuscula. Deferuescere,ꝓ decrescere, exponit. Aut rogandi,inquit orandiq̃; sunt,vt si quam habent vlciscẽdi vim,differant in tempus,dum deferuescat ira. Deferuescere autem decrescere significat ardorem animi inuita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytę, qui,cum villico factus esset iratior.Quo te modo inquit, accepissem, ni iratus essem. Idem pro Marcello . Nihil opere, et manu factum, quod non aliquando consiciat et consumat vetustas . At vero hęc tua iustitia,et lenitas florescit quotidie magis.Quis interpretetur, vt florescet , incipiat florida fieri? cum quotidie Cęsaris lenitas magis florida fieret? Si quotidie magis id fiebat?profecto ista continuatio dierum, dum hoc fieret,iam ab initio rem,inchoatam semel fuisse,non quotidie incipi,aperte demonstrat.Similiter Teren.in Heau. Nam mihi quotidie augescit magis, de filio ęgritudo. Cice.in Cato.Ita sensim, sine sensu ętas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Si ętas sensim senescit, an sensim incipit, semper senescere,si ita est , ergo plus millies,ista inchoatio fiet.Et sic totiens desinet fieri senex,quotiens sensim senescet. Sed quoniam ab initio, quo cępit senex fieri , nunquam omnino desiit fieri senex, patet , ꝙ senesco significat senex fio , non incipio fieri senex, simile est illud Lactan.lib.vij.Quos autem morbus interemit spiritum diutius exhalant, vt paulatis fregescentibus membris anima affletur.Ambro.lib.Hexa.de phęnice aue, inquit . De cuius carnis humore vermis exurgit , paulatimq̃; adolescit,ac processu statuti temporis induit alarum remigia.Plyni.lib.quoq; xxi.de ortu,rosę paulatim inquit rubescens dehiscit.Quo pacto rubescens significare potest, incipiens fieri, vel esse rubra, si paulatim rubescit, nunquid totiens incipit esse, vel fieri rubra quotiens paulatis rubescit?Si ita est,quod tamen non est,totiens quoq; necesse erit,eã desinere fieri,esse rubrã, vt possit ĩcipere fieri, vel esse rubra.Sed non recte dicere possumus incipit esse, vel fieri rubra,cũ iam mediocriter,vel parũ rubra facta sit.Qua propter in bucco.Sępe tener nr̃is ab ouilibus imbuet agnus.Dicit Serui.Nemo vnam,et eandem rem sępe inchoat. Hoc est non dicitur inchoare quando id prosequendo sępe facit.Quod idem Plyni. lib. xxxi. ostendit In Sicilia quidem circa Messanam,et Milas hyeme in totum arescunt,fontes,ęstate exundant. Si in totum hyeme arescunt,certe non partim siccantur , vt inchoatio arescendi, ex parte intelligi possit.Pręterea si ista verba inchotiones significarent , quid opus esset poëtas , oratores , historicosq̃; illis,vel cępi, vel incipio addere. Non enim putandum est,tam excellentes viros temere, sed consulto id effecisse , nulla eos presertim vrgente causa iungimus autem hęc duo verba istis verbis in sco,terminatis, sicut et alijs, cum aliquid inchoari significare volumus,quę ex hoc potissimum inuenta esse intelligimus , vt prędictis verbis. et omnibus alijs iungi possent cum,in eis inchoationem designari necesse foret,quod non fieret, si ex se inchoationem significarẽt.Quare. Virgi. dixit. Sin in processu cępit crudescere morbus.Colu.lib.vij. Decimo tamen anno tempora canari incipiunt,et supercilia,nonnunquã canescere, et dentes prominere. Et lib.vi. Cytisum, cum aridum facere voles,circa mensem septembrem vbi semẽ eius grandescere incipiet cędito,paucisq̃; horis, dum fracescat in sole habeto. Et lib. xij. Oleum fit optimum ex varia oliua, cum incipit nigrescere.Iterum ibi.Atq; conualescere cęperunt,adiecta humo, incremẽta eorum prosequenda sunt.

Et rursus. Non ante legendum est, q̄ cum maturescere cęperit. Cato de re ru. Et vbi primum incipiunt hiscere, tum legi oportet. Plyni. li. xi. Et cum mella cęperint maturescere, abigunt eos. Idem lib. vij. Samara colligenda est, circa martias Kalen. Cum flauescere incipit. Cęsar in com. Cum maturescere frumenta inciperent. Lactan. lib. iiij. Cum primum adolescere cępit. Et lib. vij. de Roma loquens. Cumq; esset adolescentia eius fine punici belli terminata, tum deniq; confirmatis viribus, cępisset iuuenescere. Hierony. lib. i. Regum. Et cum de nocte surrexeritis, et cęperit illucescere pergite. Gellius. Iam enim fama virtusq; fęlicitatis Romanę apud exteras gentes enitescere inceptabat. Cice. de natu. deo. In his animantibus, quę lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lactescere incipit. Et alibi dixit orationem suam canescere cępisse. Salustius in Iugurtha. Sed vbi dies clarescere cępit. Idem in Catili. postquam diuitię honori esse cępere. et eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro maliuolentia duci cępit. Hęc extrema, à me posita sunt. propter nonnullos, qui in inter doctissimos habiti sunt, asserentes v̄ba in sco, finita raro, et ī lnīa latini sermonis iungi, cum verbo incipio, cum et alia permulta reperiantur, quę pręterm ittenda duxi, ne in maius, q̄ par sit volumen excresceret. Quiescant igitur omnes, qui ea verba inchoatiua appellari volunt, quando tot, tantorumq̄; interpretum, atq; authorum sententijs refragari, non licet. Formantur hęc verba, vt plurimum à verbis neutris secundę coniugationis, à secunda persona, iuncta co, syllaba, vt albeo, bes, albesco, caleo, les, calesco. Quędam tamen ab actiuis, vel neutris transitiuis deducuntur, quę passiuam nihilominus significationem innatam habent sicut illa, quę à neutris secundę coniugationis sunt, vt augesco, ab augeo, integrasco, ab integro, Sanesco, à sano, a, in e, mutata. Siccesco, carnesco, mollesco, macesco, maturesco, hilaresco, granesco, grandesco, quę tam et si à nominibus venire posse videantur, tamen à verbis eorum, vel actiuis, vel neutris transitiuis, fermè omnia venire magis credo. Quędam vero à nominibus formari conuenit, vt mitesco, dulcesco, crudesco, et sterilesco, lapidesco, raresco, crebresco. Sunt etiam, Quędam ambigua, et varia quę significationem passiuam habent innatam, et à neutris veniunt, et nihilominus etiam actiuam habere reperiuntur, vt horresco, perhorresco. Virgili. Nec tu mensarum morsus horresce futuros. Alia sunt, quę primitiuorum significationem habent, vt labasco, extimesco pertimesco, abhorresco. Dormisco pręsentisco, conticesco, pręscisco, rescisco, assisco, & consci sco. Et siqua sunt alia, Alia terminantur in sco, licet non sint deriuatiua, vt posco, disco, glisco, offusco, inesco. Sciendum etiam, ꝙ hęc verba de quibus agimus habent pręteritum perfectum, q̄uis multi negent, sed falluntur, q̄m cum primitiuis eorꝫ, aut ea cōia habent, aut certe mutuo ab illis accipiunt, quod Priscia. in verbis ascisco, et descisco nō dissimulauit. Asscisco inquit, asscini ascitum. Descisco iui, tum, Vbi Liui. exēplum ponit. Descitū à Romanis. Postea vero subdit. Et notandum, ꝙ inchoatiuo Scisco, asscisco et descisco composita primitiui. Scilicet scio habuerunt pręteritum. Secundum vero rectam proportionem debent eorum quoq; pręterita ascio, & descio esse. Ecce Priscia. dedit pręteritum primitiui ascisco, et descisco. Inchoatiuum. Scisco appellans, cum tamen inchoatiuū non sit, neq; habeat significationem verborum in sco, desinentium. Diomedes quoq; pręteritū ostendit, adolesco, adolesco inquit, adoleui facit. Vir. Mox cū matura adoleuerit ętas. Colu. li. ij. Sed hoc idem semen Ciliciȝ, Syrięq̄; regionibus ipse vidi mense Iunio, Iulioq; conseri, et per autumnum, cum permaturuit, colligi, A' permaturesco est. Significat enim permaturum factum est. Et lib. x. At circa Kalendas Martias locis apricis licet porrum, si iaȝ ingranduit trāsferre. Ab ingrandesco est non ab ingrandeo, quod nescio si inueniatur, nec si interueniretur, ab eo esset, quia ingranduit, grande factum est significat, non autem grande fuit, quod significaret, si ab ingrandeo esset, sed sensui non conueniret. Salu. Hi postq̄ conuenerunt in vna męnia, dispari genere dissimili lingua, alij alio more viuentes, incredibila memoratu est q̄ facile coaluerunt. A' coalesco qd̄ concresco significat est, non significatio actiua, repugnaret sensui orōnis. Lactan. li. v. Quinimo, si qua illis fiducia est vel in philosophia, vel in eloquētia arment se ac refellant hęc nostra, si possunt, congrediantur cominus et singula quęq; discutiant, Decet eos suscipere defensionē deorum suorum, ne si nostra inualuerint, vti quotidie inualescunt, cum delubris suis, ac ludibrijs deserantur. Inualuerint validiora fiant, ab inualesco, quoniā subditur, vt quotidie inualescunt. Quintilia. lib. v. iusti. ora iam illa flamma, quę magna congerie conualuerat, diductis, quibus alebatur, concidet. Significat concreuerat, siue valida facta erat non valida fuerat, à conualesco est, non à conualeo. Peccauit interpres nostri temporis, cum inquit. Surdaster, qui parum audit. Hinc obsurdeo Cice. li. vi. de Rep. hoc sonitu omnes ferè complete aures hominuȝ obsurduerunt. Hic obsurduerunt significat surdę factę sunt ab obsurdesco. Non autem surdę fuerunt ab obsurdeo, quasi non amplius surdę tunc forent. Hoc modo omnia pręterita perfecta eiusmodi interpretanda sunt. Et si ambigua videbuntur, disquirendum erit, an à primitiuis, an à deriuatiuis veniant, quod significatio, et res, de qua tractabitur commonebunt. Possunt nihilominus sic discerni. Vt si dicam Canui, pro canus factus sum, tunc à canesco erit. Si vero dixero hęc vestis canuit pro cana fuit, quę amplius cana non sit, vt si eam pullam feceris, tunc à caneo erit. Similiter hęc arbor floruit, si de tempore, quo florida fuit loquar, tunc à floreo erit. Sin eam floridam factam esse intelligi voluero, à floresco sumetur. Hoc enim florida facta est significabit. Illud vero florida fuit. Nam; ꝙ ipsa primitiua, quasi rem perfectam in se habent, vt floreo, quod floridus sum, siue in flore sum significat, ideo in pręterito eius florui, illa huiusmodi perfectione caret, quoniam pręterita est, eo ꝙ tunc florui in flore fui significat, et nō est amplius floridus. Deriuatiua vero, vt floresco rem imperfectam demonstrant, q̄uis augmentatiuam vim habeant. idest floridus fio. Ideo illam in pręterito perficiunt, vt florui, idest floridus factus sum, et eam tunc perfectam in se habere declarant. Ascen. Satis persuasum mihi est per Lauren. Valleñ. (cuius authoritatibus pręsens author plerunq̄; innititur, licet eius nomen ferè supprimit, nisi vbi perperam pręcepisse putat) verba in sco, aut pro primitiuis suis poni, aut intrinsecam significare passionem, neq; pręteritorum significatione carere, sed voce propria, quam à perfectis mutuantur. Verum argumentum illud, quo vterq̄; conuincere nititur, non connotare inceptionem, eo, ꝙ verbo inceptiuam vim habenti iungant, non videtur mihi satis validum, cum etiam verbum incipio posit geminari. Vt si quis ab hostibus, aut alioqui īterpellatus sępe opus aliquod incęperit. Vt verbi gratia vrbis ędificationem semel incęperit, anno Millesimo, atq; iteruȝ millesimo quinto, et rursum millesimo sexto &c. Neq; perfecerit Dicam eum incepisse incipere vrbis ędificationem anno millesimo &c. Vnde etiā fieri potest vt qui sordescit. i. incipit esse sordidus. sordescat adhuc, idest incipiat esse sordidior, non sordidus. Verumtamen in Vallę sententiam non pedibus modo, sed vel verbis eam. Si quis autem mihi auscultare volet, omnia verbis deducenda putabit. Sed quia primitiua sępe in vsu, non sunt à nominibus deducta videntur, vt ignesco, naȝ igneo in vsu, non est, ab igne nomine deductum putes, sicut sanesco, ab inusitato verbo saneo quod esset sanus sum, factum censeam, cum sano sit sanū facio. &c.

Incolatus, tus, ipsa habitatio, seu tempus, quo quis in aliquo loco habitat, vt inde discessurus sit, vt Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.

Incolumis,pe.cor.Vide in dictione Columis,Vnde incolumitas q̄ ē(vt Cic.inqt)salutis tuta,atq; itegra ꝯseruatio.

Incomitatus,participium ꝯpositum,ex in, et comitatus, licet incomitor non legat.Ambrosius.Est itaq; fortitudo, velut excelsior ceteris,sed nunq̄ incomitata virtus.

Incommodo,as,pe.cor.noceo,seu damnum infero,Vide in dictione commodo.Aliquando ponit pro simplici commodo.Apul.Fratrinę coniugalis commodaret rudimentum,idest commodaret pręberetq;.

Incommune ęqualiter, inęquali.Teren.in Andr. Id te oro incommunne vt consulas.

Incongelabile,quod non potest congelari.Gel.Cur.fluuiorum, et fontium aque gelu durent, mare oē icongelabile sit.

Incomprehensus,non comprehensus.Lactan.lib.iij.intellexit nullo humano studio posse ad sapientiam perueniri,etideo non oportere incomprehensę, atque imperfectę rei perfectum nomen imponi.

Inconciliari, accusari,in concilium vocari Plautina dictio quemadmodum inforari.i.in forum vocari.

Inconcussus,qui non concutitur.Lactan.li.de ira dei. Pronus est lapsus,et facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur. (cōmixtio est.

Inconcinnus,p duplex nn, icongruus,Cinnus.n. plurimoꝝ

Inconditus,pe.cor.ex in,et conditus,quod à condo fit.Idē est,quod inornatus,incompositus.Liui.lib.iiij.Cossus spolia opima regis interfecti gerens,in eum milites carmina incondita ęquantes cuȝ Romulo,canere spolia in ęde Iouis feretrij,propè Romuli spolia, quę prima appellata, sola ea tempestate erant,cum solenni dedicatione dono fixit.Cice.lib.i.offi.dicam,vt potero,incondite fortasse,sed tamen,vt res possit intelligi.Eius simplex protulit. Plau. in Amph.Magis iam faxo dices, postquam in cunis conditus est,interdum inconditum, etiam quandoque ponitur pro inconscripto.Sal.in Iugur. At illi quibus vires aderant,ruere cuncti ad portas incondita tenere.

Inconditus,pe.pro.non conditus, quod à condio fit, idem est, quod insipidus.

Inconsultus nomen sumitur pro imprudenti,et quasi nullius consilij. Cicero pro Deiotaro, Homo inconsultus, et temerarius hęc non videbat Quintil.O' inconsultam, et muliēbrem semper amentiam i. imprudentem, et inconsyderatam, Salustius inconsulte,ac veluti per dementias cuncta simul agebat.Quandoque vero participium est accipitur pro eo,à quo consilium non est petitum.Varro. Et enim inscio , atque inconsulto domino serui sępe ex agro discedunt.Sic dicimus inconsultus medicus ad ęgrotum venit; idest,à quo consilium nemo petit. Interdum accipitur,pro eo,qui cum quęreret consilium, non accepit quasi pro indigno habitus. Virgilius Inconsulti abeunt,sedemq; odere Sibyllę.

Inconsultus,tus,Pro iconsultatione.Plau.in Tri.Quia rure dus sus ego,vno sex dies,me absente,atq; insciente,iconsultu meo,ędes venales hasce inscribit literis.

Inconsutus, pe.pro.non consutus. Hiero, ad Eustochium Consuant tunicas, qui inconsutam desursum tunicam perdiderunt,quos Vagitus delectat infantium.

Inconsutilis,pe.cor. non consutilis, vt vestis iconsutilis q̄ simul sui non pōt.Euāge.Erat āt tunica incōsutilis.etc.

Inconsyderatus,qui non consyderat.Lactan.lib.i.Nemo ē tam inconsyderatus,qui non intelligat fuisse mortales.

Incoxo,xas,in coxam sedeo.Pacu.Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat.

Incredibile,non credibile.Teren. in Phor. Incredibile est, quantum herum ante eò sapientia.Et incredibile dicitur maximum,quod vix credi possit. dem in eadem.Quia ꝑter spem,atque incredibile hoc mihi obtigit.

Increpo,pas,pui,puitum,pe.cor.significat sono.Virg libro viij.At tuba terribilem sonitum procul ęre canoro increpuit.Hiero.in li.Nume.sine accusatiuo dixit.Cumq; increpueris tubis cogregabitur ad te omnis turba.Idē sine aliquo casu à parte post. Si autem prolixior atq; concisus, clangor increpuerit, mouebunt castra primi . Dicimus ergo Tuba increpuit sonum.Tuba,siue sonus increpuit et Ego increpui tuba.Per translationem increpare ponitur pro reprehendere, sed cum crepitu, et verborum pedumue strepitu.Hoc est ꝯtra,aliquem crepando, et strependo insurgere,sed tunc increpui,et increpaui pręteritum facit.Hier.in Genesis.Et increpauit eum pater eius. idem, Increpuerunt me renes mei.Item pro incitare.Turpil.Age tu hymenęum increpa.

Increpito,as,freq̄ntatiuum.Virg.li.x.Hostis amare qd icre

Increatus,non creatus.Lactan.libro.i. Vnus deus, (pitas. qui solus principatur,isq; amplissimus increatus.

Incresco,is,Valde,siue magis cresco.Liui.li.i.Carcer ad terrorem increscentis audacię media vrbe imminens foro ędificat.Quin,lib.viij.Hoc genus increscit,ac fit manifestius,si ampliora verba cum ipsis nominibus,pro quibus ea posituri sumus conferantur,vt Cice.in Ver. Non enim furem,sed raptorem,non adulterum,sed expugnatorem pudicitię, non sacrilegum, sed hostem sacrorum , religionumq;, non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium,sociorumq; in vestrum iudicium adduximus,illo enim modo vt sit multus hoc etiam plus, vt sic efficitur.

Incrementum,ab incresco.Quin.Quatuor tamen maxime generibus video constare,amplificationem,incremento comparatione,rōcinatione, ꝯgerie incrementum est potentissimū cuȝ magna ēt videntur,quę inferiora sunt.

Incubo,as,pe.cor.et incumbo,is,ambo à cubo componuntur.Primum seruat analogiam sui simplicis,vt sit semper ꝑmę ꝯiugationis.Alterū recipit.m.et transit ad tertiam, ambo tamen incubui,et supinum incubitum faciunt,ē significatione conueniunt.Est autem incubare instare, inniti,isistere,inhęrere,et datiuo semper iungitur.Virgi. Ponto nox incubat atra.Quin.lib.x. Qui autem sciuerit quo queq; sint modo dicenda,nisi tanq̄ in ꝓcinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam velut thesauris clausis incubabitur.Cice.in Timęum Platonis.Qui omnis animantes complectitur,id nō potest eē, cum altero.Rursus enim alius animans, qui eum contineat fit,necesse est.Incubamus ensi, terrę, mari pellibus, spongię cardini,et similibus,quę subiectę, aut obiectę rei ꝓportionem habent.Papi.Et festinantia sistens.Fata salutifero mitis deus incubat angui. Incubare etiam queñq̄ Ioui dicimus,pro eo quod est apud Iouem.Plau.in Cur. Namq; te incubare satius fuerit Ioui qui tibi auxitio in iureiurando fuit.Simile huic ferè verbum videtur incūbere,innitiq;.Ply.Cęlum inquit cardini suo.i.terrę incūbit.Alubi terrę ait omnia inniti.Quandoque incubare, ex ui prępositionis in significat intus siue super cubare. Cubare enim dormire,siue qescere,stare consistereq; significat,vnde Plau.in cas.Est ei quidam seruus qui immorbo suo,immo vero in lecto,ne quid mentiar,incubat,et iterum.Quandoque ego eam,mecum rus vxorem adduxero,ruri incubabo,vsq; in pręfectura mea.Cato de re ru. Primus cubitu surgat,postremus cubitum eat.Col.li.viij. Vt semꝑ q̄ aridissimis filicibus,vel culmis stabula ꝯstrata,q̄ purius,et mollius incubent.i. supcubent dormiant aut qescant Incubare ēt dnr ij q in templis deoꝝ noctē ꝑpetē vigilāt ad accipiēda responsa.Plau.in Cur.Incubarete satius fuerat Ioui.qui tibi auxilo in iureiurando fuit .i.apud Iouem.Virg.Pellibus incubuit stratis,somnosq; petiuit.Rursus incubare dicuntur gallinę,cuȝ oua fouēt. Lactan.lib.de opini.Nidos aut luto ędificant,aut Virgultis,et frondibus construunt.et ciborum expertes incubāt ouis.Ply,lib.x. Oua incubari infra decem dies ędita vtilissimū vetera,aut recentiora ifoecunda.Var.actō iunxit Negant inquit plus.xxv.oua incubare.Aliquando significat occupare,possidere,amplecti,fouere,obtinere,habitareq;.Apuleius libro.septimo. Tabernulam quandam Vitatis maris fluctibus incubabat. Macrobi. de Dionysio

siculę incubator aulę. Quandoq; stare ↄsistere. Vnde Gręci statum cęli, positumq; syderum in thematibus ἐποχὰς appellant. Ply. lib. ij. Si vna omnes incubarent. Interdu3 significat curam habere. Translatio ab auibus, quę incubatu fouent oua, et excludunt foetus. Apul. li. iij. Aureos folles incubabat. Augu. lib. ij. de ordine dicto iunxit. De fossę pecunię incubat macer et scabiosus fęnerator.

Incubitus, us, Ply. Quędã ãt citra ĩcubitũ spõte nã gignit.

Incubatio, idẽ quod incubitus, idest incubandi actio. Ply. Raro incubatio ouis noxia.

Incubones dicuntur, qui thesauris inuigilant, cum tamen mediocritas in rebus humanis sit optima, Vnde Theognis Megareus. μηδὲν ἄγαν σπεύδειν πάντων μέσ᾽ ἄριστα καὶ οὕτως κύρν᾽ ἕξεις ἀρετὴν ἥν τε λαβεῖν χαλεπόν.

Incumbo, is, datiuo similiter iungitur, et duo significat. s. obnixe operando alicui rei, vt Incumbo studijs. Et inhęreo. Virg. Incumbens tereti Damõ sic cępit oliuę. Ply. lib. i. Nanq; in illo caua in se ↄuexitas vergit. ẽ cardini suo hoc est vndiq; terrę incumbit. Frequenter etiã actõ mediante ad, vel in, vt à Cicerone ferè semper vsurpaẽ. Pergite inquit adulescentes, et in hęc studia, in quibus, estis incumbite. Et alibi. Quare. incumbamus ad illa pręclara studia. Na3 cum operi alicui faciundo incumbimus toto pectore, significatur diligentia, et conatus. Similiter cum accuratius quid mente agimus, incumbere dicimus. Plus tamen inesse vr̃ accusatiuo, cum in, q̃ datiuo, quasi sit inniti, vel insistere contra, siue super, in quo designatur quid arduum, vel mirabile, vel onerosum. Et hoc ex ui prępositionis in, accusatiuo iunctę, vt Cice. pro Corne. balbo mirabile à se factum fuisse declarat, cum ait. Hoc siue meum, siue Reipu. fatum, vt etiam in me vnum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. onerosum, seu arduum, vt ide3 Cornificio, Te tamen hortor, vt omni cura in rempu. incumbas, hoc est sustentãdam, siue tuendam, quod difficillimum erat. Quare si dixero. Incumbo in remos maior nixus in illos designatur q̃ incumbo remis, vt sit incumbo in remos, quasi totis viribus brachijs innitor ↄtra, siue super remos. Vñ Hie. vsus est propositione super ad Dama. Papam. Incubuit sup collũ. Aliqñ vero in hmõi forma significat irruo. Ci. pro Plancio Potius, q̃ ab ipsis, qui in teipsu3 incubuerũt. te depulsũ putas. Quin. lib. v. Et fluctus esse, cum magna vis venti in mare incubuit. Virg. tñ datiuo iunxit. Incubuere mari, cũ tñ irruo accusatiuũ poscat, cu3 ꝓpositione in. Terẽ. in Adel. Fores effregit, atq; ĩ ędes irruit alienas, Incumbo autem ad studia significat, animo, et opera intendo, siue innitor ad studia, vt Cic. pro Pompeio, Quare videte, ne dubitandum vobis sit omni studio, ad bellum incumbere. Aliqñ post accusatiuum adhibetur adiectiuum, vt effectus rei, quę desyderaẽ, demonstretur. vt ide3 pro. L. Sylla. Neminem esse ex illo honoris gradu, qui nõ omni studio, virtute, authoritate incubuerit ad Rempu. conseruandam. Si vero non ponitur adiectiuum, tunc subintelligitur, vt sit incumbere ad bellum. s. suscipiendum ĩcumbere. Et ad eius ꝑniciem incumbenti, hoc est exequendam. Simile erit, si dixero Remiges incumbunt, ad remos subintelligiẽ emendos, si emere velint, vel habendos, si prohibeanẽ, aut detineanẽ, vel obnixe tenendos ne sibi rapianẽ, aut è manibus elabantur, et hmõi, licet Valla in remos, vel ad remos incumbere dici posse neget, sed remis tm̃. Est pręterea, qñ incumbere significat subire, siue superuenire. Lactan. lib. ij. Si morborum pestifera vis incubuit. Ambro. Vesper incubuit, populi sequebanẽ, stagnum occurrit, turbę vrgebant, Ide3 superiacere. Virg. lib. iij. Incubuitq; toro, dixitq; nouissima verba. Et lib. vij. Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit.

Incubi, pe. cor. dicti sunt syluani, et fauni, quos improbos quandoq; fuisse mulierĩbus compertum est, ac earu3 appetisse, peregisseq; concubitum.

Inculco, cas. eadem sępius iterando ingero, inspisso, ex in, et calco, sicut et conculco.

Incultus, à cultus participio compositum est, et in negatiue sumitur. Liui. lib. ij. Charitas primum annonę, ex incultis per secesfionem plebis agris, Hie. ad Helio. Squalida capitis horret inculta cęsaries. Et in hac tantum significatione repiri puto, hoc est non cultus, non exercitatus vel non ornatus, vel non habitatus adiectiuum. Et non ab incolo est, vt sit eius participium, sed eius foret, si pro inhabitatus capereẽ, qđ nusq̃ legi. Hiero. ad Dama. Papam. Non ambigo, quin inculta nr̃ę paruitatis oratio videaẽ.

Incunabula. Vide supra in dictione Cunę.

Incurro, ris. ↄtra aliquem curro, quod vernacula lingua dicorrer adosso. Liui. lib. i. Eo pręlio pręcipua equitum gloria fuit, vtrinq; à cornibus positos, cum iam pelleret media peditum suorum acies, ita incurrisse à lateribus ferũt. Aliqñ ĩcurrere, ẽ ĩtrocurrer, seu vltro se inijcere. Sal. Postq̃ Catilina fusas copias, seq; cum paucis relictum videt, memor generis, atq; pristinę dignitatis, inter confertissimos hostes incurrit, ibiq; pugnando confoditur. Lactanti. per translationem dixit. Aut oblitus esse pręposit videar aut loquacitatis crimen incurram. Aliquando incursiones, quas currarias vulgo dicunt facere, quę fiunt prędãdo loca. D. Brutus Ciceroni. Aut appennino, alpibusq; se teneat, et decursionibus per equites quos habet multos, vastet ea loca quę incurret.

Incursus, us, pro incursione. Colu. Hosticis incursionibus vastatas fruges.

Incuria, et incuriosus, vide supra in dictione curiosus.

Incuruus, valde curuus. Teren. in Eu. Continuo accurrit ad me, q̃ longe quidẽ incuruus, tremulus, labijs demissis.

Incuruo, uas, incuruum facio.

Incurnesco, is, incuruus fio. Cice. li. i. Thusc. Hic autem, vbi habitamus non intermittit cęlum nitescere arbores frondescere, ramos bacarum vbertate incuruescere.

Incus pe. pro. generis fęminini instrm̃, in quo, aliquid cudimus. Hora. ẽ male tornatos incudi reddere versus.

Incudo, onis, qui in incude, siue super incudem quicquam fabrefacit. Hiero. ↄ Ioui. Et ĩ nauibus piscatoꝝ caput eius stat, sicut incudo infatigabilis reputat ferru3, vt pateas.

Incuso, sas, pe. pro. Vide in dictione Accuso.

Incutio, tis, pe. cor. ssi. ssum, ex, in et quatio, q, in, c, et a, in u, mutatis, vt cętera composita. Cõcutio, discutio, excutio. percutio. Est aũt incutere inijcere. Virg. incute, vim ventis, submersasq; obrue puppes. Aug. li. viij. confes. Quanto propius amouebaẽ, tanto ampliorem incutiebat horrorem.

Indago, gas, pe. pro. inquiro. Cice. lib. i. offi. Inest indagatio atq; in verri. Et de opti. genere dic. Aut reprehẽdet, ꝙ inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus.

Indago, indaginis, et indages, inis, pro inquisitione. Virg. Saltusq; indagine cingunt.

Inde aduerbiũ. i. ex eo loco. Liui. lib. i. Primo in Macedoniã venisse, inde in Siciliam quęrentem sedes delatum. Aliqñ dicitur, non de loco sed de rebus. Idem in eodem Omnis te exempli documento in illustri posita monumento intueri. Inde tibi, tuęq; Reip. quod imiteris capias. Aliquando ponitur pro deinde, vt apud eundem Crimini. maxime dabant in Numitoris agros ab his impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu hostilem inmodum prędas agere. Hinc fiunt composita. deinde. exinde. perinde, et proinde, quę habent accentum antepenul.

Indecor, oris, pe. pro. ab in, et decor, Quanq̃ Virg. lib. vij. Indecores pe. cor. dixerit. Non erimus regno indecores. Vbi. Ser. ait. Aut Sistole est, aut certe dicimus nominatiuum non ĩueniri, vt in multis nominibus fit. Sed nec Indecus, oris, pe. pro. inuenitur, cum tamen decus habeamus.

Indidem, pe. cor. aduerbium compositum ab inde, et ide3 qđ ẽ ex eodẽ loco. Plau. indidẽ. Vnde oriẽ facito, vti facias stultitiam sepelibilem. Apud Cato. ponitur pro idem mox.

India regio orientalis, asię terminus, quę tam vasta perhibetur, vt eam tradant esse tertiã partem omnium terrarum. Pompo.

rum. Pompo. scribit tantum spatium litoris occupare, quãtum per. lx. dies, noctesq́; velificantibus cursus est. Tradũt in ea fuisse quinq; milia oppidorum, ab Indo flumine sic appellata, in quem ab occindentali plaga desinit, qui solus post Nilum crocodillos creat, Hec à meridi. mari incipiens, adusq́; solis occasum porrigit, et à septentrionibus, vsq́; ad curnusium montes prouenit. Gemmis abundat. Capricanes, et elephantos procreat, arbores habet semper frondenteis. Tellus bis fruges in anno admaturitatẽ perducit. Piper, calamum aromaticum, et cynnama ad nos mittit. Indi prope gentium soli, nunq̃ emigrauere finibus suis. Illic binę ęstates, lenes aurę, temperies cęli, vbertas soli, aquarum abundantia, quę omnia faciunt, vt maiora, in India, quàm in ceteris regionibus nascantur animalia. Ab india fit adiectiua. Indus. et indicus lib. v. de gestis. Alexandri Arianus. ὁ δὲ ἰνδὸς ποταμὸς ὅτι τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν τε καὶ εὐρώπην πλὴν μέγιστος, καὶ τοῦτον τοῦ ἰνδοῦ ποταμοῦ, καὶ ὅτι αἱ πηγαὶ εἰσὶν αὐτῷ ἐπὶ τὰ δὲ τοῦ ὄρους παραμίσου ἢ καυκάσου.

Indicus, ca, cum, possesiuum ab India, vt auis Indica.

Indus, da, dum, similiter possesiuum ab. India.

Indus fluuius, à quo india nominata est, quem in iugo Caucasi mõtis, quod vocatur Paropanisus aduersus solis tum effusum aiunt, in seq́;. xix. amnes recipere.

Index generis cõis, pro eo, vel ea, q, vel quę aliqd indicat, et accusat. Asco. scribit, indicẽ esse, qui facinoris, cuius ipse est conscius latebras indicit impunitate, proposita. Salu. Plerũq; crasso ẽ negocijs priuatis obnoxij ꝯclamãt indicẽ falsu esse. Mar. Indice nõ opus est nostris, nec iudice libris.

Inditiũ detectio, et accusatio. Salu. Itaq; consulente Cice. frequens senatus decreuit Tarquinij inditiũ falsum videri.

Index mascu. gene. accipitur, pro digito prope pollicem, vel pro lapide, quo auri, vel argenti gradus cognoscitur.

Indicina, nę, pen. pro. idem quod inditium. Apul. Ob indicinę pręmium occupasse domino tamen suo.

Indico, as, pe. cor. significat manifesto, et palã facio. Plau. in Asi. Ego ne hoc patiar, aut taceam? Emori me malim q̃ hęc eius vxori non iudicem. Aliqñ demonstro. Lactan. lib. vij. Ipsa ergo virtutis perpetuitas indicat humanum animum, si virtute ceperit permanere. quia ẽ virtus perpetua est, et solus humanus animus virtutes capit. Aliquãdo accuso. Vlpia. scribit Indicasse reum, est detulisse arguisse, accusasse. conuicisse. Sed hę significationes, quasi in idem recidunt. Aliquando apprecio ęstimo negociationis verbus et rebus venalibus accõmodatũ, quod in mercibus distrahendis vsurpatur, quando ille cuius est merx precium facit rei quã venundat. Plau. in Mili. Venio ad macellum, pręrogito pisces, indicant caros. Apule. lib. i. Et percontato precio ꝙ centum nummis indicaret, aspernatus. xx. denarios pręstinaui. i. ęstimaret, et precium faceret. Hinc Indicatio, et Indicatura. Aliquando Indicare ponitur pro addicere, hoc est rem emptam liberare. Cice. lib. iii. offi. Sceuola publij filius cu postulauisset vt sibi fundus cuius emptor esset semel indicaretur.

Inditium, vide in dictione Index.

Indicatio, ęstimatio. Plau. ĩ persa. Tua merx est, tua ĩdicatio.

Indiculũ quasi inditium. Aug. in quodam sermone. Ego vobis fratres hęc suggerendo quasi indicula quędam directa, et obscura insinuare curaui.

Indicatura similiter ęstimatio. Ply. in pręfa. Hęc fiducia operis hęc est indicatura.

Indicatus, us, idem quod indicatura. Idem li. xviij. Eadem ex causa emi lyenem vituli, quanti indicatus sit iubent.

Indicatiuus, ua, uum, dicitur id in quo aliquid indicatur. Vnde indicatiuus modus dictus est, quia eo indicamus. i. ostendimus, quid agatur.

Indico, cis, pe. pro. xi, ctum, multa significat. Nam indicere est denunciare, q̃uis inter se differant, ꝙ maiorem vim habeat indicere, q̃ denunciare. Nam denunciare proprię significare, et simpliciter sumi potest. vt ventus denuntiat pluuiam. Et denuncio me tibi propediem affuturum. Cice. pro plan. Denunciasti homo adolescens, quid de Repu. sentires. Seneca. Hortensius quoq; simultates tibi indiceret. Indicare vero licet significet denunciare, non tamen proprie quoniã dico aliud significat, q̃ nuntio, et in aliud, q̃ de. In enim iuncta verbo dico maius incrementu demonstrat, et significat maxime, q̃uis ẽ significationem contra non omittat. Indico ergo maxime dico, hoc est solenniter dicendo denuncio, vt si dicam. Bellum tibi indico, non est, sicut bellum tibi denuncio, idest bellum me tibi illaturus significo, sed bellum me tibi iure illaturum dico. Aut bellum tibi à me inferendum esse indico. Quod Cicer. libro. i. offi. aperte docuit, qui vtrunque verbum sic posuit. Ac belli quidem ęquitas feciali populi Roma. iure perscripta est, ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus petitis geratur, aut denunciatum ante sit et indictum. In his verbis duo genera belli gerendi fuisse significat. Primum rebus petitis, quę si negabantur reddi, & bellum cum illis gestum fuisset, iustum habebatur. Alterum honestius, iustiusq́; erat, eo ꝙ petitis rebus, nisi redditę fuissent bellum gerendum esse maturo decernebatur consilio, tum ad fines hostium denuntiatis belli suscipiendi causis bellum indicebatur. Sed quo pacto indiceretur. Liui. lib. i. declarat his verbis. Quandocunq; pars maior eorum, qui aderant, in eandem sententiam ibat bellum erat, consensu fieri solitum, vt fecialis hastam ferratam, aut sanguineam pręustam ad fines eorum ferret, et non minus tribus puberibus pręsentibus diceret, ꝙ populus priscorum latinorum, hominesúe prisci latini aduersus popu. Roma. quiritium fecerunt, deliquerunt. Ob quod popu. Roma. quiritium bellum, cum priscis latinis iusfit esse, senatusúe popu. Ro. quiritiũ censuit, consensit, consciuit, vt bellum cum priscis fieret, ob eam rem ego populusq́; Ro. populis priscoꝝ latinorum, hominibusq́; priscis latinis bellũ indico, facio. Id vbi dixisset, hastã in fines eorum emittebat. Hoc tum, modo à latinis repetitę res, ac bellũ indictũ, moremq́; eorum posteri acceperunt. Põt. tamen in, significare ꝯ, vt si dicam bellũ indico voluptatibus. tunc contra voluptates bellũ me gesturũ dico, hoc est solẽniter profiteor. Nec solum indicerę pertinet ad bellum gerendum, sed etiam ad funus. Vnde Fest. ait. indictiuum funus, ad quod per pręconem euocabant. Sue. in Cęs. Funere indicto, rogus extructus est. Pręterea ad conciliũ tributum spectaculum, et hmõi, quę non nisi ritu solenni fieri consueuerunt. Similiter sacerdotes festa, ieiuniaq́; populo indicere solent. Aliquando ẽt est, q̃si ꝑcipere, vt apud Liui. lib. i. Longe à domo patribus excitis ipsum, qui concilium indixerat non adesse. Aliqñ imponere. Idem lib. iiij. Vnde enim eã. pecuniã confici posse nisi tributo populo in dicto. Cic. in ver. actio. v. Legẽ sibi indicunt innocentię continentię, virtutũ oĩum qui ab altero rõnem vitę reposcunt. Aliquando significare. Liui. lib. ij. Indici deinde finitimis spectaculum iubet.

Indictũ dr̃, quod est solenniter promulgatum, vt indictũ bellũ denuntiatũ dicitur. Indictũ funus denuntiatę exequę. Et indictum non dictũ. Teren. in Phor. Quod dictum indictũ est, quod modo erat ratum, id irritũ est. Et hoc modo, nõ ab indico, sed à participio dictus cõpositũ esse cẽseo. Liui. li. v. Itaq; quę tum cecinerint diuino spũ instructus, ea se, nec, vt dicta sint, reuocare posse. Sic ẽt dr̃ indicta causa. i. non dicta, et nõ defensa. Cice. Q. Rabi. Sed indicta causa ciuem Romanum capitis condemnari coëgit.

Indictiuus, ua, uũ, qđ indictũ est, vt funus indictiuũ de q̃ pauloañ. Et ĩdictiuę ferię, quas cõsules, vel ꝑtores indicũt.

Indictio spatium. xv. annorũ, quod indicebat, vt tribus lustris tributa toto orbe Romanę rei soluta essent.

Indeprecabilis, apud quem non valent preces. Gel. Et pęna indeprecabilis subeunda esset.

Indefensus, sine defensione. Liui. li. iiij. Suos increpans clara voce. Hic pręrebituri inquit vos telis hostium estis indefen

ſi inulti,ideſt ſine defenſione,ſine vindicta.

Indemnis,indemnatus.vide in dictione Damno.

Indies ſigāt quotidie,ſed ,ppríe,cum incremento,Ideo ple/ rumq̄; iungit cōparatiuo.Cice.Cum id malū ſerperet in/ dies magis.Repit ēt ſine cōparatiuo, ſed tū cuȝ verbo ſi/ gnificāte īcremētū Liui.Creſcēte īdies multitudine. In diē vero iungitur plerumq̄;,cū verbo viuo.Quint.Nō,vt ferè volucres pñtis mō cibi memores in diē viuūt. Aliqñ cuȝ alio verbo.Salu.Panē indiē mercari,quaſi pñtis diei rōnē hře.Indieȝ addicere,eſt rē venaleȝ ita vēdere,vt niſi alius ad certū ꝓſtitutumq̄; diem maius ꝑcium obtulerit, illius ſit,qui primo obtulit. In dies ſingulos,ideſt per quoslibet dies.Cice.Metello Meę rationes,atq; eius mei ꝯſilij maio/ rem in dies ſingulos fructū,voluptatemq̄; capio.

Indigeo,ges,pe.cor.Vide in dictione Careo.

Indigetur impersonale.Ply.li.x.poſuit.Nunquam cōſpectis, niſi cum pręſidio earum indigetur.Ab indigens fit Indi gentia,tię,pro inopia.

Indigus,ga,gum,pe,cor.quod indiget. Augu.ſed ſicut euȝ vidimus infirmum,iacentem,indigum opis alienę.

Indigena,pe.cor.dř inde genitus,nec aliunde proueniens. Opponitur enim aduenę,cum non ſit aduentitius, ſed vernaculus proprius et quaſi peculiaris.Omnes habitato/ res aut indigenę ſunt, aut aduenę,aut conuenę.Aduenę de vno loco venientes. Conuenę de diuerſis. Gręci autho/ chthonas indigenas vocant.

Indipiſco,ſcis,vſurpo aſſequor adipiſcor . Quod et Indipi/ ſcor,ſceris,indeptus dř.Plau.ī Aul.Neq; parteȝ tibi ab eo cui ſit,indipiſces,neq; fureȝ excipies.Gel.lib.i.Si.n.achęos Homerus pugnaȝ indipiſci ait,non fidiculaꝝ,tibiarumq̄; concentu conſpiratā.Hinc indepto,ptas,frequentatiuum. Var.Nec partem aliquam indeptauit hęreditatis.

Indepto,ptas,frequentatiuum ad incepiſco.Var.Nec partē aliquam indeptauit hereditatis.

Indigito,tas,pe.cor.quaſi indicito,ab Indico, vel à digitis deducitur.Et ſignificat.Voco nomino,et quaſi per nomen oſtendo. Macro . Nanq; virgines veſtales ita Apollinem indigitant.Apollo medice,Apollo pęan.Ideȝ.Nam ita ab incolis indigitantur.

Indigitamenta dicuntur libri pontificales, qui et nomina deorum et rationes ipſorum nominum continent.

Indigetes,pe.cor. dij ex hominibus facti. Quo nomine di/ ctus eſt Æneas, cum pugnans,cum Mezentino nuſquam appar uiſſet.Alij indigetes dicunt eſſe deos tutelares.quo/ rum nomina vulgari non licet.

Indigeſtio,cum cibus non digeritur.Hierony. ad Euſto.Ad orōnē tibi ſurgēti nō īdigeſtio ructū faciat, ſed inanitas.

Indigeſte aduerbium,ſignificat inordinate.

Indignus,non dignus.Teren.In Eu.Nam ſi ego digna con tumelia hac ſum maxime,at tu indignus,qui faceres ta/ men.Interdum ponitur pro miſerabili.Idem. indignis cū egomet ſim acceptus modis. Interdum pro magno.Vnde Enn.Indignas turres dixit,ideſt magnas.

Indignor,et indignitas.Vide ſupra in dictione Dignor.

Indiſcriminatim aduerbium ſignificat indifferenter.

Indiſertus non eloquens.Gel.non indiſerti viri.

Indocilis,q penitus,nō ꝑt diſcere. Indoctus,qui nō didicit.

Indo,dis,indidi,itū,impono Pla.in Cap. Pecmū vocitatus eſt poſt vos indidiſtis Tindaro, Quandoq; ſigāt ītus do, īmitto.Idē in Cas.Dem me,et te īfelicē.ſi ego in os meuȝ vini guttam indidi. Interduȝ imprimo.Idem in Aſina. Qui ſępe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt .

Indoles,pe.cor.ab inoleſco fit.per interpoſitionem.d.Et in pueris quidem, atq; adoleſcentibus eſt ſignificatio quędaȝ futurę probitatis.Cice.Vt enim ab adoleſcētibus bona in/ dole pręditis ſapientes ſenes delectantur. In viris vero ſi/ gnū eſt pñtis virtutis.Idē.Hoīes,in qbus eſt virtutis īdo/ les ꝯmouent.Vñ et pro pręſtantia,ſeu generoſitate q̄dam virtutis,atq; animi ponit.Liui.De Lauinia ias matre, in/ quit. Tāta in eo virtutis indoles fuit.Luc.Indole ſi dignū latia ſi ſanguine priſco Robur ineſt aīs. Aliqñ etiam in malum dicitur,vt apud Liui.de Annibale. Cum hac in dole virtutum,ac vitioruȝ ſub Aſdrubale meruit.Trāſfer tur quoq; ad muta,atq; inanimata.Idem.ſicut in frugi bus pecudibusq̄; nō tm̄ ſemina ad ſeruandā indoleȝ va lent.quantum terrę proprietas,cęliq̄;,ſub quo aluntur.

Indolentia,tię.quaſi non dolor,cum nihil dolet. Lactā.lib. iij.Nam corporis bona,i.incolumitas,indolentia,et vali/ tudo,non minus ſunt mutis,q̄ homini neceſſaria, ac ne/ ſcio, an etiam magis,quia homo,et medelis,et miniſterijs ſubleuari poteſt,muta non poſſunt.

Indoloria idē q8 īdolētia,vt Sidonius à Cic.dcām ꝑſcribit.

Indomitus, qui domari non poteſt.Vnde dicimus equum indomitum . Aliquando ponitur pro feroci . Vnde dici/ mus gentes indomitas.Aliquando pro magno.Virg.Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras?

Indubitatus,non dubitatus. Lactan.lib.ij. Pro confeſſo,et indubitato habitum eſt.

Induco,cis,pe.pro.proprie intro duco. Plau.Induc eam in domum. Quandoq; Inducere eſt perſuadere illicere,deci/ pere,inclinare.Lucil.Huius ego animum ſi induco,vt ab amore meretricis deſiſtat.Idem. Miſerum ſenem ſirenum cantu inductum. Cice.in Piſo.Hic In fraudem homines impulit.Hic eos quibus erat ignotus decepit fefellit indu xit.Quandoq; Abolere cancellare.Sueto.in Cęſa.Ampliſſi/ mis verbis collaudatum in integrum reſtituit inducto priori decreto. Vlpi. Cancellauerat quis teſtamentum,vel induxerat, Et alibi Multa inquit et deleta,et inducta, et ſuperſcripta inerant.Verbum id iuris eſt.Origo,eo, quod inducto chartis atramento,velut tectorio deleri,quę ſcri/ pta prius erant,contigit . Quandoq;,Fingere.Cice.lib.iij. offici.Hinc ille Gyges inducit à Platone.Quādoq; ingre/ di facere , vt Vide quo me inducas . Quandoq; Offir/ mare,vt Sic animum induco meum.Quandoq; Impone re,vt Solcę lignęę pedibus inductę ſunt. Quandoq; infi/ gere,vt Ita induxi in animum.

Inductio,perſuaſio abolitio,eſt et genus argumenti.Eſt.n. oratio, ꝑ quam ſit à particularibus, ad vniuerſalia pro/ greſſus.Vel inductio eſt oratio,quę rebus non dubijs ca ptat aſſenſionem eius,quę rei inſtituta eſt.

Inducię,pax caſtrenſis paucoꝝ dieꝝ.dictę ꝙ in diē dētur, inquit Ci.lib.offi.Vt ille qui cum centum.xxx. dieꝝ eſſent cum hoſte pactę īducię,noctu populabatur agros,ꝙ dieꝝ eſſent pactę non noctium inducię.Vel ꝙ in dies ocium ꝑbeant, Aurelius opilius inducias dici exiſtimat ab ini/ tu,et introitu,quoniā tempore induciaꝝ hoſtes inter ſeſe, vtrinq; vltro,citroq̄; alteri,ad alteros impune inire ſolēt, et introire.Aliter Gel.Gręci ἐκεχειρίαν, ab abſtinēdis ma/ nibus appellarunt . Nam per ceſſationem iſtam pugnę pactitiam non pugnatur,et manus cohibētur. Inducias primus inuenit Lycaon.Fędera Theſeus.

Indulco,cas, dulcem facio. Augu.lib.de Mi. Aquę in mo/ mento ligna tactu protinus indulcantur.

Indulcoro,ras,pe.pro.idem ꝙ indulco,vt apđ eundē aquę indulcoratę dicuntur.

Indulgeo,ges,ſi,ſum,et tum,ſm Priſcia.ſignificat obſequor conſentio, inſeruio,et facile concedo.Cice.in Lel.Sed obſe/ quium multo moleſtius, quod peccatis indulgens.i.con/ ſentiens pręcipitem amicum ferri ſinit.Idem Tyroni.In/ dulge valitudini tuę.i.molliter vaca,et quod lingua ver/ nacula dicimus,far carezze. Teren.in Heau.Nimium illi indulges.Vnde Indulgentia mollis eſt permiſſio,quę ſeue ritati opponitur. Quintilia. Mollis illa educatio, quā in/ dulgentiam vocamus neruos omnis et mentis et corpo/ ris frangit.Et indulgere eſt facilem,et clementē eſſe.Cice. lib.iij.Offi.Magnus vir imprimus, et qui perindulgens in patrem,idem ſeuerus in filium i.clemens,ac facilis et in/ dulgentia , clementia.Sta. Vultus,et egregie tanta indul/ gentia formę . Indulgentiſſimi imperatores dicti, ꝙ ſint benefici, propenſiq̄; ad ſacrificandum. Iteȝ Indulgere eſt

delicate intendere, et spatium maius dare. Virgil. Indulge hospitio, causasq; innecte morandi. Idem. Sin tumulis accline solum, collesq; supini. Indulge ordinibus. Item indulgere, parcere. Ambro. Vide q̄ bonus deus, et facilis indulgere peccatis. Idem. Nam dn̄s Iesus Christus crucifigentibus se nō maledixit, sed potius, vt eis indulgeretur, orauit. Hiero. cum accusatiuo iunxit. Misericordia inquit, est quia indulget nostra peccata. Item indulgere, tribuere. Ambro. Laudabunt etiam deus, qui tanta nobis remedia indulserit vitandę mortis. Sed hę significationes quasi in idem recidunt. Item Augere. Lucil. lib. iij. Tu, q ita indulges nimis manus abstinere à muliĕre melius est.

Indulgitas, pro indulgentia Sisen. Bassus assidua indulgitate victus.

Induo, duis, indui, indutum, ex in et duo, is. Cuius origo à gręco, δύω, quod ingredior significat, trahitur. Vn̄ ἐνδύω induo. Veteresq; dixerunt, pro dare, Duo, duis, et Dio, is, Plau. in Cas. Mea pręda est illa, proinde tute in laqueum ne duas. De verbo autem dio. Teren. in Phor. Dij tibi oēs, quod dignum est duint. Construitur autem Induo varijs modis. Nam quandoq; habet duos accusatiuos, sed ī passiua tantum significatione, et hoc apud poëtas, et historicos, non apud oratores, quos imitandos imprimis cēseo. Plau. in Epi. Quid erat induta? an rigillam induculas, an mendiculā impluuiatam? Virg. lib. ij. Deinde comantem Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum Induit. Cur. Iamq; nox apparebat, cum thoracem indutus, procedit ad milites. Aliquando vno tantum accusatiuo ꝯstruit, et tunc idē est, quod assumo. Quintil. lib. vi. Orbū agimus, et naufragum, et periclitantem, quorꝫ induere ꝑsonas, quid attinet, nisi affectus assumimus. Vbi verbuꝫ difficile facile declarauit. Sic Curtius. Loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus sumpsit Ci. lib. iij. offi. deponit enim ꝑsonā amici, cum induit iudicis. Hinc ex ꝯtrario deponit Induit significare ostendit. Sue. in Nero. Nullā bis induit. Aliquādo postulat, vt id quo quis induitur in accusatiuo ponatur, et his, qui induitur in datiuo, significatq; impono, immitto, assumo. Plaut. In Cas. Ocissimus sum omniū, qui viuunt. Loricam induam mihi optimū esse arbitror. Cice. lib. ij. de fi. Ex eius spolijs sibi, et torquem, et cognomen induit Ply. lib. xxxiij. Pessimum vitę scelus fecit qui annulum primus induit digitis. Sue. in Augu. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextro indueret per translationē ad animum dixit. Liui. li. iij. Adeoq; nouum sibi ingenium induerat, vt plebicola repente oīsq; aurę popularis captator euaderet. Aliqn̄ vltra naturalē accusatiuum, habet alium actūm cū in. Et tunc pro ꝯuerto, siue transformo sumitur. Virgil. lib. i. Geor. Contemplator iteꝫ, cum se nux plurima syluis Induet in florē. Cice. de diui. loquens de anhelitibus terrę. Cum autem se in nubeꝫ induerint, Apul. tamen lib. ij. fine in dixit, Nam aues, et rursus canes, et mures etiam muscas induunt. Similiter, cum huiusmodi accusatiuo significat inijcio, seu immitto. Cic. in Hortē. Et, vt docuit Anthiochus, in idipsum se induit, quod timebat. Gel. Æsopus ille è phrygia fabulator haud immerito sapiens existimatus est, cuꝫ quę vtilia monitu, suasuq; erant, nō seuere, nō imperiose ꝓcepit, et censuit, vt philosophis mos est, sed festiuos, delectabilesq; apologos commentus, res salubriter, ac ꝑspicienter animaduersas in mentes, animasq; hominū, cuꝫ audiēdi quadā illecebra induit. Deniq; cum ꝓ vestio capit, vltra accusatiuū ꝯstruit, cum ablatiuo sine prępositione eius rei, qua quis induitur. Cur. Deposita veste, quā habebat, arabica induitur. Cice. lib. iiij. ad Heren. Palla inaurata indutus. Quandoq; etiam in hac ꝯstructione pro illino sumit. Plaut. in Mus. Id eis vitiuꝫ nocet, atq; etiam nunc satis boni sunt, si sunt induti pice. Col. ad vites transtulit, pro onero, cum dixit. Nam ita se induunt vuis, vt nequeant capere maturitatem. Sumitur etiam pro ferio, cum ablatiuo instrumentali. Cęsar. lib. vij. Quin ordines ꝯiuncti inter se atq; implicit, quo q intrauerāt se ipsi accutissimis vallis īduebant, hos cippos appellant. Et iteruꝫ. Aut se stimulis inopinantes induebant, aut in scrobes delati transfodiebant.

Induuię ab induendo, indumenta, quibus quis īduitur sicut exuuię ab exuendo.

Indusium vestimentum corpori adhęrens quod mox supra subuculam sumebatur, quasi intusium, sicut palliuꝫ, et palla vocata, et foris supra indusium, à quo Indusiatus dicitur qui huiusmodi veste est indutus. Plaut. in Epi. Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam. Var. Intusium dicit cum ait. Vnum quod foris, ac palàm palla alterum quod intus, à quo intusium.

Indusiarij dicuntur qui conficiunt indusia.

Industria est ingenium, seu ars, qua aliquid struere sumus idonei, quamuis pro ingenij, siue artis exercitatione quandoq; sumatur. Cice. Vtrunq;, complexus est cum inquit. Vt industria nostra tuę morem geramus voluntati.

Industrius, non industriosus dicitur, quod antiqui industrius dicebant, pro ingenioso, et pro eo, qui multę industrię est, et aliquid struere semper nititur. Cice. ad Heren. Nimirum hęc causa est huiusmodi, quaꝫ nec industrius, nec misericors, nec officiosus deserere potest. Hęc antē duo nomina composita censeo deriuata tamen ab instruo. Vnde Festus. Industrium antiqui dicebant intustrium, quasi quicquid ageret intro strueret domi.

Industrie aduerbium, Collu. Higinius verum authorū placita secretis dispersa monumentis industrie collegit.

Inebrior, aris. Vide in dictione Ebrius.

Ineffigiatus, ta, tum, informe, quod non est factum ad aliquam effigiem. Gel. Namq; vt illa bestia foetum ęderet ineffigiatum, informemq;, lambendoq; id postea, qd̓ ita ędidisset, conformaret, et fingeret.

Ineo, nis, iui, vel inij, itum, pe. cor. et eo, significat incipio. Salu. Quapropter vos moneo, vt forti atq; parato aīo sitis, et ꝓlium cū inibitis, memineritis vos diuitias, decus, gloriā ꝓterea libertatē, atq; patriā in dextris vestris portare. Et inire est ingredi. Plau. in Cas. Tu mō ꝑspicito qd intus agant, si tu iubes, inibitur tecum i. intrabitur. Ideꝫ. Inijt te vnq̄ febris? Item mereri assequi, lucrari, obtinere comparare. Teren. Vt gratiam ineam sine dispendio. Hoc aūt fit, cum nouis, et ignotis fauorē, et amicitiaꝫ alicuius adipiscimur. Et dicimus. Ineo grām tecū. Ineo grām tuaꝫ et Ineo gratiā à te. Te. in Eu. Ab eo grāꝫ inibo. Quādoq; Tractare consultare, vt Ineo pacem tecum, Ineo bellum, Ineo foedus, Ineo rationem, Ineo viam. i. inuenio. Cuius participium absolute positum, maioribus rebus adhibet, vt Ineunte adolescentia. Ineunte vere, anno, mense, seculo, lustro, bello. i. ingrediente. Rursus Inire est concumbere. Ply. Sed asini, q equas ineant, optimi legendi sunt. Hinc Initor, pe. cor. pro ꝯcubitore, et Initum pro coitu poni cōsueuit. Item capere, vt Ineo fugam. Virg. Sępe leui somnuꝫ suadebit inire susurro. Item facere. Plau. in Cap. Qui cōsilium iniere, quo nos victu, et vita ꝓhibeant. Itē Consyderare, intelligere. Teren. in Phor. Hęc cum rōne ineas, q̄ sint suauia, et q̄ chara sint ea q ꝓbeat. Do. Ineas, ītelligas ęstimes. Ab Ineo fiunt Initium, initio, tias. et initiarius.

Initor, pe. cor. Concubitor, et Initus concubitus.

Inito, tas. pe. cor. frequentatiuum ab Ineo. Diome. Ineo, nis, inito dicimus, vt Pacu. Loca arida initas.

Ineptus, ex et in aptus. Cice. lib. ij. de ora. Ineptus nomen habere videt, ꝙ non sit aptus. Idq; sermonis nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut tp̄s, quod postulet non videt aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum qbuscum est, vel dignitatis, vel cōmodi rōnem non habet aut deniq; ī aliquo gn̄e, aut incōcinnus, aut multus ē, is ineptus dr̄. A' q̄ ineptia. Ineptitudo, et ineptulus dimi.

Ineptio, tis, iui, itum, ineptias facio. Lactan. de opi. Vereor ne huiusmodi portenta, et ridicula refutare, non minus ineptum esse videatur. Sed libet ineptire, qm̄ cum inepto inepto agimus, ne se ille nimis argutum putet.

Iners,ex in,et ars ſignificat eum,qui ſine arte eſt. Cice.lib.iij.de fi.Sed luſtremus aīo has maximas artes,quibus q carebant,inertes,à,maioribus nominabant. Quādoq; et iners capitur,pro ocioſo,et ignauo,qui nihil artis operat, vel quaſi neſciat opari. Virg.lib.iiij.Geor.In medium,ſeu ſtabit iners,ſeu perfluet humor.Do.in Adel.Intelligamus aliter dici,nō inertē Socratē aliter non inertem ſeruum.

Inertia,inertis vitiū, quę ſic ſumi pōt in ſua ſignificatiōe, vt de inerte dictum eſt,licet ꝓprie ſit artis ignoratio.Col. ī pfa.li.ij.Nō ergo fatigatione,quēadmodū plurimi crediderunt,nec ſenio, ſed nr̄a inertia nimis benigne.Cice.li.i. ad.Qu.Fratrem.Duo illa relinquamus inertię noſtrę.

Inerticulus diminutiuum qui eſt parum iners.

Inerticula,genus vitis,abud Colu.boni vini,et innoxię etiā nomen habet,ꝙ iners habetur in tentandis neruis, quā uis in guſtu non ſit habilis.Sola etiam temulentiam nō facit.Vnde rectius Sobria dici deberet.

Inenormis, non enormis,hoc eſt moderatus.Apul.Inenormis proceritas.i.non nimis procera.

Ineſco,ſcas.Vide in dictione Obeſco.

Inexplorato aduerbiū ſignificat ſine exploratiōe,et inqſitione.Liui.lib.vi. Inexplorato pabulatum cohortes miſere.

Inexputabile , quod numerari non poteſt . Col. lib.x.Nam inexputabilis erat numerus.

Inexercitus,inexercitatus,et torpens.Tertul.Epicurei deum ocioſum eſſe,et inexercitum aſſeuerant.

Inexhauſtus,ſta,ſtu3,nunq̄ deſinens; vnde diuus anaſthaſius pro xp̄i equidem amore à vobis membratim cōcīdi optaueram , veꝝ ſi huius, quem,et nominamini obitus mecum manet gratias deo meo inexhauſtas replico,qui me ſuorum martyrum participem glorię dignatus eſt facere,tam paruo ſupplicio.

Inerrantes nō errantes.Lac.lib.ij.Stellaꝝ,vel inerrātiū, vel vagaru3 diſpares curſus orbis ille du3 vertitur exhiberet.

Infabre,pe.pro.ſignificat foede,ſicut Affabre,pulcre.

Infamia,mala fama.Hiero. Quod illum teſtimonio martyris ab infamia vindicaretur.

Infamis,et hoc infame,pe.pro.quod habet malam famā. Hiero.ad Pāma.Quis pro īfame opus ſeipſu3 voluit infamari ? Infamis, dictus eſt ab antiquis digitus medius propter ignauiam quoniam indigere videatur alioꝝ defenſiōe.Perſi.Infami digito et luſtralibus ante ſaliuis Expiat.Iuue. Mediumq̄; oſtēdere vnguē.Na3 olim,q medio tanq̄ per indicem monſtrabatur,arguebatur infamię.

Infamo,mas,pe.pro.īfamia officio.Hiero.Si originē nunq̄ ſecutus ſu3,fruſtra infamare me cupitis.Quint. Deinde cū ſe iactaret eodem modo dicere Senecam infamauit.

Infans ſubſtantiuū dicit puer,qui nōdum fari cępit.Quod de brutis,et auibus dr̄.Plyni. Quadrupedes infantes ſuos cognoſcunt . Idem Veſpertilio volucrum ſola lacte nutrit vbera admonens,geminos volitat amplexa īfantes. Hor. tn̄ infantes dixit ſtatuas quę fari nullo modo poſſunt.Nā fari vt inquit Var. eſt ſignificabilem aliquam vocem exprimere. Adiectiuum Vero capit,quaſi pro paruo.Idem de boleto. Nec tunicę minor gratia in cibo infantis boleti.i.parui et nondum adulti.Interdum dr̄,infans non facundus Cice.in Bru.Ipſum Scipionem accepimus,non infantem fuiſſe, Per tranſlationem ſumitur,pro ſtulto et quaſi loqui neſciente. Ex quo infantior et īfantisſimu s.i. ſtultior,et ſtultisſimus, et ineloquentisſimus.Cice.ad Heren.In ſophiſtas inquit infantisſimi inueniuntur.

Infantia,ę,ętas infantilis,et quandoq; ſtulticia dicitur.

Infantile, pepro. quod eſt infantis.Augu.li.i.Con.Imbecillitas membroꝝ infantiliū innocens eſt, nō aīus īfantiū.

Infandū,à fando ſumit,qđ vix fari qs poſſit.Vir.Infandū Regina iubes renouare dolorē.Ponit non nunquā ꝓ interiectione.Virg.lib.i.Geor.Infandum ſiſtunt amnes terręq; dehiſcunt.

Infartio,tis,impleo. Ply.lib.xxxiij.Quid non Africa,Hiſpaniaq̄,ex terra parietes quos appellant fornaceos,quoniā fornaceum,modo circundati vtrinq; duabus tabulis verius infarciuntur,q̄ inſtruuntur

Infatuo,tuas,fatuum, ſine ſale, ideſt ſapientia facio.Fit.n. à fatuus, vbi in,vel auget,vel ſuperflua eſt. Hierony.ad Rus.Quid Salomone ſapientius?attamen amoribus foeminaꝝ īfatuat.Infatuę mulieres dictę ſunt, quę faunoꝝ ludibrijs attingunt.Et ſimuliter Infatuati viri, quos nunc vulgus ſpiritu plenos nominat, qdam et dęmoniacos.

Infenſus,qui ira in aliuum elatus eſt,et odium gent.

Infero, pe.cor.intus pono, ſeu intro porto.Plau. in Amp. Neq; meum pedem huc intuli.Interdum Inijcio.Lactan. lib.ij.Non placebat Perſio,ꝙ aurea uaſa templis inferantur. Interdum Inferre ponitur,pro inijcere,Idem lib.iiij. Nefandas manus deo ſuo intulerunt. Liui.lib.ij.Adeo cōcitato impetu ſe intulerant Hetruſci, vt funderēt ipſo in Incurſu Aricinos. Interdum facio,vt intuli damnum.Lactan.lib.v.Patientia eſt malorum, quę inferunt,aut accidunt,cum ęquanimitate perlatio. Interdum ſubijcio,ſeu appono.Ide3 lib.i. quod claꝝ fiet exēplo, qđ īferemus.Interdum introduco Liui.li.i.Lucus erat, que3 medium ex opaco ſpecu fons perēne rigabat aqua. quo quia per ſępe. Numa ſine arbitris,velut ad cōgresſum deę inferebat,camęnis eum lucum ſacrauit. Iolerdu3 ꝓ ingero.Cic.lib.i. offi. Turpe eſt, et valde vitioſum in re ſe vera conuiuio dignū,aut delicatū aliquē inferre ſermonē. Interdum ꝓ ꝯcludo.Sene.Cum his argumentis,quod propoſuerat intuliſſet.interdū,ꝓ ꝯtra fero.Cęſa.lib.i.Romani ꝯuerſa ſigna bipātó ītulerunt.Inferre arma,eſt bellum gerere,Ci. Octa. Quibus cogitas arma inferre?Inferre crimē eſt imputare,ſeu obijcere.Idē in Lel. Addendum eodē eſt,vt ne in criminibus, aut inferēdis delectetur amicus,aut credat oblatis.Stuprum inferre eſt immittere,ſeu infigere.

Inferię ſacrificia, quę inferis ſoluuntur.Virgi. Viuentes rapit inferias,quos immolet vmbris.

Infernus,pro infernorum loco,in ſingulari gene.maſcu.in plurali neu.Hiero.in para.Deglutiamus eum,ſicut infernus viuentem.Et in Iob.Ducunt in bonis dies ſuos,et in puncto ad inferna deſcendunt.

Infernus,na,num,quod eſt infra , ſicut ſupernus,na,num, quod eſt ſupra.A quo inferne aduerbium.

Infernas,natis,ſicut Supernas,natis.Ply.Et ideo Romę īfernas abies ſupernati pręfertur.

Infernalis, et hoc infernale, ab infernus fit,cum eſt adiectiuum.Vnde infernales furię.

Inferus,ra,rum,pen,cor.ab infra dictum eſt. Vnde inferi, quibus inferius nihil eſt.

Inferꝰ mare Tyrrhenū,ſicut ſuperum Adriaticū,ꝙ ex vrbe Roma verſus Adriaticum euntes ferè ſemp aſcendūt.Cōtra ad vrbem,et mare Thuſcum venientes deſcendunt.

Infeſtus,q alicui malum infert,et eſt plusq̄ inimicus.Iāq; aduerſus eum fert.Et infeſtus dicit, cui aliunde malum impendet,et cui alter infeſtus eſt,et inimicus.Cice.Dolebā iudices , et acerbe ferebam, ſi huius ſalus,ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior, ꝙ is meam ſalutem,atq; vita3 ſua beniuolētia pręſideo,cuſtodiaq̄; texiſſet.Nigidius.Infeſtus, à feſtinando dici putat . Qui enim inſtat alicui eumq̄; properans vrget , et opprimere eum ſtudet atq; feſtinat, vel contra de alicuius periculo,et exitio feſtinat,is vterq; infeſtus dicitur ab inſtantia fraudis, quam vel facturus alicui,vel pasſurus eſt.

Infeſta ſigna dicuntur,quę aduerſum tendunt, hoc eſt vexilla in hoſtem euntia,vt moleſtiam inferant.

Infeſtum mare habere,ſignificat latrocinando mare infeſtare.Cice.lib.iij.de Repu.Nā cum,quęreret ex eo,quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone eodem inquit,quo tu orbem terrę.

Infeſto,ſtas, crebris curſibus moleſtiam infero. Vnde infeſtatio moleſtatio.

Infeſtiuus, qui neſcit,vel non eſt idoneus,ad dicendas vrbanitates.Gel.Homo ſubagreſti ingenio,et infeſtiuo.

Infibulo,

Infibulo,las,pe.cor.Vide in dictione Fibula.

Inficio,cis,pe.cor.ex in, et facio,significat intingo. Hiero. Quasi ipsa ea deniq; lana,cum inficitur sanguine cõchylij, vel muricis vertitur in purpuram.Per translationem sumitur,pro vitio,seu maculo.Liui.Hoc luxu,ẽ peregrinis infecti moribus.Et Inficere venenare.Virg.li.ij.Geor.Quo non presentius vllum pocula siquando seuę infecere nouercę.Ply. lib.xi.Nimio fumo inficiuntur apes. Hoc verbum Diome. A fuco componi existimat. Dicit enim Facio conficio,Fuco,inficio.Sed aspera nimis videtur cõpositio,licet à significatione non abhorreat. Sed cur nõ à Facio quãdoqdem Inficio,quasi intus facio significare põt?

Infectus,cta,ctũ,ab inficio,idẽ est, quod intinctus maculatus,venenatus.Sue.de Cali.Inuenta,et arca ingens variorum venenorum plena , quibus mox à Clandio demersis infecta maria traduntur , non sine piscium exitio.Sene. Diu in istis vitijs iacuimus, elui difficile est.Non enĩ inquinati sumus, sed infecti.Cice. lib.i.Thusc.Sed nos vmbris, delitijs,ocio,langore,desidia aĩum ĩfecimus.i.polluimus,corrupimus.Cũ aũt sumit pro nõ factus,ↄponit ex in,et factus,vt infecta pace,infecto negocio. Plaut.ĩ Cap. Quod male feci crucior modo,si infectum fieri posset.

Infectus.ctus,accipitur pro tinctura.Ply.lib.viij.De lanarũ infectu suo loco dicemus.

Infectores,qui alienum colorem in lanã conijciunt. Plaut. Incedunt infectores,crocotarij,offectores.Offectores sunt, qui proprio colori nouum inficiunt.

Inficior,aris,deponẽs significat nego. Vñ Inficiationes,quę sunt debitę rei negationes,cum per creditorem,à debitore deposcitur. Oui.lib.xi.meta.Stabat opus,preciũ rex inficiatur. Et proprie Inficiari est verbo quicq̃ negare factus, quasi infectum, et contra id quod factum est ire.Vñ ad facta,non ad dicta pertinet. Nam siquis aliquid se dixisse fateatur non sic conuenire videtur, vt id aduersario inficior,vel inficias eo,ita,vt inquis esse,sed nego.

Inficias tantum accusatiui casus,et pluralis numeri,et solũ cum eo,is,iungitur, et sine prepositione,vt Hicĩficias iturus est,seu ibit.Componitur enim ex in,et non,et facio,

Inficiator, qui negat se,vel debere,quod actor petit,vel cõmisisse,quod accusator obijcit.Cice.lib.i.de ora.Nõne intelligebat, vt si inficiator probasset iudici ante petitã esse pecuniam,q̃ esset deben cępta.

Inficialis status dr̃ ↄiecturalis in quo semper reus ĩficiat.

Infidus,da,dum,pe.pro.Vide supra in dictione Fidelis.

Infimus,a,um,ab infra, seu ab inferus superlatiuum est.

Infimates,pe.ꝓ.dicti sũt,sicut summates,quę sũt opposita Plau.ĩ Sti.Sũmates viri,atq; ĩfimates.Nã sũmates dñr q ĩ sũmo sũt.Infimates, q ĩ ĩfimo.Plau.Infimatis ĩfimus.

Infimo,as,pe.cor. Infimũ facio.Est.n.ↄtrarium Sublimo Apul.lib. de demonio socratis. Ingenia illa ad beatitudinem sublimata sint.Hęc ad miserias infimata.

Infinitiuus modus,sine alterius verbi adminiculo poni solet,vbi subintelligit. Vere ne ita est?vt Me ne ĩcepto desistere victam?Plus enim potest infinitum tp̃s ad significandum,q̃ finitum.Teren.in Eu.Inuidere oẽs mihi,pro inuidebant. Iõ ãt dr̃ ĩfinitus ꝙ alij modi definiunt ꝑsonas primam secundã,et tertiam.Hic aũt sine ꝑsonis est, et hꝫ ꝓfinitum tẽpus p̃ns,ꝑteritũ,et futuꝝ, vt amare p̃ns amasse ꝑteritum.amatum ire futuꝝ.Ecce vides designare tm̃ tempora, nõ ꝑsonas.Amare enim nescitur ꝑsona.nisi velis iungere.Te amare debet ille.Tunc quasi fit finitꝫ. Si autem nõ subiungas ille, vel iste,vel ipse fit infinitus modus.Nam et numero singulari,vel plurali infinitus ẽ. Cum enim dico amare,nec finitum est vtrꝫ de me vno, an de pluribus dicam.

Infinitas, atis,Ci.lib.i.offi.vt.n.ab illa disedat ĩfinitate propior ẽ eiusdẽ gẽtis natiõi lĩguę q̃ maxĩe hoĩes ↄiũgunt.

Infirmus,nõ firmus.Vnde ĩfirmitas,inualiditas, nõ ęgrotatio, cum qs nondum firmus,vel ętate, vel ęgrotatione est.Cice.Vt enim infirmitas pu ęrorum,et ferocitas iuuenum. Aliqñ tñ ĩfirmus pro ęgrotante, et Infirmitas pro egrotatione,Vnde Augu.Infirmi,aliqñ dicuntur ęgrotantes.Et in euangelio Infirmitas hęc nõ est ad mortem.

Infirmo,as,nõ firmũ facio,hĩ est inualidũ,vt apud Esaïas Dñs exercituũ decreuit, et qs poterit?aliqñ infirmare est ęgrotũ esse.Et in euang.cuius frater lazarus infirmabat.

Infligo,is.pe.pro.infero,incutio.Aug.li.ij.de ciui.dei. Itane tandem Scipio laudas hanc poëtis Romanis negatam esse licentiã, vt cuiq̃ opprobriũ infligerent.Romanorꝫ, cum videas eos nulli deorum pepercisse nostrorum?

Inforo,as,pe.cor.à foꝝ cõpositum,sig̃at dico,seu in forum diuulgo,seu in foꝝ voco.Plau.in Cur.Licet ne inforare? si incomitiare,nõ licet?,Nõ ĩforabis me qdẽ,ne mihi placens tuũ profecto,nec foꝝ,nec comitium.Aliqñ componitur ex in,et foro,ras,quod est intus foro.Ply.li.xij.Timebant prisci truncum findere, mox ĩforare ausi medio,ipsiq̃; medullę calamum imprimebant,vnũ inserentes.

Infra, ab in nasci vr̃,cuius sig̃atio nota est.Et sine casualibus qdem,aduerbiũ est adiuncta vero ꝑpositio, vt ego te eẽ ĩfra oẽs ĩfimos puto.Facitq̃; ex se Inferus,à,ꝫ, ĩferior, ĩfimus,ĩfernus.Nã aduerbia hmõi localia ꝑpositionꝫ loco ponunt,et ediuerso,vt ĩtra viscera ,p ĩuiscera.Absq̃; lesione,pro extra lęsionẽ,et in adulteꝝ dixit,ꝑ cõtra adulteꝝ.Docet Laur.Valla.Infra ad dignitateꝫ,et locum referri,vt Infra dignitatẽ meaꝫ est,et infra tectũ. Intra ad numeꝝ,et spaciuꝫ. vt Infra viginti dies,et intra muros,non aũt infra.Sed hanc differentiam minus seruatã video, ꝙ infra ẽt ad numeꝝ pertineat.Ply.li.xi.Oua incubari,infra decem dies ędita vtilissimuꝫ vetera,aut recentiora infoecunda.Aug.de Petri cathedra. Tamen cum ĩfra quadragesimę dies hęc solẽnitas venerit facer̃ eam nobis debet sanctoꝝ dierum reuerentia gratiorem. Habet autem infra relatiuum supra,sicut intra,extra,sup,subter.

Infringo,is, valde frango . Vnde infractus. Interdum infringere est illidere.et infligere.Teren.in Adel.Plus qngentos colaphos infregit mihi.

Infractus,valde fractus. Virg.Turnus,vt infractos aduerso Marte Latinos. Aliquando dicitur non fractus,vt vir ĩfracti animi.idest,qui nullis rebus aduersis frangitur.

Infractio,non modo,pro non fractione,sed etiam pro corpore ponitur.Cice.In quem cadit ęgritudo,cadere in eum timorem,infractionemq̃; animi.

Infrendere proprie significat dentes irascendo quatere.

Infrendes dicunt pueri, sine dẽtibus,qui frendere nõ p̃nt.

Informare,est in formã componere.,Vir.lib.viij.His ĩformatum manibus ꝑ translationẽ dixit Amb.Quos bonus pastor informat.Et lib.offi. sicut Tullius ad erudiendus filium, ita ego quoqꝫ ad vos informandos filios meos.

Infrio,as,Vide in dictione Frio.

Infumo,mas,pe.pro.ad fumuꝫ sicco,sicut insolo, ad solem sicco.Plau.Atqꝫ bilas infumatas,et sumen.

Infumibulum spiraculum,per quod fumus exit.

Infulę,pe.cor.fascię sunt in modum diadematum,vt inquit. Ser.super lib.x.Ænei. à quibus dependent vittę, ab vtraqꝫ parte. Fe. Infulas sacerdotum filamentum vocabant.Alij scribunt infulas filamenta alba esse,qbus templa ornabant,et moris fuisse,vt nubentes prius, q̃ mariti domũ ingrederent, infulis postes ornarent.Iuxta primuꝫ sensum.Amb.lib.offi.sumpsisse videtur,cuꝫ inquit.Ego raptus de tribunalibus,atqꝫ administrationis infulis sacerdotum docere vos cępi, quod ipse non didici.Hinc Infulatus,ta tum quod est infula ornatum .

Infundo,dis,Vide in dictione fundo.

Infundibulum,instrumentum,quo in vasa liquores infundimus.Cato.In cella olearia hęc opus sunt dolia olearia,ẽ opercula,sestarium,olearium vnum, labellum vnum,infundibula duo.Rustici nostrates luram vocitant.Antigores os vtris luram dicebant , vnde lurcones capacis gulę homines,vt Lemargi nomen acceperunt.

Infurnibulum pala,qua panes infurno disponunt.

Inguinius, vrbs in liguria opibus ac vetustate nobilis nūc Albinga Proculo Impatore Ro. alūno et ciue ornata. De q̃ Entropius sic scribit. Proculus pria, albīgatū in alpibus maritimis. Idē fuit nobilis, sed maioribus latrocināribus.

Ingeniū à gignendo, propria natura dr̄ cuiq; ingenita. Salu. lib. iij. Histo. Castrusq; collatis pugna tn̄ ingenio loco phibebat. Teren. Nā q, cū ingenijs cōflictat eiusmodi. i. cum hoibus eiusdem naturę. Est et ingeniū vis quędam naturalis nobis insita, suis viribus pualens ad inueniendum, quod rōne iudicari possit. Ci. li. v. ð. fi. Vna ingenij appellat docilitas, et memoria, easq; virtutes, q hn̄t, ingeniosi vocant. Vn̄ pclara, et obtusa ingenia dicimus. i. acuta, et rudia. Hinc ingeniosus, qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habet.

Ingeniculari, significat genu flectere.

Ingeniculus, signum in cęlo qđ gręco vocabulo engonasin noīant. Firmicus lib. vi. Ingeniculu; q engonasin ī extremis ptibus pisciū orit h̄ sydere nati erūt mēdaces fugaces callidi. Hic est hercules, vt Higinus docet, q dextro genu nixus sinistro pede capitis draconis dextram partē opprimere conatur.

Ingeniosus. Vide in dictione. Ingenium.

Ingenuus q in libertate natus est, ē ab ingenuorū antiquitate vt Boieti. ī top. ingt gētilitas ducit. Siue ex duobus ingenuis editus, siue ex duobus libertinis, siue ex altero libertino, et altero igenuo. Et ē reltr̄ libertinu. Est. n. libertinus q iusta seruitute manumissus est. Vn̄ interrogare h̄ modo solemus. Ingenuus ne. an libertinus es? i. liber natus an pututte liberatus? siue ex libertop gn̄e ortus. Hinc Ingenuitas q̄ opponit libertinitati. Hinc de diua Agatha. scribit. Sūma ingenuitas ista est in qua seruitus Christi cōprobatur. Rursus Ingenuus dr̄ naturale. Iuue. Ingenuū violarēt marmora tophū. Lucre. Vn̄ mare, igenui fontes.

Ingenue aduerbius libere et simpliciter. Sic ingenue loqui dicimus eum q ita loqtur, vt liberp hoiem decet, nihil timidum, nihil habens seruile. Quando liberi homines naturaraliter fraudem oderunt, quod seruile non est, sed ad hominem ingenuum pertinet.

Ingenuatus, ingenue procreatus, ingenue vitam ducens. Plau. in Mil. Ingenuatus esset.

Ingemo, mis, pe. cor. valde gemo. Virg. Daphni tuum pęnos etiam ingemuisse leones Interitum.

Ingero, ris, pe. cor. immisceo, immitto. intro gero. Leo Papa. Nouit, cui adhibeat ęstus cupiditatis, cui illecebras gulę īgerat, cui apponat incitamēta luxurię. Aug. Quid facio ego mō cū loquor? strepitū verbop īgero auribus vestris.

Inglorius, ria, rium, quod est sine gloria. Cui priuum est inclytum. et gloriosum. Hiero. Ad Mar. Sed anima habitāte in corpore fiat inclytum, quod ante inglorium fuit.

Ingluuies refertur, tam ad gulę, q̄ ad ventris (quod ante inglorium fuit) capacitatem. Ex quo interdum accipitur p gulonum bellnatione et voratrina. Gel. noīa generaq; edulium, et domitalia cibop profunda ingluuies inuestigauit. Apul. Accipit p gurgulione cum att. Restis ad Ingluuiem adstricta. Sumit, et pro sinu gutturis, et capacitate in auibus potissimum, quo merguntur recentia cibaria, vt gallinę palumbes pdices cętera ferè carent eo sinu, sed gula patentiore vtuntur vt corui cornices.

Ingrandesco, scis, dui, grādis fio. Colu. li. x. At circa Kalēdas Martias, locis apricis, si porp, si iam ingranduit trāsferre.

Ingrauesco, scis, valde grauis. i. molestus fio, et quasi opprimo. Hie. in lib. Gene. Nō est herba gregibus seruop tuorum ingrauescente fame in terra Chanaam. Augu. li. v. pfes. Et ingrauescentibus febribus iam ibam, et peribas.

Ingratis significat me nolente, et nobis nolentibus. Plau. in Amph. Ingratis excitauit.

Ingredior, eris, ssus, Vide in dictione Gradior.

Ingruo, is, nō proprie, sed per translationem, significat inuado, immineo, et impetum facio, à gruum proprietate duplici, Prima q more agminis conuolant. Altera, q clamore simili vtunt, vt Milites in pręlio ineundo. Plau. in Amphi. Nostri contra īgruunt vicimus ui feroces. Lactā. lib. ij. Si sęua tempestas, si grando ingruat, ad deum confugit. Colu. li. ij. etiā ingruēte hyeme frumenta iacimus. Dr̄. n. de bello, de pluuia, de tēpestate, de ruina, et hmōdi.

Ingurgitare ē, quasi in gurgitē, atq; voraginem immittere. Plau. in Cur. Vide vt ingurgitat impura ī se merum auariter plenus faucibus. Apul. li. iiij. Quę diebus ac noctibus nil quidq̄ rei q̄ vep sęuiēti uentri tuo soles auiditer īgurgitar. Lact. li. iiij. Aliter. Sicut sus ingt, q̄ se igurgitat cęno.

Inguina. pe. cor. sunt genitalia, tam foeminap, q̄ virorum. Mar. Accessi. quotiens ad opus, mistisq; mouemur Inguinibus. Sue. in Nero. Virorum, ac foeminap ad stipitem deligatorum inguina inuaderet. s. ore.

Inguinaria herba, quę sedat dolores inguinis, hanc Argemonem vocant.

Inhalo, as, p. p. halitū ïspiro, ē Exhalare haliū emitter. Cic. ī Piso. Cū isto ore foetido teterrimā nobis pcpinā ïhalasses.

Inhęreo, res, inhęrens, vel fixus sto. Colu. lib. iij. Cacumina deinde oliuę, ficut matri inhęrent vtraq; parte adraditio, et ita fissurę fici aptato, cuneumq; eximito.

Inheresco inhęrens sto, Colu. li. ij. Perexigua pspergit aqua gleba, manuq; subigitur. ac si glutinosa est, quamuis leuissimo tactu inhęrescit, et picis in morē ad digitos lentescit habendo. Cice. lib. iij. de na. deo. Promissum est, vt si qua minima bestiola conaret irrumpere in sordibus aurium, tanq̄ in visco inhęresceret.

Inhibeo, bes, pe. cor. ex in, et hēo, Vide ī dictiōe. Prohibeo.

Inhio. as, proprie significat valde os aperio. Per transla. Ponit p valde cupio. Nam q nimis pcupiscit, ore Patulo incumbit rei expetitę. Et mō cus dtō modo cum actō construit. Apu. lib. ij. In quo rosę virgines matutino rore fluebant, his inhians propius accessi. Cor. Taci. Pariter hortis inhians, vt sit inhiare hortis, quasi desyderium, et cor apponere. Gel. lib. i. Dum eius mortem inhio egomet vino mortuus inter uinos. Plau. hereditatem inhiat, quasi esuriens lupus. Sta. Frater nos inhiantem obitus.

Inhonores, q ignobilis sunt, et sine honore. Amb. lib. i. offi. Contra antē iustos inopes degeneres inhonores. sine libe ris. Et Ply. lib. v. Inhonores ciuitates dixit.

Inhorreo, valde horridus sus à quo inhorresco, valde horridus fio. Ply. li. x. Inhorrescunt edito ouo, excutiuntq; sese, et circūactę purificant. Aliqn̄ inhorrescere, est intus horrescere. Virg. lib. i. Geor. Spicea iam campis cum messis inhorruit, et cum Frumenta in viridi stipula lactentia turgent. i. horrida facta est, et intus formata. Hier. i Dial. Attid, vel frigore inhorrescimus, vel febri exardescimus.

Inhumanus, non humanus sed diuinus. Apul. li. v. Lauacro pulcherrimo, et inhumanę mensę lautitijs eas opipare reficit. Aliâs inhumanus dicitur crudelis.

Inibi, pe. cor. ex in, et ibi, quasi intus ibi, vel in hoc, sine in eodem loco, Apul. Multa inibi dicta sunt, quę cōmemorare non est opus. Plaut. Nos domū pperamus, vos inibi adeste. Aliqn̄ sigat mox. Cęci. Liber ne es? non sum. verum inibi est. Aliqn̄ sigat inter istos. Plau. in cap. Pater captiuos pmercatur alios tm̄ studens, ut natum recuperet, et inibi emit olim amissum filium, Aliâs ponitur pro sic.

Ininde significat, ex eo loco. Liui. Ita exercitus ininde domos abducti.

Inijcio, cis, pe. cor. pprie ītro iacio, imitto, inecto. Plau. Anteq̄ hec in domū inijcias. Teren. in An. Quę sese in ignē inijcere voluit phibui. Aliqn̄ in aliqd iacio, vt apud eundem. Inijciā in eū manū. Vn̄ manus iniectio dr̄ venditatio rei nobis debitę, nulla iudicum anthoritate expectata. Quin. Patri in filium, patrono in libertū manus iniectio. Pau. Si Titius seruū vendidit ea lege, vt si Romę moratus esset manus inijcere liceret. Emptor alij eades lege vendidit, et seruus fugit à scdo emptore, et Romę morat. Quero, an sit manus iniectio, et cui. Virg. Iniecere manus parcę, hoc est traxerunt debitum sibi. Aliqn̄ Inijcere est,

cum impetu iacere, seu immetum facere. Oui. Qua centum qsq; parabat Inijcere anguipedum captiuo brachia cęlo. Aliqñ simpliciter iacere. Plau. i Epi. Tragulam in te inijcere adornat. Idem in Cap. Inijcite huic manicas mastigię. i. innectite. Et in Cas. Iam pol ego huic aliques in pectus inijciã metũ. i. ĩmittã. Liui. lib. i. Iniectę Turno catenę. i. impositę. Aliqñ incipere. Vñ iniciũ. Vale. maxi. lib. ij. Inijciã stilũ tã nrę urbis, q̃ cęteraꝝ gẽtiũ. Huius ꝯpositũ ẽ Supinijcio. Virg. li. iiij. Geor. Et raras supinijce frondes.

Initium, ceptum, ab Inijcio, is.

Initia, ciorum, sacra dñr. Vnde initia Cereris. Var. lib. ij. de re rusti. A' suillo pecore ĩmolandi initium primũ sumptũ vr. Cuius vestigia, ꝙ initijs Cereris porci immolant, et ꝙ inicijs pacis foedus cum feritur, porcus occidit. Alio nomine initiationes nuncupantur, quę vt ait Tertu. semper arcent profanos, et arbitris carent.

Iniciationes, idem quod initia. Vide in Inijtio.

Initio, as, sacris imbuo. et ritu sacroꝝ instituo. Vñ Initiatus sacris ĩter religiosos ascitus, et cultui cerimoniaꝝ dedicatus. Cice. Diligentissime faciendũ est, vt inicient eo ritu cęteri, q̃ romę iniciant. Hiero. i Exo. Postq̃ inicianeris manus eoꝝ. i. ꝯsecraueris, et sacris addicaueris. Cice. ait Mysteria appellari initia, qbus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus tanq̃ ea sint vitę principia. Dies initioꝝ dñr à Iunio qbus solẽnia sacrificia celebrabant qbus nefas erat inesse non initiatos. Aliâs Initiari est inchoare et auspicari. Firmicus. Ver Initiat cũ primã arietis partem sol fuerit ingressus. Est et initiari cum pueri à lacte et à cunis transeunt vt cibo firmiori alant. Nam apud Var. legitur initiari pueros edulię, et potręę, et cupedinis edendi, et potandi, et cubandi. Reperitur etiam initior deponens, vt in ps. Et initiati sunt beelphegor. est et initiare incipe.

Initiarius, ria, rium, quod ad initium pertinet. Quintil. li. i. Neq;. n. est sanctius sacris ijsdem, q̃ studijs initiarijs.

Iniquus, ab in, et ęquus. ę. in i, productã, conuersa, et idem est, qd nõ planus. Vñ loci iniquitatem dicimus. Per trãslationem vero de hominibus impijs, seu improbis dr, et iniquitas, ꝑ iniusticia sumitur. Iniquitas (vt Spcu. ait) ẽ habitus, q lege despicit, Aliqñ capit ꝑ magno. Vir. Iniquo põdere rastri. Aliquando pro angusto. Idem. Verum hęc ipse quidem spatijs exclusus iniquis Pretereo.

Inimicus, qui non est amicus, et priuatus est, hostis publicus. Sue. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter necdum planè inimicus, aut hostis.

Inimicor, aris, deponẽs, inimicitias exerceo datiuo iungitur.

Inimico, cas, cum accusatiuo, significat inimicum facio. Et cõstruitur cum actõ. Hora. Et miseras inimicat vrbes.

Inimicitia, singulari numero dixit Cice. li. iiij. Thusc. Inimicitia ira vlciscendi tempus obseruans. Ces. lib. de ana. plurali semper numero dicendum putauit inimicitias.

Iniungo, is, impono, demando, vt iniungo tibi hoc onus. Proprie tamen iniungere est intus, vel supra iũgere. Colu. lib. vij. Iugumq; quarto die accipiunt, cui ramus illigatus temonis vice traijcitur. Interdum, et pondus aliquod iniungitur, vt maiore nisi laboris exploretur patientia. Idem lib. v. itaq; pingui terra singulis brachijs licebit bina iniungere flagella.

Iniuge pe. cor. vt iniuges hostię, quę nunq̃ domitę, aut iugo subditę fuerant.

Iniuria, ex eo dicta est, ꝙ non iure fiat. Omne enim, quod non iure fit iniuria dicitur, siue verbis, siue re, cum manus inferuntur. Verbis, cum fit conuicium. Spãliter vero iniuria dicitur contumelia, q̃uis (vt qdam volunt) inuicem differant, ꝙ iniuria fit in verbis, et ideo leuior, contumelia in pactis. Pacu. Patior facile iniurias, si est vacua à ꝯtumelia. Quandoq; iniuriã dicimus dãnum culpa datum. Quãdoq; iniqtatem, seu iusticiã, et grece dr ἀδικία vt cũ qs inique sniam dixit, ꝙ iure, ẽ iusticia careat q̃si ñ iuriã, et apd comicos. Iniurius ẽ, q audet aliqd ꝯ ordinem iuris, nõ nunq̃ iniuria aduerbialit, ꝑ ĩmerito.

Iniuriosus, q iniuriã facit. Iniuriosus, a, ũ, qd ẽ iniuria plenũ

Iniurius, ria, rium, qd ẽ iniustũ ẽ iniquũ. Apul. li. xi. Nec iniuriũ cuius beneficio rediens ad hoĩes ei totũ debere qd viues. Plau. in Aul. Si mihi dat operã, me illi irasci iniuriũ est. Aliqñ iniuriũ aduerbiũ ponit. Teren. in Hecy. Iniuriũ aũt est vlcisci aduersarios. Vbi Do. Iniuriũ iniquũ, Indignantis modo significatio, est, et vim aduerbij hẽt.

Iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris.

In manu, vel in manibus est, dr ꝑ eo, quod est in ptãte, vel in promptu, et in facili, vt victoria in manibus est. i. quasi iam tenetur. Et in manibus pro inter manus. Cice. in Cato. Septimus mihi liber originum est in manibus. i. operi nondũ summa est imposita manus in manu aq̃s poscimus. Veteres autem aquas manibus, pedibusq; dixerunt. in manum datur ei, qui separatim accipit sine arbitris, aut interprete, vt pręuaricator, aut iudex corruptus. Teren. in Phor. Soli sumus nunc inquã hic, eho dic, qd velis tibi dare in manum.

In medium. i. in vsum communem. Cice. lib. i. offi. hoc naturam debemus ducem sequi, et ꝯmunes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum.

In mentem venire non tantum est reminisci, sed etiam recogitare, et consyderare. Cice. In mentem tibi non venit causam publicam sustinere, idest non cogitas.

Innitor, pe. pro. Vide in dictione Nitor.

Inó nomen Cadmi, et Hermionis filię vxorisq; Athamantis Thebaꝝ regis, et liberi patris nutricis. Eadem. Cicerone teste, est q̃ Leucothea. i. alba dea, à nobis vero Matuta. q̃ ẽ Aurora dr. Vñ Oui. in Fast. Leucothóe graijs Matuta vocabere nris. Fabulam Inonis. Oui. lib. iiij. Me. refert quẽadmodum Inò cum Melicerta filio, ꝑpter timorẽ de scopulo se pręcipitem misit in mare, amboq; facti sunt dij marini. Illa Leucothea. Melicertes Palęmon, qui et portunnus vocati sunt. De qbus Cyprianus Melicertes. et Leucothea ꝑcipitant ĩ maria et fiũt postmodũ maris numĩa.

Inno, nas, ex ĩ, ẽ no, q̃si itus no, à quo ĩnato, à freq̃ntatiuum.

Innocuus actiue accipit, pro eo, qui non nocet. Ply. lib. viij. Eosdem pestiferos ferunt in gręcia, innocuos esse in Sicilia. Passiue vero, pro eo, cui nõ nocet. Virg. et sedere carinę Omnes innocuę, idest sine detrimento.

Innoxius dicitur qui non nouit nocere.

Inocco, cas, sigt cooperio, qd fit, cum semẽ in agro seminatu est, et glebas sarculis, aut cratibus dissoluimus, vt semẽ humo ꝯtegat. Colu. li. ij. Nã semẽ, qd sicco solo ĩgestũ, et iam inoccatũ ẽ, ꝑinde, ac si repositũ in horreo, nõ corrũpit. Cõponit aũt ex in, et occo, cas, qd ẽ ꝯminuo. Sed d occo alibi.

Inoculo, las, pe. cor. significat oculum vnius arboris alteri adhibeo, seu oculum in arbore aperio. Colu. libro. xij. His quidem diebus arbores ficorum inoculant. Quod genus insitionis emplastratio vocatur. Ply. lib. xvij. In ficis autem, et malis hęc fuit inoculatio antiqua.

Inofficiosum testm̃, vt inqt Pau. dr quod nõ ex officio pietatis pẽnę ꝯfectũ ẽ filijs sine legitima causa exhęredatis.

Inodorus, ra, rum, quod est sine odore. Apul. lib. iiij. Floris inodori immodum pariunt hę arbores.

Inolesco, cis, leui, lui, etum, et itum, sigat cresco, grandis fio. Aug. Miror apud quosdã ĩfideles, vñ tam ꝑniciosus error inoleuerit, vt sup tumulos defunctoꝝ cibos, ẽ vina ꝯferãt.

Innotesco, scis. notus fio. Lac. li. i. Deniq; à doctis huius seculi, quibus forte scripta eius innotuerunt, derideri solent.

In numeꝝ significat in ordinẽ, In numeꝝ ludere est saltare. Virg. Tum vero in numerum, faunosq;, ferasq; videres Ludere. Tum rigidas motare cacumina quercus.

Innuo, nis, signo aliquo capitis voluntatem ostendo, siue affirmem, siue negem.

In ordinem redactus, et in ordinẽ coactus. i. inter viles, et abiectos numeratus. Li. lib. xij. Tribuni plebis ĩ ordinem redacti. i. ꝯtẽptui habiti. Sue. in Clau. In ordinẽ se coactũ conscriberet. Hinc ẽt extra ordinem, pro egregie dicitur.

Inops pauper. vnde Inopia, paupertas. Aliqñ dr sine ope,

sine auxilio, vnde inopes aĩ ĩopē prudentię dicimus. i. sine ope animi, sine ope prudentię. Aug. libro. iiij. cō. Ardor inops prudentię. Iungitur enim cum genitiuis omnium rerum. Aliquando inops dicitur insepultus. Virg. lib. vi. Hęc omnis, quam cernis inops, inhumataq̃; turba. Ex iure. n. pontificio terra inijciebatur, et circa cadauera, et circa absentium corpora quibusdam solennibus sacris additis. Inops igitur sine terra, quę ops dicitur, qui nullius possessor est pauper, cui suę res non sufficiunt.

Inora dicuntur animalia sine ore, quales sunt Astomi Indię populi halitu tantum viuentes, et odore.

Inopiosus, sa, sum sine ope. Plau. Sępe ego res multas tibi mandaui dubias egenas, inopiosas consilij.

Infronitus, pe. pro. dicit̃ ĩsolens ē imprudens. Gręci ἄφρονα imprudentem dicunt. Vide supra in frunisco r.

In primis, pe. pro. duę partes sunt et est aduerbium, significatq̃; ante omnes, vel ante omnia, vel vnum ex primis. Salu. Quę quidem res in primis mihi videtur fuisse causa facinoris maturandi. Imprimis vero cum m, ante p, ab imprimo ṽbo est cuius pe. cor. cũ in aduerbio ꝓducat̃.

In posterum, pe. cor. Vide in dictione Postremo.

Inquies, adiectĩuũ. Salu. lib. i. Hist. humanus genus inquies, atq; indomitũ. Liui. Iã sibi satis glię, quęsitum, et potuisse se desinere ni animus inquies pasceretur opere. Apul. li. i. Qua contentione et inquieti procacitate pręditus asinus. Ply. substantiuum posuit. lib. xiiij. pro inquietudine, cum ait furiales. Furiales somni et inqes nocturna. Gel. simiter. Vt interea labor hic vigiliarum, et inquies suauitate paulisper vocum atque modulorum, acquiesceret.

Inquieto, tas, inquietum facio. Hiero. libro. i. Re. Quis es tu qui clamas et inquietas regem?

Inquilinus, pe. pro. ex in, et colo pro habito. Vide in Colo.

Inqlino, nas, habito, à quo inqlinatus, us, ꝑ incolatu. Aug. in exposi. psal. Quo migrandũ est ex hoc inquilinatu?

Inquio, is, defectiuum est, ē sigat dico. Cice. tñ li. ij. de ora. Attendere, et aucupari verba oportebit inquio, vt ea, quę sunt frigidiora, vitemus. Idem in eodez Tu inquisti molestus nõ eris. ē li. iiij. ad Heré. Quid tibi vis aliqs inqat.

Inquino, nas, pe. pro. maculo deturpo. Hor. li. i. car. Ser. Mētior at siquid merdis caput inquinor albis Cornorum. Lactan. lib. vi. Pecudum sanguis effusus, quo aras inquinant. Cice. lib. Thusc. Quibus cęcati, velut domesticis vitijs atq; flagitijs sese inquinassent. Fit autem à Cunio, is, vt inquit Fest. Cunire vero est stercus facere. Huius compositum est coinquino. Colu. lib. viij. Totam progeniem coinquinant, siquidem celenter cum alia pecora, tum pręcipuę oues contagione vexentur.

Inqro, ris, pe ꝓ. q̃si itus quęro. Vñ fit inquisitius aduerbium ꝯparandi, qđ sigt pin de dentro cercando apđ Geli.

In rem pręsentem dicitur ire iudex quum accedit ad locum đ quo est controuersia. Cic. pro. Cecina. Placuit cęcinę de amicorum sententia constituere, quo die in rem pręsentem veniretur. Liui. li. xxxiij. Scribit misuros se in Africam, qui inter populum cartaginensem, ē regem Masinissam in re pręsenti disceptarent.

Insanus, pe. pro. non sanus, q nõ est sani ꝯsilij, et qui nõ hz mentem integrã, Vñ ĩsania stultitia, q̃ ē insanitas dr̃. Cic. In. sapiētia aũt quasi insanitas, eademq̃; demētia. Itē ĩsanus magnus dr̃. Virg. Insani feriãt sine littora fluctus. Persi. Insani dcã Catonis. Inde ĩsane aduerbium, vehementer propterea ꝙ insani omnia vehementer faciunt, inquit Var. Item valde sanus. i. doctus. Persi, ē. insano multũ laudanda mr̃o, Hz. n. in, vim intensiuam. Sic Inclytus ĩfractus, et multa alia. In hoc tñ loco accipi ꝯgrue põt, ꝑ nimis ꝯcitato ad curã discipuli, à quo subueret̃ reportare notã ĩdiligētię. Nam ꝑter notã sigationem ꝑuicaces, ē intractabiles appellabãt ĩsanos. Cõtentiosi q̃z. q nunq̃ succũbebãt, aliosq̃; improbabãt, insani vocati sũt. Plato ĩ symposio, vnde vero ĩsani cognomē tibi exortum sit nescio, semper enim in loquendo te, et alios improbat.

Insanio, nis, pe. pro. iui, itum, à sanus cõpositum, et deriuatum putatur, pro insanias facio, siue insanus sum. Quãdoq; et insanire est carmen componere. Virg. Insanire libet. Nam insani, enthei dicuntur, idest deo pleni.

Insequor, pe. cor. sequor, vel insequendo sequor. Virg. Insequitur clamorq̃; virum, stridorq̃; rudentum. Et insequi, pro sequi. Quin. Cum eum maledictis insequeretur.

Inseruio, is, Vide ĩ dictiõe Seruio. Dicimus ãt ĩ ꝑuio tibi ē inseruio te. Plau. Non meretricũ est vnũ inꝑuire amãtez.

Insecta aĩalia ea dicuntur, quę vt nomē ipsum declarat incisuras ꝑte sui vel supina, vel prona, vel etiaz vtraq; hñt nec osseum quicq̃ discretũ hñt. aut carneũ sed quoddam inter hęc ipsa mediũ ꝯtinent, qppè q̃ corꝑe pariter intus forisq̃; duro ĩstent. Ea ꝑtiz sunt terrestria, vt scolopendrę, stelliones, partim volucria, vt apes vespę partimq̃ cũ vtroq; participãtia, vt formicę, partim pennis, et pedibus carentia, vt tineę, quę ĩ homine nascuntur. Dicuntur incisuris, quę nunc ceruicuz loco, nunc pectorum sunt, atq; alui. Hęc Alber. magnus appellat ãnullata. Ari, et gręci ἔντομα.

Insero, ris, pe. cor. inseui, insertum, significat immitto, siue vnio. Quando facit inseui, insitũ de arbore dicitur. qñ. s. scisso. trunco surculus secundę arboris inseritur in sterili, siue cum oculus vnius arboris adhibetur, quod quidez inoculationem vocant, vel qñ seminat̃, aut plantat̃. Vir. Insere nunc Meliboee piros, pone ordine vites. Col. lib. iij. Vitem, quaz insiturus es, resecato, et plagam leuato, atque ita findito, et paratos surculos ĩ fissurã dimittito, ea tenus qua adrasi sunt. Idem insita est fructuosior, quàm quę insita non est. i. q̃ quę cum ramis, aut plantis ponitur. Per translationē. Lactan. li. v. odiũ, et inuidiam, et dolum hominibus inseuit, vt taz essent, quàm serpentes venenati, tam rapaces, q̃ lupi. Leo papa ꝑ Vnire exemplũz posuit. Quoniam inquit, filius dei venit soluere opera diaboli, et ita se in nobis, nosq̃; inseruit sibi, vt dei ad humanam naturã descensio fieret homini, ad diuinaz ꝓuectio, Hier. ad Pãma. Quid necesse fuit me latentē inserere q̃õni, opponere inuidię plurimoꝝ. i. ĩmittere. Colu. nausea discutit̃ si integrum gallinaceũ crudũ ouum ieiuni faucibus inseras. Diome. Inseror. insertus, et insitus facit. Et tradunt quidam insitus arboꝝ eē insertus hoĩs, vel alicuius rei. Ser. Insitas arbores dicimus, insertas vero causas, aut fabulas. Ply. lib. x, Penna per transuersas inserta nares.

Inserto as, frequentatiuum ab insertum formatum. Vir. Hic ferro accingor rursus clypeoq̃; sinistram Insertabam aptans, meq; extra tecta ferebam.

Insitio ipse inserendi actus, Colu. lib. iij. Tria autem genera insitionum antiqui tradiderunt.

Insitium lignum, quod insitum est. Colu. lib. iij. Terraz circa arborem aggerato, vsq; ad ipsum insitiũ. Et item Paliato luto bene subacto, oblinito totam plagam et spaciũ, qđ est itersurculos, vsq; eo, vt duobus digitis insitia extēt.

Insitũ ab ĩsectione dcm̃ pulmēti genus, et ĩsectis, ē minutatĩ tritis carnibus ꝯfectũ. Apud apitiũ sępe fit mētio de ĩsitijs.

Insititiũ dicitur illud in quo aliquid inserũt est.

Insitiuus, ua, uũ, qđ ĩserit̃. Gel. Corpusq̃;, ē aĩaz bñ initiatis ꝑmordijs ĩsitiuo đgeneriq̃; alimēto lactis alieni corrũper̃

Insideo des, penul. corre. sedeo, seu supra maneo, sto. Lact. li. v. Et iustus ille nactus fuerit aliquem sautium equo insidentem. Aliqñ itus sedeo seu sto. Cice. li. iiij. Thusc. Cum autem hic feruor, concitatioq̃; aĩ inueterauerit, et tanq̃ in venis, medullisq̃; insederit. Aliqñ dolose quēpiam expecto. Vnde ĩsidię, et insidior. Aliqñ obsidere, ē modo cum accusatiuo construitur. Liui. lib. ij. de bel. puni. Mago locũ monstrabit, quē insedebatis. Mõ datiuo. Virg, lib. xi. Arripuitq̃; locum, et syluis insedit iniqs. Liui. lib. ix. Insessis oĩbus vijs, per quas commeatus ex Sannito subuehebatur.

Insido, dis pe. pro. significat intus ad habitandus, ĩgrediẽdumue vado. Lactan. li. 6. Vitanda ergo spectacula omnia non solũ ne qđ vitioꝝ pectoribus insidat. i. ingrediat̃ ad standum. Sta. lib. the. passiuũ protulit, cum ait. Sũmis ĩsiditur astris.

dit aſtris.Conſtruit et cum actō.Virg.lib.x.Vidam īſidere.

Inſidię,fallacię.Cic.lib.iij.offi.Sunt ne igitur inſidię tendere plagas.Proprię autem doloſa expectatio ad aliquē aggrediendū inſidię dñr,q̄ clàm inſident,vt hoſtes fallant.

Inſidior,aris,inſidias tendo.Sal.in Iug. Adherbalem vitę ſuę dolis inſidiatum eſſe.

Inſidioſus,qui ſępe inſidiatur.

Inſidioſe,qđ eſt,cum īſidijs.Cic.lib.iij. offi. Ratio ergo poſtulat,ne qd inſidioſe,ne qd ſimulate, ne quid fallaciter.

Inſcitia ignorantia,ab inſitus,ſita,ſitum participio.

Inſcius,et conſcius contraria ſunt,et à ſcius compoſita Inſciens,Vnde Inſcienter. et inſcientia, quę contraria ſunt ſcientię.Cice.lib.acade.Sed inter ſcientiam,et inſcientiam comprehenſionem illam collocabat.Aliquando inſciens capitur,pro ſtulto,et aliquando pro ignaro.

Inſciens.Vide in dictione inſcius.

Inſcribo,intus,ſiue ſupra ſcribo.Cice.li.i.Thuſc.Quid noſtri philoſophi,nonnè in his ipſis libris, quos ſcribunt de ꝯtemnenda gloria ſua nomina inſcribunt. Idez Caſio.In ſtatua, quam poſuit in roſtris inſcripſit. Parenti optime merito.Interdū inſcribere ſignificat nominare,ſiue ītitulare.Lactan.li.i.Minutius fęlix in eo libro,q octauius inſcribit.ſic argumētatus eſt.Interdū dilacerar̄.Virg.et v̄ſa puluis īſcribit haſta.Plau.Corpus tuū virgis Vlmeis īſcri(bā.i.inſignibo.

Inſcriptus qñqȝ ꝓ non ſcripto ſumit,vt apud Var.li.ij.Itaqȝ greges ouium longe abiguntur,ex Apulia in Samniū ęſtinatum,atqȝ publicanū profitent, ne ſi īſcriptū pecus pauerit lege cēſoria cōmittat mulietos.

Inſignis,et hoc īſigne,ex in,ē ſignus,ſiue ſignis ꝯponitur ἑλληνιστί λέγομεν περίσημον ἐκ τ̃ περὶ κ̀ σημαίνω Et ꝓpe dicit excellens,qui in aliquibus cernitur eſſe ſignis,qbus noſcit,vel noſci poteſt,vt in coloris,et veſtium rex varitate noſcit,vel noſci pōt eſſe eum probum,vel īprobum. Seu quia ſigna,cum ſint īdicia rex,ſemꝑ eminent māifeſtaq̄; ſunt.Sic viri v̄tute excellētes oībus sūt noti.Cic.li.iij.ad Heren.Idem fit in imaginibus,vt q̄ nobis diligenter notę ſunt,hę parum videant inſignes alijs.Hic.Cice. eo ꝙ prius dixit aperuit inſignes ſignificare notę,ſiue notabiles.Virg.lib.iij.Geor.Nec mihi diſpliceat maculis inſignis et albo.Liui.lib.i.Flaminem Iam aſſiduū ſacerdotez creauit,inſigniq̄; eum veſte,et curuli regia ſella adornauit.Virg.lib.iiij.Oſtroq̄; inſignis et auro Stat ſonipe. Hoc loco inſignis inſtratus quaſi inſignitus.Ad facinus tranſtulit.Teren.in Eu.Iam diu aliq̄ cauſam quęrebat ſenex,quamobrem aliqd inſigne faceret.Do. inſigne aliqd magnum , et nobile facinus ad virtutem. Virg inſignem pietate virum.i.illuſtrem magnum ſiue nobilem, pręclarumq̄;,ac pręſtantem.Aliquando ad vitiū.Et latrones inſignes vocamus,q maiore manu,maioreq̄; audacia graſſant,vt in euāg.Habebant aūt victū q̄ndam inſignem,cum de ſeditioſo,et homidica dicatur.Et inſignia ſcelera à tacito dicuntur.Omne.n.quod excellit,ſiue illud ſit vitium,ſeu virtus inſigne dicitur.Vnde etiam quandoque ſimpliciter,pro magno ſumitur,Lucil. Cocus non curat caudaz inſignem eſſe, modo pinguis ſiet.Ab inſignis fit inſignitas,pro claritate.

Inſigniter, clare,ſumme.Apul.homo inſigniter malus.

Inſignia dicuntur ea,quę in veſtibus vexillis,et huiuſmodi īſignita ſunt,aut ipsę veſtes vexilla,et alia, q̄ fiūt aut ferunt ita ab alijs diſcreta,vt noſci poſſint.cuius ſint,& ad q̄s ꝑtineant,vt veſtes militares,et inſignia militaria,et regalia,ꝯſulariaue,qbus acies,ab acie, eques,ab eqte,rex,ē ꝯſul,à viro ꝓuato cognoſci debet.Virg.li.ij. Danaumq̄; inſignia nobis aptemus clypeos.Liui.libro.ij.Ipſe en ille nr̄is decoratus inſignibus magnifice incendit.Salu.Cuz faſcibus,atqȝ alijs impij inſignibus,ad Manliuz ī caſtra tendit. Mos eniz fuit antiquox,vt bene meritis inſignia tribuerent mgr̄atuuz. Vnde ſcribit Tacitus decreta fuiſſe Narciſſo quęſtoria inſignia à Claudio Cęſare,Ab eodez inſigna ꝓturę Criſpino decreta fuerunt.Et non ſolum ſunt ſigna,et ornamenta, ob virtutem adepta.Vnde inſignia laudis,et inſignia glorię dicimus,Cice.Appio.Inſignia enī virtutis multi etiam ſine virtute aſſecuti ſunt.Augu. lib. viij.confes.Qui etiam ob inſigne pręclari magiſterij ſtatuam in foro.Romano meruerat. Verum etiam qcquid aliquid oſtendit,inſigne dr̄.Ambro.Deſponſata ne temeratę virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelę videretur inſigne pręferre.

Inſipiens, ideſt non ſapiens,qui non cogitat quę agenda ſunt,vide infra in dictione Stultus.

Inſignio,is,iui,itum,ſignis noto, ſeu diſtinguo, vt apud Clau.lib.i.Hic elementorum ſeriem,ſedesq̄; paternas inſignibat.Cic.lib.iiij.ad Heren.Si quam rez deformabimus turpem,aut cruentam,aut cęno oblitam,aut rubrica delibutam iudicemus,quo magis inſignita ſit forma.

Inſignite,pe.pro.aduerbium,ſignificat,cum notę indicio. Cice.nec improbuz notari,aut vituperari inſignite poſſet. Inſignite ēt aduerbium ſignificat ſumme, clare, aperte. Apul.Homo inſignite malus.

Inſimulo,las,accuſo,crimen ingero.Cic.Treba. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem accipis.Conſtruitur modo cuz accuſatiuo. Plau.ſic me inſimulare falſum facinus,tam malum.Quandoqȝ cum gtō.Teren.in Phor.Si herum inſimulabis auaricię male audies.Hinc inſimulatio,q̄ eſt(vt Do.īquit)falſi vel veri criminis īcuſatio. Eſt et inſimulare fingere.Cice.lib.iij.offi.Solus neglexit fidez furere inſimulauit,ne coiret inſtitit.

Inſinuo,uas,Vide in dictione Sinuo.

Inſinuatus,inflexus,complicatus compreſſus. Apul. lib.ix. Siccine vacuus,et ocioſus inſinuatis manibus ambulabis mihi.Tali.n.habitu manus ocioſox complicant.Liui. dixit compreſſis manibus.Cuius hęc ſunt v̄ba ex lib.vij. Quid aliud cauſę eſſe credamus cur veteranus dux fortiſſimus bello compreſſis,quod aiunt manibus ſedeas.

Inſiſto, ſtis,quaſi firmo.Virg.li.xi.Vtqȝ pedum primis infans veſtigio plantis Inſtiterat , iaculo palmas armauit acuto.Et inſiſtere eſt operam dare.Hiero.in ꝓlo.Tob.Sed melius eſſe iudicans phariſęox diſplicere iudicio, et epoꝝum iuſſionibus deſeruire inſtiti,vt potui.Item ſolicitare vrgere.Ply.Frequensq̄;,vt id agerem inſiſtebat.Cicero.ad Heren.aliter. Nunc identidem noſmet ipſi, nobis inſiſtemus,res enim communis agitur,ideſt vim faciemus.

Inſilio,is,pe.cor.inſilui, inſiliui,vel īſilij inſultum.Vnde Inſiliere ſignificat intro,aut ſurſum ſalio.Sta.lib.ix. the. inſulto vadis,magnoq̄; fragore ſolutus Agger.Luc.li.iij. Inſiluitq̄; ſolo nociturus pondere puppi.

Inſolens,pe.cor.ex in,et ſolens, ſiue ab inſoleo licet nuſq̄ legat,et ſig̃t inſuetum,et inſolitum, vnde inſolentia.Cic. ꝓ Deiota.Moueor et inſolentia loci.Sal.Inſolens vera audiendi.Gel.lib.i.Atqȝ id,qđ à,C.Cęſare excellentis ingenij ac prudētię viro in primo de analo ſcriptum eſt.Habe ſēper in memoria, atque in pectore,vt tanq̄ ſcopulum fugias inauditum,atqȝ inſolens v̄bum.Palla.Quod ſi regio inſolens,ē in cuſtodita ꝯtigerit.Per tranſlationē ponit ꝓ ſupbo,et arrogante,q ꝑter legem agit humanam,atqȝ naturalē.Et quē audacē, vel ꝓſumptuoſum dicere ſolemus. Quod eſt,cum qs audet facere,vel dicere,qđ ipſe nō ſolet vel qđ ab alijs modeſtis viris fieri,aut dici non ſolet.Cic. pro Marcel.Et victoria,quę ſui natura inſolens eſt.

Inſolētia,tię,Inſuetudo et arrogātia.Vide ī dictōne Inſolēs.

Inſolenter,aduerbium ſignificat arroganter.

Inſolidium.Vide in dictione Solidus.

Inſoluz veteres,ꝓ inſolitū dixerūt.Afra. Orbitatē ſenectuti tuę maluz metui,quod inſoluz nō venit cęco, ac demēti.

Inſolitus,pe.cor.nō ſuetus.Aliquando pręter ſolitum.Gel. Intempeſtiue,ac inſolite diſſerebat.

Inſolo.las,pe,pro.ad ſolem ſicco.Vnde inſolatus,inſole,ſeu ad ſolem ſiccatus,vel penitus tactus,aut calefactus. Colu. lib v.Super hoc materię, quę fructum habent melius conualeſcunt,et vuę commodius inſolatę ꝓcoquuntur.In

ſolare quoq; puellę crines dñr,dum faciē tectę paſſos ad ſolē tenēt cādicandi gratia. Et ipſi crines inſolati dicunt. Ply.cerā vinaceo crate ſub dio ſiccāt ſole,lunaq̄;. Hoc.n. candorē facit ſi ſic ſiccat . Et liq̄faciant,protegunt tenui linteo.Cādidiſſima vero ſit poſt īſolationē humi recocta.

Inſomnia,ę,vigilia dormitio pauca.Virg. lib.iiij.Agit Ipſe furentem Inſomnijs ferus ęneas.

Inſomnium,phantaſma.Vide in dictione Somnus.

Inſomnioſus, q multum ſomniat.Cato.Omnis qui inſomnioſus eſt hac eadem curatione ſanum facies.

Inſonus,na,nū,pe.cor.qđ eſt ſine ſono,et ſtrepitu.Apul.inſono veſtigio me perducit.Sic abſonum ſine ſono.

In ſpem venio,ſperare incipio.Cice.lib.ij.de ora.Nonnullā in ſpem veneram poſſe me aliquid ex iſtis diſcere.

Inſpicio,cis,pe.cor.intus ſpecio,ſeu valde intueor,Teren. in Adel.Deniq; inſpicere tanq̄ in ſpeculum vitas hominum iubeo,atq; ab alijs exemplum ſumere ſibi.

Inſpecto,ctas,continue,ſeu attente intueor. Gel.li.i.Ibidem in ſtadio inſpectāte populo in oſculis, atq; in manibus filiorꝫ aīam efflauit. Vñ et īſpectare, ꝓ cuſtodire ponit. Sue.in Cęſa.Sunt,q putent confiſuꝫ eum nouiſſimo illo ſenatuſconſulto,ac iureiurando etiam cuſtodias Hiſpanorum,cum gladijs inſpectantium ſe remouiſſe.

Inſpectius aduerbium ſignificat minus inconſyderate.

Inſpico,cas,pe.pro.in modum ſpicę, vel ſpici acuo.Virgil. lib.i.Geor.Ferroq̄; faces īſpicat acuto.Ser.Acuto ferro incidit ad ſpeciem,et imaginem anſtarum.

Inſpiro,ras,pe.pro.ſignificat diuino quodā ſpiritu in mentem inijcio . Vñ dicimus ſanctos dei homines inſpiratos fuiſſe locutos.Et īſpirare intus ſpirare,hoc eſt ſpiritum, ſeu ventum īfundere.Colu.lib.i. Sed granaria ſtalis adeātur,et modicis feneſtellis aquilonibus inſpirentur.

Inſtar indeclinabile,licet Probus inſtaris genitiuū dixerit. Quod et ſine ꝓpoſitione,ē cuꝫ ꝓpoſitione inuenit.Et mō ſignat ad ęquiparationē.Colu.li.iij. Vineā nouellaꝫ gemmas agere ſinito,ſimulq̄;, atq; pampinus inſtar quatuor digitorꝫ erit,tum demum pampinato.Mō ad menſuraꝫ, vt apud eundē lib.i.In cāpo rarius, in colle ſpiſſius aceruī ſtercoris īſtar qnq; modiorꝫ diſponent. modo ad ſimilitudinē,vt illud.Cice.accipi pōt.Amaui aūt,q̄ ſiunt non vici,ſed vrbis inſtar.Et in Piſoneꝫ.Vnus ille dies mihi quidem īmortalitatis inſtar fuit , cum ſenatum egreſſum, vidi populum Ro.vniuerſum.Sue.in Cęſa.Cuius ēt.s.equi inſtar ꝓ ęde Veneris genitricis.poſtea dedicauit.i.effigiem conſimileꝫ.Soli.Cum prępoſitione.Meſopotamiaꝫ opimat anuę inundationis exceſſibus ad īſtar amnis Ægyptij, terris ſuperfuſus inuecta ſoli foecunditate.Similiter Hier. in Iob. Et gaudium hypocritę ad inſtar puncti . Idem in Ioſue Steteruntq̄; aquę deſcendentes in vno loco,et ad inſtar mōtis ītumeſcētes apparebāt ꝓcul ab vrbe.Augu. Et iō hodie,vt vitale lauacrꝫ reſurgēs dei populus ad īſtar reſurrectionis eccleſiam nr̄am ſplēdore niueo illuminat.

Inſtauro,ras,nō ab īſtar deſcēdit,vt qdā putauere,ſed cōpoſitum eſt,ab in,et ſtauro.Vñ ē Reſtauro.Nā integro qđ inſtauro,ſimile eſt in ſignificatione, ꝯpoſitum qdē eſt ꝙ à tegro habetur.Et Vnde compoſitum eſt A' tegro,inde et integro.Vñ contamino,inde.et attamino,et multa hmōi. Sic vñ īſtauro, īde et reſtauro,quorꝫ ſimplicia,cū nō ſint in vſu,compoſita habent,ꝙ prępoſitiones. cuꝫ qbus iungunt,aperte declarant.Pręterea,cum integrare idē ſit qđ inſtaurare nimirꝫ inſtaurare integrare eſt. In quo,q̄tum ad inſtar diſtet aīaduertere licet. Terē.in An.Amantiū irę amoris integratio eſt.Vbi Do.Integratio inſtauratio.Integrare vero,vt inqt Feſtus,ē in ſtatū redigere,nō ad ſimilitudinē prioris ſtatus dixit,ſed ſimpliciter in ſtatum redigere,vtcūq; ſit ſtatus.Similiter īſtaurare dicemus in ſtatum redigere,nō ad ſilitudinē prioris ſtatus facere,Vnde Virg.ꝑ trāſlationē dixit. Inſtaurati aī regis ſuccurrere tectus.i.q̄ſi recreati,ſiue validi facti.Sup qđ Ser.att.Hinc oſtēdit eos ſuperius defeciſſe,et nō dicit ad ſilitudinem antiq̄ conualuiſſe.Et raro euenit,vt euerſa ędificia,ad ſilitudinē priſtinā īnſtaurent.Li.li.iiij.Nā phaliſci ꝑpelli ad inſtaurandū bellū romanorꝫ,neq; ſociorꝫ ꝓcibus potuer̄.Inſtaurandū, nō ad ſilitudinē priſtini gerendū,ſed ītegrandum, et denuo inferendum, Sic Cice, de ꝓuincijs conſularibus in Piſo. et Galbiniū.Bellū affectū videmus,et vere,vt ita dicā,confectum periculū ſit,ne inſtauratas maxime belli reliqas,ac renouatas audiamus.Virg.lib.iij.Ergo inſtauramus Polydoro funus.i.integramus,ſupplemus,et facimus funus,qđ fieri ꝓ loco,et tpe ꝯdecebat.Idē lib.vij. Certatiꝫ inſtaurant epulas.i.denuo imponunt.Cum ergo īſtauro nihil in ſigato cōueniat,cum inſtar nullo pacto ab iſtar formari dicendum eſt, pręſertim, cum nec ad analogiaꝫ pertineat,ꝙ inſtaro non inſtauro facere deberet.Reſtauro autem, quamuis penè aboleuerit,et pro eo inſtauro ſępe poſitum ſit.Lactan.lib.vij. Vſus eſt pro reduco,ſeu reformo,renouo,reficioue. Verꝫ ille,cum deleuerit iniuſticiaꝫ, iudiciumq̄; maximum fecerit, ac iuſtos, qui à principio fuerunt,ad vitam reſtaurauerit, mille annis inter homines verſabitur. Non enim ad antiquam ſimilitudineꝫ reformauerit intelligendum eſt,cum longe elegantiori forma ſint iuſtorꝫ corpa reficiēda , q̄ ea q̄ prius habuerāt.

Inſterno,nis,ſuꝑ ſterno,operio,extendo.Vnde inſtrata equorum ornamenta dicuntur. Et inſtratus lectus dicit veſte ſtragula excultus.Vlpi. Inſtratum ſignificat omnem veſtem ſtragulam,inſternendi cauſa,paratam.

Inſtratum.Vide in dictione,Inſterno.

Inſtigo,gas,pe.ꝓ.ex in,ē ſtigo componi videt,vt ſit ſtigo, ſtimulo,et inſtigo,inſtimulo,et tam in bonum,q̄ in malum ſumitur Hiero.de diuo.Luca.Obijt plenus ſpirituſancto,quo inſtigante in Achaię partibus grecis fidelibus domini incarnationem fideli narratione oſtēdit.Hoc modo componūtur.Caſtigo,quaſi ad id,quod caſtum eſt,ſtimulo.Fuſtigo fuſte ſtimulo,vel ferio.

Inſtingo,gis,xi,ctum, intus commoueo.Lactan.lib.vi Ego vero eos, qui vera imprudentes loquuntur ſic habendos, puto tanq̄ diuinent, ſpiritu aliquo inſtincti.Vale. Maxi. lib.i. Samij. Prienenſibus auxilium aduerſus Caras implorantibus,arrogantia inſtincti, pro claſſe,et exercitu lenibulam eis deriſus gratia miſerunt.

Inſtinctus,cta,ctum,participium ab Inſtingo.

Inſtinctus,ctus,ipſa commotio.Vnde dicimus aliquid ſpiritus ſancti inſtinctu factum eſſe.

Inſtatio dr̄,quaſi imminentia ab inſto,ſtas. Ambro.lib.de reſurrectione.Quomodo laudabis hominem prius quàm inſtatio mortis ſucceſſerit.

Inſtita,pe.cor.tenuis faſciola,inquit.Acron,quę ſtolę,imam partem ambit. Hora. Nil medium eſt, ſunt, qui nolunt tetigiſſe,niſi illas.Quarum ſubſuta talos tegit inſtita veſte.Cōtra alius nullam, niſi olenti in fornice ſtantē.Oui. arte. Eſte procul vitę tenues inſigne pudoris.Queq; tegis medios,inſtita longa pedes,vnde ē in euāgelio legimus, de Lazaro,ꝙ erat ligatus inſtitis,ideſt faſcijs.

Inſtitor,pe.cor.negociator, ex eo dictus eſt,vt Vlpi.inquit, ꝙ negocio gerendo inſtet , nec multum refert tabernę ſit prępoſitus, an cuilibet alij negociationi,cum iuterdū etiam ad homines honeſtos afferant merces , et ibi vendant. Hiero. ſuper lib,prouer. Inſtitor negociator,qui ab eo ſic dicitur,quod pro acquirendis,multiplicandiſq̄; mercibus ſedulus inſiſtat.Idem contra Ioui.Anus,ē aurifices, et ariolos,et inſtitores gemmarum, ſericarumq̄; veſtium, ſi intromiſeris,periculum pudicitię eſt.Poëtę ferè ſemꝑ accipiunt inſtitorem,pro eo,qui venditor eſt mercium delicatarum, cui veſtiarij, et lintearij dant veſtem circumferendam,et diſtrahendam,quem vulgo Circitorem appellamus.Oui.Inſtitor ad dominā veniet diſcinctus emacem.Plaut.Ancillam,pro domina negociantem inſtitriceꝫ vocat.Vergiliarum quoq; ſydus.Inſtitor veſtis dicitur,ꝙ menſe nouembri, cum eorum occaſus eſt, ex hoc ſydere coniecturam faciunt hyemis . Nam ſi nubilus fuerit eorꝫ

occaſus pluuioſam hyemē denūciat. Ideoq̄; negociatores ſtatim augent lacernarum precia, quibus pluuio tp̄e vtimur. Si vero ſereno tp̄e occiderint, aſperitas hyemis denūciatur. Iccirco reliquarum veſtium p̄cia accedunt.

Inſtitorius, ria, rium, quod ad inſtitorem pertinet, vt ars inſtitoria. Hiero. con. Helui. Quę inſtitorias exercet artes, neſcio an corpore, quod ſcio ſpiritu virgo, nō permanet. Inſtitoria actio dr̄, quam dominus inſtitorem conuenit, vel per inſtitorem conuenitur. Nam ſi libitinarius pollinctorem habuerit, isq; mortuum ſpoliauerit dandum in eum inſtitoriam actionem, quamuis furti, et iniuriarum actio competeret, ait Iurconſultus.

Inſtituo, tis, ex in, et ſtatuo, proprie ſignificat firmare, vt ē illud, quod canimus. Sancti noīs tui dn̄e timorem pariter, et amorem fac nos habere ꝑpetuum, quia nunq̄ tua gubernatione deſtituis quos in ſoliditate tuę dilectionis inſtituis. Aliqn̄ inſtituere ſignificat decernere. Apul. Solon aut Lycurgus inſtituit. Aliqn̄ docere inſtruere. Sene. Sunt. n. non modo literis, ſed etiā bonis moribus īſtituendi adoleſcentes. Quod et de malis dr̄. Iuue. Inſtituitq̄; rudes melior locuſta propinquas. i. docet eas venifica. Aliqn̄ incipere. Ply. Priusq̄; id opus inſtituerem. Aliquando ordinare. Et proprie de ludis ſolemnibus, et de moribus hominum dr̄. Teren. Optime vitam inſtituit. Sal. Ea familia ortum ita ſe ab adoleſcentia vitam inſtituit vt oīa bona in ſpe haberent.

Inſtitutum bonum morem conſilio, et ratione ſumptum ſignificat, et domeſticam diſciplinam, quę literis nō mandantur, ſed obſeruantur ꝯmuni opinione bonoꝝ virorum, ꝑ quandā ꝯſuetudinē, vn̄ dr̄ phia moralis, quę poſita eſt in ꝯſuetudine, Nam aſſuefaciendo nos ſtudioſis actionibus, et inſtitutis conſequimur habitum virtutis. Quint. Nā is, q̄ q̄ nutricibus triennium dedit, tamen iam tum formari optimis inſtitutis mentem infantium iudicat. Vnde de inſtitutis, apud Val. maxi. i. de moribus. Aliqn̄ dr̄ propoſitum, inceptū, vt faciam ꝓ meo inſtituto. Ply. Hęc ſunt rerum principia, et inſtituta naturę. Aliqn̄ dicitur decretū, et ſanctio. Vnde Iuſtinianus opus ſuum inſtitutam inſcripſit, ſed barbare, quia dicuntur inſtitutiones, et ita indocilis fuit. vt analphabetus diceret, teſte Suida.

Inſtitutiones ſunt pręcepta, quibus inſtituuntur homines atq; docentur, vt libri à Quintil. de inſtitutione ęditi. Quandoq; inſtitutio vocatur ipſa inſtructio.

Inſto, ſtas, qn̄ conſtruitur cum datiuo ſignificat inſtātiam, et vim quandam facio, ſolicito. Cice. pro Quintio. Verum quoniam tibi inſtat Hortenſius, et eas in ꝯſilium à me poſtulat ne dicēdò tempus abſumam. Interdū incumbo. Virgil. Talis erat Didò. talem ſe lęta ferebat, Per medios inſtans operi, regnisq̄; futuris. Idem in buco. ſine caſu poſuit. Deſine plura puer, et quod nunc inſtat agamus. Interdum inſectationem facio, quod vernacula lingua dicimus dar la cazza. Liui. lib. i. Ita incurriſſe à lateribus ferunt, vt nō ſiſterent modo ſabinas legiones ferociter inſtātes cędentibus, ſed ſubito in fugam auerterent. Quādo vero actm̄ habet ſignificat vrgeo, et quaſi ꝯtra ſto. Plau. in Cur. Si magis me inſtabunt ad prętorē ſufferam. Itē ſuperſto. Idem in Aſi. Rectam inſtas viam ea res eſt. i. ingresſus es. ſiue obtines. ſtasue ſuper rectam viam. Et in hymno. Sed pręmium mortis ſacrę perennis inſtet gloria. Inuenitur etiam ſine aliquo prędictorum caſuum, licet posſit intelligi. Sal. Veterani ſalutis priſtinę memores res cominus acriter inſtare, illi haud timidi reſiſtunt. inſtare pro inſtabant, quaſi contra ſtabant. i. pugnabāt. Teren. in An. Ego ſedulo negare factū, ille inſtat factum. i. contēdit factum. Aliquando inſequor aduento. Salu. Optimum factu ratus, noctem, quę inſtabat ante capere, ne qd eo, ſpatio nouaret. i. proxima erat. vel ſequebat̄. Cęſar li. i. Cęſar, vbi ſe diutius duci intellexit, et diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.

Inſtito, tas, pe. cor. ſępe contra ſto. pugno. Cęſar lib. i. Id cōſpicati. Heluetij. qui in montes ſeſe receperant, rurſus ininſtitare, et pręlium redintegrare cęperunt.

Inſtans nomen ſubſtantiuum, dicitur minimum temporis momentum, quod imminet, et prę ſens eſt. Vnde etiā apȯ dialecticos tempus inſtans dicit̄ quod eſt pn̄s. Cice. lib. iiij. Thuſc. Quę. n. venientia metuuntur, eadē efficiunt ęgritudinem inſtantia. i. pręſentia, vrgentiaq̄;.

Inſtantia, ę, ſedulitas. Hiero. Mirari non deſino exactionis veſtrę inſtantiam. Exigitis enim, vt librum chaldęo ſermone conſcriptum ad latinum traham.

Inſtanter aduerbium ſignificat ſedulo.

Inſtruo, ſtruis, xi, ctū, ordino, et tam de malis, q̄ de bonis intelligi poteſt. Virg. Dolis inſtructus, et arte pelasga. Similiter dicitur de acie, de claſſe, de cauſa, ac etiam de mente alicuius. Plaut. in Am. Nos noſtras more noſtro, et modo inſtruximus legiones, Laſtan. lib. i. Quod malum à gręcis ortum eſt, quorum leuitas inſtructa dicendi facultate, et copia incredibile eſt, quantas mendaciorum nebulas excitauerint. Idem lib. iij. Apparet falſam, et inanem eſſe oēm philoſophiam, quia nec inſtruit ad iuſticię munera, nec officium hominis, rationemq̄; cōſumat. Colu. li. v. Nonnulli ſtrenue fabricant nauigia, nec conſumata perinde īſtruunt armamētis, miniſtrisq̄;. i. armant, vel muniūt. Gel. lib. i. Verba Lelij hęc ſunt quibus hędū, q ad epulas fuit alligatus dimisſum, cęnamq̄; ita, vt lex ſanxiſſet, pomis, holeribusq̄; inſtructam ideſt paratā. Hier. ad. Rus. Quaſi doctus nauta rudē conor inſtituere vectorē, ideſt docere.

Inſtrumentum, ab Inſtruo fit, cuius nomine ſignificatur omne illud, quo quis ad operandū vtitur. Sic dicimus arma inſtrumenta belli eſſe. Ligones, marras, ſarcula, īſtrumenta agricolationis. Et inſtrumentum dicitur id, quo quis docetur. Vnde dicimus inſtrumentum vetus, ē inſtrumentū nouum, pro lege veteri, et lege noua. Ex his enim homo inſtruitur, quid agere, aut vitare debeat. Aliquando ſumitur, pro apparatu, quo fundus, taberna, et id genus alia inſtruuntur. Sue. de Augu. Et Alexandria capta, nihil ſibi pręter murinum calicem ex inſtrumento regio retinuerit. Sic apud iurconſultos titulus eſt de fundo inſtructo, et inſtrumento legato. Aliquādo inſtrumenti nomine intelligitur monumentum ſcripturarum, ad res geſtas pertinentium, quale fermè eſt repertorium, quod vulgo inuentarium appellatur. Sueto. in Veſpa. Vndiq̄; inueſtigatis exemplaribus inſtrumentorum imperij, pulcherrimum, ac vetuſtisſimum confecit.

Inſucco, cas, imbuo, ſeu inficio, quaſi in ſucco balneo. Col. li. viij. Fracta pecudum, nō aliter. q̄ hoīum crura ſanantur inuoluta lanis, oleo, atq; vino inſuccatis, atq; mox circundatis ferulis colligata.

Inſueſco, et ꝯſueſco ꝓ eodē accipiuntur. Pla. in cap. Impare inſueram. Inſuetus tn̄ non ſuetus. Virg. Inſuetū pariter.

Inſuetus, ta, tum, quod non eſt ſuetum, vt apud Virgil.

Inſula dr̄ terra, quę vndiq̄; aquis clauditur, propriē autem in mari. Vn̄ qdam à ſalo appellatas inſulas volunt, ꝙ in ſalo. i. in mari ſitę ſint. Hinc peninſula, q̄ quaſi inſula eſt, ē vndiq̄; ferè aqs clauſa, terra anguſta q̄, dr̄ Iſthmos, cōtinenti annectitur. Mediamnis vocat̄, q̄ amnis circuit. Inſulę ēt dn̄r domus in vrbe ab alijs ſeparatę, et vico vndiq̄; habentes, q̄ vias vndiq̄; hn̄t, ꝙ ſicut inſulę ſunt ī mari loca vndiq; ambita vndis, diſcreta à continenti, ita domus nullis ꝯnexis ędificijs cohęrētibus, inſulę noīant̄. Vn̄ ſpartianus ſcribit trecētas. xxxv. inſulas olim. Romę īcēdio abſumptas fuiſſe. Vlpia. titu. de ver. ob. Plane ſi inſulā fulciri qs ſtipulatus ſit, nō eſt expectādum, vt inſula ruat.

Inſulatus, ta, tum, quod factum eſt in inſula. Aug. li. iiij. de ciui. dei. Illas etiam, quę prius fuerant continentes hoſpitibus, atq; aduenis fluctibus inſulatas. aliasq̄; deſidia maris per vias factas, ac procellis euerſas eſſe ciuitates.

Inſularis, et hoc īſulare, qȯ eſt īſulę, Vel qȯ ad īſulā ꝑtinet Ply. Qui primus īſularē morbū ī vrbē inexit. Marcellinus. Nec ſtrepēte vllo, nec obſiſtēte īſulari pęna multati ſunt.

Inſularius,a,um,ponitur . pro vili. Vnde iuꝛ̃conſulti viles ſeruos ĩſularios appellant,qui ſine ciuitate ſunt in opus publicum perpetuo dati,et in inſulam deportati,ſiue in inſulas ad effodienda metalla,demandantur.

Inſulto,as,frequentatiuum,ab Inſilio, ex in,et ſalto compoſitum eſt,a,in u,mutata.Et conſtruitur,cum datiuo,ẽ aliquando cum actõ,et modo,pro inſilio ponitur.virgil. Inſultare ſolo,et greſſus glomerare ſuperbos.Modo ꝑ irrideo,et contumelioſius in aliquem aliquid dico,vel facio. Sal.Multos tamen.ab adoleſcentia bonos inſultauit.Teren.in Eu.Ne tu iſtas faxo calcibus ĩſultabis fruſtra.Sue. ſcribit Cęſa.dixiſſe ſe inſultaturum capitibus aduerſarioꝝ.

Inſultura,pro inſultatione.Plau. Nam ego iſtam inſulturá, et deſulturam nihil hic moror.

Inſum,in aliqua re ſum.Lactan.lib.ij.Ineſt ergo ſyderibus ratio ad peragendos meatus ſuos apta,ſed dei eſt illa rõ.

Insũmo,as,finio.Aug.Oĩs opa ĩſummata ẽ,dolor remãſit.

Inſumo,mis,.ꝑ ſimplex m,pe.pro. ſigt Impẽdo.Gel.li.ij.lex fania in ſingulos dies centenos ęris inſumi conceſſit.Sumere.n.impendere et ↄſumere,Vñ et ſumptum dicimus authore Donato.pecuniam,quę inſumenda eſt.Hiero.ad Pamma. Deliciaꝝ quandã ſuppellectilẽ virtus inſumit.

Inſuper pe.cor.ſigt pręterea,à quo fit deinſuper. Aliquãdo ꝓpoſitio eſt,vt apud Vitru.Inſuper eã exęquationem.

Inſuſurro,ras,Macro.li.ij.Satur.Vale dicẽti,hoc tm̃ inſuſurrauit.Non putabam me tibi tantum familiarem.

Inſubres,populi Ciſalpinę gallię,cuius ciuitatis ſunt,Mediolanum,Papia,Lauda,Nouaria,Vercellę,et Comum.

Inteſtibilia,q̃ tangi non pñt, Vt apꝺ Lactan.lib.de ira dei.

Integer gra,grũ,pe.cor.ſi ꝺ ętate dꝛ̃,intelligit ea,quę in flore cõſiſtiit.s.iuuentute,in qua robur viuidum,et ſanguis adhuc integer eſt,qui ętate in ſenium vergente minuit. Teren.in An.Egregia forma,ętate integra. Integra res.q̃ eſt ꝑfecta,de qua nihil eſt imminutum.vt integrum corpus, cui nihil deeſt.Integer vir, q̃ eſt caſtus, et qui omni virtute ꝓditus eſt.Hinc fit aduerbium. Ab integro,quod ſignificat rurſus,quaſi res perfecta rurſus inchoetur.

Integer,ęui,dꝛ̃ adoleſcẽs cui adhuc ętas integra ſupeſt. Vñ Enn. deos integros ęui dicit,qbus multum ęui ſupereſt.

Integrum mihi , eſt ſignificat vtile eſt.Nam illa res dicitur integra.quę intacta,et nondum tractata eſt.Rurſus,integrum eſt,ſignificat in arbitrio eſt, et poteſtate. Cice.lib. iij.de ora. Sed qm̃ hęc iam neq; in ĩtegro eſſe poſſunt.

Integro,gras,pe.cor. ꝑficio, proprie tamen ſignificat rurſus inchoo, inſtauro,ſiue innouo.Virgil.Ramoq; ſedens miſerabile carmẽ Integrat.Liui.li.v.Simul,vt ab religiõe animos remiſerunt,integrant ſeditionem tribuni plebis. Ab hoc fiunt.Deintegro,et redintegro compoſita.

Integraſco,ſcis,idem, quod integror.Terẽ.Hoc malum integraſcit,vbi Do.Integraſcit,ideſt integratur.

Intelligo,is,pe.cor. ex inter et lego , quaſi in interioribus lego.Huius compoſitum eſt ſubintelligo,quod eſt mediocriter ĩtelligo.Hier.ad exupe.Hoc aũt dico,nõ ꝙ te auaꝝ didicerim,ſed ſubintelligã, iccircò adhuc militię opam dare,vt impleas ſacculũ,quem euacuare dñs pręcepit.

Intelligentia,ę, fit ab intelligens. Cice. lib.iij.offi. Explica atq; excute intelligentiam tuam,vt videas quę ſit in eis ſpecies et notio boni viri.

In tempore, ſignat opportune. Salu. maxime ferocia regis mitridatis in tempore bellaturi.Teren. in An.Veni ĩ tpe.

Intempeſta nox dicitur obſcuriſſima,tacita, ac ſilens,vt eſt ferè media nox,ꝙ careat tempore,quod vt ait Lucre.nullum eſt niſi ex actibus intelligatur.Medium autem noctis tempus actu caret. Ergo Intempeſta inactuoſa,quaſi ſine tempore,hoc eſt ſine actu,per quem dignoſcitur tempus.Vnde eſt Tempeſtiue veniſti,hoc alij concubium qñ fere,tunc omnes cubent.Alij, eo ꝙ ſileretur ſilentium noctis. Plaut.Conticinium vocat.Cice.in Ver.Affertur nocte intempeſta grauis huiuſce mali nuncius.

Intẽpeſtiuus,ua,uum,qꝺ ꝓter tꝑs fit.Boie.Intempeſtiui fundunt vertice cani.Gel.Intẽpeſtiue,atq; inſolite diſſerebat.

Intemperies,intemperantia,vt cęli intemperies.

Intemperię erant q̃dam deę habentes vim nocendi, et per intẽperantiã ſęuiẽdi,quas Cato ĩ re ru.facto ſacrificio iubet ꝓpulſari Plau.Laruę hunc, aq; Intẽpię agitãt ſenẽ.

Intendo,dis, ſignificat extẽdo, tractum à venatoribus,qui retia intendunt,ad captandas feras,vel à ſagittarijs. Cice.de ſuppli.Tabernacula carbaſeis intenta, velis collocabant.Idem in Cato.Intentum aĩum.tanq̃ arcum hẽbat nec languens ſuccũbebat ſenectuti.Et intendere eſt aĩaduertere diligenterq; intueri.Virg.Intenti expectant ſignũ Item dirigere.Salu.in Iugur. in regnum Adherbalis aĩum intendit.Item innectere.illigare.Virgil.Et ſtupea vincula collo intendunt.Cice. in Hortẽ.per tranſlationẽ dixit. Quęro,nõ qbus intendam rebus aĩum,ſed qbus relaxẽ. Itẽ contra conari,contendere oĩ conatu.Cice.lib.ij.Thuſc. Quid q volunt exclamare maius,nõ ſatis hñt latera,fauces linguã intendere,è qbus elici vocẽ,ẽ fundi videmus.

Intentus,ta,tum,et participium, et nomen eſſe poteſt,vñ intentior,et intentiſſimus.

Intentio,non accipitur,pro voluntate,aut propoſito,ſed ꝓ actu,qui dirigit et exercetur,ſeu fit à voluntate hominis, vt ſit intentio voluntatis, ſeu propoſiti,operatio,q̃ more arcus, aut chordarum, cum tenduntur,aliquando recte, aliquando magis,aliqñ minus,q̃ oportet ſe exercet.

Intento,tas, ab intẽdo ſignificat minor.Virg.Pręſentemq; viris intentant omnia mortem.

Intentatus,inexptus,ab intentor,taris.Ci.in Lel.Nemo ẽ,q nõ quo cũ ↄſueuit libentius vtatur,q̃ intentato,et nouo.

Inter prępoſitio eſt,ab in deducta,quę ſeparat, et componitur.Separata ſignificat μεταξὺ . Gel.Inter os, et offam multa interuenire pñt.Aliqñ in medio quorũdam,vt inter reges,inter vicinos.Aliqñ in eum locum,vbi Cice.Dico te priore nocte veniſſe, inter falcarios.i.illuc, vbi ſunt falcarij.Aliqñ propter,ſeu poſt.Virg.Hunc inter fluuio Tyberinus amęno. Cõpoſita vero modo ſignificat de medio, aut è medio,vt intercipio.Modo totũ,vt interbibo.Modo facti priuationẽ,ſiue deſtructionem, vt ĩterficio, interimo. Et in hac ſignificatione multitudinem totã ſimul ꝑemptas denotat,ſiue in totum ſimul complectitur,vt iterneco mõ ſignificat maxime, vt interdico interminor. Componitur autem ferè,cum omnibus literis,et integra manet.A,vt interareſco.B,vt interbibo.C.vt ĩtercedo.D.vt interdico.E. vt intereo. F. vt interficio.G.vt intergero, vnde intergetini pariẽtes.I.vt interiaceo.L.vt interlino.Notatur.intelligo,vbi r,mutat. in l.M.vt interminor.N.vt interneco.P. vt interpello.R.vt interregnum.S.vt interſum.T.vt interturbo.V.vt interuenio. Ab inter fiunt interea,et interim.

Interaneus,nea,neum,ab intra fit, ſicut extraneus ab extra , et ſignificat inteſtinum.Ply. Medelę ſunt innumerę ad interanea.Colu.lib.x.Quidam exemptis interaneis occiſas, vel intus includunt, quę tempore hyberno pluuijs deliteſcentibus apibus prębent temporem.

Interareſcere eſt penitus areſcere , hoc eſt aridum fieri, et languens,ſicut interbibere.

Interraſile,pe.cor.quod eſt interpolatum cęlatura, ſeu ſcalptura,et plano. Planum enim inter cęlaturas,quaſi raſum videtur. Hiero.in Exo.Et ipſi labro coronam interraſilem altam quatuor digitis.

Interamna,vrbs Vmbrię,ꝙ inter duos amnes ſit ↄſtituta.

Interbibo,is,pe.cor.totum bibo.Plau. in Aul.Pręterea tibicinam,quę mihi interbibere ſola,ſi vino ſcatet Corinthienſem fontem,et Pyrreneum poteſt.

Intercalo,las, ne.cor.interſero, ſeu interuoco.Liui.lib.ix.Vt intercalatę pęnę vſuram habeant.Vnde intercalaris menſis dictus eſt,quo inſerebantur dies,qui deerant ad complendum annum.Diuerſis, quidem rationibus diuerſo tẽpore.Is autem menſis erat Februarius,quoniam erat vltimus anni.Non.tamen intercalabantur in fine menſis,ſed poſt vigeſimum , et tertium terminalibus iam peractis,

deinde

Ipse,sa sum, pronomen demonstratiuum, q̄n.s. cum alijs ꝓnoibus iunctum, eoꝝ accipit significationem, vt ego ipse,tuipse,illeipse.Inuenitur tn̄ sepe absq; alijs p eclipsim prolatum et tn̄ eorum habens significationem, quę cum eo subaudiuntur.Virg. Queq; ipse miserrima vidi. Aliquādo relatiuum est.Idest. Ipse arduus altaq; pulsat. Sydera. Aliquando.emphasim,idest expressionem alicuius rei latentis habet vt si dicam.Ipse pater, de quo minus credendum esset qui hoc fecit. Quod si ei addatur particula met,vt ipsemet,discretio signatur.Hoc est ipse solus,et nō cum alijs,vel ipse perse, et non p alios.Aliquando significat similem vnde,et comparatiuum habet ipsior,et superlatiuum ipsissimus, idest similior, simillimus. Apud veteres ipsius,pro ipse dicebatur. Teren. Ipsius est.

Ipsippe,idest ipsi,neq; alij.

Ips vermiculus est qui cornua, vitesq; prerodit,vt cis frumenta,tripis lingua,sis vestes,is vitra,midas fabam.Declinatio autem huius nominis nō facilis est.Vnde docet sic. Suidas. ἴψ σκώληξ, ὃ κ αίνεται ἴψ ἐς ℵ τὸ πληθυντικὸν ἴ ψι.

Ipsulces,baracte dicebant ī muliebrē,virilē ue spēs expsse.

I ANTE R

Ir neutri generis,et indeclinabile,proprie manus concauitas,licet quandoq; pro ipsa manu ponatur.

Ira dicta est,ab eo,quod est ire.Nam à se it, qui irascitur, et fiunt. Vnde et qui iram deponit ad se redire dicit. Teren.in Adel.Tandem reprime iracundiā, et ad te redi. Est āt ira libido puniendi eius,à quo iniuria offensi sumus.

Iratus dicitur,qui ex aliqua re lacessitus excanduit,etiam si natura non sit iracundus.

Irate aduerbium per iram significat.

Iracundus qui ex parua,vel nulla causa,quiq; natura ad iram procliuis est,etiam si tunc nulla moueat ira.Hinc iracundia dicta(authore Festo)ꝙ iram incendat.Dona. Ira de causa est,iracundia de vitio multum irascentis.Sene.li.de ira.Ira,quo,distet ab iracundia,apparet,q̄ ebrius, ab ebrioso,et timens,à timido. iratus potest esse non iracundus.Iracundus potest aliquando non iratus esse vsurpatiue tamen iracundia ponitur pro ira.Cice.lib.iij Thuscu.iracundia est vlciscendi libido.

Iracundia.Vide in iracundus.

Irascor,irasceris,iratus,construitur cum datiuo. Plau.Noli amabo Amphitryo irasci.Sosię cā mea.Huius composita sunt Subirascor,qđ est parum irascor.Obirascor,ꝯtra irascor.Li.lib.i.Fortunę,Vt sit ob irati cultus reliquerāt deū.

Irrasus,pe.pro.participium sine verbo significat nō rasus. Plau.Dij te ament,cum irraso capite.

Ire pedibus in sniam quid significet,vide supra in eo,is.

Irenarches,siue irenarcha dicitur, qui ad tollendas discordias et pacandos ciuiū aīos in ciuitate preficit.Apud Iurisconsultos tn̄ dicit q disciplinę publicę,et corrigēdis moribus pficitur.Greci enim εἰρήνην pacem vocant ἄρχων.

Irremunerabile quod ob magnitudinem remunerari non potest nec par pari rependi.

Iris,ris,vel idis,arcus coelestis, ab εἴρειν, quod est nunciare.Nam poetę deorum nunciam fingunt.Virg.Irim de cęlo misit saturnia Iuno.Huius arcus cā est radius solis cauę nubi immissus,qui repulsa acie in solem refringitur.Nubes enim formam archus discoloris efficiunt, quia alię partes earum tumidiores sunt,alię summissiores, et quedam crassiores q̄ vt solem transmittant, alię imbecilliores,q̄ vt excludant.Hec inequalitas alternis lucem,vmbramq; commiscet,et exprimit illam mirabilem arcus varietatem.Est et iris herba suauissimi odoris.vt Ply.lib.xxi. testis est,cuius radicem dixit in vnguentis,et medicinis commendari Caulem habet cubitale,et rectum, radicem raphano similem.q̄ sternutamenta mouet,Floret diuersorum colorum specie quasi arcus celestis à quo nomen habet,vulgo dicitur lilium ceruleum.

Ironia .cum accentu in penulti.dici potest simulatio,vel illusio,εἰρωνεία ab εἴρω dico,et inde εἰρωνεύομαι in voce passiui,quod est cauillor.Figura cum aliquid per contrarium dicitur,et illusionem. Et definitur ꝙ sit oratio pronunciationis grauitate negligens sensum verborum,vt Me duce dardanius spartam expugnauit adulter. Nisi enim grauitas pronunciationis ad iuuerit confiteri uidebitur quod negare contendit.

Irrupo,pas,Vide in dictione Eructo.

Irretio tis,à rete fit,et significat retineo rete, q̄si capio.Vnde irretitus dicitur, qui aliqua fraude, vel blanditijs aut dolo quasi rete captus.Lactan. lib. iij. Eos autem, qui deū sciunt,dolis,et astu aggreditur,ut cupiditate, aut libidine irretiat,aut pcātis blādientis deprauatos ipellat ad mortē.

Irraucio,cis,irrausi,sum,ex in,et raucio, quod à raucus d...

ſcendit.Et ſigt raucus fio.Dicitur et irrauceo,ces irraucui. Ci.lib.de ora.At Aeſopum ſi paulus irraucuerit, explodi.

Irpices,pe.cor.genus raſtrorum ferreorum, ſeu regulę,cus pluribus dentibus,quos item,vt plauſtra boues trahunt, vt proruant glebas,et extirpent herbas in agris.

Irrepo,pis,pe.pro. pſi.ptus,ſigt paſſim, et latenter more reptiliū intro eo,cuius frequentatiuū eſt irrepto,ptas.Hor. verum opere in longo fas eſt irrepere ſomnum.

Irripio,is,pe.cor.intus rapio.Ci.Irripiunt in ędes ſubito.

Irrigo,as,pe.cor. ex in et rigo, ſignificat, quaſi riuos in agrum deduco. Rigo autem à riguus.

Irriguus,a,um.quod irrigatur,vel facile irrigari pōt.Cato, Vinea eſt prima, vel ſi vino multo eſt,Secundo loco hortus irriguus.Accipit et qnq; in ſigatione actiua,vt Aqua irrigua,quę irrigat.Vir.li.iiij. Geor.Irriguūq́; bibant violaria fontem. Tibul.Tūc bibit irriguas fertilis hortus aq̄s. Amb.Subſtantiuo vſus eſt. Magna eſt elemosyna,quę ardentium criminum globos beniuolentię ſuę fonte refrigerat, et quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum. et lib.Hexa. Quod ſi irriguis aquarum plerunq;, et ſegetes lętiores ſunt.

Irrito,tas,pe.cor.componitur, ex in,et rato,tas,quo veteres vtebantur pro ratum facio approbo,et ſignificat non ratum eſſe volo,vel oñdo,vel facio.Et irritū improbatū nō ratus,et p translationē in nihilum redactū. Virg. Irrita ppetua ſoluēt formidine terras. Teren.in Phor.Quod dictum, indictum eſt,quod erat ratum,id irritum eſt.

Irrito,tas,pe.pro. ſignificat prouoco,iraq́; īcendo.Frequētatiuum ab irruo,per mutationem u, in i,euphonię cauſā. Tractum à canibus qui cum ꝓuocantur irruūt. Vel, vt Dona.ait qui reſtrictis dentibus hanc literam r,imitātur.Virg.li.x.Irritatq́; virum telis,et voce laceſſit.Oui.li.ij. Faſt.Tum ſicco primas irritat cortice flammas.i.ſuſcitat. Plau.in Am.Irritabis crabrones. Eſt et prorito,as. pe.ꝓ. Nam ſicut irrito, pro laceſſo, ab irruo eſt, ita pronto, à proruo. Nec multum in ſignificatione differunt. Nam prorito idem,eſt,quod prouoco. Col.li.ij.Lini ſemen,niſi magnus eſt eius in ea regione,quam colis prouentus, et precium prorita,ſerendum non eſt.,Agris.n.pręcipue noxium eſt.Hic in bonam partē ſumitur.Irrito vero magis frequentatum eſt q̄ prorito.Et fermè ſemp acris malęq́; vehementię.Prorito,non ſic,ſed in bonā,ē in malā partem,vti prouoco capi pōt.Irrito ſemper in malam.

Irritus.ta, tum,pe.cor.Vide in Irrito,tas.

Irrogo,gas pe.corre.infero,infligo. Plau.in Cap.Qui conſilium iniere, quo nos victu,et vita prohibeant, his diem dicam, irrogabo multam,vt mihi cœnas decem meo arbitratu dent,cum cara annona ſit.Augu.li.iiij. de ci.dei. Nam iuſtis quicquid maloꝝ ab iniqs dominis irrogatur, non eſt pęna criminis,ſed virtutis examen.

Irruo,cum impetu feror.Salu.cum forte in eum irruerent, facile repulſi. Do.Irruere proprie dr̄,qui cum furore pręlium ineunt. Quandoq; rōne prępoſitionis in ſignificat introruo, intromitto,ingero. Augu. Audiſtis muliĕrem in ciuitate famoſam, non inuitatam irruiſſe conuiuio.

Irrugio,is,valde rugio. Hiero.in geñ.Auditis Eſau. ſermonibus patris irrugijt clamore.

Irrumpo, violenter,et cum impetu ingredior. Ply.li.xxxv. L.Hoſtilius mancinus, qui primus Carthaginem irruperat. Lactan.li.ij.Nam cum Alexandro capta ciuitas eēt, ac milites ad eam ſpoliandam irrupiſſent.Et fermè ſemp in hac ſigatione hoc verbo vtuntur authores. Lactan. proprie ſumpſit lib.vi.pro penitus frango. Summum inter ſe hominum vinculum eſt humanitas,quod qui irrupit,nefarius et parricida exiſtimandus eſt.

Irrumo,as,p.cor.à ruma māma.Vide ī dictiōe Fello,fellas.

Irnola vaſis genus in ſacris.

I ANTE S

Is, ea,id,eandem ſignificationem habet,quam hic,et eundem locum retinet,vt qui diuitias cupit,is,vel hic,vel ille, vel idem,auarus eſt.Ab is fit hiſce,ſicut ab hic hicce.

Is,vrbs à Babylone itinere dierum octo diſtans,apud quas eſt is,fluuius,è q̄ bitumē totius Babylōis ſubminiſtrabat.

Isęus cus ę,diph.nomē rhetoris pariter,ē phi quē Philoſtratus ī vitis ſophiſtraꝝ. Aſſyriū tradit. Cuius hoc fuit inuentū,oēm materiā ī breue ɔijcere.Eſt ē nomē fluminis.

Iſagogę,pe.pro.latine introductio dicitur ex εἰς quod in indicat,et ἄγω duco,vnde, ἀγωγὴ ductio.

Iſagogicon,introductorium.Grammaton iſagogus,literarum introductor,vel inductor,ꝙ eas inducat.i.introducat quodammodo in corda diſcentium.

Iſapis,pe.ꝓ.fluuius ꝓpinquus Ceſennę.vt Stra.li. v.ſcribit.

Iſara,pe.cor. fluuius Rhodano ſe iungens, vbi Cemenus mons Rhodano applicatur vsq; huc,ad Druentiam effertur in Adriaticum ſinum.

Iſaurum,ciuitas Pamphilię,à qua Iſauricus Seruilius romanus dictus eſt, q Iſaurum coepit.Ouidi. Africa victorem de ſe vocat alter Iſaurus. Hic adeo pauper fuit vt publico funere Romę elatus fuerit. Ammianus Iſaura plurali numero dixit .Claudiopolis, quam deduxit Coloniam Claudius Cęſar iſaura ante Alij Iſauriam foe.ge. protulerunt. Sunt,qui dicant Iſauriam regionem minoris Aſię, dictam,ꝙ vndiq́; aurarum flatibus pateat,eiusq́; metropolim eſſe Seleuciam.

Iſchia,ſcribit Iulius pol.Carnoſas poſt lumbos vtrinq; eminentias appellari,q̄ vero poſt hęc increſcunt, γλουτοὶ hoc eſt latine nates.Duo illa oſſa,circa q̄ verſura fit ita diſtinguuntur,vt dicatur concauum illud ſuperius κοτύλην, latine acceptabulum.Inferius vero ἰσχίον, quod noſtri Coxendicem dicunt.Quo etiam nomine,et neruus ille nominatur,qui Coxendicem femori committit.Erit ergo Coxendix, vertebra cotylę infixa, quam pixidem appellant, neruis quibusdam ita illigata,vt facilis coxarum motus,atq; flexus fiat,vnde,qui coxendice laborant iſchiadici, vel iſchiaci dicuntur.Ply.Mox aquam bibere catillo,mire id ꝓdeſſe iſchiadicis. Recentiores medici ſciaticam dicunt.

Iſchyros,pe.cor.latine fortis dicit, ἰσχύς, enis, fortitudo dr̄.

Iſchnos ἰσχνὸς. gracilis macer,Vnde Iſchnotis gracilitas.

Iſcomache,pe.cor.nomen compoſitum, ex ἰσχῶ habeo μάχη pugna. Quo nomine dicta eſt Hippodamia, quę habuit in nuptijs ſuis pugnam centaurorum. Hęc fuit Atracij filia,quę nupſit Perithoo.

Iſis, ſis,et idis,actm̄ facit iſim,Inachi filia,Io prius.dicta,q̄ olim pererrans,cum ad nili fines perueniſſet,Iouis amatoris ope formam vaccę immutauit. Eſtq́; ab Ægyptijs ꝓ dea celebrata.Nam frumentum,et lini vſus,ſementemq́; in egypto docuit.Iſis apud gręcos luna dicitur quoniam latine priſca dici pōt,qm̄ ſempiterna,priſcaq́; ſit.Cui cornua depinguntur,vel quia cum Minoides ſit cornuta videatur,vel ꝙ bos ei apud ęgyptios ſit dedicata.De qua Luca.lib.vi.Nos in templa tuam romana recepimus Iſim. Hoc etiaꝫ nomine dicta eſt inſula ī ſinu arabico. Suidas. Ἶσις αὕτη λέγεται Ἰὼ ἣν ἥρπασεν ὁ Ζεὺς ἐξ Ἄργους, καὶ τὴν Ἥραν φοβούμενος αὐτὴν μετέβαλε ποτὲ μὲν εἰς λευκὴν βοῦν, ποτὲ δὲ εἰς μέλαιναν, ποτὲ δὲ εἰς ἰάζουσαν μεθ' ἧς πλανώμενος ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον.

Iſiaci dicti ſunt,Iſidis ſacerdotes.

Iiſmenias nomen Thebani viri optimi tibicinis.Apul.Neſcio inquit,vt iſmenias tibijs canere,vt appelles pingere, vt Lyſippus fingere.De hoc plutar.In pericle.Cum audiſſet Anthiſthenes iſmeniam optimum eſſe tibicinem reſpondit.Malus igitur.Nam ſi ꝓbus eſſet,tibicē nō eſſet.

Iſmarus,pe cor.gene.maſcu.in plurali neutri, mons Thracię,aſper et incultus, ex vna pte,ex alia fertilis vinetis,et oliuetis,quē Orpheus incoluit,vbi iſmara vrbs Ciconum fuit.Virg.Nec tm̄ Rhodope mirantur, et iſmarus Orphea.

Iſmenus,pe.pro.fluuius Bęotię,ab Iſmęo pelaſgi filio cognoīatus.Sta .Horruit ingenti venientē iſmenō aceruo.

Iſocrates p.cor.nomē celeberrimi oratoris gręci Theodori opificis tibiarum filij,q perfectus magiſter ſcripſit multa

pręclare,

preclare, & docuit alios. Cuius domus cunctę gręcię quasi ludus quidam patuit, atq; officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis. suauissimus orator fuit, et in diuerso dicendi genere nitidus, et cōptus oīs dicendi veneres sectatus est, inuentione facilis, honesti studiosus, in compositione diligens. Cui inuidens Aristo. adolescentes et ipse docere cępit, vt sapientiam cū eloquentia iungerent dicens. Turpe est tacere cum Isocrates loquatur. Et nonagesimo quarto anno ętatis eum librum composuit, qui panathenaicus inscribitur. Centum et sex annos vixit.

Isonomia, cum accentu in pe. latine iuris ęqualitas dicitur.

Ispellū, ciuitas ī Vmbria, ex altera montiū pte, q̃ Camertes.

Israel interpretatur vir videns deum, quod nomen impositum fuit Iacob Patriarchę, à quo Israelitę pe. pro. qui de Israelis stirpe sunt, qui prius Hebręi dicebant. Sed postq̃ in duo regna populus hebręorum diuisus est, tunc duę tribus, quę de stirpe Iuda reges habebant, Iudęorum nomen sortitę sunt. Reliquę. x. tribus Israelis nomen tenuerunt, et ab Israel filio Isaachi regio maioris Asię Samaria contermina dicta est Israel.

Israelitę, pe. pro. à nominatiuo Israel, populi Hebręi qui de Israelis stirpe sunt. Dicunt et Israelitides à ntō singulari.

Israelitis, tidis et Israelitis. Hiero. lib. Nume. Arrepto pugione ingressus est post virum Israelitidem. Sic Madiā madianitis, et madianitidis. Moab moabitis, et moabitidis.

Issa, īsula in mari Adriatico adiacēs Dalmatię, vt Ptol. lib. ij. scri. ī q̃ fuit Issa nō ignobilis ciuitas, à q̃ Isseus, a, um.

Issus, vrbs Cilicię, et Syrię finium.

Ister, istri, fluuius Europę permagnus quod & Istrum dr̃, quando scilicet flumen sequitur, vt inquit Ptol. Hoc est abdubanum, et Danubium vocatur. Vide in Danubius.

Istria Italię regio Illyrio contermina, quę in latitudine. xl. pas. mil. in circūitu. cxxv. millia complectit à formiōe nūc Tisano fluuio ad fanaticum sinū, in quo Arsia amnis decurrens Istriam, ab Illyrio dirimit. Istriorum gentes fama est originē à Colchis duxisse missis ab Oeta rege ad argonautas persequendos, qui vt à ponto intrauerunt Istrum, nec raptores inuenissent, siue metu regis, siue tędio longę nauigationis iuxta Aquilegiam consederunt, Istrumq; ex amnis noīe, quo à mari pcesserant sunt appellati. In ea est Iustinopolis vrbs, quam Iustinus īperator extruxit, à qua Paulus vergerius vir eloquentissimus originem duxit. Ibi nunc Bartholomeus Songa Municeps meus vir excellentis ingenij, et acutissimus iuris pontificij interpres nunc episcopali dignitate pręfulget.

Istic, istęc, istoc, antiqui dicebant quod nunc iste, ista, istud.

Isthmus ea terrę structura est, quę inter duo maria iter porrigit. Ouidi. Qua duo porrectus longe freta detinet. Isthmos. Sunt āt duo isthmi. Pręter cęteros noīatissimi Achaicus seu corinthiacus, et Thracius. Isthmus corinthiacus angusta est, et breuis terra, de quo Pompo. scribit. Hoc ideo isthmo cognomen esse, quia quatuor milium spatio ęgeum mare ab Ionio submouens, angusto tramite helladi peloponnesus annectit. In medio hoc isthmo sita est corinthus totius gręcię lumē. Hic isthmus ludis qnquēnalibus, et delubro neptūni inclytus perhibetur. Qui ludi instituti feruntur, ꝙ quinq; maria allatrant oram peloponnenses. Plu. scribit isthmia à Theseo primitus instituta fuisse in honorē neptuni Herculis ęmulatione, q ioui olympia primus instituit. Alij isthmia in honorem palęmonis instituta fuisse dicunt. Thracius isthmus inquit Solinus in Thracia est similibus angustijs, et pari latitudine arcti maris, cuius litora vrbes vtrinq; secus ostentāt propontidis orā insignit pactye melanā sinū cardia. Ply. lib. iiij. Super hoc isthmo scribit fuisse Cardiam ciuitatē.

I ANTE T

Ita aduerbiū similitudinis geminum superlatiuum exposcit, siue nominis, siue aduerbij. Cice. lib. de ora. Vt quisq; gręce optime sciret, ita esse nequissimum. Vel habet verbum vim superlatiui habens. Idem in Cato. Vt quisque ętate antecedit, ita sententię principatum obtinet. Interdum cum comparatiuo, significatq; sic. Quandoq; valde. Teren. in And. Non ita dissimili sunt oratione, ac stilo. Quandoq; optantis. Pacu. Ita te dij ament, ita tibi pro voto secundent omnia. Quandoq; illatiua coniunctio est, pro igitur. Cice. Ita nobilissima ciuitas Gręcię et olim potentissima, sepulchrum ciuis sui ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Similiter quādo componitur cum q; semper est coniunctio causalis, et habet accentum in prima, et dicimus itaq;. Si autem duę partes sunt, habet accentum in pe. et dicimus itaq;. Teren. in And. Immo ita volo, itaq; postulo, vt fiat. Plau. in Amp. verum ita animatus fui, itaq; sum nunc, vt ea te patera donem.

Ithaca, pe. cor. insula ante Epirū, in qua regnauit Vlysses In ea etiam vrbs eiusdem nominis, vt inquit Ptole. lib. iij. Ibi etiam mons Neritos, à quo tota insula quandoq; dcā Neritos fuit. Virg. Neritos ardua saxis.

Italia, Europę regio, prius Hesperia ab Hespero Athlantis fratre, qui à fratre pulsus, ē Hispanię, et Italię dedit nomē. Siue vt Macro. inquit, ab hespero stella, ꝙ occasui subiecta sit. Inde Oenotria, vel à bonitate vini, quod in Italia nascitur. Nam gręci οἶνον vinum dicunt. Vel ab Oenotrio Sabinorum rege. Dicta est etiam Argessa. saturnia. Ausonia Tyrrhenia. Postea Italia ab Italo siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, et leges posuit. Nam ad eam partem venit, in qua postea Turnus regnauit, ē suo nomine appellauit. Virgi. Est locus, Hesperiam grai cognomine dicunt. Terra antiqua, potēs armis, atq; vbere glebę. Oenotrij coluere viri, nunc fama minoris Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Timeus, et Var. à bobus vocatā dixerūt, quoniā tauri gręca veteri lingua itali vocati sunt, à quorum multitudine, et pulchritudine Italiam dixerunt. Latium vero pars Italię est. Est etiam dicta Ausonia (vt Aristoteles inquit) pars ad Tyrrhenus versa. Estq; in forma cruris inter Adriaticū ē thuscum mare, et à iugis alpiū, dorsoq; apennini porrecta, se paulatim attollens, vsq; ad rhegynum verticem, et litora brutiorum extenditur, et in vltimo sui scinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium spectat mare, alterum siculū, in extremitate rhegyum oppidum habens. Eius longitudo ab Augusta prętoria, quę in alpineo sita est, et per Romam, Capuāq; porrigitur, vsq; oppidum Regium. Solino teste decies centena, et viginti milia passuum colligitur, latitudo, vero quadringenta decem, vbi maior latitudo, vbi vero minor, centū triginta sex, habetq; vmbilicum in agro Reatino, quę dudum ex latere maris superi Rubiconem fluuium pro finibus habuit Diuiditur autem in. xvi. regiones, scilicet Liguriam, Ethruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samium, siue Aprutium, Picenum, Flaminiam, et Æmiliam, seu Romandiolam, vmbriam, nūc ducatum spoletanum, Galliam Cisalpinam, venetiā, nūc Marchiam Taruisanam, Iapidiam, et Carniam nunc Forum iulium, et istriam, Ab Italia fiūt Italus, a, um, et Italicus, a, um, Et Italicensis, Vnde pelignū italicenses apud Macro. Italidesq;.

Italica vrbs in italia, quę alio nomine Confinium dicitur vt ait Stra. Alia in Hispania patria Syrij italici. Et vnde Adrianus imperator ortum habuit.

Italicenses, dicti sunt populi ab Italica Hispanię vrbe.

Italicum, philosophię genus quoddam nuncupatum, ex ea parte Italię, quę quondam magna gręcia dicta. Quod, vt docet. Aug. li. viij. De ciui. Dei, authorē habuit Pythagoram samium, à quo etiam ferūt ipsius phię nomen exortum.

Item aduerbiū figt similiter, quasi iterū idem. eodē modo.

Iter, is, ꝑm Pris. Itiner vero itineris, ꝓ actu eūdi, licet itiner nunc non sit ī vsu, cū obliq nominis iter ab vsu discesserit. Pla. in Mer. Ergo itiner exeq meum me fines. Var. Expectant itiner longo sermone leuare, Luc. lib. v. Concussos itere, et labefactos itere multo. Dictum itere, ꝙ vehendo quid terit, vel ab eūdo, cuius supinū est itū, siue ab ito se

q̃ntatiuo.Significat qn̄q; viā.Hier.in li.Numeri.Auertit ſe de itinere,et ibat p agrus.De man ēt dr̄.Te.A' in tu tibi hoc incōmodum eueniſſe iter nō hercle Parmeno verbis dici pōt,q̃tum re ipſa nauigare incōmodū eſt Iter facere eſt ire,quod et iter tenere dicimus.Virg.Quoūe tenetis iter.Hr̄e iter,ide3,quod itu℞ eſſe,vt Iter hēo ad Cęſa.i.oportet me ire,vel iturus ſum ad Cęſarē. At viam facere, non eſt iter facere,ſed locum,vbi non erat via aperire.

Itineror,ris,iter facio.

Itinerarium,viatorium,vnde itineraria dr̄r commentarij earum rerum,quę in itinere acciderunt.

Ite℞ aduerbiu3.i.rurſus,vt Atq; ite℞ ad Troiam magnus mittet Achilles. Interdu3 ſig̃t ſm.Ci.in arte veteri.Primo quidem decipi incōmodum eſt ite℞ ſtultū,tertio turpe.

Itero,ras.pe.cor.rurſus aliqd ago,et quaſi p iter factum reuertor.Gel.lib.i.poſuit pro eo.Sed eo Senatores,qui magiſtratum curulem nondum ceperant,pedibus iterauiſſe in curiam,ſed hoc ab iter fit.In alia ſignificatione ab ite℞.Liui.lib.i.Reſiſtere,atq; iterare pugnam iubet.

Itidem,pe.cor.ſignificat ſimiliter eodem modo,quaſi iterū idem.Teren.Ibo ad eum,atq; hęc eadem,q̄ tibi dixi dica3 itidem illi. Sue.de Augu. Centuriones ſtatione deſerta itidem,vt manipulares capitali aīaduerſione,puniuit.

Ithyra,pe.cor.vrbs in Tauro monte Pyrthia verſus à qua Ithyręus,ręa,ręum,eſt aute3 ithyręus epitheton arcus.Vn̄ dicimus ithyreos arcus,et ithyreas ſagittas.i.parthicos arcus et particas ſagittas eo,ꝙ parthi pręcipue arcubus et ſagittis vtantur in prelio. Virg.ithyręos taxi torquent in arcus.Luca.Ithyręis curſus fuit inde ſagittis.

Ithome oppidum in Pelopōneſo,itemq; in Theſſalia.Vnde Ithomęus Iuppiter.

Itonia,ciuitas in Bęotia,ab Ithonio Amphyctionis filio,q̄ alij Ithonē vocant. A' qua et Pallas ithonia ē appellata. Siue vt Stra.inqt ciuitas,theſalię ad āphriſiū fluuiū ſita.

Ito,tas,frequenta.eſt verbi eo,is.vnde iter dicitur.

Ithys Terei filius quem in phaſianum mutatum à ꝓgne interfectum ferunt in fabulis.

Ithyphallus proprie membrum virile erectum.Dicuntur ē ithyphalli curatores bacchi, qui in orcheſtra ſaltabant. Hoc nomine dictus eſt priapus ἰθύφαλλος.

Iturea regio eſt, aqua Iturei populi. Iturei(vt ait Probus) natio ſcytaru3. Stra.lib.xvij.ſcribit montanam regionem Iturei et arabes habent malefici oēs . Ply. lib.v. In parte Syrię quę Cęle dicitur ſcribit eſſe tureorum gentem.

I ANTE V

Iubar proprie ſtella. quę ante ſolem ortus lucifer,poſt ſolis occaſum, Veſper appellat,ꝙ iubata appareat,vel ꝙ ſplēdor eius diffundat in modum iubę leonis radios.Tantę, quidem claritatis eſt, vt huius ſtellę radijs vmbrę pellantur. Ser.exponens illud.Virgil.It portis iubare exorto,ait Nato lucifero qui iubar dr̄,ꝙ iubas lucis effundat . vnde quicquid iam ſplendet,Iubar dicit,vt iubar auri argenti gemma℞.Vn̄ pro ipſo ſplendore. Oui.Et tremulum ſumma ſpergit in ęde iubar. Transfert etiam ad maieſtatē hominis.Clau.Per fratris regale iubar.Aliquando accipit pro ſole.Apul.Et iam iubaris exortu cocta colluſtrantur. Aliquando pro aurora.

Iube,crines animaliū à collo pēdētes.Vn̄ iubati leones dr̄r, q iubas hn̄t,ad differentias eo℞,q iubas non habent.

Iubeo,bes,iuſſi,iuſſum,impero.Quin.Nam q̃uis infectum latronibus mare iuſſus intrauit,neq; diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri,cur hoc mihi imperaret. Interdū iubere ponit ꝓ rogare.Virg. Infandū regina iubes renouare dolorē.Interdū ꝓ apte dicere,et quaſi exhortar̄,optareq;,vt Iubeo te ſaluere,Iubes me bn̄ ſperare.Teren.Iubeo Chremetē ſaluere.Interdū ꝓ decernere,vt Populus iuſſit.i.decreuit.Inuenitur hoc verbum cum accuſatiuo.Quin. Pater me iuſſit . A' iubeo fit iuſſio . Similiter iuſſus,us,et iuſſa, q̃q̃ et iuſſum legatur.Siſen.lib.iij.Tamen Tudertibus ſenatusconſulto,et populi iuſſo dat ciuitatem.

Iuſſus,us,ide3 q8 Iuſſio.cuius ꝯpoſitū,ē Iniuſſus.Teren.in Ecy. Quāobrē īcendor ira te eē auſa3 facere ī iuſſu meo.

Iuſſus,ſa,ſum, vſurpatiue participium. Nam. Iubeor non dicimus q̃q̃ ſic dicatur interdum,vt Luc. Cuius ſeruaueris vmbram Si quicquid iubeare velis.

Iuſſum,nomen licet raro dicatur,cum magis in vſu ſit plurale Iuſſa,ſignificat iuſſionem.Siſen.li.iij.Tamen Tudertibus ſenatusconſulto et populi iuſſo dat ciuitatem.

Iubilum dr̄,id,quod ex gaudio fit voce,nec tn̄ verbis explicat.Sil.lib.xiiij.Et lętus ſcopulis audiuit iubila cyclops.

Iubilo,las.pe.cor.De quo Augu. Iubilare proprie eſt gaudiū verbis non poſſe explicare , et tn̄ voce teſtari quod corde conceptum eſt, et verbis explicari non poteſt. Non enim verbis iubilatur ſed ſolus gaudentium ſonitus redditur, quaſi parturientis, et parientis cordis lęticiam in vocem rei conceptę,quę verbis explicari non poſſit.

Iucundus,à iuuo,uas,ꝙ mentem,et ſenſum iuuet.Et is dr̄, q cā exiſtit alteri, vt ille gaudeat.Vnde iucundę literę.iucunda oratio,iucundus aſpectus.Cice.ad Atticu3.Fuit mihi ſepe,et laudis noſtrę gratulatio tua iucunda , et timoris conſolatio grata. Quandoq; iucundum dr̄, quod eſt lętitię plenum , vt apud eundem.iij.in ver. Eſt mihi iucunda in malis,et grata in dolore veſtra erga,me voluntas.i.lętitię plena,et voluptuoſa,qualis eſt ī proſperis.Grata,quaſi plena effectus,et fructus. In iucundo enim, quędam gratia eſt delectationis . In grato etiam commodi. Quippe aſpectus roſa℞ iucundus eſt,aſpectus plene meſſis gratus.Hinc iucunditas,quaſi amęnitas quędam, ex qua naſcitur voluptas . Poteſt etiam dici iucundus cum o, et u,affinitate iungantur.

Iucundor,aris,voluptatem,gaudium,et delectatione3 affero.Lactan.lib.iiij.Quotidie autem iucundabar ante faciē eius,cum lętaretur orbe perfecto.Sed hic ſumitur ꝓ gaudio affici,ſicut et Hiero. Nulli dubium eſt omnem illam cęleſtem Hieruſalem tunc exultaſſe ineffabili lęticia,tunc iucundatum eſſe in ęſtimabili charitate,tuncq; cū omni gratulatione iubilaſſe,quoniam feſtiuitas hęc,q̄ nobis hodie reuoluitur annua illis omnibus facta eſt continua.

Iuncūdo,das,Augu.lib.xvij.de ciui. Dei. Exaltaſti dextera3 iucundaſti omnes inimicos eius.

Iudęi,à Iuda filio Iacob dicti ſunt,qui fuit vnus ex.xij.patriarchis.Nam licet fuerint.xij.tribus,quę à.xij.filijs Iacob deſcenderunt,à Iuda tn̄ iudęi ſunt appellati,qa(vt Aug. inquit)de ſtirpe eius regnum veniebat iudęis. Prophetauerat.n. Iacob dicens. Non deficiet princeps de Iuda nec dux de Fęmoribus eius donec veniat cui repromiſſum eſt. De tribuant Iuda venit dn̄s noſter Ieſus Xp̄s.

Iudęa dęę,iudęorum regio dicta eſt,ſiue Iuda indeclinabile.A' qua iudaicus,ca,cum,pro iudęus,dea,deum,ſicut hebraicus,achaicus,euboicus,pro hebręo,achęo,eubęo.Iuue. Iudaicu3 ediſcunt.Diuiditur aūt Iudęa in duas partes,in citeriorem,et vlteriorem.Hęc Perea vocat quia(vt inquit. Ply.)à cęteris iudęis Iordane ſit amne diſcreta.Nam et regio, quę trans Euphraten eſt Perea nominatur, vt docet Stra. Sicut tranſpadani,qui trans padum habitant. Sic Ply.lib.vi.citeriorem Galliam vocat,quaſi perea.hoc eſt vlterior ſit aliqua.Et in ſacris literis. Secutę ſunt eum turbę de galilęa decapoli hieroſolymis iudęa, et trans Iordanę. Iudea tamen tota Palęſtina dicta eſt, quę prius Chanaan à filio Cham.Terra diues opum, frugibus fertilis opima balſamis.Vnde ob ſingularem aëris temperiē, et elementorum gratiam exiſtimauerunt iudęi eam promiſſam patribus terram lactę,et melle manantem.

Iudex dicit, quaſi ius dicens populo ſiue, ꝙ in iure diſceptet.Iure autem diſceptare,eſt iudicare.Et idex eſt, qui ex iuriſditione proprie, aut ſibi delegata, et cōmiſſa,ius habet ſuper cauſas litigiorum cognoſcendi. Et qui ex ꝓpria iuriſditione illud habet,dicit iudex ordinarius.Qui vero ex delegata,dicitur delegatus,extraordinarius.

Iudicium(vt Gel.inquit)diuinatio dicitur , qm̄ diuinare

quodammodo

quodammodo iudicem oportet, quã sententiam sese ferre par sit. Iudiciorum duo genera ponit Augu. Dãnationis .s. et discretionis. Vnde scriptum est Iudica me Deus, et discerne cãm meam. Apud iurisconsultos varijs modis dr̃ iudicium. Sed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione causę discutiẽdę ĩ iure fit corã3 iudice. Et est actus legitimus trium psonarum, scilicet iudicis, actoris, et rei.

Iudico, cas, quasi ius dico, discerno, vt recte iudicate filij hominum. Aliqñ existimo, vt illud, Recte iudicasti. Aliquãdo alicuius cãm audio, et pro illo sniam fero, et sic cum datiuo construitur. Aliqñ condemno, et tunc accusatiuo. Augu. Iudicare alicui, est ferre sniam pro illo, siue audire eius cãm, vt Iudica pupillo, et viduę. iudicare aliquem est ipsum condemnare, vt Linguis suis dolose agebãt, iudica illos. Construit etiam qñq3 cum gtõ, vel ablatiuo. Gel. Quantęq̃; pecunię iudicati essent, pdicabat. Huius composita sunt. Abiudico, adiudico, diiudico, et pręiudico.

Iudicialis, et hoc le, quod est iudicis, vt iudicialis sententia.

Iudiciarius, ria, rium, quod ad iudicem ptinet siue vt iudicet. Gel. A' poëtarũ et à rhethorũ epilogis ad iudicandas lites vocatus rem iudiciariam, qm̃ vocis (vt dicitur) vinę penuria erat, quod aiunt magistris cognoscerem.

Iugerum, pe. cor. in plurali iugera, et iugeris. Var. lib. i. De re ru. In Hispania vlteriore metiuntur iugis in Campania versibus apud nos in agro romano, ac latino iugeris. Priscia. tñ iugus, iugeris, ab hoc iugere, iugera, horũ iugerum, his iugeribus. Pompo. mel. Sed vltra, q̃ canalem hẽt, euehat plus iugeris spacio sublimis. Tibul. Vt multo innumeram iugere pascat ouẽ. Iuue. Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Est autem mensura, quã Hier. mathematicus ducentis pedibus continere scribit. Quintil. Ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidit in latitudinem, ꝙ tm̃ spacij arari vno die ab vno pari boum consueuit. Ply. lib. xviij. Iugerũ vocat, quod vno iugo bou3 in die arari possit. Var. li. i. Iugerũ, quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, q̃ et latus est, et pedes centum viginti, et longus totidem. Is modius, ac mina latine appellat. Iugeri pars minima dr̃ scrupulu3. i. decẽ pedes, et longitudine, et latitudine quadratum. Dictum iugeru3 ab eo, ꝙ erat iunctum. Vñ Col. lib. vi. Hoc duplicatũ facit iugerũ, et ab eo, ꝙ erat iunctum nomẽ iugeri vsurpauit.

Iugere dicuntur milui cum vocem emittunt.

Iugeratim significat per singula iugera. Col. lib. iiij. Vt primę vineę centenas amphoras iugeratim pręberent.

Iugum dictum est, ꝙ iungatur, et in acutum actet. Est. n. montis cacumen. Virg. Dum iuga mõtis aper fluuios, du3 piscis amabit. Nam montes diuiduntur in radices latera iuga vertices pro qualitate locorum. Est et iugum ligneũ instrm̃, quo iugant boues, et ad inuicem arctant, q̃uis ẽ ad hoïes trãsferat, ꝙ eo colla iungant. Itẽ iugũ dr̃ lignũ quo textores telam conuoluunt. Ouidi. lib. vi. Metamor. Tela iugo est iuncta. Et iugum dicebatur sub quo, ignominię gratia victi hostes mittebantur. Nam fixis in terra duabus hastis, super eas ligabatur tertia, tunc victi, hostes discingebantur, et sub illa transire cogebantur inermes. Hinc subiugare pro debellare, ac subijcere. Itẽ iugu3 in vinea dr̃, cum duabus, aut pluribus perticis fixis, alię supra eas alligantur, in quibus vites cõiungunt, et quasi iugum. i. summitatem quandam faciũt. A' quo vites ipsę seu vineę iugatę dicuntur. Quod si hastilibus in terra defixis singulę transuersę perticę in vna tantum partem ordinis annectant, vniiuge vineę dicuntur. Et genus ipsiu3 iugi canterium rustici vocant. Ply. Salices q̃dam in proceritatem magnam emittunt iugis vineas perticas. Ide3. Simplici iugo constat vini iuga porrecto ordine, canteriũ appellant. Hinc iugari vineę dicuntur, quę in iugum cõstituuntur. Col. Sequitur iam adminiculandę, iugandęq̃; vineę cura. Item iugum (vt Varro inquit lib. i.) vocatur, quod iuncti boues vno die exarare possunt. Item iugum dr̃, vñ lances dependent. Rursus iuga sunt tabulę nauiũ, in quibus sedent, quę transtra vocãtur. Virg. Inde aliâs quę per iuga longa sedebat. Deturbat laxatq̃; foros.

Iugata vitis dicitur à iugo, ꝙ ad similitudinem militari, iugi fiebat, vt paulo ante dictum est.

Iugo, gas, coniungo, à iugo, quasi ad vnum iugum alligo. Cice. lib. ij. Thuscu. Hoc qdẽ est cõe virtutum, oẽs. n. inter se nexę, et iugatę sunt. Huius ꝯposita sunt abiugo, adiugo, cõiugo, deiugo, deorsum iugo, diuido. Pacu. Perq̃; nr̃a3 vnanimitatẽ, quã memoria deiugat. Subiugo, q̃ hñt p. cor.

Iugosus, sa, sum, quod in iugum acuitur, et est procliue.

Iugantinus deus dictus est qui iugis pręesse putabatur, q in nuptiali solẽnitate inuocabatur quando sponsus se sponsę coniungebat.

Iugulum pe. cor. diminutiuum est à iugum.

Iugulus, pe. cor. à iungo anterior colli pars, vnde vox, halitusq̃; pcedit, ꝙ per eam pectori caput iungat. Et duplice3 esse cõstat. Ply. li. xi. Vni homini sunt duo iuguli, dextru3, et sinistrum. Apul. Per iugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit. Cor. Cel. lib. viij. A' dextro iugulo, si id fractum est ad alam sinistram, à sinistro ad dextram. Et quia locus ille maxime lętalis est, et penetrabilis, Inde iugulatio, et iugulare deducuntur. Et iugulum ferire dixerunt pro eo, qđ ex interficere. In agendis causis iugulũ petere tũc dr̃ orator, qñ quod est potentissimum id inuadit, quod premit validissime aduersarium, videturq̃; illũ iugulare argumentis, perinde, ac vibratis telis.

Iugula, stella Orion, vel signi cęlestis pars, de qua Var. Iugula quod signum Accius appellat Oriona, ait citius Oriõ patefit. Huius signi caput ducitur, ex tribus stellis quas infra, duę clarę, quas appellant humeros, inter quas quod videtur iugum, iugula dicta. Plaut. in Am. Neq; iugulę, neq3 vesperugo, neq3 virgilię occidunt.

Iugulo, las, iugulu3 cędo, seu iugulum soluo. Lactã. lib. iij. Qui cum timeant, ne ab hoste iugulent, ipsi se iugulant, vt mortem morte deuitent. Et non solum de gladio, sed etiã de morbo dr̃. Cel. lib. iij. Quartana neminẽ iugulat. Trãsfert ĩterdũ ad ĩaĩata. Mar. Scelus ẽ iugular̃ falernũ.

Iugalis qui hẽt iugu3, Hie. in. lib. Reg. Et subneruauit iugales curruu3. Iugale, vinculum qđ imponebat mr̃imonio ꝯiungẽdis. Vnde ẽt Iuno Iugalis. Virg. Cui vincla iugalia curę. Iugales, pequos solis numerat. Oui. Cũ ait. Interea volucres pyrous eous ẽ ęthon' Solis eq q̃rtusq̃; phlegon hinnitibus auras flãmiferis ĩplent, pedibusq̃; repagula pellũt.

Iugarius, vicus Romę dictus, ꝙ ibi iunonis Iugę ara erat, quam putabant matrimonia coniungere. Liui. Iugariu3 ęquimelio, et fortunę templo vicinum statuit.

Iuges dñr eiusde3 iugi pares. A' q̃ iniuges, boues, q nũquã iugo adhibiti sunt. Cõiuges, vir. et vxor. Biiuges, siue biiugi, quadriiuges, q̃driiugi, eq bigas, vel q̃drigas trahentes.

Iugis assiduus, ꝯtinuus, quasi semper iugo affixus, à quo Iugiter aduerbium, idest continue.

Iuglans est, quę cõi nomine nux appellat, ẽ ĩter nuces primum locum optinet, à iuuando, et glãde dicta, vel quasi iouis glans. quasi Ioui dicata, ob egregium fructum. Hęc enim arbor nuces habet suauiori saporę, q̃ glandes. Vnde Cloatius diuglande3 primo vocatam scribit quasi Διὸς βάλανον, postea detractione primę lr̃ę iuglandem Constat sane apud antiquissimos maximo in honore fuisse glãdẽ, anteq̃ mortales ad delicias ꝯuerterent, vt q̃ sola simplici vitę atq3 innocuę alimẽta prębebat. Quapropter, cum hũc fructum. s. nucem veteres illi egregiu3 existimarent, decorare eum digna appellatione, volentes iuglandẽ quasi Iouis cibum nuncupauere. Hanc nucẽ ob excellentiã gręci basilicã appellant, quasi ĩter nuces regalẽ. Ply. Et iuglãdes è Perside à regibus translatas indicio sunt gręca nomina. Optima earũ genera sunt, quę persica atq3, basilica vocãt. Persica qdẽ intm̃ augent, vt lutamẽ rumpãt, Iõq3 molluscę nuces à putaminis mollice vocitant. Est ẽ aliud nucis iuglãdis genus, q̃ tarẽtina dr̃ fragili putamine, ẽ ita mollis, vt vix atrectata frangat, vñ qdam Tarentus ap-

pellatum putant, ꝙ nuces iuglandes, et pineas molles habeat, ac similiter oues, Tarentum autem ſabini vocant molle. Hora. Et molle Tarentum. A' iuglande ingulam veteres dixerunt ſtellam, quę alio nomine appellat̃ Orion, ꝙ amplior ſit cęteris, quaſi nux iuglans. Secundum inter nuces locum optinet pinea exiles nucleos habens, quamuis totius corporis magnitudine alias ſuperet. Eſt genus earum, quod tarentinum vocatur, putamen habens frãgibile digitis, et auium furto ſemper expoſitu3. Hęc ſylueſtris pinus dr̃ ad differentiam alterius, quę vrbana vocatur. Eſt et tertium genus, quę pinus picea appellatur, ꝙ pice potius, q̃ pino ſimilis ſit. Iccirco etiam Apinam vocãt, quaſi minime pinum. Nucleum autē3 verius, q̃ putamen adeo mollem habent, vt ſimul mandantur, nuces, quoq3 eius apinę à veteribus nominabant̃. Quartum genus apinaſtrum vocant. Tertio loco numerantur auellanę, quas antea Abellinas patrio nomine cõſtãt vocitatas, ab Abellino Campanię oppido, vbi abundant cęteris minores. Vnde à ſatyrico poëta Numę nuces vocantur. Proprium arboris nomen eſt Corylus. Eędem et pręneſtinę dicunt̃, ꝙ his Pręneſtini abundent. Et ponticę, ꝙ in Aſiam, Gręciamq̃; primo è Ponto venere inquit Ply. Hinc illud Papinij ex hendecaſyllabo. Quicquid nobile põticis nucetis. Quidam per diminutionem nuculas p̃neſtinas dictas exiſtimant, vel ꝙ exiguę ſint, vel ꝙ incluſi olim à pęnis pręneſtini famē nucibus tolerauerunt. Dehinc ſequitur amygdala, nucleum habens diſſimilem latitudine. Hęc et nux gręca vocatur, et thaſia, à Thaſo inſula thracię olim Etria. Cuius populi Thaſi vocantur. Poſtea nux caſtanea armata echinato calice, q̃ et heracleotica. Sũt et caſtanee triãgulari forma, q̃ in aqua naſcunt̃, et coctinę vocant̃.

Iulius dictus eſt Cęſar, ꝙ h̃ menſe ad quartu3 Idus quĩtiles ꝑcreatus ſit dictator, ſeu ꝙ eo menſe natus dicatur.

Iulianus, na, num, poſſeſſiuum à iulus, vt Iuliani milites apud Sue. dicti ſunt Cęſariani, Et Iuliani anni, quos idem ordinauit. Similiter Iuliana vectigalia, apud Cicè. lib. xiij. Antoninarum. Eſt et Iulianus nomen proprium.

Iulus cognomen Aſcanij filij Ænee, et Iulus, à Plau. dicit̃ Inuoluolus, à Cato. Cõuoluolus à Col. Voluola. De quo in Conuoluolus, vermiculus multipes, qui in vitibus et in quercubus gignitur. Item lanugo pomorum et arborum. Ply. lib. xvi. Ferunt et auellanę iulos ſuos compactili callo ad nihil vtiles. Sunt autē Iuli, non flores proprie, ſed antecedunt, Vti in fico groſſuli Theophra. Ferunt arbores nonnullę iulos ſuos. i. lanugines. Iuli. n. ſunt lanugines genarum. Nam primę lanugines adoleſcẽtes dñr Iuli, à quo noĩe Iulus Aſcanius dictus eſt. Itē Iulus piſcis. q balęnis cetiſq̃; dux eſt itineris qui ab Oppiano ob id vocatur Hegetor. Eſt et genus cantus dianę grati.

Iulia gens dicta eſt ab Iulo Aſcanio, ſiue ab Iulo Iuli Aſcanij filio, vt inquit Feſtus.

Iulea, vox ſuauis dr̃. Nam Iulis oppidu3 fuit Inſulę Cęę Simonidis patria, qui mellicus à ſuauitate cantus dictus eſt, vt in Suida legit̃. Idem primus cecinisse nemia fert̃.

Iumentum, à iuuando eo ꝙ iuuent homines cuius appellatione continentur aĩalia, q̃ vel ſarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt, vt equi, muli, aſini, cameli, boues. Col. li. vij. Nec tñ vlla regio eſt, in qua mõ frumẽta gignant̃, q̃ nõ, vt ouium, ita armẽtoꝝ adiumento iuuet̃. Vñ ẽt iumẽta nomẽ à re traxere, ꝙ nr̃m laborẽ, vel onera ſubuectãdo, vel arãdo iuuarẽt. Nã, bos carpẽta trahens duriſſimas terrę glebas vertit vomere. Aſinus vero etc. ꝰhmõi aĩalia portantes onera, et hoĩum in gradiendo laborem, temperant. Eſt et iumentu3 vehiculi genus, qm̃ adiunctis pecoribus trahebatur, quod à iungendo qda3 dictum exiſtimant.

Iunis et hoc iune, quod eſt ętate viridis. Vnde Iunior Comparatiuum, fit inquit Cornutus.

Iungo, gis, xi, ctum, cumulo, quaſi in vnum ago. Cuius cõpoſita ſunt, abiungo, adiungo, ꝯiungo, diſiungo, deiungo, quod eſt ſeparo. Plau. in Aſi. Ne nos deiunge amãteis. Iniungo interiungo, ſubiungo, et ſeiungo.

Iunctim aduerbium. i. ſine interuallo. Sue. Magiſtratus, et maturius inchoauit, et penè iunctim percurrit.

Iuncus, à iungendo, quoniam vſus eius ad iuncturas vtilis eſt, cuius multę ſunt ſpecies.

Iunceus, cea, ceum, quod eſt ex iunco.

Iunculi cibus ex ope dulciario, q ad ſimilitudinẽ iuncoru3 figuratus erat quales hodie in ope piſtorio venales ꝯſpiciũtur. Vel dr̃ Opus lactarium ſiue lac coagulatum ĩſtar metę foratum iuncis incluſum quę meta lactis à Martiali dicitur vulgus iuncatam à iuncis nominat.

Iuniperus, pe. cor arbuſcula, q̃ in arenoſis ꝑeq̃ns naſcit̃, coma virens ꝑpetua, vñ et topiario opi idonea, et carioſam ſenectã nõ ſentit, ꝓducit ex ſe vernicẽ, q̊ vtunt̃ ſcriptores pẽnarij ad papyꝝ exaspandã. Medici Sandaracã vocant.

Iuno (vt inqt Ci. de na. deo.) aër, vt Stoici diſputant, ĩteriectus inter mare, et cęlum, Iunonis numini conſecratus, q̃ eſt ſoror, et ꝯiunx Iouis, ꝙ ſimilitudo eſt ętheris, et cum eo ſumma ꝯiũctio, effęminauerunt, eũ Iunoniq̃; tribuerunt, ꝙ nihil eſt mollius. Sed iunonẽ à iuuãdo credo eſſe nominatam.

Iunius mẽſis à Iunone putat̃ dictus, quẽ iunonialem, et iunoniũ dicebãt. Sed poſtea detractis qbuſda3 lr̃is, ex iunonio iunius eſt dictus. Sunt qui putãt à Iunio Bruto dictũ iuniũ, q primus Romę factus ẽ ꝯſul, ꝙ hoc mẽſe. ſ. Kalendis Iunijs, pulſo Tarq. ſacrum Carneę deę ĩ Cęlio monte voti reus fecerit. Alij à iunioribus deriuãt, ſicut Maium à maioribus. Oui. lib. vi. Fa. Sic ſtatuit, menſeſq̃; nota ſecreuit eadem. Iunius eſt iuuenum, q fuit ante ſenum.

Iunices, pe. cor. tenerę ętatis boues, vel foeminę, q̃ iam ceſſarunt vitulę eſſe, nec dum tñ ad sũmã magnitudinẽ ꝑuenerũt dictę, quaſi iuuenicę, à iuniori ętate. Perſi. Tot tibi cũ in flãmas iunicu3 omẽta liq̃ſcãt. Nã maſculi iuuẽci dicunt̃. Huius noĩatiuus ſingularis ẽ iunix. Plau. in mu. Quã mox ad ſtabulum ſe iunix recipiat de pabulo.

Iunganni, Ligures incolę Alpigi oppidi, diſtant à Monęci portu ſtadijs. ccccLxxx.

Iupiter, tris, vel teris, ſm̃ Priſcia. nõ iouis, qui genitiuus nõ ẽ à iupiter, ſed à ntõ iouis. Nã à principio iouis appellatus eſt à iuuãdo, poſtea adiũcto altero vocabulo dictus ẽ iupiter, quaſi Iouis pater, ſicut Neptunus pater, Saturnus pr̃ dicere ſolemus. Econtra veteres Veiouẽ appellauerunt deũ, cui dẽpta eſſet iuuãdi facultas. Celebrabãt. n. quoſda3 deos, vt ꝓdeſſent, quoſdã ne ob eſſent placabãt. Plaut. in Cas. Repẽt, vt emoriant̃ humani ioues, Et à iuuãdo ſilr̃ dr̃. Nã cũ ꝓ igne ponat̃ nulla res ſic fouet oĩa quẽadmodu3 calor. A' poëtis dr̃ diuum, atq3 hoĩum rex. A' maioribus ãt optimus, maxĩus. Et qdẽ ante optimus. i. bñficentiſſimus, q̃ maximus, ꝙ maius certeq̃; gratius ꝓdeſſe oĩbus, q̃ opes magnas hr̃e. Cice. ꝯ Clodiũ. Quocirca te Capitoline, quẽ ꝑꝑ bñficia populus Ro. optimu3, ꝑꝑ vim maximũ appellauit. Ponit̃ q̃nq3 ꝓ aëre. Hora. Manet ſub ioue frigido venator, tenerę ꝯiugis ĩmemor. Iuue. Fremeret ſęua cũ grãdine vernus Iuppiter. Vñ et ſub dio dicimus, et cũ δία Iouẽ vocẽt gręci, quẽ oĩa eſſe voluerũt. Vt Val. Soranus. Iuppiter oĩpotẽs regũ, reꝝq3, deũq3 Progenitor, genitrixq̃; deum deus vnus et oẽs. Alibi ꝓ aĩa mũdi. Alibi ꝓ pluuia. Vir. li. ij. G. Et iã maturis metuẽdus Iuppiter vuis. Eſt ẽ Iupiter nomẽ ſtellę illius ſalutaris, quę ĩ ordine ſcđa ẽ. Aliquando per iouem intelligimus ipſa3 vim duorum ſuperiorum elementorum, quę actiua eſt du3 agit in hęc duo inferiora ad generationem, et corruptionem.

Iurgo, gas, quaſi iure ꝯtra aliquẽ ago, verba ꝯtẽtioſa facio. Teren. in An. Cum Dauo egomet vidi iurgantẽ ancillam Vnde et iurgatio (vt Feſtus ait) iuris actio. Et differt iurgare à litigare, et iurgium à lite, quoniam iurgium leuior res eſt. Siquidem inter beniuolos aut propinquos. diſſenſio vel ꝯcertatio iurgiũ dr̃, inter inimicos diſſenſio lis appellat̃. Ci. li. iiij. ꝺ Rep. Si iurgãt inqt beniuoloꝝ cõ

certatio

certatio eſt,lis inimicorum,non iurgium dicit̃.Idẽ. Ergo lex putat inter ſe vicinos non litigare.

Iurgor,garis,deponens eiuſdẽ ſignificationis. Hor.in Ser. Iurgatur verbis.Ab his fiunt compoſita,Obiurgo,et obiurgor,de quibus alibi.

Iurgium,diſſenſio,vide in dictione Iurgo,as.

Iurgioſus,ſa,ſum,quod eſt contentioſum,ſeu contumelioſum.Gel.mulier moroſa admodum,et iurgioſa.

Iuro,ras,à iure fit. Nam iurare proprie eſt quẽpiam promittere,adhibitis ẽt teſtibus ita ſeruatuꝝ, ac ſi ius eſſet. Aliqñ iurare accipit̃ ꝓ ꝯfiteri, vt apud hiere. Et iurabis viuit dñs in veritate, et iuſtitia,et iudicio. Huius compoſita ſunt Abiuro,adiuro,coniuro,deiuro, et exiuro,quod eſt multum,vel valde iuro.Nonius de priſcis dictionibus. Exiurare,et deiurare.i.valde iurare,Plau.In Amph.Exiuraſti mihi te dicere per iocum. Deiero,et peiero,de quibus alibi.Obiuro,pręiuro,ante alios iuro.Eiuro, quod ſignificat id quod desyderatur.non poſſe pręſtari.Plau.Eiurauit militiam.Et hęc per u,habent pe.pro.

Iuratus participium,tam actiue q̃ paſſiue accipit̃. Cic.ad Heren.Ex eo,ꝙ ait ſe nõ potuiſſe adeſſe,ita vt iuratus fuerat.i.vt iurauit. Sic iniuratus,qui non iurauit.Idem in Ver.Malo ei iurato ſuam,q̃ iniurato alioꝝ tabellas committere.Paſſiue protulit.Luc.lib.viij.Mihi per latium iurata tonantem. Idem lib.v.poſuit verbum in paſſiua ſignificatione.Et lętę iurantur aues bubone ſiniſtro.

Iuramentum,eſt affirmatio, vel negatio ſacrę rei atteſtatione firmata.

Ius,iuris,quidam à Iuſtitia deducunt, quidam à Iuſſum ꝑ apocopen.Nihil.n.alind eſt ius,q̃ quod,vel natura,vel ciuitas,aut populus,vel gens,vel ꝯſuetudo iubet. Et differt à lege,ꝙ ius generale ẽ lex iuris ſpẽs. Et ius ad nõ ſcripta etiam pertinet,lex ad ius ſcriptũ. Diuidit̃ ius in naturale gentium, et ciuile.Naturale,quod eſt cõe omni nationi, eo,ꝙ vbiq; inſtinctu naturę habetur,non aliqua cõſtitutione facta ab homine,ſed ab ipſo naturę ꝯditore,vt maris,et foeminę cõiunctio.liberoꝝ ſucceſſio in bonis parẽtuꝫ. pueroꝝ educatio. cõis oĩuꝫ poſſeſſio.ꝙ iure naturali oĩa ſunt cõia.i.cõicanda tpe neceſſitatis,rei depoſitę, vel ꝯmodatę reſtitutio.violentię per vim repulſio.Quod tibi vis fieri,alteri facias,et econtrario.Ius gẽtium,quo gẽtes humanę vtunt̃,qđ à naturali ꝓcedere facile ĩtelligere licuit,ꝙ illud oĩbus aĩalibus,hoc ſolis hoĩbus inter ſe cõuenit vt deo religioni,vt patrię,et parentibus pareamus,vt vim atq; iniurias propulſemus. Ius ciuile,cum aliqd cõi iuri,vel additur,vel detrahitur,hoc eſt cũ populus ſibi cõſtituit quaſi proprium eius ciuitatis, hoc autem ſcripto conſtat,vt ſunt leges plębiſcita,ſenatuſconſulta,principũ decreta,aut ſine ſcripto,vt ea,quę authoritate prudentium fiunt.Et hęc proprie eſt interpretatio iuris,et eoꝝ oĩum, quę ſupra diximus.Vnde,qui hoc profitentur, interpretes iuris,et iuriſconſulti,et iuris prudentes dicunt̃.Et q inter eos excellunt,iuris antiſtites nominant̃.In ciuili iure prętorium ius continetur,quod pretores ſupplendi,vel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerunt, ob publicã vtilitatem.Hoc à pręturis honore,honorarium appellatur.Eſt etiam ius ſingulare quod contra tenorem rationis,ob aliquam vtilitatem authoritate conſtituentium,introductũ eſt.Ius conſuetudinis, quod in mores vetuſtas vulgi approbatione ꝓduxit,Ius militare,quo ſoli milites ſunt aſtricti,vt belli inferendi ſolẽnitas, foederis faciendi nexus,ſigno dato,egreſſio in hoſtes,et pugnę ꝯmiſſio,ſigno dato, receptio, ſtipendiorum modus dignitatum gradus, pręmiorum honor,prędę diuiſio pro ꝑſonarum qualitatibus. Iuris pręcepta tria ſunt.honeſte viuere, alterum non lędere. ius ſuum cuiq; tribuere. In noſtra etiaꝫ religione eſt ius diuinum, in quo diuina, oracula comprehenduntur et ius pontificiuꝫ, quod Romani pontifices ſanxerunt.Aliquando ius ponitur pro authoritate,ſiue libertate quadã, atq; licẽtia.Cice.Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas.i.ſua licentia, quia ſummus erat poëta. Idem.Pro meo iure dico,quaſi confidenter.Aliquando ꝓ merito. Quin.Quis cum non id meruiſſe, quis non iure paſſum affirmet? Aliquãdo ꝓ neceſſitudine, vt Eſt mihi cum illo ius cognationis,vel amicitię. Aliqñ pro loco,in quo ius redditur,appellatione collata ab eo,quod fit,ĩ id in quo fit, quem locum diffiniunt. Vbicũq; pretor ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluoq; more maiorum dicere ius conſtituit.Differunt etiam ius ẽ fas, Ius ad hominem,fas ad religionem partinet. Et ius eſt liquor eorum,quę coquunt̃.Teren.in Eu.Haꝝ videre ingluuiẽ,ſordes,inopiã, q̃ inhoneſtę ſolę ſint domi, atq; auidę cibi, quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent.

Iuriſditio,facultas,atq; poteſtas iuriſdicundi, Nam ius dicere eſt pręeſſe iuri dicundo, et legibus gubernare,ac iuſtitiam miniſtrare.Seruius Sul.Poſtero die,cum ab eo digreſſus eſſem eo conſilio,vt ab eo Athenis in Bęotiã irẽ, reliquamq; iuriſditionem abſoluerem.

Iuridicus,ca,cum,pe.cor. quod ſm ius eſt. Vnde Iuridicus dies,quo rite ius dici poteſt.Et iuridica actio,q̃ ſꝫ ius eſt.

Iuſtitium,quaſi iuris ſtatio,dicit̃ iuris dicẽdi intermiſſio, quod fieri ſolet publico luctu in reip.calamitatibus.Liui. Dictator cum iuſtitiuꝫ edixiſſet,omnes iuniores ſacramẽto adegit.Idem iuſtitium edicit,claudi tabernas tota vrbe iubet,vetat quemq̃ priuatę,quicq̃ rei agere.

Iuſiurandum,eſt affirmatio religioſa,vt inquit.Cic.lib.iij. offi.Quod auteꝫ affirmãte quaſi deo teſte ꝓmiſeris,id tenendum eſt. Dictum ꝙ ita ſeruandum eſt,ac ſi ius eſſet.

Iuſtus à iure dr̃,et eſt is,qui iura ſeruat. Interdũ ponit̃ ꝓ mediocri, cum et ius ipſum mediocritas quędam ſit.Vnde iuſtã magnitudinem alicuius rei dicimus,cum nec debita minor eſt,nec modum excedit.Hinc iuſti dies dicebantur.xxx.dies, cum exercitus eſſet imperatus, et vexillum in arce poſitum.Interdum pro magno.Vnde dicimus iuſtã rem,hoc eſt magnam, quemadmoduꝫ et bonam partẽ, et iuſtam partem,magnam partem. Et bene doctus.valde doctus.Ply. Ope iuſto temporum noſtroruꝫ hiſtoriam orſi.Sic iuſtum pręlium, iuſtum exercitum hiſtorici dñt magnum.Aſco.Iuſtas inimicitias,pro magnas apud Cic. expoſuit.Interdum pro vero.Vnde apud iuriſcon,q filiũ adoptat,interrogatur,an velit eum.quem adoptat iuſtũ ſibi filium eſſe.i.verum filium.À Iuſtus fit compoſitum iniuſtus,qui contra ius facit,ẽ qui iuſtam magnitudinẽ excedit.Virg.Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.

Iuſtitia(inquit Cic.) eſt habitus animi communi vtilitate ſeruata.ſuam cuiq; tribuenc dignitatem.Differt autẽ iuſtitia à iudicio,et ab ęquitate, qa(vt docet Hiero.iuſticia actio recta,iudicium diſcretio boni,et mali ęquitas rectitudo mentis intelligit̃. Iuſticia eſt in his,q ſm regulam veritatis bene operant̃.iudiciuꝫ in illis,q̃ recta deſcriptione cũ ꝓximis agimus ęqtas ĩ eo, cũ syncera ĩtentiõe deo ſoli ĩ his,q̃ recte gerimus,vel iudicamus placer̃ ꝯtẽdimus

Iuſta ſacrificia, quę mortuis impenduntur, ꝙ iure fierent ijs, q de nobis viuentes benemeriti fuerant. Sal. in Iug. More regio iuſta magnifice fecerant.Oui.Hanc quia iuſta ferunt dixere feralia lucem.Col.lib.vi.Hoc condimento illectę pecudes fortius iuſta cibariorum conficient.

Limen dr̄, quod ex transuerso in ianua est à limo obliquo ꝙ ingredietibus exeūtibusq̄; trāsuersus sit, vt ē apud Do. Festumq̄;. Nec solum inferiorē partes sigt, q̄ sub pedibus calcari solet ī ingressu sed etiā superiores. Iuue. Pendentia liquit vela domus, et adhuc virides in limine lauros. Neuius vero limen superum, et inferꝫ dixit. Exime limen superꝫ, qd mihi misero sępe ꝯfregit caput. Inferꝫ quoq;, vbi ego omnis defregi digitos. Limen superum superliminare etiā vocat à gręcis hypertyron. Ponit interdū ꝓ ingressu Virg. Limen erat cęcęq̄; fores, et ꝑuius vsus. Interdū ꝓ interiore pte domus. Idē penetrāt aulas, et limina regum. Interdu ꝓ loco stādi. Idē, Corripiūt spatio audito, limenq̄; relinquūt. Interdum ꝓ principio, vt in limine vite extinctus est. Interdū ꝓ amicitia, vt testat Ser. enarrans illud de Turno. Se limine pelli. Iuue. Limine submoueor. i. repellor ab amicitia. Alimē fit elimino, nas, Liminare. Post limi (niū.

Liminaris et hoc liminare quod ad limen ptinet, vt lapis liminaris, q ē in domus igressu. Aug. ad Hiero. posuit ꝓ principio. Nō li codex ipse, vt assolet ī liminari pagina ptēdebat. i. ī pricipio, seu igressu liberi, hic' supliminare.

Liminarchę sunt custodes liminis, et famuli ad limina q sunt pfecti liminis cubiculiq̄; custodes. Apud iuriscōsul.

Liminarchę ponuntur ꝓ militibus q imperi limitibus, atq; ꝯfinio pficiunt, quos liminarchas dicere possis q̄si limitū pfectos, qui et limitanei ab historicis appellantur.

Limitanei milites. Et limitanei agri qui sunt in limitibus, idest in colliminio et confinio.

Limes, itis, mō transuersam viā significat, modo terminū. Colu. li. i. Semitas, nouosq̄; limites in agro fieri nō patiat. In agris limites duo maximi sunt. Cardo et decumanus. Limes decumanus est, q ab oriente in occidentē spectat. Cardo à meridie ad septentrionem. Reliqui limites angustio res, distātq̄; inter sese paribus interuallis, Aliquādo dr̄ principiū et finis. Statius. Limes mihi carminis esto ędipode ꝯfusa domus. Et dr̄ à limus obliquus siue trāsuersus. imito, pe. cor. et limitor sigt termino, seu restringo, sicut à semitis. Semito, as, et semitor. Vnde limitatus ager dicitur in centurias diuisus. Ply. lib. xvij. aut si maior modus sit totidē pedū cardinē quot decumano limitari. sp vero qntamnis semitari, hoc est in qnto quoq; palo singulę iugo

pagine includūt. Cic. App. pul. De tua ꝓlixa bn̄ficiaq̄; nā limitabit aliquid posterior annus, propter q̄dā tristiciam.

Limentinus putabat deus, qui liminibus pręesset.

Limbus muliēbre vestimentū erat purpurā in imo ꝯsutā hn̄s, seu qdlibet aliud ornamentū vestiū extremitate ambiens. Virg. Sidoniam picto chlamydē circundata limbo.

Limbulus diminutiuum à quo limbellus.

Limborarius q limbū vestē ꝯsuit. Pla. Textores limborarij.

Linus nomen viri ꝓprium, ex Mercurio, seu (vt quidam putant) ex Apolline, et Vrania geniti, alter philosophus thebanus Iunior. Est ēt linus spēs hymni Suidas autem λῖνος χαλκιδεὺς ἀπόλλωνος, καὶ τερψιχόρης, οἱ δὲ ἀμφιμάρου, καὶ οὐρανίας, λέγεται δὲ πρῶτος οὗτος ἀπὸ φοινίκης γράμματα εἰς ἕλληνας ἀγαγεῖν, γενέσθαι δὲ, καὶ ἡρακλέως διδάσκαλος γραμμάτων, καὶ τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος γενέσθαι ἡγεμών.

Linum, ἀπὸ τοῦ λινέω antiquo verbo, qd est teneo, quia lino oīa tenent. Hīc lineus, nea, neū, qd ex lino ē, vt vestis linea.

Linarius, q lini artem exercet, à gręcis λινοπλοκις. linoplocis.

Linamentū, Filiū, qd ex lino voluēdo trahit. Ply. Delphini linamento accensa excitāt vuluę strangulatu oppressas.

Linteū. pannus lineus. et sudariū, quo in balneis vtimur. Mar. Nō tā sępe teret lintea fullo tibi. Itē lintea sunt vela quibus vtuntur nautę. Virg. Certum ē dare lintea retro. Item lintea, quę sunt idonea, ad spectantium vmbracula. Vnde legimus. Cęsarem totum forum linteis adūbrasse. Item lintea linei amictus. Inde linteatus, ta, tum.

Linteatus linteis indutus. i. lineis vestibus, quali habitu fertur fuisse Apollonius philosophus, qm̄ hmōi habitus videbatur mundior, q̄ q ab animalibus deglubebat. Sido. ad Leonem, Cupidū scientię, contemnentē pecunię inter epulas abstemium, inter purpuratos lintearum.

Linteolum dimi. Ply. pro petia panni linei vulneribus in linteolis imponitur, scilicet amurca.

Lintearius, qui lintea vendit.

Linteones, qui texūt aut vendūt' linteamina, ꝓ ꝯficiēdis vestibus, vt docet Ser. li. vij. Æn. Firmicus lib. ij. mat. Si luna in veneris signis ꝯstituta ferat ad martē ꝙ ista ꝯiunctio faciet linteones, aut tabernarios, atq; coloꝝ tinctores.

Linea, ę, proprie significat filum illud, quo fabri materiarij vtuntur ad signandā materiam ꝙ ex lino fiat, et quoniam ob hac si rubrica, uel alio colore intincta fuerit figura designatur longa, sine latitudine, atq; altitudine, ea quoq; figura linea uocat. Itē ea quę nō colore, sed animo imaginantur geometrę, lineę uocantur, Et linea dicitur filum omne ex lino, et quicunq; tenuis funiculus. Colu. Ligato pede longa linea gallina custoditur. Plyni. Murene deuorant hamum, admonentq̄; dentibus lineam, atq; ita erodunt. Idem. Stemmata uero lineis discurrebant ad imagines pictas. Et linea dicitur, quę est in superficie. Nam superficies ex lineis est, vt punctū, quod est principium in geometria. Dicitur autem punctum, qd diuidi non potest. Linea quę ab vno puncto ad aliud deducitur.

Linearis, et hoc lineare, quod ad lineam pertinet. Vnde linearis pictura uocata ē lineis, circa umbrā hominis deductis. Primi hanc picturā exercuerūt Ardices, Corinthyus, et Telephanes sicyonius sine ullo colore spargentes, tamē lineas intus, unde et latini linearem picturam graphidem appellauerunt.

Lineamentum à linea, et ipsa extremitas, et quasi linea, quędam corporis, per quam hominis forma dignoscitur, à lineari pictura tracta, in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebatur. Insti. li. i. Lineamentorum equalitas matri, et filio persimilis. Plyni. Nec qui succederet operi ad perscripta lineamenta inuentus est.

Lino, is, linio, et lenio, is, diuersa sunt. Nam linio, et lenio q̄rtę coniugationis sunt Linio tertię. Et lino, linioq̄; habent pe. cor. lenio pro. Virg. Seruataq̄; mella thesauris relines. Sedulius. Illiniens hominem ueteri de semine supplet. Est autē linire crasse aliqd aliquo instrumēto super inducere.

Col.li.vij.Sed illius ſanat noxa fibula ahena,ſi locum lęſam compungas,cretaq̄; cimolia et aceto linas. Aliqñ ēt non craſſe,ſed leniter aliquid inducere, et quaſi lineam ducere.Vnde interlinire dicimus ſuperinducto attramento, aut alio liquore ſcripturam aliquam, picturamúe deſtruere.Sic literę dicuntur interlitę , et talis inductio. litura dr̄.Aliquando obturare. Vir.li.iiij.Geor.Neq; ille, ne quicq̄ in tectis certatim tenuia cęra ſpiramenta linūt vt ēt à contraria ſignificatione eius compoſitum ſimul. Relino indicat,vt apud eundem.Seruataq̄; mella theſauris relines,et habet hoc verbum lino tria pręterita lini.liui.et leui.De primo.Quin.in declamatione.Ceci.Et ne qd ſceleri impio deeſſet , mariti tui cruore parietem liniſti. De ſecundo.Col.lib.vlti.Multi,cum ſemel noua dolia,vel ſeria craſſa gummi linerunt, vna in perpetuum gummitione eſſe contenti ſunt.De tertio.Cato de re ruſti.Poſtea dolium calefacito minus,q̄ ſi picare velis, tepeat ſatis eſt lignis lenibus facito caleſcat.Vbi temperate,tepebit,cuminum indito,poſtea linito.Si recte leueris in dolium quinquagenorum pedum quatuor ſatis erit. Supinum vnum tantum habet litum.Vnde litus, lita litum,pro obturato maculato inſperſo.Virg.lib.iiij.Ge. Elucent alię et fulgorē coruſcant Ardentes auro et paribus lita corpora guttis.i. inſperſa,ſeu diſtincta.Quale eſt illud Hier. ad Saluinam. Tu vero, quę in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter voluptates,quę lita purpuriſſo,ē ceruſa faciem,ſuper feretrum eius lachrymis diluiſti.Eius compoſita ſunt.Adlino, et ad aliquid lino.Plyn.Sunt,qui leporino coagulo. mel addant,et hoc sępe adlinant dentem.Palladius.ſi ſtercus primogeniti vituli adlinamus oribus vaſculorum. Collino.Gel.Poſtea tabulas cęra colleuiſſe.Circunlino.Cicero.li. i.Thuſc.Condiunt Ægyptii mortuos,et eos ſeruant domi per ſe,etiam cera circunlitos condiunt,vt q̄ maxime permaneant diuturna corpora.Delino,Illino,īterlino, oblino.Vide alibi.Elino,extralino,fędo.Lucil.li.vi.Sed hęc veſtimēta eleuit lute.Perlino valde lino.Col.li.viij. Mox vlcera lauant aceto,et tūc pice liqda,cū adipe ſuilla plinuntur.Relino,qđ obturatū erat aperio.Teren.in Heau.Releui oīa dolia,oēs ſerias.Sublino mediocriter fędo,illudo,et ꝓ ridiculo habeo decipio.Plau.in Epi.Senex tibi os ſublitum eſt planè,et ꝓbe.i.deriſus es.Et in cap. Quanto in pectore hanc meam magis rem voluto,tanto mihi ęgritudo auctior eſt animo ad illum modum ſublitum eſſe os mihi,ideſt ſubſtercoratum,vel maculatum.

Linio,is,iui,itum,proprie ſignificat vngo,vel frico,aut qd ſimile,quod digito,aut aliquo inſtrumento alicui rei ſuperinducitur,fricatur, vel imprimitur, ſed tenuiter, non craſſe.Col.libro.i.Ferè autem per ęſtatem ſic muſcis aures canum exulcerentur sępe,vt totas amittant.Quod ne fiat,amaris nucibus contritis liniendę ſunt.Hiero. in To. Statimq̄; lineis ſuper oculos eius,ex felle iſto piſcis.Fateor, tamen adeo interdum hęc duo verba lino , et linio in ſignificatione propinquam eſſe, vt vix diſcerni poſſint.À linio componitur Circunlinio.Lactan li.i. Circunliniatur mō poculum cęleſti melle ſapiētię,Vt poſſint ab īprudentibus amara remedia,ſine offenſione potari.

Ligones , ſunt populi Gallię ſupra Heluetios, et Sepianos, in oceanum vergentes.

Liternus,Campanię fluuius haud longe à Vulturno fluuio, (et oppido.

Lingo,is,xi,ctum. Lingere eſt aliqd lingua molliter tangere.Plau.in Caſi.Mel mihi videor lingere,hinc linguā qdam deduci voluerūt.Rurſus lingere dicimus dum aliquid in ore tenentes,guttatim id defluere in ſtomachum ſinimus.Quę res lictus dr̄.Quę vero ī hūc vsū fiūt ecligmata gręce dr̄.Ply. Telicos gemma eſt,q̄ oleę nucleo ſimilis videt,et lingentium calculos frangit. Idem.Multi tuſſim veterē linctu ſalis diſcuſſer̄.Idē.È ſemine lini fiūt Ecligmata. Hinc fit ꝯpoſitum Elingo,qđ eſt extra lingo.Plau.in Cur.Hic hodie apud me nunq̄ elinges ſales.

Lingua à lingēdo,vel à ligando dicta eſt, ꝙ liget cibus. Nā cibos vi ſua conglobat,ac deprimit,in ventrēq̄; trāſmittit,ſeu,ꝙ ipſa dentium ſeptis,quaſi muro vallata,ac ligata ſit.Eſt et lingua minor,quę et ſublingulū à qbuſdam dr̄,operculū cartilaginosū,qđ phyſtulam ſpiritalem in gutture claudit,cum phyſtula cibali cibus defert.Hęc cū ridemus,attollit,qa riſus oīa ꝯcutit. Quapp periculosū eſt,ne nos riſus inuadat,cū deglutimus.Hoc.n.operculum nā inſtituit,ne qd eſculenti, poſculentiúe ad pulmonem ferat.Quod ſi accideret,niſi reijceretur, hominem ſtrangularet. Accipit qñq; lingua pro differentia ſermonum. Vñ dicimus linguā latinā,līguā gręcā, vt eſt apđ actus apoſtolicos. Audiuimus eos loquentes nr̄is linguis magnalia Dei.Quin ēt in vna līgua ſmonis diuerſitas lingua dr̄,vt in gręca lingua eſt.Attica,Dorica,Ionica lingua.Scribit Stra.trecentas nationes,q̄ diſſimilibus līguis vterent, deſcendiſſe in Dioſcuriadē vrbē colchoꝝ clariſſimam.Linguaꝝ diuerſitas,inquit Augu.libro.xix.de ciui. dei,Hominem alienat ab hoīe.Nam ſi duo ſibimet inuicem fiant obuiam,neq; pręterire,ſed ſimul eſſe aliqua neceſſitate cogant,quoꝝ neuter nouit linguam alterius,facilius ſibi aīalia muta ēt diuerſi gñis,q̄ homines ſociant. Rurſus lingua appellatur genus ꝓmontorij non excellētis,ſed molliter in planum deuexi.Similiter inſtr̄m planū et oblongū in ſpēm linguę ſcm̄ lingua dr̄, quale eſt illud,quo vtunt Aromatarij ad extrahenda è vaſis vnguēta.Cuius dimi.ſm.Priſcia.eſt linuga,euſdē ſigationis, et per conciſionem.Lingula.Feſt.Lingula per diminutionem dicta aliâs à ſimilitudine exertę linguę, vt in calceis,alias inſertę.i.intra dentes cohercitę, vt in tibijs,ꝓ ea,q̄ calceorum eſt.Mar.Non extrema ſedet linia lingula planta.Iuue,abiecit.n.et li corripit.Et ligulam dimittere ſolicitus,ne Tota ſalutatrix iam turba peregerit orbes, Mar.Quamuis me ligulam dicant equiteſq̄; patreſq̄;,Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Pro ea quę inſtar linguę facta eſt.Ply.Cera punica fit hoc modo. Ventilat ſub dio sępius cera fulua,deinde feruet ī aqua marina ē alto petita,addito nitro,Inde ligulis eligunt florem. Col. ligulam vocat inſtr̄m ad purgandum , è vaſe ſpumam. Deinde inqt, vt līquatū mel in ſubiectum alueū defluxit, transfert in vaſa fictilia,q̄ paucis añ diebus aperta ſunt dum muſteus fructus efferueſcat,isq; sępius ligula purgādus.Ply.Sunt q commitialibus morbis dandum putant luna quarta ſexta ſeptima linguę menſura.i.cochlearis. Veteres ēt gladiolum oblongum in ſpēm linguę factū ligulam vocitauere.Lingua item(vt Ply.Teſtatur)herba eſt,quę circa fontes naſcitur,cuius radix combuſta,et trita alopecias emēdat.Siliter līgua bubula genus herbę,q̄ gręci bugloſſan dicunt boum linguę ſimilis.Lingua canina alia herba,quę cynogloſſos vocatur à gręcis Lingua petrea genus lapilli,quod inter gemmas connumeratur. À lingua fiunt.Elinguis,ſine lingua,et qui loqui non poteſt,etiam ſi linguam habeat.Elinguo, guas, Bilinguis, trilinguis,et huiuſmodi.

Linguax ſiue lingulax,lingulacaúe verboſus,multū loq̄ns q minimū,Et ſtultę loquit.Gel.lib.ij.Hoc genus hoīs in v̄ba ꝓiectos locutuleios,ē blaterones,ē linguaces dixerūt.

Lingulaca mulier multiloqua.Plau.in Cas. lingulaca eſt, nam nunq̄ tacet.Sic etiam dici poteſt lingulaca vir loq̄x. Accipitur quandoq; pro muliere auguratrice. Quandoq; pro piſce, qui ſolea, aut ei ſimilis à nonnullis creditur de quo apud Varronem,et Plautum in Cas.

Lingula,et ligula,Vide in dictione Lingua.

Linquo,is,ui,ctum,ſm Pri.ſigt reliquo,dimitto, habetq̄; li ſyllabam indifferentem in pręterito.Virg. Nec tñ indecorem tua te regina reliqui,Idem . Nanq; ſua p̄riam liq̄rat tellure ſepultam.Huius ꝯpoſitum eſt.Derelinquo.Aſcen. Errat,cum Neſtore Cęſarienſi male citante.Vir.Ænei.iiij. vbi legit.Nanq; ſuas patria antiqua cinis ater habebat.

Lipara,pe.cor.Inſula, ex Æolijs maxima à Liparo rege, Auſonis regis filio,cui ſucceſſit Æolus.Hier.Quę è lipara

Siciliam

Siciliam nauigant' finistra est. Quę quamq; suo queq; nomine septem sunt, Omnium tamen incolę in cõi liparęi dicuntur adiecto solum loci vocabulo vt lipareus ex phęnicussa. Hinc liparęus, liparęa, liparęum.

Liparus, pe. c. Auso. regis, filius à q̃ lipara denoĩata ĩsula ẽ.

Liparis, pe. cor. Cilicię fluuius, ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ qm̃ scribit Victru. natantes in hoc flumine, aut se lauantes non aliter vngi ab ipsa aqua, q̃ si oleo, aut adipe vngerentur.

Lipsana, pe. cor. tantum pluraliter declinatum nomen est apud nos reliquię significantur.

Lippus, q oculos h3 lachrymãtes, cũ putredo ab his defluat.

Lippitudo ipsum vitium. Cor. Celsus. Si frons prurit, lippitudinis metus est.

Lippio, is, iui, itum, lippus fio, hoc est marcorem in oculis contraho. Ply. lib. xxviij. Oculorum vitia fieri negant nec lippire eos, qui cum pedes lauant aqua, inde ter oculos tãgant. Plau. in Cur. ad fauces transtulit. Prospicio parum os amarum' habeo dentes plenos, lippiunt fauces fame ita cibi vacuitate venio lassis lactibus.

Lipothymia, latine defectus aĩ siue aĩę. Quę ẽ synchesis dr̃.

Lipopsychia similiter λειποψυχίας, qui anima et spiritu deficiuntur quos Ply. vocat defectos, et syntheicos.

Liquẽtia fluuius gallię cisalpinę, seu venetię, post Taruisinũ agrũ. Oriturq; in opiterginis, et in mari adriaticũ cadit.

Liquidus, a, um, molle fluxum. Virg. Aut cũ liq̃ntia mella stipant. Aliq̃n ponit ꝑ puro. Idem libro. iiij. Dulcia mella ꝓmes, nec tm̃ dulcia, q̃tum ẽ liq̃da. i. defecata, et sine sordibus. Aliq̃n pro prospero. Plau. in Pseu. Ab sinistra auspicio liq̃do, atq; ex sententia ꝯfidentia est inimicos meos me posse ꝑdere. Hinc fit aduerbium Liquido, q̃d significat pure, et manifeste. Teren. in And. Vt liquido possim iurare. Dicimus etiam ad liquidum q̃d est manifeste.

Liquido, das, aperio, mani festo.

Liquo, as, li syllaba cor. significat liquidũ facio, cũ. s. aurũ vel plumbũ dissoluit. Luc. lib. vij. Ereptaq; tela liquauit. Huius passiuum liquor. Composita sunt Eliquo, quod est extra, seu valde liquo. Lactã. li. ij. Vnde autem, vel qũo deus hęc duo principalia ignem, et aquam, vel accenderit, vel eliquauerit solus potest scire, q fecit. Aug. li. ix. con. per translationem dixit. Voces igit̃ interluebant auribus meis, et eliq̃batur veritas tua in cor meũ Reliquo idẽ q̃d liquo. Vnde legimus de sanctis Primo, et Feliciano, ꝙ iusserit preses reliquari plumbum, ẽ bulliens in ore fundi.

Liquatum, siue liquamẽ, pinguitudo aĩalis ad ignẽ liquefacta, et ĩ vsũ coquinariũ ꝓuata, ad ꝯdiendos cibos, licet et de alijs dici possit, quo nõ comedunt, vt est apud Co. li. viij. Succus excolati lupini veteris vini fex, et amurca pari mẽsura miscent, eoq; liq̃mine tonsa ouis imbuitur.

Liq̃sco, is, liq̃dus fio Vir. Limus et hic durescit, et hęc vt cera liq̃scit. Per. Tot tibi cũ ĩ flãmas iunicũ omẽta liq̃scãt.

Liqueo liques, liquini, li syllaba correpta. Est aũt liquere liquidum, seu molle esse q̃d instar olei discurrit. Hie. in Leui. Omne liquens, quod bibitur de vniuerso vase immundum erit. Hinc liquesco, liquidus fio. Huius composita sunt. Colliq̃o, à q̃ colliquesco. Delinqueo, à quo deliquesco, q̃d ẽ in totũ resoluor. Oui. li. vij. Me protinus ibutũ cęlesti nectar̃ corpus. Delicuit, stagnũq; suo de noĩe fecit.

Liquet, iꝑsonale, sigt̃ Constans manifestum, et certum est qm̃, quę resoluuntur certa cõstantia, et manifesta fiunt. Teren. in Eu. Illum liquet mihi deierare his mensibus sex non vidisse proximis.

Liquefacio is, liquidum facio à quo liquefio eiusdem, cum liquesco significationis. A' liq̃facio cõpositus illiquefacio, quod est valde seu intus liquefacio. Cic. li. iiij. Thuscu. Quę sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactę voluptates.

Liquo, is, liqui, resoluor, defluo, stillo. Cuius passiuum est liquor, liqueris, quorum li syllaba producitur. Vir. Vere nouo gelidus canis cũ montibus humor. Liquit. i. paulatim dissoluitur. Idem li. iij. Nam quę prima solo ruptis radicibus arbos vellitur, huic atro liquunt sanguine gutte. i. defluunt. Luc. lib. ix. Liquitur', et nigra distillant inguina tabe. Hinc etiam fit liquesco, liquescis prima pro. Oui. li. i. De pon. Sic mea perpetuis liquescũt pectora curis. Aliquo fit compositum, Colliquo. Var. Quod aurũ cum colliquisset, in forma fuit infusum.

Liquor, oris, habet li, syllabam cor. Nec mirum, cũ in multis id accidat mutata natura. Nam humus, su, breuis est, humanus producitur Itur. i. producitur Iturus corripitur.

Lira prima syllaba pro. sulcum significat. Col. li. ij. liras. rustici vocant eas porcas, cum sic aratum est, vt inter duos latius distãtis sulcos, Medius cumulus siccas sedẽ frumẽtis ꝓbeat. Hinc lirare, à quo delirare, et delirus Deliramẽtum.

Lirare dñr agricolę, cũ crate dentata, vel tabula aratro annexa operiunt semina. Primo. n. aratur terra quod dr̃ proscindere, Deinde secunda aratione excitate grandiores glebę franguntur, quod vocant effringere. Tertia aratione iacto simine boues lirar̃ dñr qui tabellis, ẽ vomere simul, ẽ satum frumentũ operiũt in porcis, et sulcant ĩ fossas, quo pluuia aqua dilabatur. Hinc delirare aliquem dicimus, cum non recto sulco tegendo semen incedit, deinde per metaphoram. ad insaniam hoc vocabulũ translatũ est. Vnde et deliri insani dñr, ẽ delirare ĩsanire. Hora. in Epi. Quicquid delirant reges plectuntur Achiui. Deliramentũ ipsa deliratio. Quidam tñ delirare à gręco trahunt. Nam ληρεῖν in eptire est. Nostri etiam liras gerras, et nugas vocitauere. Plau. Nam tuę blanditię mihi sunt, quod dici solet gerrę germanę ędepol lirę. Lyra per y, aliud significat.

Liro, liras, liras facio. Col. Lirantur iugera duo opera vna.

Liratim, pe. pro. aduerbium, per liras. Colu. Eq; cum sint liratim seri debent.

Liris fluuius Cãpanię oritur in Appennino, et Minturnas pręterlabens. Mar. Ceruleus mons liris amat, quem sylua maricę ꝓtegit. Virg. Et vmbrosę liris per regna maricę.

Lis controuersia à limite, idest termino dicta, ꝙ primę inter homines lites de limitibus fuerunt.

Litigo, as, pe. co. quasi litem ago, discepto, contendo. Mar. Ah miser, et demẽs vigiti litigat ãnos. Quisq̃ cui vici Gargaliãe, licet. Plau. in ru. Qua de re nunc litigatis inter uos?

Litigium litis actio. Idem in Cas. Nam ego quid contrahere cupio litigij inter eos?

Litigiosum dr̃ de quo lis.

Litigiosus, qui frequens in litibus versatur.

Litigator, et litigatrix, qui et quę litigat.

Lithos grece, lapis latine dr̃, à q̃ multa per ꝯpositionẽ fiunt.

Lithargirium, spuma argenti, quasi ꝙ fit in lapides compacta argenteum.

Lithocolla glutinum, quo lapides coniunguntur. Fit enim ex lapide pario, aut marmore, cum taurino glutino.

Lithoglyphus, pe. cor. sculptor lapidum.

Lithotomia, pe. pro. Lapicidina.

Lithotomus architectus.

Lithologema, pe. pro. lithologematis strues lapidum.

Lithostrotos, pe. pro. masc. ge. et hoc lithostratũ dictio cum posita, ex λίθος lapis, et στρωτὸς stratus, appellatur locus lapidibus stratus, si uerbum grecum proprie interpretari volumus. Verũ lithostrota ex paruulis crustis constabant quibus solũ pauimenti incrustabatur. Vnde legimus in Euã. Ioãnis. Et sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos. Var. li. iij. de re ru. Cum villam haberes opere tecto rio, atq; intestino, ac pauimentis nobilibus lithostrotus spectandam. Hoc à nostris dicitur Sectile.

Lithiasis morbus calcularis.

Lithotomi, pe. cor. medici lapidis excidendi.

Litera q̃uis ꝓm suam analogiã, per simplex t, scribi debeat, tñ ꝙ prima syllba eius ꝓducit, per duplex tt, scribi solet Dicta lr̃a, q̃si legitera, eo ꝙ legenti ꝓbeat iter, vel ꝙ in legendo iteret, vt inquit Ser. Vel à lituris, ꝙ scriptura deleri possit ꝙ plerũq; in ceratis tabulis antiq scribere solebãt, ẽ inde delebãt. Vel à lino, is, q̃d in scribẽdo illinit. i. leniter

dicitur,et inde gramma litera,et grammatica.Et literę, quę notę quoq; appellantur,ex lineis constant. Et significat principaliter literas indiuiduas,vt a,b,c. Sicq; diffinitur,ꝙ sit minima pars vocis compositę ex literis, quę scribi potest indiuidua. Huic accidit nomen scilicet,quo appellatur,figura,qua pingitur,et potestas,qua valet. Aliquando litera capitur,pro scribentis manu.Cicero ad Atticum.Nam Alexidis manum amabam,ꝙ tam propè accedebat ad similitudinem tuę literę.Plurali numero literę epistolam designant,nisi apud poëtas, apud quos legitur litera pro epistola.Oui.Quam legis à rapta Briseide litera venit.Vocantur pręterea literę disciplinę,quę literarum monumentis continentur,vnde dare literis operam dicimus hoc est incumbere artibus quę scriptę sunt.

Literula,dimi.parua litera.Hiero.Literulas posuit pro breui epistola cum inquit.Munuscula omnia et suspectas literulas vobis interdico sub anthemate.

Literatus,qui literis ꝑditus ē.Cuius ꝯrium est Illiteratus ꝓ rudi,et indocto.Cor.nepos distinguit lr̄atum ab erudito, qa lr̄ati appellant̄ ij, q diligēter et acute pn̄t,aut dicere, aut scribere.Proprie tn̄ poëtaꝶ īterpretes,q à gręcis grāmatici vocant̄, quos lr̄atores vocatos Messalla coruinus ait.Sūt q lr̄atū à lr̄atore distinguāt,vt illū qdē absolute, hūc mediocriter doctū dicāt. Interdū dr̄ lr̄atus in q̄ sūt lr̄ę.Vn̄ Plau.in ru.Vrnā lr̄atam dixit q̄ lr̄is inscripta nomen domini continebat.Apul.li.iij.Laminis lr̄atis dixit.

Literatulus,dimi.à literatus.Hier.contra Rufi. Videris tibi literatulus et rabi.

Literosus,idem quod literatus.Casius. Homo lr̄osus mere.

Literarius,literaria,literarium,quod ad literam,vel ad literas pertinet.Vnde dicitur ludus literarius.

Literator,qui literas noscit,vel docet.Vnde literatores grāmatici dicuntur.

Literędus,idem quod literator.Cic.pro Mure.Aulogędos esse qui citharędi fieri nō potuerunt.Ita literoedos putamus, qui literati fieri non potuerunt.

Literatio,ē praua,ac rudis,ars,à literatoribus tractata.

Literatura, ars, quę de literis tractat, vt est grammatica. Aug.li.viij.conf.Impatoris Iuliani tpibus lege data ꝓhibiti sunt Christiani docere literaturam,et oratoriam.

Litus,ta,tum,participiū à lino.Vide in dictione Lino.

Littus,per duplex tt,terra,quę ab aqua tangitur,proprie est à quo maximus fluctus hybernus ꝑuenit.Sic.n.M.Tul.arbiter assumptus olim constituit,vt Cel.Iurecon.ait.Dictū litus,vel ꝙ alluatur,vel ꝙ aqua ad id alludat, vel ꝙ ibi aqua elidat,seu ꝙ fluctibus oblimatur.Et ꝓpe de mari dr̄ ripa de fluminibus.Oui.Campoq; recepta.Liberioris aquę pro ripis littora pulsant. Sue.ī Nero.Dispositę per litora, et ripas diuersoꝶ tabernę,Quandoq; etiam litus dicit̄ de fluminibus.Vir.in diris.Littora quę dulcis auras diffunditis agris,cū de Mincio loqueretur. Sumit̄ interdū pro terra mari vicina.Idē.Cui litus arandū.etc. Interdū pro spatio circa aram,à litando,quia ibi litabant̄ hostię.Nam sicut docet Dona.Nauigantes,eundo,et redeundo in litore sacrificabant,ꝑꝑ qđ,et vsus obtinuit, vt duplici tt,scribatur,cum lito primā corripiat.Cice.tn̄ in topi.à lędo deducere vr̄.Quod cum primam producat,vnico t,scribendum erit. A litus fiunt adiectiua litoreus,a, um,litoralis adiectiuum,vt arena litorea,et plaga litoralis.

Litare sacrificio facto deos placo,votumq̄; impetro.Sue.in Cęsa.Deinde pluribus hostijs cęsis, cum litare non posset introijt curiam.Huius compositum est perlito,qđ est perfecte lito.Gel.Si hę res diuinę factę, riteq̄; ꝑlitate essent, haruspices dixerunt omnia ex sententia ꝓcessurum esse.

Litura,rę,superinductio,et complanatio à lino,linis,vt fit cum superinducto attramento,alioúe liquore scripturam vel picturam destruimus.

Lituro,ras,pe.ꝓ.cancello,expūgo,Sido.Apol.Tunc vel certius te ꝓbasse reliq̄ gaudebo,si liturasse aliq̄ cognouero.

Lituus baculus īcuruus. Sine nodo, quo sedentes augures auibus templa designabāt.Gel.Lituus est virga breuis in parte,qua robustior est īcurua.Dr̄ interdū regale sceptrū hoc est ille Romuli baculus,q post Romulū à litibus dirimendis,in medio incēdio īteger mansit,vt apud Valer. maxi.Nihil in eo, ꝑter lituum Romuli integꝶ reꝑtum est.Et Plutar.in Romulo.Lituus ꝯseruatus est in Palatino colle,vsq; ad Celtaꝶ tempora,à quibus capta vrbs incēsa fuit.Sed postea expulsis à Camillo hostibus,inter altissimas fauillas illesus, cū oīa ignis consumpsisset inuentus ē.Festus scribit lituum esse genus buccinę curuę, Vnde vox gracilior exiret,q̄,q cecinerit liticem dr̄ Acro vero docet īter tubam et lituum discrepare ꝙ lituus eqtum sit,et īcuruus tuba peditū et directa,litui acutus sonus est,tubę grauis.Vir.li.vi.Et lituo pugnas īsignis obibat,et hasta.

Liticen,penul.cor.qui lituo canit.

Liuius nomen historici patauini,q res Romanas miro artificio luculentoq̄; ꝭmone ꝑscripsit.De hoc Hie.ad Paulinum.Ad Titū Liuiū lacteo eloquentię fonte manantem de vltimis Hispanię Galliarumq̄; finibus quosdam venisse nobiles legimus.ē quos ad ꝯtemplationem sui Roma nō traxerat,vnius hoīs fama perduxit.Habuit illa ętas inauditū oībus seculis,celebrandumq̄; miraculum,vt tantam vrbē īgressi,aliud extra vrbē q̄rerent.Fuit ē alius Liuius poëta Comicus cognominatus Andronicus. De quo Diome.Cōstat inqt apđ Romanos.Primū latino sermone comędiam Liuiū Andronicū scripsisse.Gel.lib.xvi.Primus omnium.T.Li.poëta fabulas docer̄ Romę cępit post Sophoclis et Euripidis mortem annis plus ferè.C.et.lx.fuit et Liui. Drusus,de quo in dictione Drusus.

Liuor,vestigium,et nota,quę fit ex flagello.Vnde in ecclesiastico legimus ꝙ flagelli plaga liuorem facit.Aliqn̄ signt colorē nigriorem. Var. Sic paulatim liuor in candorem vertitur,et omnis macies è corpore abscedit.Et quoniam talis est color inuidorum,ideo liuor accipitur pro inuidia.Luc.Liuor Edax tibi cuncta negat.Claudia.li.iij.rabiē liuoris acerbi.Nulla potest placare quies.

Liuidus ꝓpe dr̄, q ex percussu carnē nigrā habet fluxione cruoris ad eū locū,quo ꝑcussus est.Ply. Taplię succus suggilatis,ac liuidis ꝓdest.hinc liuidus pro nigro.Virg.qdue petūt aīę, Vel quo discrimine ripas.Hę linquūt illę remis vada liuida verrunt.Quoniā vero qui inuidia laborant exedentes se dolore hunc colorē ꝯtrahunt. Liuidus sępe ꝓ īuido ponit̄.Mar. Omnibus īuideas liuide,nemo tibi.

Liuidulus,dimi.ē Iuue. Quibus inuideas si,Liuidulus sis.

Liueo,ues,ater sum.Ply.lib.xxij.Cortex vero.s.heliostrophi liuentibus colorem reddit.Hiero.in Esa.Aut.n.verberibus liuēt corpora,aut plagis tument.et Aliquando inuideo. Pōpo.Malignus hō,ē fortunis aliorum semper liuens.

Liuesco,liuidus fio.Clau.lib. iij. Haud equidem inuideo, nec enim liuescere fas est.Vel nocuisse deos. Huius compositum est.Adliuesco.

Lix dr̄ cinis,in quem materię rediguntur, cū fuerit exustę. Ply.li.xxxvi.allegat Varronem dicentem lix cinis est foci. Et lix vocatur aqua cineri immixta.Vnde lixiuium.Et lix aqua,à Lica,q secutus est Herculem deflecti qdam aiunt.

Lixiuium aqua, in qua lauandi gratia decoctus est cinis per u,ante i,Col.li xiij.Sunt qui culmos fabę exurant,et ex eo quod cremauerint cinere lixiuium faciunt. Idem lib.vlti.lixiuia vsurpat.In olla inquit fictili ampla pręparatam lixiuiam cineris sarmenti calefieri conuenit.

Lixa,modo significat ministrum magistratui seruientem Apul.li.i.Nam et lixas,et virgas et habitum prorsus magistratui congruentem in te video.Modo ministrum militarem cuius officium est, vt militi aquam subministret quam veteres lixam vocauerunt.Syl.li.v.punicorum Inutile marti Lixarum vulgus.Scipio apud Liuium. Actiū vmbrum appellat semilixam,quasi semimancipium noīe ignominioso.Var.Lixulas,et semilixulas vocabulo sabino scribit dici circulos ex farina,caseo,ē aqua ꝯmixtos,et inter cibaria numerant.Appellatiq̄; sūt à ciner̄,ꝙ lix cinis.

foci fit.Vñ elixus,a,xũ,qđ coctũ ẽ cinere ollę ſuppoſito, et Aulicociũ,qđ olla coctũ ẽ.Nã veteres ꝑ olla,aulã dicebãt.

Lixula,q̃uis videatur diminutiuum,à lixa,non tñ paruum lixam ſeruulumq̃; ſignificat,ſed lixulę,et ſemilixulę à Varrone dicuntur cibi ex farina,caſeo,et aqua commiſtis.

Lixo,as,lixum facio,at vernacula lingua dicimus leſſare, à quo fiunt compoſita elixo,et prolixo , quod eſt lixum facio,ſeu in longum acuo.Colu. lib.v . Quare magnopere monendus putator eſt,vt ꝓlixet acies ferramenti,ẽ quantum poſſit nouaculę ſimilem reddat.

L ANTE O

Loba,bę, milij,vel panici racemus,vt eſt apud Var.

Locus proprię dicitur quicquid aliquid continet.Vir.Hic locus vrbis erit,Poniturq̃; à dialecticis inter accidentia ſubſtantię,et eſt vna de ſeptem circunſtantis, q̃ ita numerãtur pſona,qualitas,negociũ facultas,cã,modus,tþs,q̃ hoc verſu continentur.Quis,qd,vbi,qbus auxilijs,cur,qũo,qñ. Quandoq; locus dř genus.Salu.Natus haud obſcuro loco. Quandoq; diſtributio tempoꝝ,q̃ cui ĩ ſpectaculũ vẽturo tribuunť ab ędilibus.Vñ motus loco dř,q ſuas horas nõ obtinuent inter ꝓcedẽtes,et ſecutores.Et Ci.loco motus ẽ, cum ex vrbe pulſus.Teren.Noſter grex ꝑ tumultum commotus eſt loco.Cũ ãt dicimus loco patris te habeo, ſignificamus ea eſſe charitate,qua př ẽ,vel eſſe debet. Terenti. Si te in germani fratris dilexi loco.Loco vero ſolatij,loco voluptatis,loco honoris, ꝓ iucundum,voluptuoſum , et honorificum dicitur.In loco ſubſtitutus.i.in alterius vices Quin.et in locum iuuenis amiſſi ſubſtituit de vanitate ſolatium.In plurali loci,et loca.Loci ſedes, argumentoꝝ ſunt quę intra ſe continent argumenta , et ex qbus ipſa argumenta petenda ſunt ab Ariſto.Topica vocati ſunt. Loca ſunt in qbus aliqd locať,q̃q̃ ẽt locos in eodẽ ſignificato dicamus.Vir.Deuenere locos,vbi nunc ingẽtia cernes.Similiter locos pluraliter dumtaxat mulieris vuluas, ſeu vterus.ẽ vulgo matricẽ appellamus.Var.ĩ origi.ſic loci muliębres,in qbus naſcendi initia ꝯſiſtunt. Ply.lib.xi. Fęminis eadeȝ omnia ꝑter veſicam,et intus vtriculus,vñ dictus vterus,quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vuluam tantum dicimus.

Loculus diminu.à loco,ſignificat eniȝ paruum locuȝ.Var. li.iij.de re ru. Horten.familiaris noſter,cuȝ piſcinas hẽret magna pecũia ędificatas,ac loculos,ita ſępe cũ eo ad villã fui. Ponił ẽt interduȝ ꝓ ſacculo, ĩ q̃ pecunia ſeruať,q alio noĩe dř vulua,et bulga,et marſupiũ, et capſula ſiue ſit lignea,ſiue eborea.Mar.Hos,niſi de flaua loculos, ĩplere mõeta Nõ decet.Interdũ ꝓ feretro,q̃ mortui efferunť, qđ apoſtolus capulũ,et libitinã vocãt.Et loculi ꝓ vulua.

Locellus diminu.à loculus.Mar.Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fece locelli.Eſt munus nihil eſt,ipſe locellus erit.

Loculatus,ta, tum,qđ habet diuerſos locos.Var.Nã vt Pauſanias, et cęteri pictores eiuſdem gñis loculatas magnas habent areolas, vbi diſcolores ſint certas ſic hi loculatas habent piſcinas,vbi diſpares diſcluſos habent piſces.

Loculamenta loca diſtincta,ſiue capſulę,& receptacula,in qbus aues,et ſimilia nidificare,ſeu habitare ſolent,et à loculis deduci videtur.Colu.Vel ſi non ita competit paxillis adactis tabulę ſupponanť,q̃ vel loculamẽta, qbus nidificẽt aues,vel fictilia columbaria recipiãt,ẽ li.x.de apibus dicit.Crepitaculis ęreis , aut teſtarum plerunq̃; vulgo iacẽtium terreatur fugiens iuuentus,eaq̃; quę uel pauida cuȝ repetierit alueum maternũ, et in eius aditu glomerata pepẽderit, uel ſtatim ſe ad proximam frondem ꝯtulerit, ꝓtinus cuſtos nouũ loculamentũ ĩ hoc ꝑparatũ pliniat ĩtrinſecus ꝑdictis herbis,deĩde guttis mellis reſperſuȝ admoneat,tũ mãibus,aut ẽt trulla ꝯgregatas apes recondat.

Locariuȝ à loco vbi locare,hoc eſt collocare te poſſis,ſignificat precium,quod datur in ſtabulo,et taberna.

Locuples,p.c.gñis oĩs ſecunduȝ Priſc.ẽ tã in i,q̃ in e,ablatiuum finit.Cic.in frumentaria. In prouincia locupleti, et referta.Hora.In locupletedomo Di ctus locuples à lata humo,hoc eſt locorum plenus, qui pleraq; loca.i.q multas poſſeſſiones habet.quẽadmoduȝ,pecunioſus,à pecoꝝ copia aſſiduus ab aſſe dando cognominať.Ply.li.xviij.Cognomina ẽt ꝑma ĩde pilumni,q pilũ piſtrinis ĩuenerũt. Piſones à piſendo.Hic et locupletes dicebãt loci, hꝰ ẽ agri plenos.Et nõ mõ ꝓ diuite,et loca multa poſſidente, u erũ ẽt ꝓ firmo, certoq̃; ad quãlibet rẽ poniť.Ci.li.iij.offi.Accedit.eò teſtis locuples.Poſſidonius.Poſſet tñ ꝓ bono,ẽ magnę authoritatis viro capi , et forte rectius,quẽadmo . et illud in eodem li.comparatiue poſitum.Quem.n.locupletiorem quęrimus, q̃ principem populi Ro . qui retinendi officij cauſã cruciatum ſubierit vltro.

Locupleto,tas,pe.cor. locis,et poſſeſſionibus quempiam diuitem facio.quãuis etiam ad omnia , ſicut dito capi poſſit,vt cũ qs opibus,rebusq̃; etiam ĩcorꝑeis ditať.Col.li.iij. Vt añ ꝑpenſuȝ,et exploratuȝ hẽamus, vt locupletet patrẽfamilię uinearum cultus.Plau.Viſus eſt pꝛña hřditate locupletarier,Huius compoſituȝ eſt.Collocupleto,qđ ſigt ualde dito.Teren.in Heau.Vbi nã ẽ fides,dũ ego ꝑꝑ te errãs pꝛia careo demẽs, tu ĩterea loci collocupletaſti ãtiphila te.

Loco,locas,pono,conſtituo.Liui.lib.i . Caſtra ab urbe haud plus quinq; millia paſſuum locant.Vir . Hic alta theatri fundamenta locãt.Interdum locare ẽ reponere.Plau.Duȝ aulam domi locatã ꝑqrit ablatã repit.Interdũ nuptui tradere.Terẽ.ĩ Phor.Queſo ꝙ ſi filiã ſuã unicaȝ locaret.Hic Illocabilis,q̃ tradi uiro non ꝑt.Pla. Virginẽ hẽo grãdem, dote caſſã,atq; illocabileȝ.Interdũ affictare, ad appẽſionẽ dare,uel ad uecturam,ſeu ad operã faciendã.Et tunc cui quid locatur in datiuo ponitur,et ꝑciuȝ in abltõ,ut ſex nummis aureis opã,uel domũ tibi meã locaui,uel equuȝ ãnuȝ totuȝ.Aliqñ ẽt ĩ accuſatiuo,cũ ꝑpoſitiõe ad,ſi rei nõ hoĩ locatio fiat.Plau.ĩ tri.Ego huic diei nomẽ trinumo faciã,nã opam meã tribusnũmis ego locaui ad artes nugatorias.Interdũ ꝯcedo.Sine ꝑcio ãt exꝑſſo,ſed cũ dtõ hoĩ. Ci.ĩ Ver.Sẽnonis Mẽoni nobiliſſimi hoĩs uxoris fundus erat colono locatus.Sulpi.ad Ci.Poſteaq̃ curauimus ut idẽ Athenięſes in eodem loco monumentum ei marmoreũ faciendum locarent.i.ꝯcederẽt,ꝑloco,huius verbi ꝯpoſita ſunt Abloco, quod ẽ alijs loco affićto.Sue. in Vitel.Satis ꝯſtat exituro viaticũ defuiſſe tanta egeſtate rei familiaris, vt vxore,ac liberis,quos Romę relinquebat meritorio,cęnaculo abditis.domum in reliquã ꝑteȝ anni ablocaret.Colloco ſimul loco.Eloco extra loco , vt cum iumentuȝ,vel bones extra locare ſolent agricolę,et agrũ frumẽtariũ,ĩde male curãt.Qđ Col.li.i.tangit,cuȝ inqt.Et maxime vexãt ꝑm,q bones elocãt,eosq̃; vt cętera male paſcũt,nec induſtria terram vertũt.Et hęc habent penultimã correptam.

Locito,tas,pe.cor. frequentatiuum formatuȝ à ſupino,a,ĩ i,mutata.Teren.in Adel.Agelli eſt hic ſub vrbe paululũ, quo locitas,huic demens,qui fruatur.

Locatarius,q domuȝ,aut funduȝ,aliudũe ſimile ĩ locationẽ (ꝯducit.

Locuſtę ſunt animalia ꝑua ĩfirmas hẽntia alas, vt inquit Hie.quę quidem de terra ꝯſurgentia altius non valent auolare,vt plus ſint ,q̃ repetilia, et tñ auibus non equenť.Dictę locuſtę à locis vrẽdis,ob iacturam,quã morſibus afferunt tactu multa vrentes,morſu vero oĩa erodẽtes vel à loco,et ſto,ſtas,vel à longis haſtis tibiarũ,et crurum quas gręci ἄσατον vocent.Has parthi, in cibo ſumunt.Et diuus dñi ꝑcurſor Ioãnes locuſtis vixiſſe ſcribiť, ſed cõtra obſtinatos licet ſentiaȝ magnos viros aliter ſcribere,hꝰ non me fallit,ꝙ locuſtis pratoꝝ veſceret,audiãt ẽt grammaticos.Hic Perottus grãdi vir Authoritate longam facit diſputationem,ſed carptim dicit in India naſci longitudine triũ pedum qꝝ cruribus,cũ aruerit,vtunť ꝓ ferris,in Cyrenaica lex ẽ,vt ter in ãno debellentur,in Syria quoq; eas necari militari impio mos eſt, nefas eſt credere diuuȝ Ioãneȝ,queȝ regis nři dei ꝑcurſorem merito vocãt huius cibi impuritate vsũ in eremo fuiſſe crudeli cibo et venenoſo,ſed de gręcis ſunt iſti authores celeberrimi. Eudemus rhetor,Heladius,Eugenius, Zoſimus,Cecilius,Lõgi-

nus,Lupercus, Iuſtinus, Pachatus, Pamphilus, Zopyrion, tandem,et Suidas omnium congregator ita ſcribit gręce. ἀκρὶς εἶδος ζώου ἤσθιε δὲ ἀκρίδας ὁ πρόδρομος, καὶ μέλι ἄγριον, ὅπερ ἀπὸ τῶν δένδρων ἐπισυναγόμενον μάννα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται. Iſaacius etiam interpres profuſus. Nicandri dicit animal eſſe venenoſum. Ply.lib. ix.dicit locuſtas eſſe piſces atq; beatus Augu.lib.x.confeſſio.ait Ioannem animalibus.hoc eſt locuſtis in eſcam cedentibus non fuiſſe pollutum,ſed quid reſpondebunt ſanctę matri eccleſię? inſurgent ne tanq̃ corybantes,quę cãtat,et publice ſolennizat.Prębuit hirtum tegimen camelus Artubus ſacris ſtrophium bidentes, Cui latex hauſtũ ſaciata paſtum mella locuſtis,vbi illud locuſtis intelligendum eſt,vt ait ibi Suidas,ideo concludendum eſt non ſolummodo manna intelligi oportere, Verumetiam ſummitates omnium germinantium, vt ſunt etiam coralia roſarum syluestriũ,et ſpinarũ,ſed cã iſtius erroris fuit,qm̃ iſta dictio ἀκρὶς ἀκρίδος duo ſignificet,et locuſtã vermẽ venenoſum,qm̃ ſummitates corrodat.quem Deus aliquãdo iratus mittit contra populos, et nationes, ſigñcet etiam corculum germinantium.i.ipſa germina.An igitur fas dicere virum tam ſanctum,tam gratum Deo,comedere vermes miſſos contra inimicos Dei,et quare non comedit ẽt muſcas,et tabanos miſſos ꝯtra Pharaonem? ſed tempore hyemis,vbi erant locuſtę, ſalinerunt ne? Immo aliq me dicio interpretantur eſſe rapunculos,et alij doctiſſimi poma syluestria,ſed tam ſancto homini pium eſt credere manna,ꝓ libito coelum fluere,vt tam precioſum,et tam diuinum corpus ſuſtentaret,q̃uis.Ply. lib.xi.capi. xxix.ait Parthis et hę in cibo gratę.Sed talia monſtroſa ſunt, ꝙ etiam Indi comedant,non eſt mirum ſiquidem comedũt etiam homines,quos ex finitimis regionibus venantur.Locuſta quoq; venefica Neroni grata, ex Gallijs euocata,de qua apud Iuue.Dion grecus Hiſtoricus λοκοῦσαν τινὰ φαρμακίδα περιβόητον ἀγριππῖνα μετεπέμψατο, καὶ φάρμακόν τι ἄφυκτον προκατασκευάσασα ἐς τινα τῶν καλουμένων μυκήτων ἀνέβαλε, καὶ μὴν αὐτὴ ἐκ τῶν ἄλλων ἤσθιεν. Locuſta etiam piſcis ẽ ex gñe cruſta tectoꝝ corpe lõgo cornua añ oculos bina longa,et aſpera hẽt. dictus à ſilitudine terreſtris.

Locutulei,ſunt homines in verba prouecti,et blaterones,et linguaces,quorum lingua tam prodiga, infreniſq; eſt,vt teterrima quadam colluione verborum fluat ſp et ęſtuet.

Locrus,vrbs ab Aiace Oileo,et Naritijs,qui eu ſecuti ſunt, ꝯdita apud Locrinum montem, q eſt in Brutijs ad extremũ Italię oppoſitus Peloro.Virg Illic naritij poſuerunt moenia locri.Inde locrenſes,quorum rex fuit ipſe Aiax oileis, hi Epizephyrij cognominati ſunt à zephyrio ꝓmontorio,cui imminent.Author eſt Ply. à Locris incipe Italię fronte,quę magna Gręcia appellata eſt. Alij ſunt Locri, in Gręcia cognominati Ozolę à malo odore.Alij Opõtij Boietię finitimi,qui et Epicundidicti ſunt.

Lodex,icis,pe.ꝓ.lecti veſtis,et operimentum, ſiue linteolus, quo in lecto vtimur,et frequenter lauat. Vnde à polluẽdo lodices appellatas nonnulli putant.Iuue. Modo ſub lodice relictis uteris in turba,huius diminutiuum eſt.

Lodicula dimi.Sue. in Augu.Ita vt inextremis ſpatijs ſubſultim decurreret ſeſtertio in lodicula innolutum.

Logos,apud gręcos,modo ſermonem ſignificat modo verbum,mõ rõnem.Hiero.ad paulinum. Logos gręce multa ſignificat.Nã et verbu eſt,et rõ,et ſupputatio,et cauſa vniuſcuiuſq; rei,per quã ſunt ſingula, q̃ ſubſiſtunt.Aug. lib.ꝯ hęreſes.Hermes,q latine dicit Mercurius,ſcripſit libꝝ q λόγος τέλειος appellet.i.verbum,ꝑfectũ.Apud nos quãdoq; pro dicto ridiculo,ac contemnendo ſumitur.Cice.pro Gallo. Ego te certo ſcio omnes logos,qui ludi dicti ſunt animaduertiſſe. A logos fit Catalogus. Epilogus,Dialogus,Elogiũ,Analogia,et propè infinita alia,et Logica.

Logica latine rõnalis dicit. Nam gręci λογικὸν rõale dñt. Hęc rationalis phia dr,quę ꝓprietates verboꝝ exigit,et ſtructuram,et argumentationes,ne pro vero falſum ſurrepat Boie.in cõmen.top.Hęc ẽ inqͣt,diſciplina,q̃ſi diſſerendi quędam magiſtra, quã logicem veteres ꝑipatetici appellauerũt,ꝯtinens in ſe inueniendi, indicandiq; ꝑitiã.

Logiſtoricus,ꝯtexens rões,cõputus,et modos hiſtoriarum, ſiue hiſtorice ſermocinans de liberalibus ſcientijs,quo nomine dictus eſt qdã liber Var.Vñ Sido.ad Namatiũ Var. logiſtoricus,ſicut popoſceras et Euſe. chronographũ miſi.

Logion,dicaſteriũ vocat hoc eſt iudicus locus.Logia,quoq; vocantur quę de Deo dicũtur logion Chryſoſtomus in Homilia ad Corinthios vocat collectiones quũ ait περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους.

Loligo,pe.pro.genus piſcis, quaſi voligo ſecundum Varro. Volitat.n.hic piſcis extra aquam ſe efferens,hic caput inter pedes,et ventrem habet quẽ nunc vulgo Calamarius vocant à thecę calamarię ſilitudine. Hẽt.n.oſſicula duo, q̃ſi cultrũ,et calamũ,et cruorem nigꝝ atramenti mõ,cuius externe albus ſit,et cũ à volo,las,hñte pe.cor.deſcendat,loligo ãt ꝓductam habeat in metro per duplex ll,ſcribendũ puto.Hor.in ſer.Hic nigre ſuccus loliginis.Huius dimi.eſt Loliguncula.Plau.Emito ſepiolas loliguncculas.

Lolius genus piſcis admodũ ꝑui,et facie à loligĩe diſſidẽs.

Lolium herbę genus alio nomine zizania gręce dr.Hora. Eſſet ador, loliũq; meliora relinquens,Hinc Loliarius,ria, rium,Colu.lib.ix.Cribro viriano,vel loliario,qui iam fuerit in vſu pulli ſuperponatur.

Lomentum farina fabacea,quo ad eruganda corpꝯa vſa eſt antiqtas.Mar. Lomento rugas vteri quod condere tentas.

Lomentum,greci λέωμα vocant quod tritum proprie ſignificat.Ply.li.xxxiij. Subtiliſſimum genus lomenti,quidam triſtum vocant quinis aſſibus ęſtimatum.

Lombardia,Regio Italię à longobardis dicta, quę ciſalpina gallia vocabatur.Eius fines ſunt Apenninus,et alpes, et quicquid intra alpes,Benacumq;,atq; Mintium amnẽ continetur, cuius metropolis eſt Mediolanum,à populis, q lingones germanię,et bardi galliarum ſunt ſimul miſiti, non autem à longis barbis,vt ſolent viri docti ridere.

Lombricus,pe.pro.piſcis q vulgo Lampetra vocatur.

Longus proprie porrectus.Virg. Stant longis innixi haſtis, et ſcuta tenentes.Per tranſla.quandoq; ponitur pro diuturno. Idem.Et longum Andromáches teſtent amorem.Quãdoq; ꝓ magno.Vñ lõgiores,dies maiores dicimus.Qñq; ꝓ ꝑicioſo.Ide. Infelix Dido, longumq; bibebat amorem.

Longum aduerbium,ſignificat longo tempore. Mar. Vtq; tuis longum dominuſq;, puerq; fruantur Muneribus.Cõpoſita à longus ſunt oblongus prelongus.

Longe aduerbium,ꝓ longitudine tam loci,q̃ temporis vt cum dicimus.Longe,lateq; diſcurrit. Interdum ſignificat valde.Salu.Longe mihi alia mens eſt.Interdum pręcipuę. Cice.Illud homini longe optimum eſſe. Huius compoſita ſunt, álonge,et délonge,quę hñt accentum in prima.

Longe gentiũ. ſigt longe,ſicut nuſq̃ gentiũ, nuſq̃ locoꝝ.

Longęus,gęa,gęum,cũ diph.quod eſt longi ęui.Virg.Quẽ tibi longęuo ſerum lauinia coniunx Educet syluis.Cic.in Ca. O miſeꝝ ſenẽ,q mortẽ ꝯtẽnendã in tã lõgęua ętate nõ uidenit.Hic lõgęuitas, ἑλληνιστὶ δὲ χιῶν αἰῶνος λέγεται.

Longanimis,pe. cor.qui eſt perſeuerantis animi ęq̃nimiter tolerans.A quo longanimitas pro tolerantia. Hiero.Longanimitas,quę alibi ſuſtentatio dicit, uidetur à patientia differre,quia qui infirmitate magis, q̃ propoſito delinquunt,ſuſtentari per longanimitatem dicuntur.Qui uero ꝑtinaci mente exultant in delictis ſuis ferri patienter dicẽdi ſunt. Patientia ergo eſt,quã per ſuperbiam, et procaci mente peccantem non ſtatim punit deus. Longanimitas eſt qua per infirmitatem et non deliberati animi malicia peccantis diu portat.

Longitudo,ꝓlixitas,ut longitudo dieru in dextera illius.

Longinquus,qua,quum,qđ eſt remotum diſtans. Cice.ad M.Ca.Non dubito, quid pręſentes cenſeant,nos quidem longinqui,et à te ipſi miſſi in ultimas gentes.Aliquãdo ſignificat ꝙ in longum tenditur. Clau. Sic qui vecturus

lõginqua

longinqua per ęquora merces Molitur tellure ratem. Aliquando ponitur pro externo, et peregrino, vt illud. Si mea longinquus viscera piscis edet.

Longo, gas, q̃uis non sit in vsu, hẽt tñ cõposita in frequenti vsurpatione habita, q̃ sunt elongo, et ꝑlongo, quod est protraho. Plau. Quę mihi anus prolongat promissa.

Longisco, longus fio. En. Neq; corpa firma lõgiscũt quicq̃.

Longurio, idem quod longus. Var. Hic qui ante me est, nescio quis longurio.

Longurius, apud Var. pertica longior. Quin. li. i. de re Rusti. ait. Scđa sępes est, ex agresti ligno, sed non viuit. Fit antez palis statutis crebris, ac virgultis implicitis, aut latis pforatis, et p ea foramina traiectis longurijs ferreis binis, aut ternis, aut ex arboribus truncis demissis in terrã, deinceps ꝯstitutis. Idẽ lib. ij. Itaq; in stabulis oportet clausa habere ostia, ac fenestras, et inter singulas à presepibus interijcere longurios, qui ea discernant, ne inter se pugnare possint.

Longanõ, rectũ intestinum dr̃, quo aluum purgamus, sic dictũ, ꝙ in longũ ꝓtenditur, et non est ita orbibus iplicitus, sicut intestinũ tenue. Apitius. Lõganones porcinos, ex ture tarentino farsos cunctos concisos in cinere pulloꝝ.

Longobardi populi Germanię, quos à lõgis barbis cognominatos ferunt, et ab oceano, germanięq; vltimis oris uenisse nouas sedes quęrentes Hi Albino duce Italias intrauere, breuiq; oẽs pęnè citerioris gallię urbes cepere, ibi cũ ducentis annis regnassent, à Carolo magno superati fuerunt, sed tñ ut diximus, ut celtiberi exceltis, et iberis fuit una natio, ita lingones populi germanię, et bardi galliarum populi facta unione gentez unã, et unuz nomen admiscuerũt, et ideo Ponticus uir doctus nr̃i tpis lr̃is gręcis lingobardos appellat, nõ aũt longobardos, quantis antez probationibus prodeat ille vir scrupulosus alij viderint.

Lopades, pe. cor. genus conchę marinę. Plau. in Para. Medico addite lopades, echinos, ostreas. Dictę ab ollę similitudine quę à gręcis lopas dicitur. Est et lopas vestis genus, quę et lope dicitur.

Loquor, eris, locutus, per c, ſm Prisc. proprie significat verba profero. Differunt aũt ab inuicẽ loq. et dicere. ꝙ loq sit à natura, dicere eleganter, et facunde. A' loquor fiunt composita. Alloquor quod est ad aliquẽ loquor. Ci. Cuz pridie eius diei eum allocutus fuissem. Alloquimur ẽt ea q̃ aut summo affectu, aut extremo periculo narramus. Virgil. Extremum qđ te alloquor. Oui. Nec quia te nostra sperem prece posse moueri Alloquor. Hinc alloquiuz. Ambro. lib. Hexa. Dixit deus non vt per vocis organa quidam sonus sermõis exiret, nec vt linguę motus cęleste formaret alloquium. Colloquor simul loquor, à quo colloquium ꝓ cõfabulatione, cum veniunt in vnũ locum loquendi causa. Et collocutores qui simul loquuntur. Circũloquor ꝑ circuitum quendam declaro, à quo Circũlocutio, quaz gręci periodon vocant, vt si elephanti dentem pro ebore dicamus. De loquor. De aliquo loco deputato loquor. Var. Hic dicuntur eloquium, ac reliqui in fanis sabinis à cella dei qui deloquunt. Eloquor à quo eloquiũ. Interloquor, Obloquor, Prę̃loquor, ante loquor. Lactan. lib. iiij. Daniel quoq; similia prelocutus est. Per loquor perfecte loquor, sermonemq; perficio. Et omnia habent pe. cor.

Locutor, seu loquutur qui nimium loquitur. Gel. Qui sunt leues et futiles et importuni locutores.

Loquitor, aris, frequenta. apud Apul. in Flo. vsurpauit.

Loquela, verbum quod in loquendo proferimus.

Loquentia, et loquium, q̃uis à loquor deducantur, non tñ eis vtimur, nisi in cõpositione, vt breuiloquentia, breuiloquiũ, multiloquentia, multiloquium, magniloquentia, magniloquiũ. Siliter magniloquus, multiloquus, stultiloquus, blandiloquus, et hmõi quę habent pe. cor. Anteloquium primus loquendi locus, seu principatus loq̃ndi. Soli loquium, qđ sigt illius q ꝯtẽplando solus ipse secuz loqtur.

Loquax verbosus, garrulus. Vnde corui et alię aues, quę humanam vocem imitantur, loquaces dicuntur. Hinc comparatiuum loquatior, et superlatiuum loquacissimus.

Loquacitas nãlis loq̃ndi abundantia. Cice. Toquato. Facit aũt non loquacitas mea, sed beniuolentia longiores epistolas. Accipit etiam pro stulta, et inani loquendi copia.

Loquacito, tas, multum loquor. Hiero. Siquando mulierculę, de diuitijs ꝓprijs, de filijs, de vestibus, de mũdi vanitatibus garrulando loquacitent, vt moris est eis frangant.

Loquere, pe. pro. apud Plautum in mili. Pro loqueris. legitur. Loquere lepide.

Lora, siue lorea genus potionis est, quã gręci Deuteriã appellant, quasi secundariam, veluti apud nos tertiana per vini caritatem. Nam δεύτερον, apud grecos ſm dicitur. Fit ex maceratis aqua vinaceis post mustuz acinis exp̃ssum, non potest iure vocari vinum, q̃uis inter vina operaria numeretur. Tria eorum genera. Primũ decima parte aquę, quasi musti expressa sit, et ita nocte, et die madefactis vinaceis, rursusq; prelo subiectis. Secundũ tertia parte eius, quod expressum sit addita aquę expressoq; decocto ad tertias partes. Tertium fecibus vini expressum, qđ fecatum Cato appellat. Varro. de ui. pa. Antiquę mulieres maiores natu bibebant loram. Hęc etiam leuia tenuia vina dicuntur. Ply. lib. xxiij. ait leuissimum vinum celerrime inueterari, Idem, scribit tenue vinum minus alere, magis stomachum nutrire. Cato fecatum appellat, quod fecibus vini exp̃ssum est. Vinum aqua misceri Staphilus primus inuenit. Dilutum quoq; vinum dicitur aquatum.

Lorum, prima pro. Nam lora habet o cor. proprie significat corrigiam, ex corio, et gręcum est λῶρον. Vnde ponit pro cingulo. Poëtę baltheũ Veneris, qui Cestus dicitur, lorum appellant. Lora etiam habenas vocamus, et retinacula iumentoꝝ, zonas quoq;, ac volumina ex corio bubulo, quibus pugiles, vtebant. Pręterea, quęcunq; ligamina lora dici p̃nt, et loramenta, ligamenta etiã, quę ex talibus fiunt. Gel. Postea videbamus Androdum, et leonem loro tenui reuinctum vrbe tota circũ tabernas ire. Hie. Loramẽto ligneo circũdatũ ędificij fundamẽtuz nõ dissoluetur, ab hoc loꝝ ẽt, ꝓ corrigia accipit, q̃ hoĩes verberant. Do. Lora apud veteres laura dicebant, à laura triumphorum, sub qua mos erat captiuos vinciri, duciq; p põpaz. Ideo aũt, vt ꝯditionis reminiscant. lorũ cędunt. Vñ lorarij dicebant, q in scenicis fabulis parebant hijs, q ludis erant p̃fecti, et vel vinciebant⁹, vel cędebant, quos iussi erant vincire, vel cędere. Tortores quoq; lorarios vocatos inuenimus. Gel. Itaq; hi sequebantur magistratus tanq̃ ĩ scenicis fabulis, q dicebant lorarij. Itẽ lora dicunt corrigię, q̃bus lecti et sellę instruunt, sup q̃bus tomenta, vel culcitrę imponunt. Mar. Nonis lintheis, lorisq;. Hinc etiaz funiculus, aureus argenteusue, q collo gestari solet, Lorus appellatur. Inuenitur etiam lorus mascu. gene. sicut et corius, et collus. Apul. lorum quempiam sinu suo detinuit.

Loramentum. Vide in lorum.

Lorarij, Vide in dictione Lorum.

Lorarij, serui qui in scenicis fabulis loro vinciebãt, aut vere quos erant iussi. Ca. Id genus homines etiam Brutianos appellat, quoniam Brutij ignominię causa iussi sunt à Romanis, vt magistratibus in prouincias euntibus parere et preministrare seruorum uice cogebantur ꝙ primi Italię, ad Annibalem descinerint. Vide in lorum.

Loręo, eas, significat loro uerberibusq; conscribilare signareq;. Plau. in Mili. Ego uostram faciam latera loreare.

Lorica, pe. pro. à loro fit, et est munimentuz corporis, quale in imperatoꝝ antiquis statuis uidemus, quia loris alligata fit. Quod, si sit in numine, Aegis, idis dicitur. Habetq; in medio caput medusę. Nam ut iterpretatur. Var. ẽ loris de corio crudo pectoralia antiqui faciebant. Proprię uulgariter dicuntur bardę, ut sunt equorum, ẽ scuta grecoꝝ, non aũt sunt, quas uulgo panzerias uocant, quonias postea Galli succedunt ẽ ferro, sub id uocabulum ex anulis ferream tunicã. Lorica in ędificijs est quoddã, quasi sepimentum, et ueluti peribolus, quę nos tuetur à lapsu.

Loricula diminu. à lorica quod etiam in re militari significat munimentuꝫ, quod obsessores vrbiū construunt. Nā vltra iactū teli fossam faciunt. eāq; vallo, sudibus, et turriculis instruunt, vt erumpentibus è ciuitate possint obsistere. Author. Vege. lib. iiij. Hircius in con. viij. sic scribit. Hęc imperat vallo. xij. pedū muniri, loricamq̄; pro hac ratione eius rationis inędificari. Itē pontium frontes viminea lorica munirentur. Accipitur et pro muro tecti. Vnde in Deuetro. legimus. Cum facies domum nouā, facies murum tecti per circuitū, ne effundat sanguis in domo tua et sis reus labente alio et in pręceps ruente. Hier. contra Pelag. recitat hęc verba. Sed pro illo facies murum tecti. tanq̄ elegantius reposuit. Facies loriculam tecti. Periolus etiam septū dicitur et circuitus. Vnde et Hiero. capitur pro lorica seu circuitu apud Ezechielem et quasi quadam corona, quę fit in domo ne facilis in preceps lapsus sit. Iosephus quoque li. vi. belli iudaici scribit ꝙ templum Salomonis aramq̄; cingebat ex pulcherrimo saxo lorica gratissima vsque ad cubitum surgens.

Lorico, as, loricam induo. Vnde loricatus, lorica indutus. Ply. Mox vbi pluribus eodem modo se corijs loricauit, in dimicationem pergit. Loricatio apud iuriscon. accipit̄ ꝓ ornatu domus specioso, ac veluti tectorio, q̄ impensę sunt voluptarię. Huius v̄bi ꝯpositum est dilorico, de quo alibi.

Loripes, edis, pe. cor. qui pedem in modum lori tortum, vel tardum, ꝙ quasi loro pedem ligatuꝫ habeat. Claudus natura vel casu factus habet. Iuue. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus, idest, qui quasi loro pedem ligatuꝫ habet, claudus natura vel casu factus.

Lotium, vrina à diluendis corporibus appellatum. Est enī totius corporis lotio, sicut vrina, ab vrinor verbo descendit. Sueto. Reprehendenti filio Tito, ꝙ et vrinę vectigal commentus esset, pecunia ex prima pensione admouit ad nares sciscitans, num odore offenderetur. At illo negante. At qui inquit è lotio est.

Lotos, ē lotis, idis, proprium nomen nymphę Neptuni filię, quę Priapum fugiens in arborem sui nominis conuersa est. Oui. li. x. Meta. Amnicolęq̄; simul salices, ē aquatica lotos. Hęc arbor, vt scribit Ply. Insignis est ī Africa, q̄ vocāt celtim, tam dulci cibo, nam myrti, modo bacchas fert, vt nomen ēt genti, terręq̄; dederit nimis hospitali aduenaꝝ obliuione patrię. Ligno color niger ad tibiarum cantus expetitur. Quare et à poëtis pro tibia ponitur. Quidam arbitrantur esse eam arborem, quam Romani Visciolum dicunt. Est etiā eodem nomine herba in Ægypto, q̄ Homerus inter herbas subnascentes deorum voluptati primaꝫ nominauit, Hęc recedentibus aquis Nili prouenit similis fabę in cuius capite fructus est papaueri similis, ītus grana, ceu milium, ex quo incolę faciunt panem. Vnde. Ply. li. xxxij. Qui arborem tantum lotum putant. Homero authore argui possunt. Ab hac sata fit lotometra, ex cuius semine simillimo porri fiūt panes in Ægypto à pastoribus, maxīe aqua, vel lacte subacto. Est et alia lotos, agrestis in libya, quam multi trifolium dicunt. item alia lotos agrestis in lybia hasta duobus cubitis longa, ramos plurimos proferens. Quidaꝫ etiam loton milium vocant.

Lothophagi populi in africa, apud Syrtes à loto nomen sortiti, qui ex loto arbore victitant, cuius fructus sunt magnitudine fabę, colore croci, quorum cibus tā dulcis est, vt aduenis incutiat patrię obliuioneꝫ. Vnde cum Vlyssis socij delati fuissent in Africam. et gustassent, vix inde abducti sunt. Home. li. viij. Odys. οὐδ' ἄρα λωτοφάγοι μήδονθ' ἑτάροισιν ὄλεθρον ἡμετέροις, ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι, τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν, οὐκέτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισιν λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν νόστου τε λαθέσθαι.

Loxios, latine implicatus dicitur, quod est cognomen Apollinis, & significat obliquum cum vera obscuris inuoluat, dabat. n. respōsa ambigua, vt est illud. Aio te Æacida Romanos vincere posse. Quidam Loxiam cognominari solē tradūt ꝙ obliquū circulū ab occasu ad oriētē pagat.

L ANTE V

Lubentia, et libentia à lubeo, et libeo, pro hilaritate, et voluptate sermonum, et iocorum. Plau. in Asi. Lubentiorem te faciam quàm lubentia est.

Lubricus, a, um, pe. cor. quasi labicus, proprie lubricus locus dicitur, in quo quis nequit consistere, qualis est terra glaciata. Virg. Lubrica conuoluit, sublato pectore terga. Et sese opposuit salio per lubrica surgens. Inde figuratę adolescentia lubrica dicitur, quę facile labitur. Lubricos oculos dixit Cice. idest mobiles, sicut dicitur pes lubricus qui est in lubrico. Piscis lubricus dicitur, qui labitur, dum tenetur. Lubrica res. quę labilis est, vixq̄; contineri potest ob leuorem. Lubrica vallium significat lubricas valles.

Lubrico, as, lubricum facio. Iuue. Qui lacedęmonium pitismate lubricat orbem.

Lucę boues, siue lucanę boues, dicti sunt Elephanti. Vide in dictione Elephas.

Luca ciuitas thuscię, à qua lucenses dicuntur qui in ea habitant, vel q in ea orti sunt, Dicta à lucumone ethruscorum rege. De hac Stra. Luca vrbs est, quę vna cum regione virorum probitate floret, et robur militare. hinc magnum educitur et equitum multitudo, ex quibus senatus militares cępit ordines.

Lucani populi dicti sunt, ꝙ ea regio sita est ad partē stellę luciferę, vel ꝙ loca Ætherea sint. i. multę lucis. vel à lucilio duce, vel ꝙ primitus in luco consederint. Hi inter Calabros, et Apulos siti sunt, et à sabinis orti. Eoruꝫ regio lucania, quę nunc principatus dr̄. In ea ē Pestū oppidum et Elea vrbs. Lucania, et Petilis metropolis. Hora. Luca. an Appulus anceps. Est et Lucanus, na, nuꝫ, quod ad lucem pertinet, à quo anlucanus, na, um, Anteluco, et antelucor.

Lucanus, nomen proprium poëtę cordubensis.

Lucanus, na, num, quod ad lucem pertinet, à quo antelucanus, anteluco. et antelucor.

Lucanica genus farciminis, ex porcinis carnibus à lucanis populis primum inuenta. Mar. Filia picenę venio lucanica porcę. Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Lucem claritatem esse, nemo est, qui dubitet Quoniā aūt dies clara est quemadmodum nox obscura, ponit̄ q̄nq; lux, pro die, et nox pro tenebris, q̄uis prima luce, et primis tenebris, non primam partem diei, ac noctis significet. Prima vero die, pro tota, non pro diei parte. Gel. Alia luce orta anis in pastum profecta est. Inuenitur etiam luci aduerbialiter positum, sicut Vesperi. Cicero. in Anto. Quis enim audeat luci, et in militari via gręcum est. λύξ λυκός ἔνθεν, καὶ λύκος λέγεται ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ λυκός οὐκ ἐνδεῖται. A luce fit lucanus, a, um, et anlucanus, a, um, quod est ante lucis tp̄s, et sublucanus, sub lucis tp̄e. Ply. lib. xi. Nec omnino prius vergiliaꝝ exortu sublucanis temporibus. Lux āt ἀπὸ τῆς λυκός dicta est λυκόν, enim veteres gręci appellant primam lucem, quę pręcedit solis exortum.

Luceo, es, xi, splendeo. Cuius composita sunt. Alluceo ad aliquid seu iuxta aliquid luceo, vt Alluxerunt fulgura eius orbi terrę vidit ē commota est terra. Colluceo simul, seu totus luceo. Ply. lib. x. Inusitata genera alitum accepimus, quaꝝ plumę ignium modo colluceant noctibus. Diluceo distincte luceo. Gel. li. ij. Contra vero, qui in sex horis posterioribus nascit̄, eo die videri natum, q post eam noctē diluxerit. Eluceo extra, siue multum luceo. Lactan. li. vij. Quis tā cęcus, vt existimet sine causa esse facta, in quibus mira dispositio prouidentissimę rationis elucet? Augu. li. i. Confes. Hinc satis elucet maiorē habere vim ad vescendum liberam curiositatem, q̄ meticulosam necessitateꝫ. i. clarum esse. Illuceo lucidus sum. Sed ad diem ptinet. Liui. Vbi illuxit, cępere classem. Sed hic magis est ab illucesco. Plau. in Capi. At pol te, si hic sapiat senex atra pix agitet, apud carnificem tuo quę capiti illuceat. Idem in Amph. Nunc te inquit, quę mansisti mitte, vt cedas diei, vt mortalibus illucescas clara, et candida. Interduꝫ illucescere est

illuminare

illuminare, et splendentē facere. Lactan. lib. vij. Qui solem cum cęteris syderibus illuxit. Interluceo in medio luceo. Cice. li. iij. ad Heren. Pręterea dissimiles forma, atq; natura loci comparandi sunt, vt distincti interlucere possint. Sed hic interlucere, quasi internosci est. Pelluceo per medium trāsluceo. Quin. Sed vt inter se vincti, atq; ita coeuntes, ne omissura pelluceat. Huius significationis est perluceo, & trāsluceo. Sene. de tranql. Quid plucentes ad vnū aquas, et circunfluentes conuiuia? Cice. lib. ij. Offi. Quasi perlucet ex his, quas commemoraui, virtutibus. Colu. li. v. Vt nullo loco transluceat. Polluceo, de quo alibi. Pręluceo anteluceo. Cice. Ego meis maioribus virtutem pręluxi. Reluceo. Virg. li. ij. Sigea igni freta lata relucent. Subluceo aliquantū luceo. Oui. de mendie. Qualia sublucent fugiente crepuscula Phębo. Aut vbi nox abijt, nec tamen orta dies.

Lucescere est clarum fieri. Plau. in. Am. Tempus est exire ex vrbe, priusquam lucescat, volo.

Lucidus, da dum, quod est clarum, perspicuū, à quo plucidus, et translucidus. Qui. li. viij. Similiter illa translucida, et versicolor quorundam elocutio res ipsas effęminat.

Lucido, das, lucidū facio, illustro, à quo Dilucido, qđ est declaro, seu diuersis modis clarum facio. Cice. li. iij. ad Heren. Nam quod in dicendo rei dilucidandę, et magnificandę causa, dolū appellauimus, id in dicendo honestius consiliū appellabimus. Elucido, φ est extra, seu multū lucido.

Lucifico, as, pe. cor. Idē, quod lucido, à quo Elucifico. Noni. Elucificare, lucidare dictum à luce. Labe. Si cito fulgentis splendore pecunię volo elucificare exitum ętatis meę.

Lucifugus, et lucifuga, pen. cor. qui fugitat lucem et gaudet. Cic. li. i. de Fi. Lucifugi maledici monstrosi etiam alij amatorijs lenitatibus dediti. Sene. Lucifugas hoīes appellat qui ꝯtra naturā viuūt, q et lychnobij dicunt̄ q̄si lucernarij.

Lucifuga, pe. cor. qui fugit lucem.

Lucifer. pe. cor. stella Veneris, cum ante graditur solem, cum subsequitur Hesperus.

Lucerna à luceo. Gręce Lychnus vocatur, cuius prima corripitur, cū tn̄ in luceo ꝑducatur. Iuue. Dispositę pinguē nebulam vomuere lucernę. Lucernarū vsum primi Ægyptij monstrauere, vt author est Euse. li. x. pręparationis.

Lucernarius, qui lucernam fert. Lucernula diminutiuum.

Lucerius nomē Ardeę regis, qui auxilio fuit Romulo aduersus Tacium.

Lucēs, qđ aliunde lucē habet. Vir. Lucentemq; globū lunę.

Lucibile, quod per se lucet, Lucens φ aliunde lucem habet. Virgi. Lucentemq; globum.

Lucetius dictus est Iuppiter à luce, quam pręstare hominibus putabatur. Sic Iuno Lucetia, φ et lucis causa sit, φq; non lucet quasi vita ipsa afficiatur, et viuat.

Lucina, pen. pro. quę partui pręest, φ partum ferat in lucem. Ply. Putat lucinam dici, φ oculis pręsit, et luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romę Iunoni sacer est, in exquilijs. Oui. li. ij. Fasto. Gratia lucinę dedit hęc tibi nomina lucus, Aut quia principium tu dea lucis habes.

Lucius, pręnomen eius, qui primus ita vocatus, quia oriente luce natus est. Sic lucia nomen mulierꝪ, pe. cor. proferri debet contra communem vsum.

Lucilius. nomen poëtę à luce deductum. Hic satyrarum primus inter latinos ꝓmeruit laudē, et apud neapolim anno ętatis suę. xlvi. defunctus publico funere delatus fuit.

Lucullus nomen viri clarissimi Romani, qui pręclaras res gessit. hic nobilis disertus et diues munus quęstoriū amplissimum dedit. Pręter africam iustissime rexit. Aduersus Mithridatem missus collegā suum Cottā Calcedonię obsessum liberauit. Cyzicon obsidiōe soluit. Mithridatis copias ferro, et fame afflixit, eumq; regno suo ponto expulit, quē rursum cum Tygrane rege Armenię subueniente magna fęlicitate superauit. Nimius in habitu maxime signorum et tabularum amore flagrauit. Post cum aliena mēte desipere cępit tutela eius. M. Lucullo fratri permissa est.

Luculentus, ta, tum, quod est luce plenum, splendens. Plau. in cur. Pulchrum, et luculentum hoc nobis hodie euenit pręlium. Salu. Tum. M. Tul. orationem habuit luculentam, et vtilem Reip. Hinc aduerbium Luculenter, clare, et splendide. Hiero. De quorū vitijs, moribusq; mirificis quę luculenter ipse conspexi libellum ipse compegi.

Lucretius poëta. Cęsaris temporibus floruit. Hic naturalem philosophiam hexametro versu descripsit, et, xliij. ętatis suę anno seipsum interfecit.

Lucubro, ras, pe. cor. vigilo, et ad lucernam aliquid compono. Vnde lucubratio vigilia, et opus, quod lucubrando fit. Var. de ori. Non solum ad Aristophanis lucernā, sed etiam ad Cleantis lucubraui. Liui. li. i. Sed ꝗ nocte coram deditam lanę inter lucubrantes ancillas in medio ędiu sedentem īuenit. Hiero. in Prolo. Iudith. Huic vnā lucubratiunculas dedi. Eruditi lucubrare dicūtur ad lucernam studentes cōmentantesq;. Ply. scribit quosdaꝫ scriptores facetissimos in scripsisse libros suos titulo lucubrationum. Sunt et lucubrationes rusticanę vespertina et antelucana, quādo à vespere, et ante lucem conficiunt intra villam opera rei villaticę ꝓducibilia. Colu. li. xij. Iteꝫ ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel ridicas quinq; conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem.

Lucus nemus arboribus densum, deo sacrū, à luceo ꝑ antiphrasiꝫ dictū, eo, φ nō luceat, qm̄ cum nullę illic arbores, propter religionē cęderentur, opacus, sine luce erat. Sunt. alij, qui non per cōtrarium deducant, sed ꝑꝑ lumina crebra sacrificiorū quę ibi nocturno tꝑe fiebant. Dicitur etiā Lucus, us, pro luce. Teren. Cum primo lucu. i. prima luce, et cō primū sol illucescet. Lucus martis dictus est, in quos Mars Iliā vestalē virginē compressit, vt est apud Iusti. et Plu. Luculus, et lucellus dimi. sunt à luco.

Luco, as, licet nō sit in vsu, à luco, siue à luce fieri puto. Cuius composita sunt Colluco, quod est ramos sylvę decido. Interluco idem segnificat, subluco succidendo illumino.

Lucar ꝑciū, qđ ex lucis captat̄, vel erogatio, q̄ ī lucis fiebat.

Lucaria festa, quę in luco romani faciebant, q permagnus erat inter viam Salariam, et Tyberiꝫ, pro eo, φ victi à gallis fugientes è pręlio, ibi sese occultauerant.

Luceria vrbs Apulię, quę et Ausonum colonia fuit.

Luceres, siue Lucerenses, tertia pars populi Romani distributa à Tatio, et Romulo, sic appellati, à Lucumōe, siue à Lucerio, siue à luco, quem Asylū Romulus vocauerat.

Lucerius Ardeę rex, q auxilio fuit Romulo aduersus Tatiū.

Lucumo proprium viri nomen, à quo Lucomedi appellati, qui postea lucerenses sunt dicti. Hi fuerūt Thusci. Var. Dimicantem Romulum contra. T. Tacium à lucumonibus, idest thuscis, auxilia petijsse.

Lucrū à luendo, si amplius exolueret, q̄ quāti esset emptus.

Lucrosus, sa, sum, plenum lucro. Ply. lib. xviij. Et auctionibus eam adhiberi, lucrosum putant.

Lucellum, diminutiuum, paruum lucrum. Hora. in Ser. De se ne gustauerit tecum partita lucellum.

Lucrari est lucrū facere. Vnde ē superlucror, vt in Euā. Dn̄e quinq; talēta tradidisti mihi, ecce alia quinq; suplucratus sum.

Lucriones, dicti sunt, qui vndiq; lucrari cupiunt.

Lucrinus, pe. pro. lacus Cāpanię in sinu Baiano, contra Puteolos, propinquos Auerno lacui, adeo, vt in maximis quandoq; tempestatibus coniungi soleat. Dictus à lucro, propter multitudinē piscium, qui ibi capiebantur. De vtroq; Mar. Dum modo lucrino modo se permittit Auerno.

Lucratiuus, ua, uum, qđ lucrat̄, vt lucratiua opa qua lucramur, et aptissimus lucrifacer̄, vel disponit̄ ad lucrifaciēdū.

Lucretilis, pe. cor. mons in sabinis.

Lucumo. p. cor. ꝓum viri nomē à quo Lucumeni appellati qui postea lucerenses sunt dicti. Hi fuerunt Tusci. Var. Dimicantē Romulum contra. T. tatium à lucumonibus, idest thuscis auxilia petijsse. Fuit et alius ab isto Lucius Lucumo, à quo Luca vrbs dicta est.

Lucta, tę, conflictus.

Lucto, ctas, apud antiquos, et luctor deponens significat

contra aduerſarium omni adhibita cura cõfligo, quia in huiuſmodi conatu mẽbra ſoluunt. Virgil. Luctantes ventos. Ser. Hoc eſt egredi laborantes. Aliqñ Luctari eſt lucta ludere. Lactan. Ne quando in laqueos, et frandes illius aduerſarij noſtri, cum quo nos deus luctari voluit, incideremus. Teren. in Ecy. Dicitq; illi annulum ſeſe, dum luctat detraxiſſe. Hinc Luctatio ludus, quo alius alium nititur in terram proſternere. Cõpoſita ſunt Colluctor. Lactan. de Opi. Nam et ille colluctator, et aduerſarius noſter ſcis q̃ ſit aſtutus, idem ipſe violentus. Obluctor acrius, contra aliquẽ nitor. Col lib. vij. Sępe ẽt vel grauitate longioris, vel cum in proſcindendo, aut duriori ſolo, aut obnię radici obluctatus, cõuellit armos. Reluctor pro repugno. Idem lib. i. Nam cum veteri aſtruit recens ędificiũ, quaſi aſſurgenti reluctans oneri cedit. Quinti. Cum à me qdã familiariter poſtularent, vt aliquid de ratione dicendi cõponerem, diu ſum equidem reluctatus.

Luctitor, frequentatiuum. Vnde Priſci. Ponit apud vetuſtiſſimos luctito pro luctitor inueniri.

Lugeo, ges, xi, ctum, quaſi luce egeo, propter continuum luctum. Vel dicitur à luo, ꝙ luctus vitã hoĩs ſoluat. Eſt. n. lugere, valde flere. Lactan. lib. iiij. Quis tam facundus, et tanta rerꝫ, verborumq̃; copia iſtructus exiſtet? quę oratio tanta affluentię vbertate decurrens, vt illaſ cruces merito deploret, quã mundus ipſe, et tota mundi elementa luxerunt? Eſt et lugere in luctu, hoc eſt in lugubri habitu eſſe, ex obitu charę, neceſſarięq̃; pſonę. Vñ luctus (vt Ci. lib. iiij. Thuſcu. Inqt) eſt ęgritudo, ex eius, qui charus fuerat interitu acerbo. Scribit Diony. hali. li. v. Romanas matronas Valeriũ publicolaſ. Brutumq̃; luxiſſe annuũ tempus depoſitione auri, et purpurę, vt eſt illis luctus conſuetudo in neceſſarioꝝ, cognatorumq̃; funeribus. Huius verbi cõpoſita. Prolugeo, de quo alibi. Elugeo, quod ẽ luctuſ depono. Vñ Agrętius. Eluxit, q luctũ depoſuit. Illuxit cum lumen apparuit. Liui. Quid aliud in luctu, q̃ purpuraſ, aut auꝝ deponunt foeminę? Quid aliud cum eluxerunt, ſummunt? Aliqñ elugere eſt lugendo deflere. Ci. Patriam eluxi. naſ et grauius, et diucius q̃ vlla mater vnicũ filiuſ.

Luctatius Catullus Romanus ciuis fuit qui primo punico bello trecentis nauibus aduerſum pęnos pfectus ſexcẽtas eoꝝ naues ꝯmeatibus, et alijs oneribus ĩpeditas apđ Ægades inter Siciliam, et Africam depſſit, aut cępit, finemq̃; bello impoſuit, pacem petentibus hac ꝯditione ꝯceſſit, vt ſicilia, Sardinia, et cęteris inſulis intra Italiã, africamq̃; decederent. Hiſpania citra Iberum fluuium abſtinerent.

Luctus, ctus, nõ ſolum ploratio dicitur, ſed etiam inſigne, indiciumq̃; merentis ſicut eſt veſtitus niger, et pullus. Sępe enim ipſe habitus, vultusq̃;, et veſtis luctus dicit. Nam in luctu atrati ſunt purpura, auroq̃; depoſitis, cũ eluxerunt, nigram veſtem exuunt, purpuramq̃; reſumunt. Antiqui etiam declinabant luctus, lucti. Actius. Ceſſo hinc ire, et rapere lucti veſtem in lecto coniugis.

Luctuoſus, ſa, ſum, luctu plenum. Salu. Virorum more pugnantes cruentam, atq; luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis. Et luctuoſus dicitur, qui eſt in luctu.

Luctificus, ca, cum, pe. cor. quod luctum inducit.

Lugũbris, et hoc lugũbre, pe. cor. quod ad luctum pertinet vt veſtis lugũbris, quę defertur pro morte alicuius chari.

Ludus dicitur in factis, iocus in verbis. Et ludus in ſingulari de priuatis, et de exercitatione gymnaſtica, cum multorum conuentus ab vno eruditur pręceptore. Vnde et pro ſchola, et loco ſumitur, in quo exercentur, docenturue. Sic dicimus ludum palęſtrę, ludum pilę, ludũ gladiatoriũ, ludũ muſicum, ludũ lr̃aꝝ, Sue. in Cęſa. Formã, qua ludum gladiatoriuſ erat ędificaturus, ꝯſyderauit. Aſco. Oẽm ſcholam ludum dixere Romani. Quin. Quia diuiteſ illũ promiſeram patrẽ in ludum vendiderunt, tanq̃ decepti, hoc eſt gladiatoꝝ. Cice. de ora. Tum ħ in ludo nõ pręcipitur. Faciles. n. cauſę ad pueros deferunt. Et ſtatim poſt. Hęc eſt in ludo cauſarum fere formula. Vbi de grammatices ludo locutus eſt. Sene. Diony. Tyrãnus de regno eiectus ludi magiſter factus eſt, ð ludo muſices intellexit. Luſus vero, et luſio ad voluptatem magis pertinent, ſine vlla arte, et puerorum proprie dicuntur. Quinti. Nihil me luſus offenderit, et paulopoſt. Sunt etiam nõnulli acuendis ingenijs, non tñ inutiles luſus. Ci. Ex multis luſionibus nobis ſenibus talos relinquant, et teſſeras, vbi de voluptate ſenili locutus eſt. Ponit tñ qñq; luſus, p ludo, et ludus p luſu. Similiter luſus pro ioco opponiturq̃; ſerio, queadmodũ et iocus. Ply. iunior Ariſtoni. Quos, q̃tosq̃; authores ſequar, facile ĩpetrari poſſe ꝯfido, vt errare me, ſed cũ illis ſinãt, quoruſ non ſeria modo, verꝫ luſus etiam exprimere, laudabile eſt. Eodem modo ludus. Hora. Sed tñ amoto q̃ramus ſeria ludo. Ludi vero tantum plurali numero ſpectacula publica ſignificant. Cice. in Ver. Inter binos ludos. Fuerunt auteſ apud gręcos quatuor ludi celebratiſſimi, in quibus magnos honores ꝯſtituerunt victoribus athletis. Primi fuerunt ab hercule in honorem pelopis eius ataui inſtituti, et ioui ꝯſecrati. Dictiq̃; ſunt Olympici, qa apud olympuſ arcadię montem celebrabantur iuxta Piſam et Helideſ, qnto quoq; anno. Inſtituti ſunt aũt anno mundi q̃drageſimo ſup. iiij. milia. Et hinc habuit principiũ prima olympias. In eo ludo hercules primus ipſe coronatus eſt, corona oleagina. Scđi fuere phocenſes poſt pythonem ſerpentem ab Apolline cęſum in Apollinis honorẽ ꝯſtituti, et hi pythij, appellabant. Eratq̃; corona ex lauro victoribus. Tertij Achęi in Iſthmo, ob idq; Iſthmij, dicti in honorẽ palęmonis, quẽ latini portunuſ dicũt qui ex Melicerta hoĩe deus marinus effectus eſt. Et q viciſſet coronam ex pinu reportabat. Quarti Argolici, qui nemei à nemea ſylua nominantur in Archemori honorẽ inſtituti ſunt. Hic. n. puer lycurgi filius fuit, et Opheltes appellatus qui à dracone ictus perijt duſ à nutrice humi temere relictus eſſet, vt argiuis in Thebanũ bellũ tendẽtibus fontem oſtenderet. Argiui autem in patris ſolatium illi ludos inſtituerunt. Et illis eſt corona ex Apio. Erant et alij in attica, ludi ẽ alibi. Apud Romanos quatuor ludi erant, Megalenſes. s. Funẽbres, Plebei, ẽ Apollinares. Plebei dicti ſunt quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt, aut pro reconciliatione plebis poſt ſeceſſionem in Auentinum montem.

Ludius, et ludio pro ioculatore hiſtrione, et ludia pro ioculatrice. Mar. Hermes cura, laborq̃; ludiarum Liui. Acciti ex Hetruria Romam ludiones, qui ad tibicinis modum ſaltabãt. Oui. Ludius ęquatam ter pede pulſat humum.

Ludo, dis, ſi, ſum, ludum exerceo, et conſtruitur cuſ ablatiuo. Interdum etiam cum accuſatiuo. Sue. de Augu. Aliquãdo, vt vincat ludit aſſidue alea. Terẽ. in Adel. Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris. Interdum Ludere eſt deridere. Plaut. in Aſi. Nec me cur ludatis, ſcire poſſuſ. Interdum decipere. Teren. in Adel. Cur non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt quandoquidem hoc nunq̃ mihi ipſe voluit credere. Interdum iocari, vulgo ſcriſare, ſolaſare. Ply. ad Fabium. Ludere me putas, ſerio peto. Intellexit enim ſe non ioco agere, ſed ſerio. Teren. in Adel. Congruſ iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulíſper. Interduſ canere, pulſare. Gel. Is optime ludere à magiſtro eius didicerat. Interdum verſibus ſcribere. Virgi. Ludere q̃ vellem calamo permiſit agreſti. Et proprie in leuioribus, et iucundioribus, qualia ſunt epigrãmata. Interdum amittere. Teren. in Phor. In illis fructus eſt, in illis opera luditur. Vbi notandum ludo modo actiuum, modo neutrum eſſe, vt ex ijs, quę ſcripta ſunt intelligi licet. Compoſita ſunt Alludo, Colludo. Vnde colluſor ſocius in ludo. Cice. Lenticulam de alea condemnatum colluſorem ſuum reſtituit. Virgil. lib. i. Georgi. Poſuit pro ſimul mouere. Sępe leuem paleam, et frondes volitare caducas. Aut ſummã nantes in aqua colludere plumas. Iurecon. Colludere dicunt aliquos, cum diuerſam partem adiuuant, prodita cã ſua. Sic enim clientem ſuuſ ſimul cum aduerſario ludũt.

.i.fallunt,ac decipiũt.Deludo,Derideo,decipio.Plau.i Asi. Furcifer etiam me delusisti. Idem. Quid me deluditis, et nocte excluditis foras?Eludo, Illudo, Prȩludo. Anteludo. Ambro.lib.i.Offi.Qui disciplinam bellicam vult assequi, quotidie exercetur armis, et tanq̃ in procinctu positus prȩludit prȩlium.Hinc prȩludium,quod proprie significat pcentionem hoc est,quod ante inchoationem cãtus pmitti solet fauoris emerendi gratia, et hȩc hñt pe. pro.

Ludifico,as,derideo,seu per iocum,et ludum falso.Plau.in Cas.Iam hic est lapide ludificatus. Inuenitur ẽt ludificor deponẽs.Teren.in Phor.Ergo sic me ludificamini.

Ludibriũ,pe qđ ludimus,deridemusq̃;,et qđ ludendi causa expetimus.Virg.Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.Vnde habeti aliqd ludibrio dicimus.i. derisui, et contẽptui.Teren.in Ecy.Nõ sic ludibrio tuis factis hĩtus essẽ. Amb.de Agne.Pro coitus pctõ posuit,cum ait. Cum quibus libidinis suȩ se posse credebat ludibrium exercere.

Ludicrũ,pe.cor.substantiuũ dici põt quodcunq̃; lusorium ac iocularé.Liui.li,i.Et cũ his crescente in dies grege iuuenũ feria, et iocos celebrare iã tum in Palatino monte lupercal, hoc fuisse ludicrũ ferũt,et à Palanteo vrbe Arcadica palatiũ, deinde Palatinum montẽ appellatũ.Ibi Euãdrũ,qui ex eo genere Arcadum, qui multis ante tempestatibus tenuerunt loca solemne allatum ex Arcadia instituisse,vt nudi iuuenes lycȩum pana venerantes,per luxum,atq; lasciuiam currerent, quem Romani demum vocauerunt Inuium,huic deditus ludicro, etc.

Ludicrus,cra,crũ,idem est,quod lusorius,iocularis, et leuis. Virg.Neq;.n.leuia,aut ludicra petuntur Prȩmia.Vnde ars ludicra, ars histrionica .et scȩnica dicitur. Priscia. Hic, et hȩc ludicris,et hoc ludicre declinat,cum tamen sic declinando ludicria,non ludicra faceret.

Lusus,et lusio,Vide in dictione Ludus.

Lues dicitur,cum in vrbe.aut in agro febris,aliudue morbi genus homines,vel pecora,siue vtrumq; corripit,interdum arbores,et sata.Pestis, quȩ aut cito occidit, aut cito abit ab eo,quem inuasit.

Lugdunum pe.cor.ciuitas Galliȩ apud Aquitaniam,quàm Plancus,cum galliam, comatam regeret, traditur condidisse.In ea fluuij Liger, et Garumna. Hȩc vnà cum tota regione,Senecȩ tpibus fatali igne exusta est.Hic Plotinus, q̃ pmus romȩ latine theoricã docuit,originem duxit.

Luma genus spinȩ,q̃ in pratis nascit,et locis vliginosis,sic dicta,ꝙ agricolȩ eã ẽ terra luunt.i.soluunt. Hic lumeta loca lumis plena,et lumaria falx,qua lumeta secantur.

Lũbrici vermes terreni à lubricitate dicti,etiam à grȩcis.

Lumbus pars corporis,qua libido designatur.Sunt enim lumbi à cinctura ad nates,à quibus venereus liquor defluit.Vnde et apud poëtas sumit qñq; pro membro pudendo. Plau.Exporgite lumbos, et extollite. Et in Priap. Crisabit tibi fluctuante lumbo. Dicitur etiã lumbus de brutis.Hora.lib.i.Ser.Curto Ire licet mulo vel si libet vsq; tarentum Mantica, cui lumbos onere vlceret, ac eques armos.Hinc fiunt elumbus,vel elumbis,et delumbe.

Lumbare,tegmen,quo pudenda teguntur,vt apud.Hiero. Sicut tu posuisti lumbare istud ad lumbos tuos.

Lumbago,vitium,et debilitas lumborum.

Lumen,quasi lucimen.à quo Luminosus.sa,sum,quod est clarum.Cice. Cum sint maxime luminosȩ partes duȩ, et quasi actuosȩ.Hinc etiam lumino,à quo Illumino, nas,ẽ Relumino,quod est lumen reddo.

Lumiare,qđ lumẽ hẽt.Hiero.in Gen.Fecit deus duo luminaria magna,vnũ,vt pesset diei,alterũ,vt prȩesset nocti.

Luminosus,sa,sum,quod est clarum.Cice.Cum sint maxime luminosȩ partes duȩ et quasi iactuosȩ.

Luna,à lucendo dicta est, ꝙ noctu sola luceat. Vel quasi lux aliena ꝙ lumen à sole recipiat.Cice.Tum illa,quȩ luce lucet aliena.Vel luna ꝙ sit luminum vna Luna solis discipula obsequitur cursibus supernis, et pro vt accedit ad solem vel recedit à sole crescens aut senescens dispensat lumen et sic semper instabile.Oui. Nec par aut eadẽ nocturnȩ forma dianȩ esse põt vsq̃ semperq̃; hodierna sequẽte.Si crescit minor est,maior si contrahit orbẽ.Luna (vt inquit Macro.)Dispensationibus septenarijs luminis sui vices sempiterna lege variando disponit.Primis septẽ diebus dimidiata semiorbem ostendit,grȩcoq̃; sermone dichomenis,et dichotomos vocat,quasi diuidua,Secundus orbem totũ complet,sitq̃; pleniluniũ qđ grȩci πανσέληνον vocant. Tertijs dichotomos rursus efficitur. Quartis fit, coitus lunȩ cum sole,quod interlunium vocant,et silentem lunam,et inter menstruam,grȩce synodos dicitur.A luna fiunt,Plenilunium,quod est cum rotunda est. Vel dicitur lunȩ oppositio.Ply.libro.xviij.Cum vero occidente sole orietur,scilicet luna exaduerso ita pariter aspiciantur.tunc erit plenilunium. Interlunium cum apparere desierit,et noua fit, et coeunte vel silenti luna,Vnde lunȩ coniunctio dicitur dies silentis lunȩ.

Lunula diminutiuum parua luna,vt apud Esaiam.

Lunaris,et hoc lunare,quod ad lunam pertinet,vt lunaris ratio,lunaris annus,qui mense vno suum efficit cursum.

Lunaticus morbus dictus est,ꝙ eum qui interlunio natus est hunc morbum ferè pati compertum est. Qui et Comitialis à quibusdam etiam appellatur. Sed diuersum esse ostendit,Firmi.lib.iiij.Mat,cum inquit.Et luna male fuerit collocata, aut spaticos, aut lunaticos, aut caducos facit.Est autem proprie lunaticus,qui aut ab infantia vexatur certis lunȩ temporibus,aut grauatur morbo.

Lunatus, ta,tũ,qđ est ad lunȩ siltudinem factũ, vel qđ hẽ speciẽ lunȩ.Tres.n. sunt figurȩ crescentis lunȩ. Nã modo curuatur in cornua,modo in orbem circumacta,vt cum est plena,et soli aduersa.Mõ dimidio orbe cȩsa, hoc ẽ cũ ȩqua pportione diuiditur.Et ob id à nr̃is diuidua vocat.

Luo,is,lui significat persoluo.Liui. Vt tandem debito supplicio scelus lueret.i.solueret,seu purgaret.Tractum à pecunia,quia apud antiquos pȩnȩ pecuniarȩ fuerunt, sed grȩcum,λύω λύεις λύει Interdum luere est sustinere pati. Insti.libro.i. Quicunq; capi potuerunt, supplicia crucibus luerũt.Dicimus ẽt luo capite,sicut mulcto.et punio.Liui. lib.ix.Obsides etiã sexcenti imperati capite luerunt.Hinc componit reluo,pro resoluo, seu repignero. Nam in alia significatione componitur à lauo,sicut deluo.et proluo.

Lupus grȩce λύκος animal rapax,cuius fȩ.est lupa.Et lupus genus piscis preciosi,q̃ variolus.à quibusdam. Sturio dicitur.Et sub hostia fluuiorũ captus etiam laneus, lanatusue appellatur.Mar. Laneus euganei lupus excipit, ora Timaui Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.Sunt illi cũ mugili naturales inimicitȩ. scribit Pausanias in sardinia aliãs hẽri lupum suo tpe vocatũ, sed Syluestri similem hirsutiore tantum pectore cornibus non in directũ eminentibus.Sed prope auriculas intortis tantȩ velocitatis est,vt nullum ei comparetur. Item lupus genus est freni asperrimi,à lupinis dentibus dictũ,quia inȩquales sunt,siue,quia duriciã habent lupini dentis,et pptẽrea morsus eorum asperrimus.His frenis vtebantur galli. Oui.li.de tris.Et placido duros accipit ore lupos.Itẽ lupus est instrm̃ aduncum,quo vasa,quȩ in puteum forte ceciderunt extrahuntur,harpax grȩco vocabulo,et harpago nominat.Item lupus Aranei genus, quo nomine etiã dicta est herba,quȩ asparagi vice mandi solet,quȩ et lupus salictarius,ꝙ salices ad siltudinem vitis ascendat.Itẽ lupus, vt Palladius author ẽ ferula manubriata vocatur.

Lupus est in fabula puerbium natum est,ꝙ physici affirmant eũ à voce deseri,quem prior lupus viderit.Qđ esse fert cum ille superuenit, de quo loquimur, et nobis sua prȩsentia amputat facultatem loquendi.Virg. Vox quoq; Mȩrim.Iam fugit ipsa,lupi Mȩrim videre priores.

Lupum auribus tenere prouerbium est, quod in re anticipiti periculosaq̃; dici solet. Nam qui auribus lupum tenet nec eum dimittere audet.nec retinere potest sine periculo,Hiero.contra Ioui. origenistam. Nunc vero quasi auri

bus lupum apprehenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere. Sue. in Tybe. Cunctādi cā erat metus vndiq; imminētiū diſcriminū, vt ſepe lupū ſe auribꝫ tenerē diceret.

Lupa, cum ſit fęmi. à lupus, ponitur tñ qñq; pro meretrice ꝙ vt illa cibi ita hęc, vel libidinis, vel q̄ſtus appetens ſit.

Lupanar, pe. pro. ſumitē ꝓ turpi meretricū loco. Augu. lib. xviij. de ci. deī. Meretrices autem lupas vocabant. Vnde ēt nunc turpia loca earum lupanaria nuncupantur. Amb. Adiectiuū poſuit, cum ait. Cum meretricibus ſcortaberis in contubernio lupanari. Dr̄ et lupanarium. Vlpi. De petitione hęreditatis, licet à lupanario perceptę ſunt, nam ē in multoꝝ honeſtoꝝ viroꝝ ꝑdijs lupanaria exercentur.

Lupanaris, et hoc lupanare vt infamia lupanaris, apud Apul pro ſpurca, foeda, et meretricia. Amb. Cum meretricibus ſcortaberis in contubernio lupanari.

Lupanarium, ideꝫ qđ lupanar. Vlpi. De petitione hr̄ditatis. Licet à lupanario perceptę ſunt. Nam et in multorum, honeſtorum virorum prędijs lupanaria exercentur.

Luparius, qui venatur lupos. Ser in comen. Geor. Conſtat. enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare.

Lupari, ſcortari, meretricari. Accius. Qui cum meretrice, per vias habitu noſtro lupantur.

Lupatum, idem, quod lupus, pro freno aſperrimo. Virg. Prēſſiq; negabunt verbera dura pati, et duris parere lupatis. Dicta lupata, vt Ser. inquit à lupinis dentibus, qui inęquales ſunt. Vnde et eorum morſus vehementer obeſt.

Lupinus, na, num, quod eſt lupi. Ply. Maſſurius palam lupino adipi dediſſe antiquos tradit.

Lupinus ſubſtantiuum genus leguminis, quod non minus terram appetat, voraxq; illius ſit, q̄ lupus, et tellureꝫ adeo amat, vt quamuis frutetoſo ſolo coniectum, inter folia, vepresq;, ad terram tamen radice perueniat.

Lupercal, à lupa dr̄ locus, ſub Palatino monte ſacratus ab Euandro, Pani Archadię, qui Lycęus vocatur, quamuis quidam ita appellatum velint, ꝙ lupa ibi Remum, et Romulum nutriuerit. Oui. in Fa. Illa loco nomen fecit, locus ille lupercal Magna dati nutrix pręmia lactis habet. Vel dicitur à luendo, ꝙ ibi per caprum luebatur, hoc eſt ſacrificabatur, vt ſit dictio ex tribus orationis partibus compoſita, quaſi luere per caprum.

Lupercalia etiam ſacra, quę in eo loco fiebant menſe Februario gręci lycęa vocant.

Luperci, dicti ſunt, quaſi ex illorum myſterioꝝ ſemine exorti, ſiue vt Var. putat, ꝙ lupercalibus in lupercali ſacra facerent nudi in honorem Panos. Cice. inſectatur. M. Anto. ꝙ in lupercalibus, in quibus ſedebat Cęſar amictus toga purpurea in ſella aurea coronatus ſe lupercum exibuerit. Nam nudi ſacerdotes luperci currendo luſtrabant ciuitatem, et verberabant pręgnantium manus mulierū, vt faciliores eſſent partus zona ex corio capri. De his Oui. Quis vetat Arcadico dictos à monte lupercos, Faunus in arcadia templa lyceus habet.

Lura, os culei, ſiue vtris ab antiquis dicta eſt.

Lurcones dicti ſunt guloſi, et bonorum ſuorum conſumptores. Plau. in Pers. Perennus herbę lurco edax furax, fugax. Lucil. Edite lurcones, comedones viuite ventres.

Lurco, cas, cibum cum auiditate nimia ſumo. Pompo. Lardum lurcabat lubens.

Luror, pallor squallor. Apul. Alius lurorē, ac meſeria macie

Luridus, da, dū, pe. c. qđ eſt ſupramodū pal (deformatus. lidū quaſi loridum, quaſi loro percuſſum, et liuidum factum. Hora. lib. car. Doletq; partus fulmine luridum Miſſos ad horcuꝫ. Hiero. ad Oceanum. Lurida ora ſparſuꝫ crinem, ſquallidas manus ſordida colla ſummittere.

Luſcinia auis dicta, ꝙ lugens canat. Hanc Philomelaꝫ gręci vocant, quę peruigil cuſtos, cum oua quodam ſinu corporis, et gręmio ſouet inſomnem longę noctis laborem, cantilenę ſuauitate ſolatur. Hęc auis à poëtis qñq; dicitur atthis, q̄ſi attica. Mar. Sic vbi multiſona feruet ſacer atthi

Luſcus ꝓprie, q alter o captus eſt oculo, q̄lis fuit (de luſcus Hannibal, de q̄ Iuue. Cū getula ducē portaret belua luſcū. Qñq; tñ dr̄, q eſt hebetioris viſus. A luſcus fit eluſco, as, qđ eſt luſcuꝫ facio et oculū eruo ſcribit Iulianus iurecon. aqlia lege teneri eū, q eluſcaueri t diſcipulū ī diſciplina.

Luſcitus, pe. ꝓ. q hebeti viſu eſt, et q melius noctu, q̄ die vi

Luſcioſus, ſiue luſcitioſus, et luſcicvoſus dr̄, q. ꝑꝑ vitium oculoꝝ parum videt. ꝙ. s. luſcos imitetē, qui clarius veſperi, quā meridie cernit, (vt inquit Feſt.) Plau. in mili. Ædepol tu quidem cęcus, non luſcioſus es. Ply. Sanguine hirci ſanari luſcioſos putat hos gręci myopes, et nyctalopas vocant. Gellius. libro. iiij. De myope quoq; qui luſcioſus latine appellatur diſſenſum eſt Vlpi. quoq;, vbi homo neque matutino videat tempore, neque veſpertino, quod genus myopas gręci vocant. talem luſcitionem eſſe cauſa quidam putant vbi homo lumine adhibito nihil videt. Sunt qui ita diſcernant, vt luſcioſi dicantur, qui ad lucernam non vident myopes, qui minutius cernunt.

Luſcio ipſe morbus appellatur.

Luſitania, pars vlterioris Hiſpanię. quam nunc Portugalliam appellāt. Scribit. Ply. Luſum liberi patris, ac Lyſam cum eo bacchantem nomen dediſſe Luſitanię. Hęc oceano occidētali alluitē in qua eſt ciuitas Emerita, et Portugallię regnū Luſitanuꝫ litus pollet gemma ceraunio, qđ ī dicis ꝓferunt aduerſus vim fulgurum creditur opitulari.

Luſito, tas, pe. cor, frequen. eſt verbi ludo. Plau. in Cap. Nam vbi illo adueni, quaſi patricijs pueris, aut monedulę, autē anates, aut coturnices dantur, quibus cum luſitet. Apul. li. iiij. Sic nobis ocioſa domi reſidens luſitabis.

Luſorius, ria rium, quod ad ludum ſpectat, vt tabula luſoria, qua teſſeris luditur.

Luſtruꝫ, feraꝝ habitaculum in ſyluis à luto, ꝙ ſit lutoſa lacuna. Virg, Non abſunt illis ſaltus, ac luſtra ferarū. A qua ſilitudine ij. qui in locis abditis, ac ſordidis deſidię, et ventri indulgent, in luſtris vitam agere dicuntē, propter quod et luſtra dicuntur popinę, et lupanaria, vbi habitant lupę. i. meretrices. Cice. lib. ij. Phil. Cum oēs impuritates impudica in domo q̄tidie ſuſceperis, vino, luſtriſq; confectus. Idem Caſio. Quę autem in luſtris, & in vino commendatio potuit eſſe? Et luſtrum dicitur ſpaciū qnq; annorum à luendo. Hoc eſt ſoluendo, ꝙ quinto quoque anno vectigalia, et tributa ſoluebantur, et vrbs luſtrabatur. i. ſacris purgabatur, quę purgatio vrbis etiā luſtruꝫ dicebatē. Liui. li. ij. Omnes centurię, ē eqtes in campū Martium ꝯuocati ſue, oue, tauro cęſis īmolarūt, qđ luſtruꝫ eſt dcm̄, ſicq; à ſacrificio illo cēſus obtinuit nomē luſtri. Quia vero cēſus ipſe, ſiue luſtrū ſingulis quinq; annis habebatē cenſoꝝ magiſtratus, inualuit ꝯſuetudo, vt luſtri appellatione ſpatia quinq; annoꝝ appellentur. Hinc armiluſtruꝫ.

Luſtro, as, circūdo. Lactā. lib. ij. Sed luna quę orbem, illū ſignifeꝝ. xxx. dieꝝ ſpatio luſtrat. Interdum luſtrare ſignificat expiare. Liui. li. iij. Ibi inſtructum exercitum oue, ſue tauris tribus luſtrauit. Interdū aſpicere, agnoſcere. Cice. li. iij. Offi. Sed cū oīa ratione, atq; animo luſtraueris. Interdum ſequi. Virg. At mecum raucis tua dū veſtigia luſtro. Interdū patefacere, clarificare, vt idem. Poſtera phębea luſtrabat lampade terras. Interdum inumbrare. Vnde luſtra feraꝝ cubilia, et lupanaria, per ꝯtrarium dicimus, qꝫ paꝝ illuſtrantē. Interdū. circunſpicere. Virg. li. iij. Cīa, colluſtrans hanc primum ab littore claſſem. Conſpexi veniētem. Et luſtrare, quod vulgo dcitē monſtram facere. Cuius ſententię duo ſunt verba recognoſco. s. et recenſeo. Huius verbi compoſita ſunt colluſtro, quod eſt circunſpicio. Ci. lib. y. Thuſc. Ego autem cum omnia colluſtrarem oculis animaduerti collumelam. Illuſtro, perluſtro, quod eſt perfecte circumreuideo. Liui. li. i. Hercules ad primam auroram excitus, cum gregem perluſtraſſet oculis.

Luſtror, aris, deponens ſignat ſcortor à luſtris abditis locis. Plau. in Pſeu. Luſtrantē, luxantur, comedūt, quod habent.

Luſtralis, et hoc luſtrale, quod ad luſtrum pertinet. Liui. lib. i. Sacrificiū luſtrale in diem poſterum parat. Luſtra

lia extra

lia extra veteres dixerũt prępinguia, eo ꝙ lustralis.i.quinquennalis bos dicitur esse perfectę ętatis.

Lustricus,ca,cum,Vñ lustrici dies infantiũ appellant,puellarum octauus,puerorum nonus,qa his infantes lustrantur,et noĩa eius imponunt.Et q eos lustrãt lustratores vocant, et foeminę lustratices,et q lustrantur lustrati nominant.

Luter vas,in quo vinum diluitur.i.aqua miscetur. Nam et luto,et loto pro diluo à veteribus vsurpatum est.

Lutum coenum,siue sordes,habet primã corre. Iuue.compositiq; luto nullos habuere parentes.A' luo,is,fit.

Luteus,tea,teum,quod ex luto.Tibul.Sed nimius luteo corpora tingit amor.Fit autem lutum à luo,is, ἀλλὰ ἄπουτι πού τι ἀπὸ τ͂ λύειν ὡς ἄνω λελέχαμεν.

Luto,tas,luto inficio.Vñ lutatus luto infectus.A' luto fiũt cõposita deluto,et eluto,de qbus supra ĩ deluo dictũ est.

Lutescere significat lutum fieri.

Lutor,color luteus,qm̃.Vir.lutorum dixit,ẽ pallidus idẽ color

Lutre,seu lytrę, vt docet Var.E' fibrorum gñe sunt,qꝛ (est. radices arborum in ripa succidunt.Hodie in borysthenis ripa,et sarmatia tota plurimę.Possunt tamen et à luendo videri noĩate;quia in aquis se luent, quoniam Enydres gręce nominent.Ply.lib.viij.Cauda piscium fibro,cętera spẽs,lutrę vtrũq; aq̃ticus,vtriq; mollior pluma pilus.

Luteus,color rubeus,sanguinolentus,nam est sanguine cõsimilis, à λύθρον, q est cruor.Gel.Latinum putat,et à luce deduci.Aut enim luteus, q̃ ruffum color est dilutior. Vnde nomen quoq; factum videt.Alij à luo,ꝙ sit quasi dilutus,hoc est solutus,et decoloratus,ruffus.Est.n. luteus color dilutior,rutilus,quasi est color auri. Vnde violę eius coloris luteolę dicuntur. Et lutea herba, qua chrysocolla tingitur, quę naturam lini, seu lanę habet ad succum bibendum.Et vitellum in ouo Ouiluteus vocamus. Idẽ color cerinus appellatur à cerę colore .Idem et flammeus dicitur.Ply.Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum foeminis ꝯcessum.Hinc flãmea appellabant vestimenta lutei coloris,quibus flamminica vtebatur.Luc.Lutea demissos vellarunt flammea vultus. Huius nominis prima producitur. Per. Iam chlamydes regum iam lutea gausapa captis.Iuue. Vero primam corripuit.Incude et luteo vulcano ad rhetora misit.

Luteolus dimi.Virg.Mollia luteola pingit vaccinia calta.

Luxo,xas.soluo.Ply.lib.xvij.Aut circunfossor, vel etiam subarator imprudens luxauit radices. Vnde luxa,siue luxata mẽbra dicunt locis suis mota,et soluta. Et luxati dicunt, quorum membra suis locis mota sunt.Idem. Altheę radix decocta luxatis prodest.Hinc luxuriosi dicti sunt, qui in re familiari profusi,atq; soluti sunt.

Luxati.Vide in luxo luxas.

Luxus,us,luxuria,et luxuries,non solum pro re venerea,sed etiam,et ferè semper,proprieq; pro omni superfluitate et nimia profusione,et sumptuosiore cibi,vestitus,et aliarum rerum cura dici solent.Cice.lib.i.Offi. intelligimus, q̃ sit turpe defluere luxuria delicate,ac molliter viuere.Idem in Ver.acti.i.Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs,auaritia in rapinis,etc. Virg. lib.i.Geor. Luxuriem segetum tenera depascit in herba.Idem. At domus interior regali splendida luxu instruitur . Luxus etiam pro splendore ponitur.Clau.lib.ij.Sub tua purpurei venient vestigia reges Deposito luxu.

Luxuriosus,sa,sum,ponit ꝑ nimiũ abundãti.Vñ luxuriosi dicti sũt q in re familiari profusi, atq; soluti sũt. Cice.de Ora.Gẽmare vites sitire agros lętas segetes, luxuriosa frumẽta.Tunc.n.in segetes solent immitti oues,vt eas pascãt.

Luxurio,rias,et luxurior,aris.(si Diomedi credimus)hanc habent distantiam,ꝙ luxurio sit in laude,luxurior in crimine.Significat luxurio non lasciuiam mentis,sed habitudinem corporis Virg.li.iij.Geor. Luxuriatq; thoris aĩosum pectus.Cor.Sene.Luxuriant opes atq; odia longa grauantur.Vtrunq; tamen pro superabundare, profundere, ꝯ lasciuire,smorbizare ponitur.Ply.lib.xviij.Aliqui in frigidis ab ęquinoctio autumni,in calidis serius,ne ante hyemẽ luxurient.Tibul.Luxuriant aĩ rebus plerũq; secundis. Liui.lib.i.Positis externorum periculorum curis, ne luxuriarent ocio aĩ,quos metus hostiũ, disciplinaq; militaris ꝯtinuerat.Colu.lib.iij.Cacumina virgarum,ne luxurient di mutilato.A' luxurior fit compositum.Eluxurior, quod est extra luxurior.Idem in eodem. Qui si pingui agro validis vites deposueris pampinis,magis eluxuriabuntur.

L ANTE Y

Lyęus,cum diph.dictus est Bacchus λύω soluo,eo,ꝙ mentem,et membra vinum dissoluat. Vnde sequitur paralysis.Virg. Regales inter mensas,laticemq; lyęum.

Lycus nomen proprium viri,quo noĩe multi vocati sunt. Vnus Troiãus,de quo Vir.Fata lyci.Alter Thebanus ignobilis,qui regnum thebanum occupauit.Item alius Thebanus rex.Alius Pandionis filius, qui à se Lyciam nominauit.Alius lycaon Callistóos,pater Arcadię rex,qui cum solitus esset hospites necare,in lupum à Ioue conuersus est.Fuit,et alius Lycus Priami filius.Item Lycus fluuius Assyriorum,qui Tygri immiscetur.Ouid.lib. iiij.de Pont. Huc lycus,huc Sagaris,Peneusq;,Hispanisq;, Cratisq;.Et lycus gręce,lupus latine dicitur,ab λύκος, idest à prima luce,ꝙ id tempus maxime aptum sit rapiendo pecori.

Lycaonia regio Asię quę totius Asię medium quodammodo locum,et arcem occupat.Sunt qui scribant lycaoniam esse partem Arcadię,quę in Peloponneso sita est,à lycaone Rege Arcadię cognominatam.A' lycaonia fit lycaonius, nia,nium,Oui.de Tris.Queq; lycaonio terra subaxe iacet.

Lycaones populi sunt in Asia minore,propè lyciam,vt Ptolo. lib. iij.Scribit.

Lycius Apollo dictus est à lyco lupo, ꝙ sicut lupi pecora rapiunt,ita ipse humorem haurit radijs.Prisci. Gręcorum primam lucem,quę pręcedit solis ortum, λύκην appellarunt,ἀπὸ τῆς λυκός. Idemq; tẽporis, hodieq; lycophos cognominant lycij Apollinis oraculum,quia in lycia maximę claritatis fuit,ob luporum interfectionem.

Lycęus,cum diph.mons Arcadię,qui Pani deo sacer est,et vbi templum bicornis fauni,à q̊ lycia ludicra illi sacram à nobis lupercalia sunt dicta à lupis,quę ad expiandos manes fiebant.Oui.lib.ij.Fast. Faunus in arcadia templa lycęus habet.Dictus lycęus ἀπὸ τῶν λύκων, idest à lupis,quibus propter frequentiam pecudum abundabat.Est et vrbs eiusdem loci . Et locus atticę erat à lyco Pandionis filio,vbi athenienses operis pręfecto Pericle gymnasium condiderunt, quod inde lycęum dicebatur. Et lycęus dictus est Apollo à lyco lupo qui cum tauro pręliatus est. Lege Plutar.in Pyrro.

Lyce,lux latine dicit.Vnde lycigenes.i.lucem generans sol.

Lyceum fuit Athenis schola Aristotelis,sicut Ecademia Platonis in qua περιπατῶν .i.deambulans philosophabat. Vnde peripateticorum nomen effulsit. Fuit et lycęum gymnasium.Cice.in Thusc .à nomine scolę Aristo.de quo lib.i.de diui.sic refert.Nuper cum omnem,cũ. Q.fratre in Thusculano disputatum est.Nam cum ambulandi causa in lyceum venissemus.Id enim superiori gymnasio nomen est.Huius nominis penultima producitur à Cice.in illo versu.Inq; academia vmbrifera,nitidoq; lyceo.[Fuderunt claras foecundi pectoris artes. Quia dichrona est.

Lycea prouincia,seu regio in minori Asia,finis Pamphilię ex parte orientali sic cognominata, à lyco Pandionis filio Hęc Termile primum dicebatur, sicut Hero. lib.i.scribit. In ea Patera vrbs Xathus fluuius,et Chimęra mons Ibi regnauit Rhadamanthus Iouis,et Europa filius.

Lycius,cia,cium,possessiuum,à lycia.Virg. Vnam q̃ lycios, fidumq; vehebat Orontem.

Lycon,nomem phi Pytagorici.Fuit ẽ alius Lycõ socraticus, siue peripateticus eloquens,et in dicẽdo suauis adeo,vt ꝑ lycon Glycon nominaretur, quod sigt dulcedinem. Hic fuit cultu, et vestiũ mollicie nitidissimus, Lucta,et pilari lusione exercebat ꝑijt podagrę morbo ãnos natus.lxxiiij.

Tertius lycon fuit poëta. Quartus epigrāmatum scriptor.

ycastus, vrbs Crete, à luporū multitudine, q̄ ibi esse phibet.

Lychnus latine lucerna. Var. Lucerna à luce dicta est, aut ab eo quod vocant greci λύχνον. Plau. Lychnum emunge parumper, vt videat anus, vbi pedes ponat. Hinc Ellychnium, quod lucernis adhibetur ad lumen pstandum. Est enim funiculus ille, qui incensus flammam nutrit. Lychnus pensilis est, quam vulgo lampadem vocant. Vnde scribit Ply. lib. xxxiiij. Lychnos pensiles in delubris placuisse, q̄uis et de candelabris orichalceis dici possit lacunaribus appensis, sicut veteres lychnum pensilem dixerunt. Dicit etiam hec lychnia. Ser. vero ostendit lychnius, dici non lychnus, cum primam corripi dicat, quod fieri non posset, nisi post ch. sequeretur i, et trisyllabum fieret. Virgil. Depēdent lychni laquearibus aureis.

Lychnites, pe. pro. marmor album, quod in Paro insula effodiebatur, sic cognominatum, q ad lucernam in cuniculis crederetur, sicut Ply. li. xxxvi. testat. Est ēt hoc nomine gēma ardens à lucernarū accensarum precipua gratia.

Lychnuchi greci nominant quicquid lucernas sustinet, quasi lucernifer. Differunt lychnuchi et lychni ab elychnijs. Lychnuchi, lychnos. i. lucernas amplectunt. Lychni siue quod idem et lychnia, continens elychnia, idest funiculos qui stant in oleo et parunt quos greci thryallidas, et phlomones appellant.

Lychnobij dicti sunt, qui loco dierum noctibus vtuntur, et ad lucernas viuunt, q̄si lucernarij, vt Sene. in vlti. Epi. Nihil ꝯsumebat, nisi noctem. Itaq; credo dicentibus illum quibusdā auarū, et sordidū. Vos inqt, et lychnobiū dicetis.

Lycisca, cāis natus ex lupo, et cane, hūc Ply. Crocutam vocat.

Lycissa, canis est nomen à lyco lupo, vel quasi lacessa. i. ex laconia, quia inde veniunt optimi canes.

Lycophos, quod nos primum tempus lucis nominamus.

Lycophron Periandri Corinthiorum tyranni filius. Est et nomē poëte greci Suid. λυκόφρων χαλκιδεὺς ἀπὸ εὐβοίας υἱὸς σοκλέος θέσει δὲ λύκου τοῦ ῥηγίνου γραμματικὸς καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν.

Lycopolis vrbs Ægypti, à lupis dicta, q Æthiopes Ægyptū incursantes lupi facta acie, vsq; ad vrbem elephantinam reppulerunt. Ibi Ægyptij lycopolim ꝯdiderunt à bestijs illis ei nomen imponentes.

Lycomedes Creontis filius.

Lyctos oppidum Crete sub Idomenei imperio. A' quo Idomeneus lictius ē appellatus. Distat à Gnoso stad. cxx.

Lycurgus nomen propriū lacedemonum regis, q fuit philosophus, et lacedemonijs leges sanctissimas ꝯdidit. Astrictisq; ciuibus iuramento, q tandiu eas intemerata obseruarent, donec ipse rediret è patria nunquam rediturus emigrauit. Vide Plutar. etc. Fuit et alius Nemee regionis rex. et alius rex Trachum.

Lychaon Calistonis pater, et Titani et terre filius, Archadie rex qui, vt in fabulis fertur à Ioue in lupum conuersus fuit, q Iouem hospitem necare moliretur.

Lydus Herculis filius ex Iole, alter filius Athys, et frater Tyrrheni. A' quo lydia regio est appellata. Nam cum propter terre sterilitatem fratres simul ferre nō posset Tyrrhenus sorte iacta discedens cum ingenti multitudine ad Italiā veniens, eam tenuit partem, que ad mare inferum versus est, & à se Tyrrheniā nominauit. Lydus vero remanens Meoniam de suo nomine vocitauit.

Lydia regio ī maiori Asia, à lydo athys meonie regis filio, et Tyrrheni fratre cognoīata, q̄ flexuosis Meādri, amnis recursibus pfusa, sup Ioniā ꝓcedit. Phrygie ab exortu solis vicina, ad septentrionē Mysie, meridiana parte Cariā amplectens, hec antea meonia vocabat, ī hac sūt vrbes Ephesus, Colophon, Clazomene, et Phara.

Lydo, dis, verbum antiquum significat confringo deleo. Cuius composita sunt Allido, Collido, et Illido, que habent penul. produ.

Lydus, da, dum, possessiuū, quod est ex lydia. Lydi authore Herodi. lib. ij. Primi aurū argentumq; pcusserunt primiq; cauponas, institoresq; fuerūt. Dr lydus, a. um, ē lydius, a, um.

Lygeus, latine tenebricus. Vñ Home. Lygeam noctes vocat.

Lymphatici, furiosi insanientes, q vitium ex aqua ꝯtraxerunt, qđ est huc atq; illuc discurrere. Ply. li. xxv. scribit, Helleborum mederi melancholicis insanientibus limphaticis, elephantie ē tetano. Nā creditum est ab antiquis q in fonte imaginem nymphe vidisset furore percipi, quos greci νυμφολήπτως latini limphatos vocant. Tales sunt ferè ij, q cerriti et laruati dicuntur, quasi Cereris ira aut laruarum occursatione vexati. Plau. Laruatus certe es, aut ceritus. Et alibi. Iube hanc pro cerita circunferri. Hor. lib. i. Car. mentemq; lymphatam Mareotico Redigit in veros timores, à Virg. dicitur lymphata regina, pro mente commota et furiata. A' lympha ēt, vt Prisci. inquit, fit lymphor, aris.

Lyenteria intestinorū dissolutio, λύω enim dissoluo, ἔντερον intestinum, hanc nostri leuitatem intestinorum vocant, cum cibus non perficitur, sed incoctus egeritur.

Lympha à nostris aqua p mutationem n, in l, quasi nympha. Nam proprie dicitur nympha.

Lymphare furore vexare, vt apud Vale. Flaccum. Lymphauerat vrbem. Sta. It lymphante deo.

Lympidus, da, dum, pe. cor. planus. politus, clarus. Hie. in lib. Re. Elegit sibi quinq; lympidissimos lapides de torrente.

Lynx proprium nomen regis Scythie qui cum cogitasset occidere Triptolemum, à Cerere in lyncem animal ꝯuersus fuit. Est autem lynx, seu lynca ex luporum ceruariorum genera vario collo. et maculoso tergore, et acutissimo visu. Virgil. Maculose tegmine lyncis. Huius vrina in calculi duricies vertitur, et ea fit gemma. Lynx etiam auicula paulo maior quam fringilla, colore vario, linguam serpētibus similem quippe quam in longitudinem mensura quatuor digitorum porrigat, responsumq; contrahat intra rostrum. collum circūagit in auersum. Vnde Torqlla vulgo nominatur, q̄q̄ turbo ab antiquis.

Lyncurium gemma que è lyncis vrina coacta est. Ouid. E' quibus vt memorant, quicquid vesica remisit, Vertitur in lapides, et congelat aëre tacta.

Lynceus, cea, ceum, adiectiuum à lynce. Vnde qui acute vident lyceos oculos habere dicunt. Hora. in sermo. Ne corporis optima lynceis contemplare oculis.

Lynceus nomen proprium eius, qui fuit vnus ex Argonautis, acutissima oculorum acie preditus, qui dicebatur videre vltra parietes. Et vt historici tradunt, conspexit nouissimam lunam, primamq; eodem die in signo arietis, quod paucis mortalium contingit vidisse, vnde Hora. Solus nubila lynceus. Hūc Var. cxx. milia passuum ꝓspexisse scribit. Solutumq; exeuntem à Carthagine classem punicam, numerumq; nauiū ex lilybetana specula manifestissime notare. Solinus refert fuisse Strabonem.

Lyndus ciuitas Rhodi, vbi sacra Herculis maledictis, et execrationibus solebant celebrari. A' qua lyndij dicti sunt. Fuit, et altera lyndus in dorica regione.

Lynter gene. foemi. genus parue nauicule, è cauata arbore facte, ab λυτρὸν, teste Prisci. prima diph. abiecta o, et n, interposita. Constant autem lyntres ex singulis arboribus, que vulgo caue dicuntur ad treijciendas flumine trabes. Virgil. lib. i. Geor. Cauat arbore lyntres. He enim, non in pelago. sed in fluuijs, stagnisq; palo, aut conto aguntur. Ponitur etiam, quandoq; pro quodam dolij genere, vt ostendit Ca. Tibul. pro nauia, que est lignum cauatum, vt nauis posuit, qua in vindemijs rustici vti solent. Aut mihi seruabit plenis ī lyntribus vuas. Pressaq; veloci candida musta pede.

Lyptote dici potest, apud nos defectiua. Nam ab λείπω quod deficio est, deducitur. Figura est cum minus, dicitur, et plus intelligitur, vt apud Virg. Quid. prodest, q me ipse animo non spernis Amyntha, idest libentissime amas.

Lyrnessos ciuitas phrygie. Vnde fuit Briseis.

Lyra instrumentum musicum, vbi quod sunt fides, tot reso

nant

nant voces, ἀπὸ τοῦ λυρεῖν, quod est canere. Hinc poëtę lyrici dicti, ꝙ ad lyrā sua carmina cantabat, statuebaturq; eis chorus. l. viroꝝ, ac tauro donabantur. Et carmen ipsuꝫ lyricū. Hanc eandē poëtę chelim vocant. Et lyra signum cęleste est. Var. li. ij. de re rusti. Hoc secūdum astri exortū facio, quod gręci vocant lyram, fidē nostri. Lyra cedit quarto nonas Februarij, vel ꝓm aliquos Calendis februarijs, et noctu qñ occidunt terga leonis, vt Higinius ait. Oui. Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultū. Dicet vbi est hodie, quę lyra fulsit heri. Hanc lyraꝫ effecit Mercu. in Mityleno mōte Archadię, inde Orpheo traditā dicunt. Alij autumāt concessam Orpheo ab Apolline, post repertaꝫ citharam, interfecto, Orpheo musę in cęlo lyram collocauere. Alij dicunt esse lyrā Arionis citharedi, qui fuit tpe Cipselli tyrāni corinthiaci, qui primus fuit oium citharistaꝝ. A lyra etiam, cuius prima corri. fit delyrus, ra, rum, pe. cor.

Lyricus, ca, cum, quod ad lyram pertinet, vt poëta lyricus.

Lyricen, pe. cor. qui lyra canit.

Lyristes, eiusdem significationis est cū lyricen. Sic. n. dicitur, vt psaltes. Sido. Alcęo potior lyristes ipso.

Lysander lacedęmonius imperator. Homo factiosus, qui odium totius gręcię in lacedęmonios concitauit. Hic athenas per deditionem subegit, illicq; vrbi. xxx. viros pręposuit tandem cum thebanos inuasisset apud Haliartum oppidum à Necchoro interfectus est.

Lysanias orator gręcus, alt' fuit Archas, q Lycaonē regno expulit.

Lysias orator iucundissimus. De quo Quinti.

Lysius Archadię fluuius, ad cuius radices Æsculapij ē tumulus.

Lysimachus macedo clarus Callistenis discipulus, Alter fuit vnus ex Alexandri principibus. Latine dici potest dissolutio pugne. λύσις. n. dissolutio. μάχη pugna.

Lysimachia vrbs Hellesponti, quę terręmotu corruit.

Lysippus clarissimus statuarius, qui ad sexcenta deceꝫ opera fecisse traditur, quę singula arti claritateꝫ dare potuissent. Hic teste Quinti. ad veritatem optime accessit. Proper. Gloria Lysippo est animose fingere signa.

Lytta genus vermiculi, q nascit in lingua canū. Hic si īfantibus catulis eximitur, nec rabidi fiūt, nec fastidiū sentiūt.

M TRANSIT per deriuationes in n, d, vel t, vel c, vel q, sequentibus, vt tantum, tantundem. Idem, identideꝫ. Eoꝝ, eorundem, Num, nuncubi, nunquis, nunq̄, circūquaq;, tanq̄, nanq;, quenq;, quanq; quicunq;. Similiter am, prępositio sequētibus f, vel c, vel q, mutat m, in n, vt anfractus, &c. Vide in dictione. Anfractus.

M ANTE A

Macarius nomē viri ꝓpriū, ē latīe dici pōt btūs Macarius mos btitudo.

Macedonia regio à macedone Osiridis Ionis filio dicta est. Habet macedonia ab oriēte thraciū limitē. Ab occasu Ioniū pelagus, à meridie Epiro terminat. A septentriōe hēt Dalmacię partē. Hęc (teste Ply. li. xli.) olim centū. l. populorum duobus inclyta regibus Philippo. s. et Alexandro, quondamq; terrarum imperio.

Macedo, pe. cor. qui Macedoniam habitat Luc. li. vi. Cum tibi sacrato macedo seruetur in antro.

Macedonicus, ca, cum, posset sumi à macedonia. Vnde mare macedonicū, quod est Ægei ps, et īcipit à Pallene mōte, qui thracię finem facit. Extenditur vsq; Megarem, quo Isthmos interpositus misceri Ægeum Ionio non permittit. Cuius litora à ciuitatibus nomen accipiunt.

Macellū locus, quo venalia oīa, quę ad victum humanum pertinebāt, cōtrahebant. Plau. in Aul. Venio ad macellū rogito pisces, indicant caros, agninā carā, caram bubulā, vitulinā, cetum, porcinā, cara omnia. Cic. Si epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarē annonā in macello cariorem fore. Dictū macellū à Macello quodā viro, qui in vrbe latrociniū exercebat, quo damnato cēsores Æmilius et Fuluius statuerunt, vt in domo eius obsonia venderentur redactis in fiscuꝫ eius bonis. Alij macellum dicunt,

ꝙ ibi fuerit hortus, quem macellum à lacedęmonijs appellatum ferunt, et Iones ostia hortorum macellotas vocabant. Dona. à mactandis pecoribus deriuat. Sunt et q à macerando dici existiment, ꝙ pecora, duꝫ eo ducunt, ibiq; tenentur, macerantur. Vnde et macellum diminutiuum pro macilento ponitur Luci. li. vi. Si nosti non magnus homo est nasutus, macellus.

Macellarius, qui macellum exercet non solū carnium, sed omnium obsonioꝝ, qn ēt panis, et frumenti vēditor, qppe hęc omnia in macello venundabant. Varro. Duo sūt ornithonis genera. Vnum delectationis causā. Alteruꝫ fructus causa, quo genere macellarij, et in vrbe quidam habent loca clausa, et rure maxima conducta.

Macer, cra, crum, à męrore fit, et exileꝫ extenuatumq; sigt Virgi. Heuheu, q̄ pingui macer ē mihi taurus in eruo. Col. li. ij. Nā vel piguissima, vel macerrima humo iacit.

Macies macritudo, et macor extenuationē significat. Apu. Vnde ista tam subita macies, et tantus pallor. Pla. Ossa atque pellis, vt miser macritudine. Pacu. Corpusq; meum tali męrore errore macore sonet.

Macilentus plenus macie. Festus macilēti, macie attenuati.

Macreo, es, macer sū, à q̄ macresco, macer fio. Col. li. vi. Dabimusq; operā ne penuria cibi macrescat pecus. Var. Qui eaꝝ aspectus ad desyderium macrescere facit volucres inclusas.

Maceo, ces, macui, idem, quod macreo, à quo macesco, macescis macer fio. Col. li. ij. Constat arua segetibus eis, scilicet hordei macescere. Var. Tum ꝓpter laborem asperantur, et macescunt.

Macio, as, macrum facio. Cuius compositum est emacio, quod est valde macio. Col. li. v. At certe in ordinarijs vitibus vtiq; obtinendum est ne pluribus flagellis emacientur, nisi si futuris propaginibus prospiciemus.

Macero, maceras, cum ad corpus refertur, significat attenuo, contero ab eo, quod est macer. Hora. lib. i. Car. Quaꝫ penitus lentis macerer ignibus. Plau. in Cap. Multos iste morbus hoīes macerat. Cū āt ad animū sigt affligo. Lac. li. vij. Nec ad oculos somnus accedet, sed anima hoīs sollicitudo, ac vigilię macerabit. Proprie tñ macerare ē mollificare, vt fit cū qppiam tam diu in aqua tenet, donec tenerescat. Teren. in Adel. Salsamenta hęc ò stephanio fac vt macerent pulchre. Col. li. i. Piscinas duas, alteram quę anseribus, pecoribusq; ꝓuiat, alteram in, q̄ plurimuꝫ vlmi vimina, et virgas, atq; alia, quę sunt vsibus nr̄is apta maceremus.

Maceresco maceratus fio. Ca. de re Ru. Frumē to curgulio ne noceat, neu mures tangant, lutū de amurca facito, palearum paululū addito finito macrescant.

Macro, as, cuius ꝯpositū ē emacro, qđ est valde macer fio. Ply. lib. xviij. Terrā emacrari h̄ satu. s. milij existimātes.

Maceria, et maceries paries, siue murus, vel congeries lapidū in vnū compactoꝝ sine cęmento, aut alio genere ferruginis, quo vineę claudi solent. Teren. in Adel. Iube hāc maceriem dirui. Var. tñ aliter. lib. iij. Quis ignorat septa è macerijs ita esse oportere in leporario, vt tectorio tecta sint. et sit alta. Ca. de re rusti. Macerias ex calce cęmentis silice, vñ dñs omnia ad opus prębeat. Quandoq; maceria dicitur membrana secundinarum, quam alio nomine steram appellāt Hier. in Geñ. Quare diuisa est, propter te maceria? Et maceries dr̄ macilētia. Afra. Si ille hoc nūc sentit facere illi satis vis q̄ta illius mors sit maceries tibi.

Macto, as, interficio. Lactan. li. ij. Mactantur, greges hostiarum. Plau. in Amp. At ego certe cruce excruciatum mactabo. Tractū est à sacris, vbi mactari oues dñr, quę immolant. Virg. ē nigrā mactabis onē, luctūq; reuises. Dcm̄ est āt macto, quasi magna authoritas, hoc est augeo. Naꝫ priusq̄ victimā īmolarēt thus, aut vinū super eam fundebāt. Vnde mactū esse taurum dicebant thure, vel vino cumulatā hostiā, et magis auctam. Hinc mactare magna augere veteres vsurparunt. Cice. Ferūt laudibus, mactant honoribus. Per transla. quādoq; mactare ponitur pro malo afficere, seu male tractare. Plau. in Aul. Dotatę mactant

malo, & dãno viros. Quãdoq; p̃ p̃cipitat. Accius. Aut illorum copias fundas in campo, aut nauis vestras mactabo in mare. Quandoq; pro honorare. Plaut. Tamen honeste mactatum reducam domum. Quandoq; pro verberare. Vnde legimus de martyribus Primo, et Foeliciano. Extenderunt eos milites, et virgis fortiter mactauerunt.

Mactus, cta, ctum, tas cum gtõ, q̃ ablatiuo construit, et vocatiuo semp, vt macte virtutis, et virtute .i. magis aucte, cumulateq;. Est aũt dictio, quę laudet simul, et adhortet puerꝝ quẽ probitate crescere videat. Sanguinolentis ẽt ex acie redeuntibus dr̃. Mar. Macte animi quem rarus habet morumq̃; tuorum. Syl. lib. v. Lelius affatur macte ó venerãde Pudici. Ductor macte animi. Ci. Macte virtute esto. Hierony. Macte virtute, macte zelo fidei. Ply. in laudem astrologoꝝ. Macti ait ingenio, et cęli interpretes rerumq̃; naturę capaces. Sta. lib. vij. The. Macte animo iuuenis .i. perfecte indolis, vt exponit Laërtius interpres.

Machaõ Æsculapij filius, fr̃ Podalirij, medicus clarissimus.

Mache latine pugna. Inde Naumachia, vt Antimachus. Andromache.

Machęra cum diph. Nam grece μάχαιρα, latine sica, gladius, culter, quod nomen impositum est à gręcis, quia multo sanguine commaculetur. Iuue. Ames nomen victumq; machęre. Instrumentum est ad scindendum simul, et vulnerandum. Apul. lib. ix. de Asi. Cõminabatur sese concisurus eum machęra frustatim, quo sermone eius commonefactus hortulanus eripit ei spatham.

Machęropios faber gladioꝝ, quo noĩe dictus est Demosthenis pater ab officina gladioꝝ quam Athenis egregiam, multisq̃; artificibus seruis instructam habebat.

Machęrophorus sicarius gladium ferens. Ci. ad. Qu. fratrem machęrophoris centũ seq̃ntibus miros risus nobis ediderũ.

Macteę dicuntur pręciosa edulia. Sue. de Cali. Multis venenatas macteas misit Mar. Mactea neu. genere p̃tulit. Sed te mactea sola iuuant.

Machalaum nomen gręcum compositum ex mache, quod pugnam significat et ἀλαὸς cęcum, et errantem. Oppidũ in Brixiano agro insubrium clade nobile.

Maccabęus cum duplici cc, et diph. nomen barbaꝝ q̃ vocati sunt illi viri fortissimi apđ sacras lr̃as celebratissimi.

Machina, pe. cor. grece μηχανή latine molitio, inuentio. Vñ mechanicus faber seu opifex eorum opeꝝ, quę ingenio simul, et manibus fiunt, et mechanica ars fabrilis. Vñ artes diuiduntur in liberales, et mechanicas. Asco. Machina dr̃, vbi nõ tam materię rõ, q̃ manus, atq; ingenij ducit. Machina ẽt dr̃ instrumentum, quo moles aliqua facile quocunq; volueris, impelli potest. Et machinas bellicas vocamus opa fabrilia, quibus in bello vtimur. Itẽ ipsa cõsilia quibus decipere hostem conamur, machinę vocant.

Machinor, imaginor, cogito ad reperiendũ, et fabricandum tam bonum. q̃ malum. Lactan. lib. ij. Nimirꝝ deus vniuersi artifex sic illa disposuit, sic machinatus est, vt p spacia cęli diuina, et admirabili rõne decurrerent ad efficiendas succedẽtium sibi tẽpoꝝ varietates, an Archimedes siculus ɔcauo ęre similitudinẽ mũdi, ac figurã potuit machinari. in quo ita solẽ, lunamq̃; cõposuit, vt inęqualis motus, et cęlestibus similes ɔuersionibus, singulis, quasi diebus efficerẽt. Liui. lib. i. Cõfestim Turno necẽ machinat. Salu. Iam tum non ɔsulibus, sed plerisq; senatoribus pniciem machinabant. Dr̃ aũt machinari ab μηχανῶμαι, qđ est ĩuenio. Vnde μηχάνημα inuentum, et molimen dicitur.

Macra fluuius in Apennino inter ligurum montes, per lunam ciuitatem in Thyrrhenum mare influit.

Macri cãpi ĩter Bononiã, et Rauennam, p quos Romã itur.

Macros gręce, latine longus, à quo multa fiunt composita.

Macrocola, pe. p̃. à longitudine dñr. Sunt .n. eo noĩe maiores, et longiores chartę, quas mõ regias vocamus. Nam et Catullus regiam chartã vocat. Ex eadẽ origine sunt protocola, q̃ formularij ɔficiunt. Scribitur p simplex, l et pe. p̃.

Macrocosmus lõgus mũdus. Microcosmus paruus mũdus.

Macrochir latine dicitur longa manus.

Macrochera tunica manicata, quę habebat manichas longiores. Lãpri. Macrocheras ex purpura ad vsum suum reuocauit. Has romę induere Fuit indecoꝝ. Augu. lib. iij. de doctr. xp̃ia. Talares ac manicatas tunicas habere apud veteres romanos flagitiũ erat. Alio quoq; vocabulo gręco chirodite appellantur, quo et nostri vtuntur.

Macroceni montes ab istro flumine non longinqui.

Macrobius nomen viri proprium, latine longęuus dicitur. Nam μακρὸς longus, et βίος vita dicitur.

Macrobij ẽt populi Æthiopię sunt vltra Meroen, vt inq̃t Soli. q̃bus dimidio protensior est vita, q̃ nostra, iusticiã colunt, amant, equitatem, plurimum valent robore, & forma pulcherrimi. Vltra hos populos desertę inhumanęq̃; solitudines sunt. Apud eos lacus est quo pfusa corpora quasi vncta nitescũt, adeoq; liq̃dus, vt ne folia q̃dem sustineat.

Macrologia longus sermo.

Macrologeo multa loquor.

Macrocatalectos dictio in longam desinens.

Macrothymia longanimitas.

Macrothymus longanimis.

Macrochronius diuturnus.

Macula turpitudo, ac sordes. Ply. Fullones eas maculas è vestibus tollunt. Quãdoq; ponit p̃ nota, seu signo. Vñ genitiuę notę in corpe maculę dñr. Plaut. in Cap. Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis. Quandoq; pro infamia. Ci. cuius, vt adolescentię maculas, ignominiasq̃; pretercam. Quandoq; pro retis foramine, seu plaga q̃ vernaculo sermone dicimus la maglia. Idem in Ver. acti. septima. Reticulum ad nares sibi admonebat tenuissimo lino, minutis maculis plenũ rosę. Var. lib. ij. p̃ retis posuit Septũ totũ grãdibus maculis integit, ne eo ĩuolare aq̃la possit, neue ex ea euolare aues. Quandoq̃; maculę dñr signa in marmore. Seneca epistola. cxvi. Delectãt nos ingẽtium maculę columnarum.

Maculosus, sordidus, immundus. Plau. Sordida, ac maculosa facie. Item dicitur varius, ac notis plenus. Virg. Succinctam pharetra, ac maculosę tegimine lyncis.

Maculo, las .i. foedo turpo. Lact. li. v. Innocentiũ cruore maculant. Hĩc ɔmaculo, las, et ĩmaculatus, q ẽ sine macula.

Macticus, pe. cor. qui habet magnas malas, et os patens, quasi malucticus.

Mactra, arca panaria, quę, et cardopos à gręcis dicitur.

Macidatus, liquoris infusione madens. Apul. lib. viij. Ille spongijs macidatis tumores comprimere.

Madeo, des, didus, sum. Ply. lib. viij. Tergoris, galeęq̃; impenetrabilis, pręterquam si humore madeat.

Madesco, scis, habet significationem passiuam innatam calore intrinsecus sumpto, vt proprie madescere sit, cum q̃s febri, vel labore, seu potione prępotentis vini ęstuat, aut aliter sudorem emittit, licet etiam ĩtrinsecus dici possit. Clau. lib. iij. Largis tunc imbribus ora madescunt. Col. lib. vij. Stabulentur sic eo loco, ne humore madescant vngulę. Hinc componitur per madesco, quod est valde madidus fio. Idem lib. ij. In id tempus conuenit inter peritos rei rusti. non esse arandum, nisi si magnis, vt fit nõnunq̃ subitaneis imbribus, q̃si hybernis pluuijs terra pmaduerit.

Madefacio, cis, balneo. Lactan. lib. vi. Si focos odorati, ac ueteris vini perfusione madefecerint.

Madefio habet significationem passiuã extrinsecus, vt cum aquis aqua, alioue liquore balneatur, Sue. Cum decidisset in mare per ducentos passus euasit ad proximam nauẽ elata leua, ne libelli, quos tenebat madefierent.

Madidus, da, dum, qđ est à liquore respersum, hinc semimadidus. Col. li. ij. Sed quandocunq; arabitur, obseruabimus, ne lutosus ager tractet, neue exiguis nibus semimadidus.

Madido, das, madidum, seu balneatum facio. Clau. lib. ij. Ille nouo madidãtes nectare pennas cõcutit, et glebas foecundo rore maritat.

Madifico, cas, idem, quod madefacio. Ply. lib. xxviij. Et si cõ-

tra epiphoras feruentes oculorum anguli subinde madificentur, efficacius si cibo, vinoq́; si pridie ea abstinuerit.

Mador ipsa infusio, à madendo, vt fluor à fluendo. Apul. lib.i. Quo ad me vrinę spurcissime madore perluerent. Salu. Ingens terror erat ne ex latere noua monumenta madore infirmentur. Nam omnia oppida stagnabant redundantibus cloacis aduerso ęstu maris.

Madaura ciuitas ĩ collimitio sita Getulię, et Numidię vbi populi colonia sub syphacis dictiõe olim collocata à qua Apul. Mandaurensis est appellatus. Ad hanc vrbem scribit. Augu. lib. con. se contulisse cum adolescens esset discẽdarꝫ ingenuarꝫ literarꝫ gratia florente ibi gymnasio.

Madulsa dicitur ebrius, quia madidus satis vino sit, vel à gręco madis.

Madian vrbs, quędam ab vno filiorum Abraam, ex Cethura, sic vocata, quę teste Hiero. est trans Arabiam ad meridiem in deserto sarracenorꝫ contra orientem maris rubri. Vñ vocantur madianei. et madianea regio. Legimus, et filias Ioab soceri Moysi filias Madian. Sed hęc alia ciuitas homonyma eius iuxta Arnonen, et Ariopolim, cuius ruinę nunc tantummodo demonstrantur. Idem Hiero. in Esa. Ostendit madiam, et epha esse regiones trans arabiã fertiles camelorum illaq́; prouincia appellatur sabba.

Madianęi. Vide in dictione madian.

Męedia, ciuitas thracię scribitur cuꝫ ę diphthon. à qua Mędi populi vt differãt à medis populis Asię. Hinc pręfectura mędica thracię vicina pęonię.

Męander cum diphthon, qui et meandrus fluuius Phrygię siue Męonię ita sinuosus flexibus, vt sępe credatur ad fontem reuerti. Per phrygiam currit, lydiamq́; disterminat à Caria. Vnde Ouid. lib.ix. Me. eum phrygium appellat. Nõ secus, ac liquidis phrygius meander in vndis. Stra. Scribit, qm̃ multũ accipiat limi, et vario impetu, modo ad hanc, modo ad aliã adijciat ripaꝫ. Vñ obliqtates oẽs męandros veteres appellarunt. Cice. In Piso. Scio quos tu męandros quęsiuisti. Est ẽt picturę genus, quod Festus neu. genere męandrum declinat à similitudine męandri. Virg. Quam plurima circum purpura męandro duplici melibęa cucurrit. Hoc etiam nomine dictus est mons Indię.

Męnoles dictus est Dionysius, quod latine totum furentes significat, cui bacchę orgia celebrant. Et crudas carnes comedentes sacro furore initiantur, Euan, Euan, conclamãtes, quę vox aspirata, secundum exquisitam hebręorũ linguam foeminei sexus serpentem significat.

Męmactęrion, mensis, qui à latinis dicitur september.

Męe genus Cancrorum maximum.

Męnala, pe. cor. intellectu singulare, voce autem plurale, inqt. Priscia. At Diome. Docet ĩ singulari esse generis masculini, in plurali neu. Mons arcadię Cel. Adeo vt eius cacumen astris insertum videatur. Hinc Stat. lib.ix. The. Et in medijs frondentem męnalon astris. Virg. Pinifer illum etiaꝫ sola sub rupe iacenteꝫ. Męnalus est et fluuius à męnalo licaonis filio. Luc. li.iij. Sicanias Alpheus aquas tũc Męnala liquit. Est nomen vrbis Arcadię.

Męnalius, lia, lium, quod ẽ ex Męnalo. Vnde et bacchus dictus est męnalius. ἀπὸ τοῦ μαίνομαι, quod ẽ furere, ĩsanire, siue à Męnalo lycaonis filio, et Aper męnalius, quẽ Hercules Eury. Detulit. Stepha. Byzantius μαίναλος πόλις ἀρκαδίας ἀπὸ μαινάλου τοῦ λυκάονος, καὶ ὄρος ἐστὶ καὶ ἐν τῇ γαλατίᾳ κτίσμα.

Męnas, genus piscis, Vide Męna.

Męnas, nadis, furiosa, seu insana dicitur, ab μαίνομαι, quod est furere, Fuerunt autem Męnades mulieres quę liberum patrem semper secutę liberi sacra celebrabant passis capillis furentium more huc, atqꝫ illuc cursitantes. Iuue. Crinemq́; rotant vlulante priapo Męnades.

Męotis, pe. pro. gręce μαιῶτις palus scythica in regione septentrionalis iuxta phasidis ostium frigore congelascẽs. Oui. lib.iij. de trist. Longior antiquis vita Męotis hyems. Hinc pisces męotides, seu męotici dicti, qui in męoti capiuntur. Hęc per trecenta ferè miliaria esse videtur à bosphoro cimerico vsqꝫ in ostium tanais.

Męonia lydia est regio minoris Asię, Vnde męones populi hęc vocatur regio exusta. Nam, sicut scribit Stra. Cinerulẽta est insuperficie, et tota arboribus caret, pręter vitem. Diony. scribit hanc regionem esse sub altissima Tmoli montis rupe sitam, ex qua Pactolus amnis fluit.

Męonius, nia, nium, Vnde Home. dictus est męonius. Mar. Perlegę męonio, cantatas carmine ranas. Dictus et męonides à patre, qui Męon appellabatur.

Męror, inquit Cice. lib.iiij. Thuscu. Est ęgritudo flebilis.

Męreo, res, mestus sum. Vide in dictione Mereo, res. Cap. Męstus aio sed tristis vultu. Sine diph. cum suis deriuatis.

Męsticia, et męstitudo idem, qđ męror. Quintil. Dolore atqꝫ animi męstitia languẽs. Plau. Cur tãta męstitudo obtigit.

Męsto, stas, et męstifico, cas, męstũ facio. Ambro. lib.i. offici. Cur non ego etiam dicam in quibus eum męstificare possum? Ab μοῖρα, ideo per oe.

Męro, ras, męrentem, et tristem facio. Nam męraret. i. męrẽtem, faceret, vetus verbum.

Magar pęnorum lingua villam significat, idest Cesam. Vnde et magalia villę dicuntur, quamuis magaria secundum Serui. Dici debeat, cuius prima producitur. Virgil. Miratꝰ molem Aeneas magalia quondã. Sciendum est magalia et magaria idem esse, sed magalia, ma, producit magaria corripit.

Magidę mensę, seu coquinarij instrumenti genus habetꝰ et panis seu offę genus, quod magida quoqꝫ appellant.

Magia fons Sicilię in agro syracusano, quo etiam noĩe in incantatio dici latine potest.

Maginor, naris, quasi tarde conor, et vngor, inquit Festus.

Magirus pe. pro. latine coquus dicitur. Vnde archimagirus princeps coquorum.

Magis aduerbium significat plus, deduciturq́; à magnus et pter naturam aliorꝫ hꝫ neutrꝫ, naꝫ cõparatiua neutra vim aduerbij hñt, vt validius, sanctius maius vero, nõ loco cuius dicimus magis, à quo fit compositũ demagis, qđ sigt valde magis, et ꝓ nimis à veteribus ponebatur.

Magistri à magis, et proprię artium pceptores sunt, q̃uis ẽt ad oẽs transferri possint, qbus pcipua cura rerꝫ incũbit. Dicti magistri, ꝙ magis cęteris possint, vel ꝙ magis, q̃ cęteri diligentiam rerum quibus pręsunt, hr̃e debent. Hinc magistri pagorum, societatum, vicorꝫ, collegiorꝫ dicuntꝰ, q pagis, societatibus, vicis, collegijs pręsunt. Magister eqtum dicitur, cui summa potestas erat in equites, addebaturq́; semper dictatori, quo modo regibus tribunus. Iuue. Fumosos equitum cum dictatore magistros, cui summa potestas in populum à quo et magister populi dicebatur. Ponitur etiam magister pro custode. Teren. Me filijs relinquunt, quasi magistrum. Et magister pecoris custos vocatur. Huius diminutiuũ est magistellus. i. paruus magister.

Magisterium magistri dignitas, seu officium. Nã magisteria sic à magistro videtꝰ deduci, quo modo à ministro ministeria. Sue. de Augu. Auus municipalibus magisterijs, contentus abundante patrimonio tranquilissime senuit. i. officijs municipij sui. Apul. lib.i. Scias quemadmodum sub meo magisterio mali debeant coërceri. Et apđ Ply. Magisterius equitum pro ipsa dignitate Paul. iurconsul. autumat.

Magistro, as, moderor, guberno.

Magistratus, us, per deriuationem à magistris cognominatur, qui per imperia potentiores sunt, q̃ priuati. Et mõ significat eos, qui in potestate aliqua sunt ꝯstituti, vt sunt consules, proconsules, ptores, ꝓ pretores, et alij, qui ciuitates, et prouincias regunt, modo potestatẽ, ipaꝫ seu officiũ. Cic. Nam istum in vrbe magistratum gerebat. Et magistratuum alij maiores, vt consules, censores, pretores. Alij preter hos dicebantur minores. Paul. Iurconsul. Ait magistratus dici, quasi per diminutionem à magistris tanq̃ minores magistris sint.

Magmata. p. cor. pastilli, ẽ massęfactę, ex vnguẽtorꝫ fecibus odoris grã ἀπὸ τοῦ μάττειν, qđ ẽ terere, ẽ miscerꝰ, vt inqt Ply.

Magmentum veteres dixerunt, quasi maius augmentum, et auxilium quoniam augebant numerum hi, qui accedebant alienigenę vt adiumento essent.

Magus dictio ꝑsica, qua apud eos significatur, sapiens. Sic enim persę magos vocant, vt gręci philosophos, latini sapientes Galli druydas, Ægyptij prophetas, siue sacerdotes. Indi gymnosophistas, et Assyrij chaldęos à chaldęa Asię regione. Apud nos vero magus incantator ex officio vocari potest, nam cum magi, apud persas potissimum deorum cultui vacare solerent, in tantam postea aucta est eorum vanitas, vt non solum obseruatione syderum futura prędicere, sed artibus qbusdaꝫ, et maleficijs, ẽ scire se oïa, et facere posse profiterent. Hinc magicus, ca, cum, qđ ad magum pertinet, vt ars magica. Suidas· μαγεία· καὶ ἀστρολογία ἀπὸ μαγουσαίων ἤρξατο· οἱ γάρ τοι πέρσαι μάγοι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται, καὶ μαγουσαῖοι οἱ αὐτοί.

Magnus, grandis cuius comparatiuum est maior superlatiuum maximus. A' quo multa componuntur.

Magno, absolute, pro magno ꝑcio. Apul. Me deniq; pauperculus qdaꝫ hortulanus cõparat. i. nummis sed magno aerebat.. Var. lib. iij. de re rusti. Piscine ędificantur magno.

Magna gręcia dicta est ea pars Italię quę à tarento vsq; ad cumas est, vel vt Ply. lib. iij. refert à locris Italię fronte ad Tarentuꝫ vsq; protendit, sic dicta ꝙ multę magnęq; ciuitates in ea fuerint à gręcis ꝯditę. Author Insti. lib. xx. Virgil. Effuge cuncta malis habitantur moenia graijs. In ea habitauerunt Architas, Pythagoras. Parmenides, et Zeno pythagorici philosophi, et En. poëta. A' quibusdam tota Italia dicta est maior gręcia. Ouid. in Fast. Itala nam tellus gręcia maior erat.

Magnum, socerꝫ, et magnam socrum appellabat vir vxoris suę auũ, auiamq;. Maior socer, et maior socrus vxoris ꝓauus, proauiaq; appellat, et sic p singulos gradus.

Magnalia sunt ingẽtia facta, et admiratione digna. Hiero. in li. Exo. State. ẽ videte magnalia dñi, q̃ facturus ẽ hodie.

Magnarius, apud Apul. pro magno negociatore ponitur ex negociorum magnitudine tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

Magnificus, qui magna fecit. Scribit Ari. lib. iiij. Ethi. et magnificum dici illum, q in magnis pro dignitate sumptus facit, qui circa publicam magnificentiam impensas facit honorificas, veluti ĩ ludis, in rebus dijs sacrificatis, in ędificijs, in epulo publico, non q in seipsuꝫ sumptuosus est.

Magnificens, à quo magnificentia, q̃ est (vt Cice. inqt) reꝝ magnaꝝ, et excelsarum, cum animi ampla quadam, et splendida propositione cogitatio, atq; administratio.

Magnifico, cas, extollo. Ply. Magnificat, et vituli, q nondum herbam gustauerint fimum.

Magnanimitas, vt ait Speusippus, est moderatus contigentium vsus vrbana cum hominibus conuersatio, Magnificentia animi cum ratione.

Magnas, magnatis, ẽ magnatus, gnati, qui in populo magnus habetur.

Magnata vrbs Hybernię, à q̃ magnatę populi vocati sunt.

Magnatę populi, qui habitant magnatam vrbem.

Magnes, etis, generis masc. genus lapidis, ad se ferrum attrahentis, Dictus magnes ab inuẽtore, in Ida primum repertus, de quo. Ply. xxxvi. Orpheus. αὐτὰρ ἐγώ γε σᾶς, ἀλόχου κέχρημαι σε διζήμενος εἰ ἔθελ' ἁγνὴ ἀνδρὸς ἀπ' ἀλλοτρίοιο λέχος, καὶ δῶμα φυλάσσει.

Magnesiam Thessalię regionem esse. Ply. Significare videt, cum lib. v. na. histo. ait supra hęc magnesia Męandri cognomine insignis à thessalica magnesia orta. Est autem et Asię vrbs ad Męandrum sita authore. Stephano apud quã Scipio Asiaticus Anthiocũ regẽ magna clade affecit.

Magog, nomen viri filij Iaphet ꝓprium, à quo (vt Iose. ait li. i.) Magogę dicti sunt, qui à gręcis Scythę dicuntur.

Magia, cum accentu in pe. Nam apud gręcos μαγεία scribitur. Et est, vt Plato. Interpretat deorum cultura. Ait. n. in Alcibiade μαγεία ἐστὶ τῶν θεῶν θεραπεία. Est aũt duplex Magia vnaq; platonica. et philosophica, hoc est naturalis philosophię absoluta ꝯsumatio à q̃ Magus dictus est qui eam colit. Nam per se magum dicunt quem latini sacerdotes appellant. Altera dęmonum potentia constat, quam nomine detestabili γοητείαν goetian vel Theurgian vocant à legibus prohibita est. quam Ply. arteꝫ intestabilem irritam, et inanem appellat, Ecclesia. magicas pręstigias vocat, quia rerum veritatem ementiantur hominum mentes fallacia perstringentes. Huius magię sunt plures species hydromantia quę fit ex aqua. Axinomãtia, quę fit ex securibus, et alijs dolabris Lecanomnatia quę fit ex peluibus, q̃s gręci λεκάνας lecanas vocãt. Et apud Persas erant magi. Lecanomãtici dicti vt li. xvi. docet Stra. q̃si ex peluibus diuinantes. Nam vaticinantes peluim capiebant aqua plenam dęmonibus congruentem in profunda repentibus. Vbi autem dęmon illapsus est, aqua edit sonum quendam fatidicum. Catoptromantia quę fit per specula. De qua Sparti. In Iuliano intellexit cum ait. Carmina profana incantauerunt, et ea, quę ad speculum dicunt fieri, in quo pueri pręligatis oculis incantando ventura respicere dicuntur. Pyromantia, quę fit per igneꝫ. Hanc Amphiraus primus inuenit Geomantia quę fit ꝑ terram. Chiromantia quę fit per mensuras manuum. Necromãtia siue Necyomantia, quę fit per euocationes vmbrarum, et per inferorum colloquia, à qua Necromantici quorum incantamẽtis mortui resuscitari, diuinare, ad interrogata respõdere videntur. Nec fit talis diuinatio sine sanguine. Quidã necyomantiam scyomantiamq; distingunt, ꝙ in necyomantia ad erigendum, cadauer sit sanguis necessarius. In scyomantia sola sufficiat vmbrę euocatio. Capnomantia quę fit ex fumo arę, ex cuius motu futura cognoscebant à qua Capnomantę dicuntur. Ex hoc magię fonte deriuati sunt apud romanos ethrusci haruspices. Apud Indos brachmanes, et gymnosophistę. Apud gallos Druydę et bardi. Apud siculos Galeantę, apud cunctas nationes planetarij, qui mathematici sunt, et vulgo astrologi dicuntur.

Maguderis, vt Priscia. lib. vij. inquit fruges. i. caulis genus q nascit ex ea parte, cuius radix sirpis auellit hanc caulem laserpitij qdaꝫ existimant. Plau. in Rud. Seu tibi ꝯfidis fore multam maguderim. Laserpitiũ ãt herbã esse nõnulli arbitrantur, vt Ply. li. xix. testat. Legit. et Magudaris. Colu. lib. vij. Facit, et radix quam gręci vocant μαγούδαριν, vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellat.

Magus dictio persica qua apud eos significat sapiens. Sic enim Persę magos vocant, vt gręci philosophos, latini sapiẽtes. Galli druydas, ęgyptij prophetas siue sacerdotes Indi gymnosophistas, ẽ Assyrij chaldęos à chaldęa Asię regione. Apud nos vero magus Incantator ex officio vocari potest. Nam cum magi apud persas potissimum, deorum cultui vacare solerent, in tantum postea aucta est eorum vanitas, vt non solum obseruatione syderum futura ꝑdicere sed artibus quibusdam, et maleficijs, et scire se omnia et facere posse ꝓfiterentur. Hi nunc vulgo malefici ob facinoruꝫ magnitudinem, vt inquit. Augu. appellantur. Hi sunt qui elementa concutiunt, mentes hominum turbãt violentia cantaminis citra tamen veneni haustuꝫ. Dictus magus vt inquit porphyrio, quasi magnagus à magnis rebus quas se perficere posse gloriantur.

Magicus, ca, cum, pe. cor. qđ ad magũ ꝑtinet, vt ars magica.

Magia fons Sicilię, in agro syracusano.

Maginor, pe. cor. quasi tardę conor, nugor inquit Fest.

Maiestas, à magnitudine dicta est. Est enim decus, amplitudo, et dignitas, vel populi, vel senatus, vel principis, imperatorisue, aut etiam priuati magni viri. Vnde maiestatis crimen iurisconsulti diffiniunt, quod aduersus populum Ro. vel aduersus securitatem eius cõmittitur. Et rei maiestatis dicuntur, qui eiusmodi crimen cõmittunt. Quidam sic definiunt ꝙ sit priuata quędam dignitas, quę hoïem reddit honoratum. Est aũt maiestas virtutis, et ꝓbitatis quę-

dam excellentia siue magistratu, siue imperio, siue fortunę adminiculo. Maiestas quoq; dea credita est honoris, et reuerentię filia, de qua Oui. Donec honor, placidoq; decēs reuerentia vultu. Corpora legitimis imposuere toris. Hinc sacra maiestas, quę mundum temperet omnem. Quaque die partu est ędita magna fuit. Nec mora consedit medio sublimis olimpo, Aurea purpureo conspicienda sinu.

Maiales porci castrati. Var. Verres commodissime anniculi vtique, nec minores, q̃ semestres. Quo facto nomen mutant, atque è verribus dicuntur maiales.

Maiores intelligi possunt quicunq; aui, abaui, proaui, ataui, tritaui, et ante hos in infinitū, sicut minores, q ēt post trinepotes futuri sunt. Cic. Ego meis maioribus virtute p̄luxi, vt si prius noti nō fuerit, à me īcipiant habere initium memorię suę. Virg. Hunc lętum, tyrijsq; diem Troiaq; ꝓfectis eē velis, nostrosq; huius meminisse minores. Non solum minores, hi dñr, sed ēt posteriores, et posteri, ē nepotes, sicut ij, qui ante nos fuerunt maiores, et superiores, et patres, et aui appellantur. Et tam maiores quàm minores in hac significatione tantum pluraliter declinātur maiores magistratus sunt consules penes quos fasces sunt, vel qui priores facti sunt, maior prętor dicit̄ Vrbanus, minores cęteri, maiores flamines dicebantur patricij generis, minores, plebei, maior auunculus, aui, et auię auūculus. Sic maior patruus, maior amita.

Maius mensis, à maioribus dictus est, quia, vt inquit Macro. maioribus consecratus erat, quoꝝ consilio Resp. gerebat̄, sicut Iunius, à iunioribus, q rē armis gerebāt. Postq̃ .n. Romulus populū Ro. in maiores, minoresq; diuisit, vt altera pars ꝯsilio, altera armis tueret̄, in honorē vtriusq; partis hunc Maiū, sequentē Iunium vocauit. Oui. Hinc sua maiores tribuere vocabula Maio. Iunius à iuuenum noīe dictus adest. Sūt et q Maiū, à maiestate dea denoīatū velint, ꝙ flamē vulcanalis Kalēdis Maijs huic deę rem diuinā facit. Alij à Maia Mercurij. mr̄, ppea h̄ mense mercatores oēs maie pariter. et Mercurio sacrificar̄ soliti erāt.

Malus foe. gene. arbor, cuius fructus est malum. i. pomum tractum nomen à gręco, qui malum. μῆλον dicunt, Vñ melimela, et habent, pen. pro.

Malinus, na, nū, pe. pro. qđ est materiatum ex malo. Col. li. viij. Est Etiam non ingrati saporis muria p̄duratus, atq; ita, malignus lignis, vel culmi fumo coloratus.

Malus, mas. gene. Arbor nauis, quia instar mali sit in sūmitate, vel quia cingit̄, quasi qbusdam malis quoꝝ volubilitate facilius leuantur vela, ē similiter primā producit. Luc. li. ij. Antennas, proram, malos, tonsosq; natantes.

Malus, a, um, pri. cor. dr̄, quod opponit̄ bono. Est. n. generale nomen turpia simul, et detrimentosa complectens. Vnde dicimus malum culpę, quod male agendo committitur, quale est homicidium furtum, et huiusmodi, malū pęnę, quod deus ob mala commissa, immittit, vt est illud ꝓpheticum. Ego dominus creans malum. Dicimus etiam malū militem, qui est imbellis, malum imperatorem, q est imprudens, malum grammaticum qui est rudis, malum iudicem, qui est iniquus, malam faciem quę est deformis. Pręterea malum sumitur pro labore, afflictione, et angustia. Vir. Assuetumq; malo Ligurem. Et in psal. Lętati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, qbus vidimus mala. Vbi Hiero. Quanto magis in hoc seculo paupertate inimicorum persecutionibus, vel morborum cruciatibus fuerimus afflicti, tanto post resurrectionem in futuro maiora pręmia consequemur. Item sumitur pro malignitate. Sene. Imbecillem, insontemq; damnare summū est malum. Item pro interiectione perinde ac si diceremus proh nefas. Qui. loquendi mos per interrogationem, et honestus, ē vsitatus est. Gel. Quę malum ratio ista est? Ply. li. vij. Quę malum ista dementia ē, iterari vita morte? Terē. i Adel. qd hoc malū īfęlicitati? Plau. i Am. Quid malū, ac si dicat in malā rē vel in malo euentu. Et habet accētum in vltima. Cic. ad Atticū dixit. Qui malū? Aliquando capitur malum, pro paruo, sicut bonum pro magno.

Male aduerbium, modo ponitur, pro valde, sed semper in in malam partem. Cice. Addebat etiam idq; ad rem pertinere credebat, scriptores illos male mulctatos. i. magna pęna affectos. Modo pro parum. Vir. Heu male, tum mites defendit pampinus vuas. Modo pro incommode, sicut bene pro commode, vt Male habito. Vnde habito in compositione habet vim negationis, vt Male sanus, male fortis. Oui. lib. iiij. Fast. Nondum, tradiderat victas, victoribus artes Gręcia, facundum, sed maleforte genus.

Male audio significat alicuius maledicta sustineo, seu infamor, vituperor, culpor, sicut bene audio, laudor, vt si quis de me maledixerit, tunc recte dixero. Male de me audio. Cice. lib. ij. In quo ego, non quo libenter male audiam. Sed qa ego cām non libenter relinquo. Idem ad Atticum. Hanc nonnulli amici Apij ridicule interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille male audiat.

Malecogito de te. i. male affectus sum erga te, et malam habeo, de te opinionem. Oui. Non tamen Ęneam, q̃uis male cogitet, odi. Cęlius. Et ipse facile animaduerterem male eum de me cogitare. Huic contrarium est bene cogito.

Maledico tibi, et maledico te. A quo maledictus maledicentia.

Maledicentissimus, q male dicit quantū pōt, et scit.

Malefacio tibi. Inde maleficus, malefica, maleficum malum facit. Plau. in bac. rigorem maleficum dixit. Vñ ēt ponitur pro pnitioso. Sed maleficę mulieres īcantatrices dñr, et veneficę. Maleficę herbę, maleficę serpentes pro venenosis.

Maleficētia, ē maleficiū dānū, iniuria, facinus Cęsar. Finitimis imperauit, vt ab iniuria, ē maleficio se, suosq; ꝓhiberēt.

Male iudico, male cēseo, male opinor, declarat̄ error meus.

Malemereor ð te, male tracto te. Cuius ꝯriū ē bene mereor.

Maleopto tibi, male p̄cor intelligit̄ vitiū eius, de quo agit̄.

Male volo tibi, odi te. Hinc maliuolus, et maliuolentia, quę est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.

Maleuertere, est in perniciem vertere.

Malicia, peruersitas, quę virtuti, seu bonitati contraria est. Sene. In hoc summa bonitas, in illo extrema malicia. Frequenter autem sumitur pro ꝯsutia. Cice. Virtutis contraria est vitiositas, sic. n. malo, q̃ malitiam appellare, quam gręci κακίαν appellant. Nam malicia certi, cuiusdam vitij nomen est, viciositas omnium. Apud veteres etiam in bonū accipiebat̄. Plau. Te ciuem summa omni malitia. Est et alia malicia, ex natura proueniens. Ply. Quod mō cęli modo terrę malicia facit. Var. Id sępe accidit malicia soli. Interdum malicia dicitur labor, afflictio, et angustia seculi, vt est in Euange. Sufficit diei malicia sua.

Maleficium à malefacio fit accipiturq; pro damno, Vide in maleficentia.

Malignus, à malus fit, et is est, qui difficultatem sui ostendit, hoc est qui asper, difficilis, inuidus auarus est. Plyni. Homo malignus, et īuidus. Hinc maligna via, quę angusta et ardua ē. Virg. Aditusq; maligni. Maligna lux, q̃ sub obscura est. Idē. Quale sub incertam lunā, sub luce maligna. Malignus ager agricolis, illiberales, ac minime ferax. Idē. Difficiles primū terrę collesq; maligni. Et malignus consuetudine dr̄ maliuolus, et malus, à quo malignitas.

Maligno, gnas, et malignor deponens. Hiero. in psal. Super populum tuum malignauerunt consilium. et iterum. Qui malignantur, exterminabuntur.

Mala, lę, faciei pars, quę et Gena dicta, ꝙ rotundam spēm mali prę se ferat. Nam est, quę p̄eminet inter nasum, oculos, et buccā. Ply. Infra oculos malę homini tm̄, quas prisci genas vocabant. Ibi ostenditur pudor. Et primam ꝓducit. Virg. tñ lib. iij. Geor. equino generi malas tribuit, cū ait. Quo tempore glauci Pothniades malis membra absūpsere quadrigę. Mala quoque apud gręcos dicitur ouis. Vnde malancinos pastor ouium.

Malicorium, putamen mali granati. Ply. lib. xxiiij. Huius aridis folijs, vt malicorio coria perficiuntur.

Malobatra, vnguenta, quę ex Assyria afferebantur. Vnde

Hora.inquit,Malobatvo Aſſyrio capillos delibutus, vt eſt apud Sido. Apollinarem duo Malobatra ꝙ lorica herba quę naſcitur,in India, et habet folia quę extēdunt īſuperficiem aquę et non habent radicem et eſt boni odoris.

Malacus gręce latine molis, ἑλληνιστ. μαλακός.

Malacia,cię,mollicia,cum maris fluctus omnes quieſcunt, et languent,neq; vlla aura commouentur . Cęſar.lib . ij. Tanta ſubito malacia,ac tranquillitas extitit,vt ſe ex loco commouere non poſſe nt ,quod vulgus vitandi mali ominis gratia,bonatiam vocat.Lucre.pellatiam à pelliciendo appellat.Subdola cum ridet placidi pellacia,ponti. Similiter mallacia eſt in grauidis ille languor , Et mollicies diſſoluti,ē cuncta faſtidientis ſtomochi.Ply.lib.xxiij. Malicorium expetitur in grauidarum malacia,et quoniam guſtatu moueat infantem.Id gręci κίσσαν appellant,& κιττᾶν,qđ eſt,vt Theodorus Gaza v̄tit,picare,à pica dcm̄, qm̄ hmōi aues varia ſolent appetere, cū ſunt p̄gnantes.

Malaciſſo,ſas, mollio,ſubigo. Plau. Ah nimium ferus es, malaciſſandus es.

Malaciſſo molles reddo.Malacos mollis.Vnde malacia maris tranquillitas.Hinc malacus,ca, cum, pro molli,ē delicato.Plau in Bac.Pro lorica malacum capiam capillum.

Malaſſo, as,quo,cōmalaſſo , quod eſt exerceo, maturefacio. Var.In dolore adiaphoron eſſe,quod philoſophia commaleſceret eam partem,quę concuti cupiditatibus ſolet.

Malache,pe.c. herba q̄,à latinis dr̄ malua,ꝙ habeat folia mollia,quę gręci malaca dicūt.Nam Dioſco.quū vult folia molia alicuius herbę dicere appellat malaca vel malache, dr̄ qm̄ eſt mollificatiua,gręci μαλάκον enim molle vocāt.

Malagma,atis, fomentum,cum res dura, per alterius admiſtionem ,molleſcit,ſicut emplaſtrum.Nam malgmata ꝯtuſa,et ſuper cutes iniecta,abunde mollificāt, à μάλλττω mollio,his molliuntur apoſtemata,et maturefiunt.Colu. li.vij.Cuminū ꝯterit,eiq; adijcit exiguū piſcis liquidę,ē axungię vt lentorē malagmatis habeat Amb. lib.i . offi. Alliga sēſus,tuū,nō ſit remiſſus,ac deſinas ne dicat ꝺ te. Mō eſt malagma apponere,neq; oleū,neq; alligaturam. Differūt āt emplaſtra à malagmatis,ē paſtillis.Emplaſtra īponunt Vulneribus malagmata,ī itegrā cutē inijciunt. Paſtilli,aut illinunt,aut alicui molliori ceratiōi miſcent.

Malua,herba,quam gręci μαλάχην vocant,ab emoliendo ventre,Mar.Vtere lactucis,et mollibus vtere maluis. Duo eius genera poſuit.Ply.quę foliorum amplitudine didiſcernuntur,in ſatiuis maiorem gręci malopen . Alteram ab emoliendo aluo malchen dixere sylueſtrem,cuius folium grandiuſculum eſt,et albę radices.Althęam,et ab excellētia effectus.Ariſtalthęā,ἄριστον gręci optimū dicūt, καὶ ἀλθαῖα malua.Malua valet ꝯ oēs acculeatos ictus p̄cipue ſcorpionum veſparum apium aranei trita cum oleo,cutiq; extenſa cruda vulneri illita aculeos omnes extrahit.

Maluaceus,cea,ceum,ꝙ eſt ex malua.

Malaca,ciuitas in Hiſpania.Mar.Siga oppidum è regione Malacam vrbem Hiſpanię contemplatur.

Malea ,pen.indifferente,promontorium Laconię,quod per quinquaginta milia paſſuum in mare protenditur, vbi periculoſa eſt na uigatio, propter aduerſos ventorum flatus hinc eſt illud prouerbium.Cum ad Maleam deflexeris domeſticos obliuiſcere.Virg.li.v.Ionioq; mari,Maleęq; ſequacibus vndis.Proper.Prębeat hoſpitio ſęua malea ſuo. Dicta malea à maleo Argiuorum rege,qui in ea templum pulchrum conſtruxit,quod maleoticum appellauit.

Maleacus,ca,cum,poſſeſſiuum à Malea.

Maleticum,dictū fuit templū appol. dicatum apud Maleā.

Malicia vrbs Theſſalię, à qua populi malices,et mare vicinum maleacum dicitur.

Malleolus dimi.à malleus,ideſt paruus malleus.

Maltha calx,cum arena,et aqua,vel pix, cum cera mixta,et hmōi ἑλληνιστὶ μάλθη λέγεται, καὶ μαλθακίζω τὸ μαλθακὸν ποιέω.

Malleus fabrile inſtrumentum,ꝙ res duras molliat, quaſi molleus,Ea.n.q̄ dura ſunt molliunt ad ignem,vt malleis flagellent.Et malleus teſte.Colu.li.iiij.dicit nouus palmes vitis inatus p̄oris āni flagello ſic dictus ab ipſius mallei ſilitudie,vel ꝙ ī ea p̄te, q̄ decedit ex vetere ſarm̄to ꝓminēs vtrinq; malleoli ſpēs p̄bet,ē plātationi aptus ē.Vel ꝙ, vt ait Ply.ſolebat capitulatus vtrinq; duo ſurculatus ſeri. Et malleoli sūt ſarmēta illa,q̄ ī aggeribus ponunt.Sed et manipuli p̄te pice ꝯtecti,q incēſi,aut ī muros,aut ī teſtudines,ad incēdium faciēdum, iaciunt,malleoli vocantur.

Malleolaris,et hoc malleolare,à malleolus fit.Colu.lib.iij. Virgā malleolarem nō amplius,q̄ ſex gēmarū eē ꝯuenit.

Malleo,as,q̄ſi malleo opor.Vn̄ et malleator.Aug.li.xv.ꝺ ci. dei.Turbal Caī erat ęrarius,et malleator eramēti,ē ferri.

Malleatus,a,um,ꝙ malleo factū eſt.Vn̄ malleati libri dn̄r vulgo ſtampati.Vlpi.xxxij.ff. inquit . Sed perſcripti ſcripti nondum malleati,vel ornati,vel quia paginę malleant, repaginandę.

Maleus per ſimplex l,mons eſt in India iuxta quem vmbrę ęſtate in auſtrum hyemes ad ſeptentrionem fiunt.

Malluuium vas,in quo lauantur manus,et fęminino genere.Malluuię,ſicut pelluuium,et pelluuię,quo lauantur pedes.Noni.ēt Trulleum appellat,cuius vrceolus aquę manalis vocatur ꝙ eo aqua manans in trulleum effundat. At Ser.lebetem vaſculum interpretatus eſt in quod aqua cadit,cū manus lauantur ab alijs pollubrum ēt noīatur.

Malacoſtraca,ideſt mollia,ſicut ſunt piſces ſine teſta.

Malfactio.aī defectio,q̄ gręce synchiſiſis,et lipothymia dr̄.

Malotes pe.pro.à p̄ria maloto , vt Ariſtophanes malotes.

Malanomus,pe.cor.paſtor ouium,μῆλα oues νόμος paſcuū.

Mambre mons iuxta Hebron.

Mamers lingua Oſcorum dictus eſt Mars,detractione syllabe,qui et mauors etiam appellatur.

Mamertus pręnomen oſcum ab eo,ꝙ hi martem mamertem appellant.Apud Liuium Mamertus Æmylius dictator ex gente mamertana Quidam dicunt Æmiliam gētem à Mamerto appellatam : cui propter humanitatem ciuicam cognomen fuerit Æmilio.Gręci enim Hęmiliam vocant ſermonis lepiditatem,atque facundiam.

Mamertini,populi Campani, hi, cum Meſſanam colonos miſiſſent,ipſi quoq; mamertini potius.q̄ meſſanenſes sūt vocati. Et cum ager eorum vini feraciſſimus ſit.Mamertinū vinum,non meſſanenſe appellatum eſt.Mar .Amphora neſtorea tibi mamertina ſenecta. Si detur , quod vis nomen habere poteſt. Dicti mamertini à ciuitate Mamertia,q̄ à Lacedęmonijs ſubuerſa fuit,ꝙ Meſſenei.l. virgīes lacenas violare temptaſſent, et non conſentientibus, eas occidiſſent.Author.Hiero.Contra Ioui.

Mamma papilla,quę ē vber dicitur.Iuue.Et nuda teneat venabula mamma . Mamma quoq; gręca dictio eſt, qua ſignificatur nutrix,ſeu(vt quidam aiunt)auia,ideſt p̄ris, ſeu m̄ris m̄r,ſicut tata p̄r.Marti.Mām̄as, atq; tatas hēt.

Mamilla diminutiuum,licet per ſimplex m, ſcribatur. Iuue. Illa loqui recta facie,ſtrictiſq; mamillis.

Mammula,ſimiliter diminutiuum à mamma.

Mammoſus,a,um,quod habet magnas mammas . Mar. Mammoſas metuo,tenerę me trade puellę.

Mammeatus,a,um,idem , quod mammoſus.Plau . Cnim amicam mammeatam vidimus.

Mammeare eſt mammas ad ſugendum prębere.Augu.in pſal.Interpretatione.Ve pręgnantibus, et mammantibus illis diebus.Hinc mammatus,a,um,Vnde mammatę tegulę à laxitate dictę ſunt,quę balneis adhibent. (uerūt.

Mammillare,amiculi gēus, q̄ mulicres mām̄as tegere ꝯſue

Mammotreptus quid ſignificet.Aug.ī interpretatione pſal. declarat.Si eū inq̄t,q̄ris mutare, ē ex illo pendere adhuc lacte vis nutriri,et fies mammotreptus , quales dicuntur pueri,qui diu ſugunt,quod non decet.Et pauloposſt.Faciunt hoc nutrices mammotreptis,,vt aliqua amara ponāt in papillis ſuis,quibus offenſi paruuli ab vbere reſiliāt, et ad menſam inhient.

Mamilia proprium nomen mulieris.Telogeni filię à qua

mamiliorum

mamiliorum familia est vocata.

Mamona non hebręorum, sed syrorum lingua, vt Hiero. ait diuitię nuncupant, quę de iniquitate collectę sunt. Idem in psalmorum expositione. Videtis, quod iniquus mamona in isto seculo deficit. Augu. vero sic. Mamona verbum latinum nõ est, sed hebręũ, cognatum linguę punicę. Istę. n. linguę sibi significationis quadã vicinitate sociant. Quod punici dicunt mamon latini lucrum vocant, qđ hebręi dñt mamona, latine diuitię vocant, mamona ergo iniqtatis iniustę diuitię vocant et iustũ aqsitę et q̃ iure parentũ succedũt, qa cum labore acqruntur et cum magna solicitudine custodiunt et sine iniqtate, aut vi aut raro haberi potest apud gręcos μαμμωνᾶς χρυσὸς, γήινος πλοῦτος. ὅ χρὴ ὁ ἐκ τ καταπινᾶ ... ὁ πέριστος, καὶ ... πλὼ χρείαν. q̃re pe. longa est, quia est ω megada.

Mamurius faber ęrarius laudatissimus.

Mamurrę, senatoria familia Romę erat, sed Formissorium.

Manceps, qui aliqd à populo emit, cõducitue, quod sublata manu sigñt se authorem emptionis esse, q idẽ pręs dicit, quia tam debet pstare populo, qđ pmisit, q̃ is, q p eo ps factus est. Et emptio mancupi, q̃ solennitate q̃dam fiebat, adhibitis nõ minus qnq; testibus Romãis ciuibus, puberibus, ẽ alio eiusmõi cõdõnis, q librã ęneã teneret. Emptor ita dicebat. Hoc ego ex iure qritum meũ esse aio, hoc, qđ emptum est, hoc ęre, ęneaq̃; libra. Deinde libram ęre pcutiebat, idq; ęs dabat, à quo res emptã accipiebat. Et hęc mancipatio vocabatur. Hinc seruus, equus, ouis, aliaq; hmõi mancipia dicunt, quod manu capiant, siue mancupi emptione acquirant, cũ cętera neumancupi dicant, vt rerum dñia, iuraq̃; Mancupes. Cice. appellat romanos publicanorum principes q quęstus sui cã, decumas redimunt à populo Ro. Vñ à Sue. dictũ est. Nõ negaueris iactatum à qbusdã Petroniũ patrem ẽ regione transpadana fuisse mancupen operarum, quę ex Vmbria in Sabinos ad culturã agrorum quotannis cõmeare solẽt. i. redẽptorẽ, cõductoremq̃; seruorum, ẽ operariorum. Sciendũ est, quod mancipi, siue mãcupi indeclinabile est p oẽs casus, et gña, q̃q̃ alij figurate dici velint ĩ casu dãdi. Et mãcipi dr ad nos ptinere, qđ ex subhastatiõe emimus, estq; ius. Cice. Pro Murena. Qui si in his repetundis, quę mancipi sunt, his piculum indicit. pstare debet, q se nexu obligat, mãcipes dñr quos nũc psonetas iurcõsulti vocãt Cice. in Ver. Quid est verres, ne illam tibi, quã deffensionem relinq̃ iustis rebus esse versatos mancipes frumentum in probasse mancipes cum ciuitatibus pcio decidisse inde mancipium quicquid seruituti datur.

Mancipium dicitur quicquid seruituti dantur, vt seruus ęquus ouis, et huiusmodi.

Mancipi et mancupi. Vide in dictione Manceps.

Mancipio, as, pe. cor. q̃si manu capio, vt mõ dcm̃ est, qđ est obligo, summito, et seruũ facio, q̃uis, sine libra, et verbis suprapositis. Lactan. lib. ij. Spiritibus immũdis puris aĩas suas mancipant. Plau. ĩ Cur. Alienos mãcipatis, alienos manu mittitis, alienis impatis, nec vobis author vllus est, nec vosmet estis vlli. Hie. in plo. Tobię. Librum vtiq; Tobię qm̃ hebręi đ catalogo diuinarum scripturarum secãtes his, q̃ agiographa memorant, mancipaunt. i. subdiderunt. Huius compositum est Emancipo.

Mansisterna, aquę, vrna. i. vrceus. Plau. in Bac. Effer mansisternam cum aqua foras.

Mancus pprie manu eneruatus, quasi manu carens, licet q̃nq; p debili ponat, et ad res etiam inanimatas transferat. Cice. de fi. bo. Sed etiam alterius tribus, qui mancam fore putauerunt sine aliqua accessione virtutem.

Mancinus nomen viri, à quo Mancinatus p dãnato, quod Mãcinus insignẽ domum habuit, q̃ eo ĩterfecto publicata ẽ.

Mandra speluncę cubilę, et receptaculũ ouiũ, boũ, aliorũq̃; hmõi. Iuue. Et stantis cõuicia mãdrę. Eripuit sõnũ Druso. Probus scribit mãdrã eẽ vici ostiũ vel flexũ, vel erectũ, aut breue, et vile ędificiũ, qđ angustet latitudinẽ, vici, vel ingẽs vehiculum, q̃ trabes portant μάνδραν λέγουσιν, ἕλληνες.

Mãdragorę duo sũt gña, cãdidus, q mas, ẽ niger, q fęmina existimat. Ferũt mala auellanarum nucũ magnitudĩe. Mãdragorã fossuri ab aduersãte vẽto cauẽt, et occasũ spectẽt. Vis eius impoculo somnifera est, ac etiam, olfactu. Col. Mãdragorę pariat flores.

Mando, das, committo, vt cum quid memorię mandatur, siue imponitur committiturue, vt memoriter teneatur, siue ex pa memoria id fiat, cũ qd repetit, aut audit, siue ex scripto Memoria pa. Ci. li. iij. ad Herẽ. Qm̃ nuprime dictũ facile memorię mãdat, vtile est, cũ dicere desinamus, recentẽ, aliquã relinquere in aĩs auditorum firmã argumẽtationes. Ex scripto. Gel. memorię mãdatum Platonẽ phum tenui admodũ pecunia familiari fuisse. Et hoc mõ mãdo sigñt manu scribẽdo memorię do. vt Cice. Pro Sex. Hęc fama celebrant, monumẽtis annaliũ mãdant, posteritati ppagant, aliqñ, et lr̃is, et memorię simul qd mãdat. Idẽ. li. xij. Philip. Quid huic facias, q hĩ lr̃is, memorięq̃; mãdauit. Lactã. li. vi. O ĩgenia hoĩbus ĩdigna, q̃ has ĩeptias ptulerũt, miseros, atq; miserabiles, q stultitiã suã lr̃is, memorięq̃; mãdauerũt. Lr̃is et memorię cape, scilicet nõ solũ scripto id mãdatum eẽ vt rẽ ordine gestã ipsi scriptores hẽrent sed ẽt, vt memorię posteritati darẽt. Nã nõ ĩtlligi par esse cẽseo accipi lr̃is, et memorię dictũ ex abundãtia, sed ex diuersitate rei. Aliter ẽt qd mãdari põt, vt Col. li. iij. Semina q̃ recẽtissima terrę mandare cõuenit. Interdum mãdare cõmittere, vt cũ qd faciendũ dat, qđ iniungere, seu imponere, seu commendare dicit. Plau. in Cur. Mãdatum est mihi, vt has tabellas ad eũ ferres. Terẽ. ĩ Adel. Huic mandes, si qd rectę curatum velis. Cõposita huius verbis sũt Amãdo. Admãdo. Cõmendo. Demãdo. Premando et Remãdo.

Mandatũ, et participium et nomen esse põt. Parnciduum, vt Mandatum est mihi, apud. Plau. Nomẽ, vt apud Quint. Mandata tñ tua fili pago. Et est pe mandatum commissio, hoc est, qđ cõmittit. Salu. C. Mãlius ex suo numero legatos ad Martiũ regem mittit, cũ mandatis huiusmodi.

Mandatarius, cui dantur mandata peragenda.

Mando, dis, di, fm aliquos mandui, ẽ fm alios mãdidi mãsum sigñt dentibus conficio. Hiero. in Geñ. Tolles tecum ex oibus, quę mandi pñt. Vir. li. iiij. non ad effectum sed ad actum retulit Stat sonipes, et frena ferox spumantia mandit. Serenus vero ad effectum. Purgat cerebrum mansa radice piretri. Dictũ mãdo à manu dando, quod manu cibus ori admonet, quẽadmodum. à manu ducẽda dicimus mãduco, Huius cõpositũ est Remãdo, qđ ẽ rursus mãdo rumino. Ply. lib. x. Pontici quoq; mures simili mõ remandunt.

Mãdo, onis, edax, q assidue edit. Luci. Atq; oẽs mãdonũ gulę.

Manduco, cas, pe. pro. idem, quod mando. Cuius compositum est commanduco. Ply. lib. xx. Huius cucurbitę cõmanducatę succus stomacho admodũ prodest.

Manduco, onis, edacem significat. Hęc oĩa ferè idem denotant. Mandones. Manducones, Manduci, Mansucij, Comedones, Comedi. Edones. Edaces, Epulones, Lurcones. Curguliones, Ganeones. Heluones, Scurrę, Parasiti, Gulones, Phagones, Luguriones. Nepotes, Catillones.

Manducus, pe. pro. idem, quod manduco. Plau. Quid si ad ludos me pro manduco locem? manduci effigies in põpa antiquorum, inter cęteras ridiculas, et formidolosas imagines ire solebat magnis malis, ac late debiscens, et ingentem dentibus sonitum faciens.

Manducatus cibus, et cõmanducatus, non tam sigñt comesus q̃ mansus, et dentibus comminutus, masticatusq̃; qui deinde pro medicamento imponi solet.

Mansus, sa, sum, qđ est dẽtibus cõtusum cõminutumq̃; pe dr de cibo mãducato. Serẽ. Purgat cerebrum mãsa radice pyretri.

Mansum substantiuũ, qđ à nutricibus dari solet infantibus. Cice lib. ij. de ora. Atq; omnia tenuissima mansa, vt aiunt, nutrices infantibus pueris in os inferant.

Mansum substantiuum, q̃titas terrę quę sufficit duobus bobus in anno ad laborandum, vt Scribitur lib. iij. decretalium, de censibus et exactionibus.

Manſutus,à mãdendo edacem ſignificat,vt inquit Feſtus.

Mandibula,in qua dentes ſunt ſiti,quę et maxilla dicitur. Sunt autem duę mandibulę ſuperior.s.et inferior à mãdendo.Quo etiam nomine vocatur gens in Gallia Aquitana Aruernis finitima,ſicut Strabo ſcribit.

Manes ſunt pręſules corpori humano attributi, q parentum ſeminibus manauerũt.Inde Sũmanus.i.ſumus manũ dcũs Pluto.Ver manes,qm̃ corpibus illo tpe tribuuntur quo ſit prima ꝯceptio poſt vitaꝫ hiſdem corporibus, delectant,atqꝫ cũ his manẽtes appellant lemures.Qui ſi vitę prioris adiuti fuerint honeſtate in lares domoꝝ vrbiumq̃; vertunt.Si aĩ deprauant ex corpore larnę ꝑmbẽtur ac manię,Manes igit tam boni,q̃ truces ſunt conſtituti,quos agathos,et cacos dęmonas memorat gręca deſcriptio.Apul.de dęmonio Socratis ſic habet. Manes animę dicuntur melioris meriti quę in corpore noſtro Genij dicuntur corpori renuntiantes lemures incurſionibus infeſtarent larnę appellabantur.Contra ſi bonę fuerint,lares familiares.Serui.Per Antiphraſin ait manes eſſe deos inferos,quia non ſint boni. Ideꝫ alibi dicit eſſe animas corpibus exutas q̃ nonduꝫ in alia corpa migrauerũt.Aliqñ etiaꝫ manes dñr pęnę.Virg.Quiſqꝫ ſuos patit manes.

Manna,ros,melleus matutinus.

Mane diei ꝑncipiũ,cũ dies clarus ẽ,ab obtẽtu boni oĩs.Manũ.n.veteres bonũ dicebãt.Vñ dij mães.i.boni queadmodũ eꝯrio ĩmanes crudeles dicĩus,ac minime bonos,Vel ſicut ait Mac.ꝙ ab ĩferioribus locis.i.à manibus exordiuꝫ lucis ermegat.Var. à manãdo deriuat,ꝙ cum ſole manat dies ab oriente.Vñ Manij, et Lucij q nati ſunt mane,et luce.Vel ꝙ dij manes,per omnia manare exiſtimabant.

Manię deformes perſonę. Et manias laruas, quas nutrices pueris imputari ſolent appellant. Medici maniacos vocant furoris morbo laborantes,quoniam mania dicitur inſania,et furia, Latini melius , q inſaniam à furore diſtungunt,qm̃ aliud eſt furere,aliud inſanire.Iteꝫ mania dea lariũ mater,cui olim ſacrificabant.Et manię dicebãtur ficta quędam ex farina in hominum figuras, ꝙ deformes ſint,quas etiam maniolas appellabant.

Manichęi hęretici qdam dicti à quodã pſa,q vocabat.Manin,q̃uis et ipſum cum eius ĩſana doctrina cępiſſet nom̃ ꝑdicari,nã ante hac vrbicus vocabat. Sed in gręcia diſcipuli eius vitãtes nom̃ ĩſanię q̃ſi doctores,et eo ipſo mẽdatiores,geminata.n.Mannichęum,quaſi mãna,fundentem pro manichęo,ideſt inſano appellauerunt.

Maniaci,Vide in dictione Manię.

Mãlius ꝓpriũ,nomẽ viri Ro.ꝙ manu ꝓmptus eẽt.Neminẽ ãt pr̃icię familię hoc noĩe vocari licuit poſt eũ Manlium q gallos à capitolio depulit,ꝙ is regnuꝫ occupare conatus necatuſq̃; ſit.Fuit ẽ cognomẽ eius q carthaginẽ vicit. Hũc Ply.maxĩs vtilẽ doctrinis nullo doctorẽ fuiſſe ꝓdidit.

Maniolę ĩſulę ex aduerſo Indię, extra Gangeꝫ, in quibus tradũt nauigia q̃ clauos ferreos hñt detieri,nec vlterius ꝓgredi ſinũt,ne qñ lapis herculeus,q circa ipſas gignit,illa ad ſe trahat.Eas tenẽt Antropophagi manioli dicti,ſicuti ſcribit Ptolemęus li.vij.ẽ Maniolę figurę.(cius,q luce.

Manius,pręnomen eſt eius, qui mane natus eſt, ſicut Lu

Manos gręce ſignificat latine rarum,hoc eſt minus denſũ ſpiſſumue.Eſt enim ſecundum genus ſpongiarum.

Manare ꝓprie dr̃,cũ aliqd ex ĩtegro, ſed nõ ſatis ſolido,ꝑ minutiſſimas partes ſtillat. Tractum à gręcis, qui μανὸν rarũ,et ſine denſitate appellãt.Hinc manalẽ fontem dici exiſtimãt ꝙ aqua,ex eo ꝑpetuo manet,et manalem lapidẽ,ꝙ ex eo manare aquę videant.Alij manare à mane deducũt ẽ de ſole proprie dici volunt,cum orientis radij ſplendorẽ iactare incipiunt Sed frequentius ad aquam, et ad humores refert.Per tranſlationẽ ponitur pro deſcẽdere,fluere,procedere et hmõi,et res,q̃ manat quandoqꝫ in ntõ ponit.Virg.Tũ gelidus toto manabat corpore ſudor.Lac.lib.i.Quid miruꝫ ſi ab hac gẽte vniuerſa flagitia manauerũt.i. ꝓceſſerunt.Qñqꝫ in actõ,Ply.li.xiiij.Arborũ ſucco manantiũ picẽ,reſinamq̃;,alię ortę ĩ oriẽte,alię ĩ Europa ferunt.Qñqꝫ in abltõ.Li.li.i.Cultrũ ex vulnere Lucretię extractũ manantẽ cruore ꝑ ſe tenens.i. fluenteꝫ. Hie.in li.Numeri.Tradet humum lacte ẽ melle manãtẽ. Huius compoſita ſunt Emano,et ꝑmano pe. producitur.

Manalis,penul.pro.Vide in dictione Manare.

Manus,à manãdo dicta eſt,ꝙ ex Brachijs manet,vel ꝙ ex ea manẽt digiti.Et manus inſtr̃m,et telũ nauale dr̃,quo naues harpagõibus raptę tenent,à manus humãę ſimilitudine,quã Pericles athenienſis(vt fert)inuenit.Hiero. Ferreas manus et vncos pręparant.Lu.lib.i.In manibus veſtris,q̃tus ſit,Cęſar habetis.Iteꝫ manus multitudo vocat.Virg.Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.Itẽ qñqꝫ ponit pro ptãte cũ dicimus.Res in manu eſt, qꝺ non modo ſigt in promptu eſt, ſed ẽt in ptãte. Inde Vlpi.teſte manumiſſio dicta eſt datio libertatis.Nam q̃diu quis in ſeruitute eſt manui hoc eſt ptãti ſubditus eſt,et manumiſſus à ptãte liberatus, qui.n.liber ex ſeruo fit è manu.i.ex ptãte heri emittit.Iteꝫ manus capit ꝑ ꝓboſci de elephãti.Nã hãc manũ vocãt latini,ꝙ ea ĩ decerpẽdo pabulo pro manu vtat elephantus. Cur.li.iiij.de elephãto loquitur.Pręcipue terribilis illa facies erat, cum manu arma,viroſq̃; corriperent,et ſuꝑ ſe regentibus traderent. Idem in eodem.Copidas vocabant gladios leuiter curuatos falcibus ſimiles, qbus appetebant beluarum manus. Nonnunq̃ pro ſcriptura manuũ.Quin.li.i.Caſſius Cicero et Virg.ſcripſerunt,ſic manus eorum docent.

Manus iniectio dr̃ quotiens nulla iudicis authoritate expectata rem nobis debitam vindicamus.

Mãicula dimi.i.parua manus.Plau.ĩ Ru.Duę ꝯnexę manĩculę,et ſucula. Accipit ꝓ parte Aratri quę manu tenet.

Manum conſerere,eſt pręlium incipere,et contendere.Sed apꝺ iureconſultos,cũ,de aliqua re diſceptatur in iure ꝑſente ꝑtore,ſiue ager, ſeu qd aliud ſit, manum conſerere dr̃,cũ manu apprehendit rẽ,de qua agit.Quod manus correptio,et vindicatio,et vindicta appellatur.Ad manus venire ſimiliter eſt pręlium,ſeu contentionem incipere. Plau.Itur ad manus,arma ſumuntur.

Manica,pe.cor.pars veſtis,qua manus tegunt.Virg.Et tunicę manicas,et habent redimicula mitrę.Hinc manicata veſtis,quę manicas habet,quas velut ꝓbras,et foemineas criminari dñr à poëta,ꝙ priſci Romani breues,& citra humerũ deſinentes primo portauerũt. Manicę etiã dñr manuum vincula,vt apud eundem. Manicas, atqꝫ arcta leuari vincla iubet Priamus.Apul.lib.iij.flor.Quid ſi manus manicis reſtringant.Sic compedes vocant,quibus pedes colligant.Hinc per tranſla.dñr vĩcula manuꝫ. Luc.Aſt alias,manicęq̃; ligant,tereteſq̃; cathenę.Item Manicę thecę ſunt ex ferro,qbus brachia,et manus contra hoſtiũ iniurias muniunt.Iuue.Quale decus rerum ſi cõiugis auctio fiat,Balthens,et manicę, criſtę cruriſq̃; finiſtri Dimidium tegmen. Et manicę dicuntur,quibus aduerſum vim frigoris manus muniũtur.Plyni.iunior ad Macrũ.Ad latus notarius cum libro,et pugillaribus cuius manus hyeme manicis muniebant,vt ne cęli quidẽ aſperitas vllum ſtudij tempus eriperet.

Manciolę,diminutiuum à manu quaſi paruę manus.Nęuius.Manciolis tenz illis.

Manuarius,manuaria,manuarium,qꝺ ad manũ pertinet. Gel.Hoc ęre,quaſi mannario collecto, cęnacula parabat.

Manuarię tunicę, quę manicas habent.

Mannor,aris,furor.Actius.Mannatus veſtem amicę.

Manibus,pedibuſq̃; prouerbiale eſt,hoc eſt oĩbus viribus. Te.in And.Quẽ ſcio manibus,pedibuſq̃; oĩa facturum.

Manuleatus,ta,tum,idem,quod manicatus.Plau.in Pſeu. Manuleatã tunicam hominem habere addecet. Et manuleatam tunicam dicimus manicas prolixiores habentem, manicatum hominem indutum tunicis manicatis.

Manubrium à manu,capulus appellat, ꝙ manu teneat.

Manipulus à manu fit,et proprie ſignificat mannalẽ herę

barum

baꝝ fasciculum,quē manu quis apprehendit metendo, vt in psal.Venientes, āt veniēt cū exultatione portantes manipulos suos. Interdum ponit ꝓ exigua militū manu,q̄ vnū sequit signū.Erat.n.pars centurię ita dicta,ꝙ sub Romulo pauꝑ adhuc Romanus exercitus manipulos foeni hastis alligatos,ꝓ signis gerebat.Vel vt Vege.Et Mode.aiunt dictus est manipulus ꝙ coniunctis manibus dimicabāt,vel sine Var.ꝙ plures militum manus iungūtur.Erant autem milites decem sub vno papilione degentes qbus vnus qui pręest caput contubernij noiatur,ꝙ et manipulus ꝯtuberniū dicit.Apud Liui. Manipuli sunt numerosiores.Nā li.viij.Scribit Manipulus tenes duos vicenos milites aliā turbā scutatoꝝ habebat cinctus lib.vi. de re militari.In legione sunt centurię.lx.manipuli. xxx. cohortes.x.Quibus verbis indicat manipulum duas centurias ꝯtinere,constareq; ex ducentis militibus. Ser.vero. Non docet,et in legione quidem erāt.xxx.manipuli.Dcūs manipulus(vt inquit Var.)ab eo,ꝙ plures militum manus iungunt.Ser.docet manipulos esse signiferos, ꝙ imperante Romulo,cum Romani, et Latini sub vno centurione bellum aggressuri essent manipulo herbę hastę alligato pro signo vterentur. Vnde manipularis dr̄, qui fert vexillum.Oui.lib.Fast. Pertica suspensos portabat longa maniplos.Vnde maniplaris nomina miles habet. At Vege.li.ij. scribit maniplum vocari contubernium decem tantummodo militum sub vno papilione degentium,ab eo,ꝙ coniunctis manibus dimicabant. Inde Commanipulones, qui in eodem maniplo sunt, ē commanipulatio quibus nominibus vtitur Spartianus.

Manipulatim aduerbium,significat per manipulos.

Manifestum dicitur,quod est clarum,et apertum,quasi ad manus foris stans.Manifesto,stas, palam facio.

Manifestarius,ia,ium,quod est notorium.i.qđ manifestatur.Plau.Capio fustē,obtrunco gallus fures manifestariū.

Mansuetus,mitis,quasi manu assuetus,ꝙ omnia, quę sunt natura fera,manuum permulsione mitescant.Virg. Ille manus patiens, mensęq; assuetus herili.Fest.Mansuetus, neq; misericordia męstus, neq; crudelitate sęuus sed modestia temperatus.Bestię mansuetę etiam placidę, et cicures dicuntur.Ply.Trifariam diuidit animantes in placida fera,et intermedia. Nam hirundines apes delphini, nec placida sunt,nec fera,sed medię inter vtrunque naturę. Mansuetus nomen proprium est.

Mansuetudo,vt inquit Speusip. est constantia animę aduersus irę impetum Immobilis moderata tpies animę.

Mansuetarij,qui feras mansuefaciunt.Lampridius in Helio.Habuit leones,et leopardos,quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam mensās iubebat accumbere. Iul.Firmicus lib.viij.Matheseos.Septentrione oriente nati,erunt mansuetarij ferarum.

Mansuesco,scis,mansuetus fio,mitesco.Col.li.vij. Nam per hęc blandimēta triduo ferę mansuescunt.Var.lib.i.de re rusti.pro mansuefacio posuit, cum inquit.Sic ex animalibus,cum propter eandes vtilitatem, quę possunt syluestria deprehenderent,ac concluderent,et mansuescerent.

Māgones dicti sunt,quasi manu agones,erāt.n. magistri formę pueroꝝ,et mentiēdi coloris ꝓpè colentes,qui hoīes vendebāt.Solebāt.n.pueros, puellasq;, quo facilius vendi possent,artificio quodā componere colorē.Vt Quin.inqt, Fuco,ac verū robur inani sagina mētientes.Ita mācipia vēdibiliora,et ꝑciosiora efficiunt.Mar.Milia ꝓ puero cētū me māgo poposcit.Sue.ī Domi.Castrari mares vetuit, spadonū,q residui apud mangones erant ꝑcia moderatus est.Ply. Thynni sanguine oblitos pueros pubescere negāt māgones.Aliaꝝ quoq; reꝝ mangones dn̄r,q merces poliūt,atq; īterpollāt,vt plꝰs vendant.Vn̄.Ply.Decussi fragmēti paululū,qđ ī lamia ferrea terat,efficacissimū ex perimētū excusāt māgones gēmaꝝ.Nec mares tm̄,sed ēt foeminę mangones vocantur.Ply. Mango obstetrix erat.

Mangonizo,as,orno cōpono rem ad alliciendos emptores Ply.li.xxiij.Succus radicis vitis nigrę cū eruo lętiore quodā colore,et cutis teneritate māgonizata corpora.Trāsfertur ēt ad alia.Sic.n.oro māgonizata,et forma,et domus, et reliqua dici pn̄t,vt lenocijs,et fuco potiusq̄ veritate allectent,hodie etiā mangonizantur panni,siue linei, siue lanei.Quin et equos mangonizatos venire videmus, hos gręci ab equis componendis hippocomos vocant.

Mangonicus,ca,cum,quod ad mangonem pertinet.Plyn. Radix hyacinthi bulbacea est, et ī mangonicis venalicijs pulchre nota, quę in vino dulci illinita, pubertatem coheret nec finit erumpere.Sueto.Necessarioq; ad mangonicos quęstus sustinendę dignitatis causa discendit.

Mangonium artificium, quod ad res facilius vendendas adhibetur.Ply.Nec tamen in hoc mangonio quicq̄ totū placet,hic clune,alibi pectore tantum gallinaꝝ laudans.

Manubię dictę sunt, ꝙ manu capiant ab hostibus.Est.n. pręda ab hostibus capta.Spolia quoq; quęsita.Sue.scribit. Asco.Manubias prędas imperatoꝝ pro portione, de hostibus capta.Spolia quoq; quęsita de hoste nobili per deditionem,manubias veteres dicebant,de quibus,quod vellent facerent.Nam pręda dr̄ corpora ipsa reꝝ,quę capta sunt manubię,appellatę sunt pecunię,q̄ à q̄store ex vēditione ꝑdę redactę sunt.Dicit tn̄ quosdā nō ignobiles scriptores aut temere,aut īcuriose ꝑdam ꝓ manubijs,et manubias ꝓ pręda posuisse,sed q proprie locuti sūt,sicut Cic. ī oratione de lege agraria manubias pecuniā dixisse, Est qn̄q; vt iactus fulminum manubię dicantur. Vnde ait. Sene. lib.ij.quęstionum, Ioui tres manubia dari, quarum prima monet,scđa ꝓdest,tertia adhibitis ꝯsilio dijs emittit.

Mānumitto de seruo libeꝝ facio,Mānumissus liberatus,à ptāte. Nam q̄diu qs ī seruitute est manui, hoc est potestati subditus est.Erat autem mos in manumissione, vt dn̄s caput,aut aliud membrum serui tenens diceret.Hunc hominem liberum esse volo,et mittebat eum è manu.

Mantelus,et Mantelium,et mantele,is, composita dictio, ex manus,ē tela,quasi mappa à manibus tergendis.Est enim linteolum,quo manus tergere solemus.Oui.lib.iij. Fast.Dixerat ad dexteram villis mantele solutis.Plau.Nec his sycophantijs, nec fucis vllus mantelum obuiam est. Rursus Mantelia, seu mantela accipiuntur pro penulę genere,quo se vt lorica muniunt . Gręci hanc μανδύαν vocāt.Vn̄ Sui. μανδύα εἶδος ἱματίου ὅπερ καλεῖ τοὺς λάρικιον.

Mantile,et in plurali mantilia,ę,diphth. in i,productam mutata sicut quęro inquiro.Virgili.Tonsisq; ferunt mātilia villis.Nam,vt Serui.inquit.Constat maiores mappas habuisse villosas.Mantilia vero à manibus ante lotis dicta,quomodo Thorale à thoro.Sunt etiam mantilia,quibus mensę teguntur.Mar.Nobilius villos tegunt tibi lintea citrum.Orbibus in nostris circulus esse potest.

Mantica,pe.cor.nummorum receptaculum,ꝙ manu geratur,ponitur quandoq; pro pera qua viatores ferunt vtēsilia,Persius Si pręcedenti spectatur mantica tergo.Vt Porphyrius ait,cuius diminutiuum est manticula cuius pars ante pectus pars post tergum,dum geritur pendet.

Manticularius,qui manticulas attractat,vt furetur. Tertul. in Apol.Quis illic Sicarius.Quis mātiolarius? Quis sacrilegus? aut corruptor,aut lauantium pręđo.

Manticularius,dr̄ fur.q īterens se ꝯfertę multitudini,marsupia,aut secat,aut artificios,dolo apit,et euacuat, ablata pecunia defectit dictum à manticulis.Nam vt inquit Festus.Manticuloꝝ vsus pauꝑibus ī nūmis recōdendis fuit.

Manni,et Asturcones equi gradarij sunt.

Manum bonū,clarū.Ideo post noctis tenebras prima diei ꝑs mane,et deos manes dicimus bonos,et prosperos.

Manticularia dicuntur ea,quę in frequenti vsu habentur et quasi manu tractantur.Frequens enim ad manus tergēdas vsus fuit mantelorum , vnde hęc trahit filitudo.

Manticulari dicebantur qui furande grammaticulas attractabant, Vnde et pro furari ponitur. Poëtę hoc verbum vsurpant pro dolose quod agere.Pacu.Ad manticulandū

astu aggreditur,manticulandum est mihi.

Manticulor poëtę vsurpant pro dolose aliqd ago. Pacu.Ad manticulandum astu aggredit.Mãticulatio astus,et fraus.

Mãticora.p.cor.bestia in Æthiopia,quę triplicem dentiũ ordinẽ pectinatim coeũtem, et hoĩs faciẽ vna cũ corpe leonino hẽt humanas carnes maxime affectans oculis glaucis,colore sanguineo cauda scorpiõis mõ spicula infigẽs.

Mantua vrbs clarissima,ẽ Maronis Virgilij pĩia ab Ochno filio Tyberis,et Mantus Tyresię Thebani vatis filię, quę post patris interitum ad Italiã venit,cõdita fuit ẽ à matris noĩe Mantuam appellauit.Vnde Virg.li.x.Ille etiã patrijs agmẽ ciet Ochnus ab oris Fatidicę Mantus,et tusci filius amnis.Qui muros,matrisq; dedit tibi Mantua nom̃, sed an verũ sit,ꝙ vnquã in Italiã venerit,nolo nunc citare Pausaniã,Hellanicũ,et gręcorũ multitudinẽ magnam.

Mantissa additamẽtũ,qđ manu fit rei,quę vendit.i.pauxillũ illud,qđ adijcit ponderi.Luci. Mãtissa obsoniũ vicit.

Mantis,diuinus vel vates, à Manto Tyresię vatis Thebani quę post Thebanorũ cladem,et seruitutẽ,primo sub Creo Lebedon et clarij Apollinis templum in Asia struxit. Inde in Italia Mantuã quę ex Tyberino rege Thuscię Ochnũ peperit,qui et Bianor,qui oppidũ muris circundedit.

Mantis agathos,idest vaticinus bonus.

Manticinatus,vaticinatus.Nam mantis latine vates.

Manteum locus oraculis dicatus.Cice.li.ij.de fi.Vt quasi de manteo promant medicamẽta illa epicurea dolor si grauis breuis,si longus leuis.

Mantinea vrbs,quę postea Antigonia dicta fuit in adulationem Antigoni eius, qui Philippo Persę patri curator regi fuit, sed postea Hadriani imperatoris iussu rursus Mantinea fuit appellata.

Mantia ἑλληνικῶς λέγεται ἡ μαντεῖα,καὶ μαντεύομαι diuinatio,vaticinium. À mantia per compositionem fiunt Necromantia,Hydromantia,Pyromantia,ẽ alia huiusmodi, quorum pe.producitur.

Maneo,es,si,sum,significat me contineo,loco insisto. Cice. li.offi.Cyrillum quendam suadentem, vt in vrbe maneret.Quandoq; manere significat perstare.Vir. Manet imperterritus ipse Hostem magnanimũ opperiens. Quandoq; expectare.Plau.Ego.hic te manebo.Virg.li.vij. Te Turne nefas te triste manebit suppliciũ.Quãdoq; futurũ eẽ.Cice. Cuius te factũ,sicut Curio.manet,hoc est,cuius factũ tibi futurũ est,sicut fuit Curioni.Quãdoq; inhęrere, fixũ esse. Vir.Manet altamente repostum iudiciũ Paridis.Quãdoq; durare persistere.Teren.in Ecy.Manere affinitatem hanc inter nos volo,si vllo modo,vt possit,quod spero fore.Huius composita sunt Commaneo simul habito.Hie.ad Da. Monachorũ circa cõmanẽtiũ antiq̃ in me surgit authoritas.Emaneo,extramaneo,à q̃ Emãsor.Emineo, à quo Promineo,et Pręmineo,Immineo,Remaneo,Retromaneo,persisto.Insti.li.ij.Interea rex velut spectator pugnę,cum parte nauiũ in litore remanet.Ci.li.i.Thuscu.Sed fac,vt isti volunt animos nõ remanere post mortẽ.Et in Cato.Tãtum te manet,quod virtute,et recte factis sis consecutus. Sed hoc per translationem magis.Permaneo perseueranter maneo.Obmaneo diu maneo.

Mansio,à maneo.Scribit.Ply.li.vi.Mansiões esse dispositus aquationum ratione qua camelis itur in Arabiam.

Mantiscinor significat furor.Teren.in Eu.In te perdita cuz de alio mantiscinor significat,atq; impendo.

Manphur,lignum rotundum,loro.circumuolutũ,quod circumagunt fabri in operibus tornandis.

Mantare,manere à quo obmanto,idest obmaneo.Aliquãdo Iteratiuum est.Plau.Manta modo,idest sępe mane.

Mappa,quę sup mensam sternitur,ꝙ manibus pendeat,dũ sumus in mẽsa.Ply.li.xix.Ardẽtes in focis cõuiuioꝝ vidimus mappas sordibus exustis splendescentes ignis, magisq̃ possent aqs . Villosę ãt apđ veteres fuerunt in precio. Vñ Mar.Nobilius villosa tegunt tibi lintea citrum.Legitur ẽt mappum neutro genere.À mappa vero fit dimi.Mappula.

Mapalia punica lingua,agrestes casę, et furnorũ similes vt inqt.Hier.In qbus,ꝙ nihil ẽ secreti, solet id vocabulũ solute vinẽtibus obijci.Sũt eni q̃si rotũdę cortes,vt iqt Fest.

Mansurius nom̃ legũ iterpręti eques Romanus, fuit tẽpore Tyberij, iurisconsultus non i celebris qui Pub.scripsit.

Marathon campus Atticę à marathono heroë dictus.Est ẽ ciuitas distans ab Athenis circiter decem milia.Et morte Icari regis interfecti insignis , necnon ẽ victoria Thesei ex tauro superato , similiter ẽ Milciadis gloria , qui centum milia ex Darij Persarum regis exercitu profligauit.

Marathonius,ia,um,Vnde Taurus marathonius dictus est, qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Hic est Taurus amatus à Pasiphaë,quẽ,Hercules ex Creta eo abegit.Est,ẽ oppidũ hoc noĩe iuxta Tricontũ,et Rhannẽ vrbem,in qua clarũ Nemesis templũ fuisse memoratur.

Marathron, σὺν τῷ θ- ὅτι τὸ μάραθρον λέγουσι τὴν πόαν ἣν λατῖνοι φηνίκυλον, à nostris foeniculus appellatur.

Marathusa insula quędam à copia foeniculi sic dicta quę et Calozomenia dicitur.

Marceo,es,marcui putreo,à quo Marcesco putresco, à macie,qm̃ quę macie attenuata,sunt facile putrescũt. Huius cõpositũ est Emarceo,quod est valde marceo,à quo Emarcesco,Hie.in Geñ.Tetigit neruũ eius,et statim emarcuit.

Marcor,putredo.Ply.Si ferri,vel chalybis aliqua rubigo vel panni marcor affuerit.

Marcellus nom̃ viri clarissimi Romani propriũ.Cuius gesta, et à Plu.et ab alijs scripta sunt.Hic gallorũ ducẽ singulari certamine fudit spolia legit. Annibalẽ primus vinci docuit.Syracusas,per tris annos expugnauit.quinqes consul. Insidijs Annibalis deceptus,magnifice sepultus fuit.

Marcella,nom̃ mulieris romanę,quę cũ à mr̃e rogata eẽt, gauderet ne se nupsisse.Ita valde rñdit,vt amplius nolim.

Marcipor,marci puer,hoc est famulus.Sic Publipor, Lucipor,et huiusmodi.

Marcommani, ppl̃i Germanię,quos Cęsar, cum Ariouisto Germanorum rege superauit.

Mareotis,idis,lacus in Ægypto,vt author est Stra.Ply. etiã asserit Mareotida partẽ lybię.Ægypto ꝯterminã appellari,et Mareotas populos in ea habitantes.Et mareotis pars Epiri,in qua vinũ optimũ nascitur.Vnde mareotides vuę dictę sunt.Vir.Sunt et mareotides albę.

Margea,nom̃ fontis apđ Ply.Quo noĩe dcã ẽ vrbs ĩ Helide.

Margarita,tę,et magarites,et margaritũ in noĩatiuo declinari põt.Hie.in parabo.Inauris aurea, et margaritũ fulgens.Ser.declinat margaris,idis,et idos,à cuius gtõ gręco latine format margarida.Ply.lib.ix. scribit margaritas nasci in Britannia paruas,et decolores.Tacitus de vita Iulij agricolę.Ferè Britãnia aurũ,et argentũ et alia metalla gignit oceanus margarita,sed suffusca,ẽ liuẽtia.Romani margaritas appellauerũt vniões,ab eo,ꝙ nulli duo indiscreti reperiant.Margaritã,et lapillũ gñali noĩe vocamus.Nã lapillus gẽmaꝝ margaritaꝝ cõe est nomẽ,subintelligiturq; ꝑciosus. Quod si maiusculi fuerint ꝑciosi lapides dicunt.

Margaritarij,negociatores,mangonesq; margaritarum.

Mare,aquarũ cõgregatio generaliter dicitur.Et multę collectiones aquarũ vocant maria,sicuti Amb.li.hexa. inquit. Sicut.n.multę terrę,vt Africa,Hispania,Thracia,Macedonia,Syria,Ægyptus,Gallia,atq; Italia,pro regionũ appellãtur vocabulis,et vna est terra,Ita multa dñr pro locorum appellationibus maria,et vnũ est mare, sicut ait propheta dicens.Tui sunt cęli,et tua est terra,orbẽ terrarũ,et plenitudinẽ eius tu fundasti, aquilonẽ,et mare tu creasti. Nã et oceanũ mare dicimus,et thyrrenũ,et adriaticũ,et indicũ, et ęgyptiũ,et ponticũ,et ꝓpontidẽ,et hellespontum,et euxinũ,ęgęum,ionicum,atlanticũ.Vide in dictio.Oceanus.Vna igitur generalis collectio dicit mare,eo,ꝙ iugis vnda,atq; continua ab indico mari,vsq; ad Gaditani oram littoris, et in mare rubrum extrema circunfuso orbe terrarum includit oceano.Et multę collectiones maria nũcupantur, qm̃ in diuersis locis diuersa sunt nomina,quia vocabula

aquis ex regionum vocabulis adheserunt. Phacellus aũt in epigrammate φεῦγε θαλάσσια ἔργα βοῶν δ' ἐπιβάλλευ ἐχέθλη εἴ τοι ἡδὺ μακρῆς πεῖρατ' ἰδεῖν βιοτῆς ἠπείρῳ γὰρ ἐνδῶν μακρὸς βίος εἰν ἁλὶ δ' οὔπως εὐμαρὲς εἰς πολιὴν ἀνδρὸς ἰδεῖν κεφαλήν.

Marinus,na,num,quod mare incolit, vel qđ est à mari; vt piscis marinus. Transmarinũ ãt dicimus,qđ transmare est,vt trãsmarinę merces ẽ transmarinus triumphus.

Maritimus,ma,mũ,pe.cor.qđ ad mare incolit, vel qđ ad mare est,vel ad mare fit,vt ora maritima,gens maritima bellum maritimum, Maritimum etiam dicitur, qđ ex mari,siue quod maris est.Plau.in ru. Fluctus maritimos Et Ambro.Pisces maritimos dixit.

Maris fluuius Agathyrsorum in histrum fluens.

Marus mons Thracię.

Maritus vxoris vir,ab eo,ꝙ sit mas.

Marito,as,pe.pro.viro trado,seu filiã viro trado.Sue.ĩ Vespa.Vitellij hostis filiam honestissime maritauit,dotauit, atq; instruxit.Nam nõ solum de hoĩbus,sed etiã de alijs dr̃.Col.lib.ij.Sexto anno si iam videbit firma maritabitur hoc mõ.s.ipsa arbor.Et li.v.Et ideo maritandis arboribus,nemo minorem pedanea scrobem vitibus ꝯparat.

Maritę dñr mulieres nuptę.Oui.lib.ij.Fas. Dura cum sorte maritę reddebant vteri pignora rara sui. Hiero. Tunica eius varia, atq; distincta in virginibus viduis continentibus,ac maritis.Similiter et de arboribus dr̃.Ply.lib.xiiij. Iam in Campano agro populis nubunt vites,maritasq; complexę,atq; per ramos earum procacibus brachijs geniculato cursu scandentes cacumina ęquant.

Mariscus genus Iunci , quem holoschenon gręci vocant, hoc est totũ iuncũ. Ex eo fiunt tegetes,et marinę nassę.

Mariscę ficus ĩsipidę.Mar.Infanti melimela dato,fatuasq; mariscas.Nam mihi,quę nouit pungere chia sapit.Ply.li. xvij.Cat.de ficis serendis,ita meminit. Ficos mariscas in loco cretoso,et aperto serito. Quidam dicunt Mariscas eẽ ficus,quę prę pinguedine aperiant,semenq; ostendat.Col. Purpureęq; chelidonię, pinguesq; mariscę.Mar.Donasti lupe rus subinde nobis legit,nec boletus hiare, nec marisca videre.Vnde pro obscęnę libidinis morbo,quandoq; ponitur,mariscę.n.tubercula dicuntur,quę cum vlcere ex turpi ꝯfricatione circa sedem nascunt,ꝙ sunt morbo similia,quẽ Cel.sycosen.Iulius sycon gręce vocant,et latine ficus dr̃.Iuue. Cęduntur tumidę medneco ridẽte mariscę.

Margo folij extremitas,q̃uis etiam pro cuiuslibet rei extremitate dicatur, vt pro ripa agri non culti, & est generis masc.apud Oui.lib.i.me. Longo margine dicentem foeminini apud Iuue.Plena iam margine libri.

Margineus,nea,neus,quod est in margine.

Mariandinorum regio in Asia sita est Bithynię contermina,vbi Hercules cerberum canem tricipitem deuicit,quẽ ferunt virus euomuisse,eamq; regionem infecisse.

Margiana,regio Asię maioris,inclytę apricitatis,vt inquit Soli.ambitu stadiorum mille quingentorum,difficilis aditu,propter arenosas solitudines,in qua Antiochus Antiochiam extruxit,vt li.xi.scribit Strabo.

Margus,fluuius.Asię quem Ptol.Duobus fontibus ex montibus seraphijs descendere tradit. Et per massagetas, qui margianis vicini sunt,ac Derbitas in oxũ amnẽ deferri.

Mariaba,metropolis sabęorum est.Stra.Iuncta sunt his sabęis,eorumq; metropolis mariaba.

Marius,qui septies apud Romanos consul fuit.Hunc arpinatem fuisse aiunt,humili loco natum nouum hominem aratorem, qui in villa Cinernate(vt inquit Plu.)vitam diu vixit rusticam planè, et agrestem procul ab vrbanis mundicijs,hic per ordinẽ primis honoribus functus legatus Metello in Numidia criminando consulatum adeptus Iugurtham captum ante currum egit,in proximum annum consul vltro factus Cimbros in Gallia,apud aquas sextias Theutonas in Italia vicit, deq; his triumphauit. Victus à Sylla Minturnis in palude latuit,inuentus,et ĩ carcerẽ coniectus immissũ ꝑcussores gallũ vultus authoritate deterruit.Acceptaq; nauicula in Africã traiecit, ibi diu exulauit.Mox Cinnana dñatione reuocatus cęsis inimicis septimo ꝯsulatu,vt qdam ferunt voluntaria morte decessit.Hic cũ in cruribus varices haberet,prębuit varicosum crus medico secandũ.Et dũ secaret, neq; suspirãs neq; supcilia ꝯtrahens ꝑtulit sectionẽ,fixusq; oculis spectauit cruciabilẽ curationẽ.Cumq; medicus alterum crus secare vellet,minime assensus ꝓbuit dicens, Curationẽ tanto dolore dignã esse non arbitror', habuit filiũ Marium noĩe,q cum eẽt.xxvij.annoꝝ ꝯsulatum inuasit,quem honorẽ mr̃ tã ĩmaturũ fleuit. Hic pr̃i seuitia filis cunã armatus obsedit,et inimicos trucidauit,tãdẽ se iugulãdũ prę- (buit.

Marmor gẽus lapidis,cuius diuersa sũt gñа.Quod/ dã enim albus pariũ dr̃,à Paro insula. Simile ex Liguria vehit quod à loco Cararięse vocitaṫ.Tale lugusticũ, olim lunensiũ lapicidinę dederunt.Aliud laconicum, qđ est viride,et cũctis hilarius.Aliud luculleũ, quod fereatrũ erat,quo delectatus Lucullus illi nomẽ ĩdidit,Aliud Ophites à maculis serpentium,quibus distinguitur,nomen accepit.Aliud porphyrites,quod est rubeũ candidis interuenientibus punctis leucostictos vocatur,Bassaltem ferrei coloris,et duriciei,vnde nomen mutuaṫ.Onychites ex Arabię montibus estꝫ ex quo vasa potoria in Germaniam perducuntur.Alabastriten quoque candidum cauare solent ad myrothecia,quoniam vnguenta incorrupta seruare creditur.Sunt et alia marmoris genera quę breuitatis causa omitto. μάρμαρον δὲ λέγουσι. (moreum.

Marmoreus,ea,um,qđ ex marmore est,vt sepulchrũ mar-

Marmoratus,ta,tũ,quod superficiem tantum ex marmore habet.Augu.in Psal.interpretatione. Nã plerunq; audis diuitem dicentem habeo marmoratam domum,quã relicturus sum.Var.li.iij.de re rusti.substantiuum vsurpauit.Intrinsecus,quasi leuissimo marmorato toti parietes,ac camerę obliniuntur,et extrĩsecus,circum fenestras, ne mus,aut lacerta ad repere ad columbaria possit.

Marmoratio,à marmoro,ras, quod est ex marmore construo.Apul.libro.iij.Flo. Quid igitur super est ad statuę meę honorem pauimenti marmoratio,nec pro scęnę cõtabulatio,nec scęnę columnatio,sed nec culminis ęris ꝓcium et artificis ministerium quę mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus iniquę defuere.

Marra ferreum instrumentum,quod vulgo marracius dicitur.Col.li.xi.Contundat marrę, vel fracti dente ligonis. Iuue.Ne marrę,et sarcula desint.

Marpesus,pe,ꝑ.mons ĩ Paro ĩsula.A quo Marpesius,a,um.

Mars apđ gẽtiles deus creditus,dcũs qđ maribus in bello ꝓsit,siue ꝙ à Sabinis acceptus ẽ, apđ q̃s Mamers vocaṫ, à poëtis mauors dr̃ ꝑ epenthesĩ,ꝙ magna v̂tat.Vel à gręco,qđ ẽ ἄρης.Ares poniṫ ĩterdum ꝓ bello.Liui.Aliquãdiu ibi marte ĩcerto varia victoria pugnatũ fuit.Est et Mars nomen stellę, Deũ dñt antiqui . Quod aũt esset deus ita scribit Iulius pollux θεὸν δὲ εἶναι δοξάζουσιν ἕλληνες ζῷον ἀθάνατον λογικὸν τέλειον νοερὸν ἐν εὐδαιμονίᾳ κακοῦ παντὸς ἀνεπίδεκτον προνοητικὸν κόσμου τε καὶ τῶν ἐν κόσμῳ καὶ τὰ λοιπά.Est quoque nomen mustellę rusticę,quas gręci ictida dicunt vulgus marturellum vocaṫ.

Marte nostro dicitur quidquam fieri, idest proprio ingenio,et sine alicuius auxilio.

Martius,tia,tium,quod ad martes pertinet,vt martia auis, interdum bellicum,vt martia arma.Augu.li.iij.de ciui. dei.Nullo martio impetu territi sedarentur inimici.Interdum bellicosum,vt martius populus.

Martius nomen proprium,vt in Q.Martio, qui iussus à senatu aquaꝝ ductus anienis reficeṙ nouẽ à nomine suo aquã martiã appellatã cuniculis p montẽ actis adduxit.

Martius mensis dictus est primus anni mẽsis,qm̃ Romulus primũ anni mẽses genitori} suo dicauit.Oui.A te ꝓncipiũ Ro.dicimus anno. Primus de pr̃io noĩe mẽsis erit.

Martius campus Romę dictus est, ꝙ marti consecratus

eſſet.Liui.Ager Tarquiniorū,qui inter vrbem,et Tyberim erat conſecratus marti,Martius deinde campus fuit.

Martia Catonis filia minor fuit.Quę,cũ quereretur ab ea, cur poſt amiſſum maritum denuo, nō nuberet? Rñdit nō ſe inuenire virū,qui ſe magis vellet,q̃ ſua.Quo dicto oñdit diuitias magis in vxoribus eligi ſolere,q̃ pudicitiā.

Martius,qui ancus cognoīatus eſt quartus Ro. rex ęquitate et religione auo ſimilis latinos bello domuit,Auentinū et Martiū montes vrbi addidit,noua męnia,oppido circundedit,syluas ad vſum nauiū publicauit. Salinarū vectigal inſtituit.Carcerē primus ędificauit. Oſtiam coloniam maritimis cōmeatibus oportunā in oſtio Tybe. deduxit.

Martiacus,a,um,quod ad martem ptinet,hoc eſt ad bellū, Vnde ſtipendia militium martiaca dicuntur.

Martialis,et hoc martiale,quod eſt natum ſub marte ſtella. Martialis vero ſubſtantiuum eſt nomen viri propriū.

Marſpiter,pe.cor.quaſi martis pater,ſicut Dieſpiter diei pr̃.

Marſia regiuncula Italię vltra Picenum Samnites verſus à Marſo Circes filio,à quo originē duxerunt,dicta cuius populi Marſi ſunt vocati non longe ab vrbe.Vnde marſica vina. Nam marſica ſunt è marſicis montibus, Sunt et marſi alij populi in Scythia,vt ait Herodo.

Marsyas fluuius syrię,qui naſcit̃ in mōte,q vocat̃ capotes.

Marſupium,ſacculus nummorum gręce μαρσύπιον Cato de liberis. Et quod perſpicuum eſt maiorem curam habere marſupij noſtri,q̃ vitę noſtrę.

Martyr latine teſtis dicitur.Martirium teſtimonium.

Marmatica regio Africę,quę vt Ptol. lib.iiij.ſcribit.ab occaſu terminat̃ cyrenaico, à ſeptētrione ęgyptiaco pelago ab oriente ęgypto,à meredie parte libyes.In ea ſunt Naſamones,et libyarchę populi.

Marubij,Marſorum populi,circa Fucinum lacum dicti,quaſi circa mare habitantes,propter paludis magnitudinem quamuis alij marubies à rege dictos velint.

Marrubium,herba ſatis nota,quę exulcerare veſicam putatur.Gręci praſion.Alij Lynoſtrophon.Quidam philopęda. Nonnulli philocharen appellant.

Marucini,populi in regione Marſorum,Syl.li.viij. Marrucina ſimul ferentanis ęmula pubes.

Marmarica regio Africę,quę(vt Ptol.li.iiij.ſcribit)ab occaſu terminatur Cyrenaica,à ſeptentrione Ægyptiaco pelago,ab oriēte Ægypto,à meridie parte libyes.In ea ſunt Naſamones,et libiarchę populi.

Mas dicitur,qui non eſt fęmina,quamuis pro forti,et magnamino quandoq; dicatur.

Maſculus diminutiuū.Var. Si nō plus teſticulorū offerendis, q̃ in caſtrato pecore in Apulia vincor non eſſe maſculū ad rem.Aliqñ ponitur pro ſapiente,vt maſcula meretrix apud Plau.in meretricem Maſculam.i.habentem ſenſum Sicut maſculi habent.Aliqñ pro ingenti.Perſius maſcula bilis Intumuit quam non extinxerit vrna cicutę.

Maſculinus,na,num,à maſculus fit,vt maſculinum genus.

Maſculeſcere eſt maſculum fieri.Ply.li.xviij.Denſiore.n. ſatu maſculeſcere,hoc eſt de rapis napos fieri.

Maſculo,as, idem quod roboro, firmo,à quo Commaſculo. Apul.li.ij.de Aſi.His cognitis animum meum commaſculaui.Emaſculo,vide alibi.

Maſſagetes,tę,pe.cor.maſſagetę populi ſcythię,et duplices feruntur.Alteri hyrcano mari,ē margianę regioni vicini.Alteri inter Sacas.Hi equum ſoli mactant eumq; tantūmodo deum putant,fęda gens et brutis ſimillima apud quā genus mortis optimū iudicabatur qui ſenio confecti in fruſtra cęderentur, et cum carnibus ouilis promiſcue ęderentur eos qui morbo decederent, vt impios abijcientes, tanq̃ dignos qui à feris deuorarent? De his Luc.li.iij.Maſſagetes quo fugit equo volucreſq; geloni.

Maſſaniſſa, et maſiniſſa vtroq; mō dicit̃. Numidarū regis nomē,qui primo Romanis hoſtis fuit deīde amiciſſimus. De quo.Ouidi.lib.vi.Faſt.Poſtera lux melior ſuperat Maſiniſſa Siphacem.Et cecidit telis Hasdrubal ipſe ſuis.

Maſſicus,pe.cor.mons Campanię optimi vini ferax, quod etiam maſſicum dicit̃.Syl.li.vij.maſſicus vini ferijs addebat noīa glebis.Hora.lib.i. car. Eſt qui,nec veteris pocula maſſici.Docet Ser.Maſſicus in plurali facere maſſica. Vir. li.vij.Vertunt fęlicia Baccho maſſica.

Maſſica,regio bęthicę tarthęſiis appoſita.Hanc.Victru.Maxiam appellat.

Maſſilia vrbs ī Narbonenſi prouincia. Conſtat imperante Macedonibus Aſtyagę, Hebręis vero Sedechia circa ſecūdam et quadrageſimam olympiadem hanc fuiſſe conditam annis antequā virgo pareret.cccccxiij. poſt obitum Dauid regis annis.cccclxxxiiij.Diruta deinceps à Phocenſibus,inſtaurata eſt, qui Gyri tyrannidē fugientes, deſtituta gręcia in hunc ſinum nauigarunt.Olī Maſſilię ſtudia ingenuarū doctrinarū adeo floruerunt, vt Romani pro Attica peregrinatione maſſilioticū peterent gymnaſium ad diſciplinas capeſſendas.Plau. in Cas. Maſſilienſes mores,tanq̃ optimos,et probatiſſimos dixit. Vbi tuos, qui colere mores maſſilienſes poſtulas, hęc vini optimi ferax fuit. Vnde mar. Tu me maſſilię ponere vina putes. A maſſilia fiūt maſſiliēſis,maſſilitanus,maſſioliticus.Vnde maſſilienſis viri maſſilitana vina,et maſſilioticū oſtiū.

Maſſyliacum,y,gręco apud gręcos per ſimplex s,ſcribitur. Sed quia à latinis prima producitur, nō abſurde per duplex ſſ,exarari pōt.In hac syllaba sy,producit,in ſuperiori corripit̃.Luc.li.iiij. Et gens quę nudo reſidens maſſylia dorſo.Virg.li.iiij.Hinc mihi maſſylę gentis monſtrata ſacerdos,prouincia eſt,quā quidam getulię,et numidię mauris vicinam dicunt,nec longe abeſſe ab hortis heſperidū, Huius gens,neq; ephippijs vtitur,nec frenis,ſed ſola virga contenta eſt,qua agitet equos,et moderet̃.Ab hac maſſyli,et maſſylei populi dicti ſunt,qui à poëtis modo p mauris,pro getulis ponuntur.Mar.Auditur quantum maſſyla per auia murmur.Idē maſſyleum virga gubernat equū. Sunt etiam,qui eos maſſulos vocitent.

Maſtiche,es.p.c.teſte.Ply.li.xij.lachryma eſt,quā Lētiſcus arbor gūmi modo ſudat.Sere.Rugarū ſulcos lentiſci maſtice tendes.Idē. Pulleiū abrotonū nitido cū maſtice coctū.

Maſtix,icis,pe.cor.gene.fęmi.flagellum,ſcutica μαστιγῶ flagello. Vnde Homeromaſtix, et Virgiliomaſtix, διαμαστιγωσις diſſlagellatio.

Maſticeos pro Venerabili ponitur à Plau.in Tru.

Maſtigophorus, flagellifer ſeruus ab alijs ſępius cęſus, vel cędi dignus.

Maſtigia dici pōt verbero,hoc eſt verberibus dignus. Plau. Crucior lapidē nō hr̃e,vt illi maſtigię cerebrū excutiam.

Maſtrucę veſtes,quibus Sardi vtebantur.Plau.maſtrucatus et plenus puluere. Cice. Pro Scauro quem purpura regalis,non cōmouit eum Sardorū maſtruga mutauit.Et de prouincijs conſularibus res in ſardinia cum maſtrucatis latrunculis à prętore vna cohorte auxiliari geſtę.

Maſtos, ἑλληνικῶς μαστὸς ἀλλὰ κυρίως τῶν ζώων, latine mamma,vnde Bumaſthos vua,de quo ſupra.Hinc Tubuli mā mati, ſeu mammę in balneis, et fontibus,intelliguntur. Quas Victru.lib.vij.Maſtos gręca voce nominauit.Athenis inqt,ex eiuſmodi locis et fontibus maſti vſq; ad portum Pyreum ducti ſunt ſalientes,eas Var.de re ruſti.Papillas conuertit.Cas.vbera.Quanto inquit pulchrius eſt, Claudiam aquam per tot ſicca montium iuga lauacris,et domibus liquore ſ puriſſimos fiſtularum vberibus immiſiſſe.Erat ē Maſtos genus poculi.

Maſtuprari eſt,manu tractando virilia,res veneream peragere.Inde maſtupratores dicti.Quo verbo vtit̃ Mar. Maſtuprabantur phrygij poſt hoſtia ſerui, hoc eſt prępuria ducebant.Nam à manu,et ſtupro deriuatur. Hi alio nomine ab apoſtolo molles vocantur.

Masdoranus mons qui parthos ab Aria ſeparat̃.

Materia ſeu materies eſt,qua aliqd fit, vt materia libri mēbrana,ē attramentū.Item materia libri eſt hypotheſis ipſa. Hora. Sumite materiā vr̃is, qui ſcribitis ęquā viribus

Materia, domus lapides, calx, ligna, tegulę. Qua ꝓpter non immerito materię appellatiõe ligna oĩa cõprehẽdunt, qđ gręci ὕλην pariter, et syluã, et materiam vocent, cũ ligna dicantur solũ ea materia, quę ędificijs apta est. Liui. Multa materiã ceciderat miles. Colu. li. iij. vocat materiẽ lignũ, qđ est ĩtra corticẽ. Quasi cuneũ ferreũ inqt, vel osseũ ĩter corticẽ, ẽ materiẽ lẽte dimittito, ne lędas, aut rũpas corticẽ. Idẽ li. vi. materiã vocat palmitẽ, q de nouello nascit, ẽ in tenero alligatus depẽdet. Itẽ materia fabrica lignaria dicit.

Materiarius faber lignarius, vel qui materiam pręstat, à materia, cuius nomine ligna ad fulciendum, ędificandumq; necessaria, idoneaue significantur. Plau. in Mi. Si non, nos materiarius remoratur ad opus.

Materian significat Lignari, à quo Materiatio.

Materiatus, ta, tum, quod est compositus ex aliqua materia. Cice. li. iij. Offi. Male materias è ruinosa.

Materiale, quod est materię à quo materialiter aduerbium. Vnde materialiter aliquid sumi dicitur, cum non forma rei, sed materia significatur.

Mater à materia dici videtur, ꝙ in fętu materiam pręebeat. Nam semen patris pro artifice est, et formam pręebet, mater sanguinẽ ex se pręstat, ex quo fętus format. Aliquando tñ mater pro nutrice ponitur. Plau. Vtrãq; cõplexus est. Ita forma simili pueri, vt mater suam non inter nosse posset, quę mãmam dabat, neq; adeo mater ipsa, quę pepererat.

Materfamilias gtũs gręcus ad imitationẽ gręcorũ, qui fęmininoꝝ in a purã desinentiũ gtõs in as mittũt. Dicimus tamen, ẽ materfamilię, et materfamiliarũ. Est autẽ mater familias, vt docet. Gel. Ea sola, quę in mariti manu mancipioq; est, qm̃ nõ in mr̃imoniũ tm̃, sed in familiã quoq; mariti, et in sui heredis locum venerit. Fest. scribit nõ ante matremfamilię dici, q̃ vir eius paterfamilias appelletur. Nec posse hoc nomine plures in vna familia appellari, sed vnam matremfamilias dici. At iureconsultus Matremfamilias inquit accipere debemus eam, quę non inhoneste vixit. Matres enim familias, à cęteris fęminis mores discernunt, atq; separant, proinde nihil interest nupta sit, an vidua, ingenua, an libertina. Nam neq; nuptię, neq; natales faciunt matremfamilias, sed boni mores.

Matrona dicitur, quę in matrimoniũ cum viro conuenit vt in eo maneat, etiam si liberi non sunt adhuc suscepti. Quippè appellationem habet, à matris nomine, non iam adepto, sed cum spe, et omine mox adipiscendi. Vnde ipsum quoq; matrimonium vocatum est, quoniam ea spe vir. et vxor coniunguntur, vt illa mater fiat.

Matronalia erant dies matronis festi.

Matronalis, et hoc matronale, quod est matronarũ, vel qđ ad matronas pertinet, vt dignitas matronalis.

Matronatus, us, dignitas matronarum. Sicut patronatus cõcubinatus. Apul. et vt matronatu eius indicabat.

Matrimonium, est maris, et fęminę coniugatio.

Matrimoniale adiectiuum, quod ad matrimonium pertinet. Augu. li. xiij. de ci. dei. Quid concubitus coniugalis qui secundum matrimonialium pręscripta tabularum procreandorum fit causa liberorum.

Mater matrima illa dicit, quę cum mr̃ sit, adhuc habet matrẽ viuentẽ, sicut patrimi, et patrimes, quorũ patres viuũt.

Matercula diminutiuũ à mater. Hora. in Episto. Dum pueris omnis pater, et matercula pallet.

Matertera, matris soror, quasi mater altera.

Matruelis, idem, quod matertera, et Matrueles dicuntur filij, et filię materterę.

Matrescere est matri similem fieri. Pacu. Vtinam nunc matrescam ingenio, vt meum patrem vlcisci queam.

Matrix fęmina, quę fętus gratia tenetur. Col. Sint ergo matrices robusti corporis, quadratę, pectorosę, magnis capitibus. Medici tamẽ accipiunt mr̃icem, pro vtriculo, qui in fęminis iunctus est vesicę, quę ad progenerandũ apta est.

Matralia, matris Matutę festa.

Matcola, apud. Ply. et Cato. genus est marculi.

Matthęus cum diph. et th. aspirato, Nã scribit gręce ματθαῖος nomen viri proprium.

Matta, storea, et teges, quę fit cannabi lino, iunco, palma, sirpo, aut sparto. Oui. Plaustroq; morantes, Sustulit in plaustro sirpea matta fuit.

Mathesis, vel mathema, atis, pen. pro. ὅτι τὸ μανθάνω ῥῆμα αὐτῆς ἐστὶ ὁ ἄλλοτε τὸ δείκνυμι ὡς ἀπολλώνιος, καὶ σουίδας ὅθεν καὶ μαθηματικοὶ λέγονται. latine disciplina dicitur.

Mathematicus, ca, cum, quod est disciplinabile, mathematici dicũtur, qui mathemata siue mathematicas disciplinas norunt. Ad disciplinã enim spectant Geometria, Musica, Arithmetica, Astrologia. Et hę mathematicę scientię disciplinę dicuntur, eo ꝙ discantur planę, et ꝑ demonstrationẽ q̃dam percipiantur, philosophia vero, logica, cũ alijs, non dicuntur disciplinę, quia non, firmissima demõstratione, vt illę, sed ratione quadam, ẽ studij inuestigatione percipiuntur. Aliâs mathematici vocantur Geneathliaci, astrologiq;, et qui Chaldęi vocantur, quorum ars est, vt naturas hominũ ex vultus inspectione pronuncient.

Matęotechnia ματαιοτεχνία, latine supernacua artis immitatio, et vanitas artis dicitur μάταιον vanum τέχνη ars.

Matella à matulla fit, et est aquarum, vel vrinę vas. Plau. in Amphi. Nec tu postulas matellam unam tibi aquę infundi in caput. Mar. Dispereã si tu Pyladi pręstare matellam dignus es. Gręci scaphium, quamuis etiam ad ventris excrementa accipi possit.

Matellio diminutiuũ à matula, siue matella. Var. de vi. pa. Postularet trulleum matellionem peluim.

Mattiacũ, opidum in Germania. Vnde Mattiacę pilę, quas. Mar. Pro sapone posuit. Accipe mattiacas quo tibi calua pilas. Alibi tamen saponem spumam causticam, et spumam botanam nominat.

Maturus, ra, rum, pe. pro. proprie de frugibus dicitur, quod neq; crudum, neq; mite, neq; caducum, neq; nimium coctũ, sed in tempore temperatum prouenit, vt poma matura. Per transla. ponitur quãdoq; pro sene, vt maturus hõ. i. senex, et perfectã ętatẽ habens. Virg. Æui maturus Acestes.

Matura, ętas senilis, quę si oĩno perfecta, et tempus debitũ assecuta. Quãdoq; pro graui, acconstanti. Et hoc modo nõ cõponitur. In alijs significationibus hẽt cõposita. Immaturus non maturus. Aug. lib. ij. ciui. dei. Quis paleę dedit tam feruidam vim, vt poma immatura maturentur. Pręmaturus, de quo alibi. Mature aduerbiũ celeriter, siue tempestiue. Hiero. in Geñ. Cũq; mature surrexisset, tulit duas vxores suas. Aliquando significat grauiter.

Maturitas, quod modo fructuũ coctionẽ significat. Col. Nos quoq; medicatam fabam sic cõperimus, cum ad maturitatẽ perducta sit, minus à curgulione infestari. Cice. Sul. Tamẽ hoc studium quotidie ingrauescit maturitate crescendo ętatis, ac prudentia, modo grauitatẽ moderationemq;. Idem. Iam constantis ętatis, et senectutis maturitas.

Maturo, as, maturũ facio, perficio. Quinti. Nam ipse eos nondum opinabar satis maturauisse, quibus cõponendis, vt scis, paulo plusquã biennium impendi. Sed hic per translationẽ proprie. Cice. in Ca. Primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. Interdũ Maturare est accelerare ita, vt adhibeat industrię celeritas, et diligentię tarditas, ex quibus duobus cõtrarijs fit maturitas, vt neq; aliquid citius, neq; serius fiat. Hoc verbũ Diuus Augu. duobus gręcis vocabulis exprimere solebat σπεῦδε βραδέως, quę significant accelera tarde. Vnde Vir. Quasi contraria separauit maturare, ẽ properare cum ait. frigidus agricolam, si quãdo detinet imber, Multa forent quę mox cęlo properanda, sereno, maturare datur. Vnde Mature fit, qđ tempestiue fit. Idem Maturate fugas, quod est quasi cum maturitate i. cum tranquillitate, et lentitudine discedite. Quomodo dicimus Matura iracundiã. i. mitiga. Salu. Videtur simpliciter posuisse pro properare, cũ ait Antonium Catilinam cum exercitu prosequi maturet. Sic Liui. li. x. Inde comiciorum causa Romam profecturus maturauit.

Maturesco,scis,à matureo esse conuenit.Maturescere autem est maturum fieri.Ply.lib.xi.Cum mella coeperint maturescere abigunt fucos.Colu.lib.iiij. Nam et q̃ maturescere incipiunt tempestiue legunt,et q̃ nondum maturitatem coeperunt vuę, sine dispẽdio differunt.Hiero.In Ioel.Mittite falces, qa maturuit messis.i.matura facta est.Hinc fiunt composita Ematuresco, et Permaturesco, quę perfectionem actus indicant.Gel.lib.i.Dominus postea segetũ illarum filium adolescentẽ vocat.Et vides ne inquit,hęc maturuisse,et manus iam postulare.Col.li.ij.Sed hoc idẽ semen Cilicię,Syrięq̃; regionibus ipse vidi mense Iunio, Iulioq̃; conseri,et per autumnum, cum pmaturuit,colligi.

Maturescere dicit homo,cum nondum grauis est,sed iam incipit esse grauis.Et apostema maturescere dicitur,cum non discutitur,sed perducitur ad maturitatem,vt vel frangi per se,vel ferramento aperiri possit.

Mattiacę pilę.Vide in mattiacum.

Matuta,pe. pro.à nostris Aurora, leucothea à gręcis dicit, hoc est alba dea marina dicta ꝙ matutino tempori pręsit.Hęc fuit filia Cadmi noïe Ino.Athamantis vxor. Hinc Matutinus,na,num.Vnde matutinum tempus,quod mane fit.Et tunc Matuta auroram significat,dicta matuta, vt quidam autumant à bonitate quasi matura.

Mauors,q ẽ Mars,ꝙ magna vertat.Vñ Mauoritius,tia,tiũ.

Mauritania, Africę regio extrema,versus Gaditanum,fretum, ẽ occidentales occasus.In ea Anthęus gigas regnasse dicitur,ab Hercule victus.Est autem duplex Cęsariensis à Cęsarea,et Tingitana à ciuitate Tĩgi Dictaq̃; est Mauritania à μαῦρον, quod est nigrum,vel ꝙ nigros habeat colonos,gignit sijmias dracones, struthiones et elephantes.Eius incolę Mauri dicuntur.Maurus enim nomen gẽtile est,vt Gallus,q è Gallia originem habet.Mauritanus vero possessiuum,vt Gallicus.dicimus ergo virum maurum, et bellum mauritanum.

Maurus,ra,rum,Vide in mauritani.

Mauritanus,na,num.Vide etiam ibi.

Mausolus,pe.pro.dictio trisyllaba,nomen proprium carię regis,à quo Mausolum dictum est, sicut in Cice.Ply.et Gel.lectum est.Mar.lib.x.Reperitur Marmora parua quidem sed non cessura viator Mausoli saxis, Pyramidumq̃; lege,et Mausoleum,tetrassyllabum,non mauseolum.Proper.Nec mausolei diues fortuna sepulchri.Hoc sepulchrum Arthemisia Mausoli vxor,ędificauit,ita ęgregijs operibus vt inter septem orbis miracula numeretur. Attollitur in altitudinem.xxv.cubitis,cingit columnis.xxxvi.Ab hoc sepulchro oïa preciosa sepulchra ex noïe eius Mausolea dicuntur.Vnde Sueto.sepulchrum Cęsarum appellauit Mausoleum,quod extruxit Augu.Suidas autem μαύσωλος ἄρχων καρῶν, φησὶ δὲ αὐτὸν θεόπομπος, μηδενὸς ἀπέχεσθαι πράγματος χρημάτων ἕνεκα. O auaritia,si tunc vnius principis,nunc domina nostri sęculi.

Mausoliũ,q̃tuor syllabarũ sepulchrum mausoli regis carię.

Maxilla non est dimi,à mala,vt putauit Prisci. sed mala à maxilla fit per detractionem medię literę,vel potius syllabę,sicut docet Cice.lib.de Ora. ad Brutum. Est autem maxilla,in qua fixi sunt dentes,q̃uis etiam de parte exteriore quandoq; dicatur,quę barbam emittit. Persi.Tu cum maxillis balanatum gausapę pectas, inguinibus, cur detonsus tibi gurgulio extat.

Maxilare,vt dens Maxillaris, qui est molaris. Ply.lib.xxxij. Maxillaresq̃; ita sanari dentes pręcipue putant.

Maximus,suplatiuum à magnus,à quo fit aduerbium.

Maxime aduerbium, quod quandoq; etiã pręcipue. q̃nq; sępissime sig̃t.Cice.Len.Vel ẽt,id q̃d mihi maxime libet.

Maxima vestalis ea dicebatur,quę dignitate reliquas anteibat,quales nunc vulgo abatissas appellamus.

Maximus pontifex,qui rerum,q̃ ad sacra,et religionem pertinent, curam habeat, vindexq̃; erat contumacię priuatorum magistratuum.

Maximus Curio,cuius authoritate curię omnes,curionesq; regebantur.

Maximi annales,ꝙ eos pontifex Maximus consecraret.

Maxima hostia ouilis pecoris,non ab amplitudine corporis,sed.ab animo placidiore.

Maxima mulcta erat trium millium assium, et viginti.

maximates dicuntur primarij ciuitatis,qui et summates et primates,et optimates vocantur.

Marzapanis,fit ex amygdalis, saccharo farina latice rosaceo.Est autem maza apud gręcos panis offa,quę aut vinũ, aut oleum,aut omnino liquidum accepit.

Mazaca ciuitas Cappadocię, sub monte Argęo,quę nunc Cęsarea Euse.in Chronicis.Tyberius Archelao pulso ẽ Cappadocia in ꝓuincię formã redacta noïauit Cęsareã.Hinc Mazacenius,et mazaces.Sue.in Nero. Turba mazacum.

Mazeras fluuius in ora maris hyrcani.

Mazonum,pe.cor gręca dictio,qua lanx significat ad ferẽda obsonia in mensa.Vale.lib.iij. de re rusti. alios videret turdos in mazonomo positos coctos,alios volitare circa fenestras captos gręce μαζόνομον λέγεται.

M ANTE E

Meatus,us.Vide in dictione Meo,meas.

Meapte.i.mea propria.Teren.in Heau. Ita me dij ament, vt ego nunc nõ tam meapte causa lętor, quam illius,quã ego scio esse honore quouis dignam.

Mecastor iusiurandum,quasi ita me castor adiuuet.

Meconis,is,genus lactucę amarę,à copia lactis soporiferi.

Meconium,succus papaueris, μήκων enim latine papauer. Meconium etiam vocant sordes infantium aluo editę.

Mechanicus,pe.cor.faber opifex eorum operum, quę ingenio simul ac manibus fiunt, ἀπὸ τῆς μηχάνης, quod inuentionem significat. Et mechanica ars fabrilis. Vnde artes diuiduntur in liberales,et mechanicas.

Mecoenas cum oe,diph.propriũ nomen Thusci equitis clarissimi, et apud Augustum potentissimi, ad quem Virg. et Hora.Opera scripserunt.

Mecum.i.cum me,vbi ꝑpositio euphonię cã postponit. Mecũ viuit.i.familiaris meus ẽ.Interdum mecum sig̃t infra me. Teren.in Ecy. Haud ꝑpea te rogo,vt hęc ꝓferã,sed vt tacita mecum gaudeã.Sic secum,tecũ,nobiscum,et vobiscũ.

Mediscuticus nomen ẽ magr̃atus magni,apud Cãpanos.

Medea nomen Colchorum reginę crudelitate insignis,Oetę regis filię,et Iasonis vxoris.Hora Ne pueros coràm populo Medea trucidet.

Media regio in Asia à Medo Medeę, et Ægei Atheniensium regis filio,sic noïata,vt Soli.refert,à qua Medi populi dicti sunt.Hos tamẽ Iosephus scribit,à Medeo Iaphet filio dictos fuisse. Qui Hero. Teste.lib. vij. Arij primo sũt dicti.Hęc regio,vt Ptolo inq̃t à septentrione hyrcano mari terminat, ab occasu maiori armenia, et Assyria,à meridie perside,ab oriente hyrcania,ac parthia quę montibus excluditur.Sunt q mediam in duas partes diuidãt, quarum alteram maiorem vocauere,alteram antropatiam. Maioris Ecbatana fuere metropolis magna ciuitas. In media sunt montes Caspis maiori Armenię contermini.Media magna ex parte alta,et frigida pascendis equis apta. Vnde pratum quoddam hippobotos vocatur per quod iter faciunt qui ex perside et Babylone in Caspias portas eũt. In eo pasci dicuntur equorum .l.milia regium id armentum est.Est et Media cum diph.de qua supra.

Medusa, penul.produ.fuit filia Phorci,ex Cetho. coniuge. qui vna cum duabus sororibus Euriale,et Stenonę, Gorgades in insulas in Oceano Æthiopico tenuisse feruntur,vnde et gorgonides appellant.Eius capilli in angues à Minerua immutati sunt, et qui illam aspiciebant in lapides vertebantur,quam Perseus peremit, ex cuius cruore natus est Pegasus , noster autem . Suidas μέδουσα ἡ καὶ γοργόνη κληθεῖσα, περσεὺς ὁ δανάης, καὶ πίκου υἱὸς, διαχθεὶς πάσας τὰς μυστικὰς φαντασίας, ἰδίαν βουλόμενος ἑαυτῷ καταστῆσαι βασιλείαν, κατεφρόνησε τῆς τῶν μήδων,et subdit ἐκάλεσε δὲ γοργόνην διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς ἐνεργείας,

qui autem velit audire res nouas, et insolitas hominibus latinis, legat reliqua in Suida, et alijs scriptoribus grecis.

Medius, a, um, quod mensuratū equaliter distat ab extremis, q̄uis etiam mediū dicat, qcqd inter duo extrema est, etiam si non equaliter distet. Virgi. Iam medium tenuere rates. Quandoq; mediū dicitur cōmune, vt in medium venit, In medio sunt. Et medio discesserunt. Quādoq; manifestum. Virgi. Medioq̄; ex hoste recepti. Quandoq; intercedens. Idem. Ne qua scire dolos, mediusue occurrere posit. Et dicit medius ſm Prisc. à modo, hoc est à mensura vnde ē modius, ē differētie causa medius mutauit o, in e. Vel dicitur à greco μέσος, medius. Hinc dimidius, a, um, quasi per medium diuisus. Medietas media pars.

Mediusfidius cōpositū est, et significare videtur Iouis filius idest. Hercules, quia Δία greci, nos Ionē dicimus, et fidium pro filiū, quia sepe, pro l, litera d, vtebantur. Quidam existimant iusiurandū esse, vt si pro dij fidē, quasi pro diuini tēporis. i. diei fidem. Alij sic exponunt Sanctus fidius, et semi pater dij fuerunt sabinorū, quos domos demigrātes in collem Quirinalem, cuz cetera supellectile detulerunt, idq; numen verbis trinū, re vnicū esse dixerunt. Vnde licet tribus ipsis templū esset in Quirinali colle dicatū, vnius tamen sancti vocabulo appellabatur, obtinuitq̄; huius noīs opinio sanctitatis magnā vī hr̄e iusiurandū quo in trino. et vnico numine mediū esse qs fidium affirmaret.

Media vocabula dr̄, que et in bonā, et in malā ptē accipi pn̄t. Mesa à grecis dicta, qualia sunt tēpestas, valitudo, facinus, dolus, gr̄a, industria, periculū venenū, contagium. Et apud veteres, honor, quo significabatur iniuria.

Mediocris, et hoc mediocre mediū tenens, modestus. Luci. li. xxvij. Paulo hoc melius, q̄ mediocre hoc minus, malūq̄; et pessimū, sed tm̄ oīa hec mediocriter. Hinc mediocritas. Cice. li. i. Offi. Eadē ratio est habenda vestitus in quo sicut in plerisq̄; rebus, mediocritas optima est. Colu. li. iiij. Mediocritas in lectione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni, maliq̄; posita est.

Medianus, na, num, quod in medio est. Vnde medianas columnas. Victru. dixit, vt ab angularibus, que crasiores sunt, distingueret.

Mediastinus, pe. pro. qui in medio lauantiū stat in balneis inquit Prisci. Noni. mediastinos pro balneatoribus. Itemq̄; pro ministris, vt cruciatoribus ediū accipit, ꝙ in medio stent, vt oībus ministrent. Sed villissima queq; mancipia in agro maxime mediastinos eos accipere debemus, qui abiectissima queq;, inter seruos officia obeunt, cuiusmodi sunt hodie in principū domibus cognomine tignarij bacularijq̄; quorū vna illa functio est, vt oībus pareant, nec vllius imperiū detrectent, in medio semp, et ꝓpatulo ad nutus oēs excubent. Cice. in cati. Magnopere contēno exercitū collectū ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis decoctoribus, ex his, qui vadimonia deserere, quā illū exercitum maluerunt. Col. li. i. Mediastinus qualicūq; statu posit esse modo perpetiendo labori sit idoneus. Idem separādi sunt aratores à vinitoribus, atq; à mediastinis. Hora. in Epist. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Luci. Villicū Aristocratē mediastinuz, atq; bubulcū. Vlpi. Qui mediastini opera fungitur, nō cōtinetur, vt purpurarij Atriarij, et Focarij, et his similes.

Mediterraneus, a, um, quod est à mari remotū, quasi in media terra. Mediterraneū mare, qđ p medias fundit terras, cum in ambituz terre circūfluat Oceanus, ab Abila Mauritania ē calpe Hispanie ꝓmontorijs.

Medioximus, vel medioxumus, pe. cor. mediocrē, siue medium significat. Vnde medioximi dij vocantur potestatis medie. Ser. li. viij. Æne. dicit Herculem communem deum vtriusq; nature medium, et inter mortalitatem, et diuinitatem sunt numina, aliqua tm̄ terrestria, aliqua tm̄ celestia. aliqua media, quos deus. Apule. Medioxumos vocat. Plau. in Cas. At ita medij, deeq̄; supi, inferi et medioximi.

Mediolanum, vrbs, est Cisal. Gallie metropolis ppli multitudine refertisſima, dicta à sue mediatim lanata. Nam apud Amb. legitur. in quadā episto. Cū à gallicanis populis multum consilium foret pro constituēda vrbe effosso solo inuenisse suem dimidiatiz lanatā à quo portēto. Mediolanū esse nuncupatū, ab eo. s. apro ex media parte lanato. Ferūt hanc vrbem à Gallis Senonēsibus ante Christi aduentum annis. ccclx. instauratam, seu conditā fuisse. Hinc Statius. Cecilius comicus ortus fuit Stephanus Bizantius excellentissimus chronographus μεδιολᾶνον πόλις ἀκυτανίας καὶ οἱ οἰκοῦντες μεδιολάνιοι ἢ, πόλις ἄλλη τῆς ἰταλίας λαπεσάτη.

Meditullium, à medio dictum est, quod est in medio. Hiero. cōtra Pelagia. scribit hominē in meditullio positū esse, vt de virtutum culmine ad vitia labatur, ē ex vitijs ascendat ad sublimia. Idē Et quomodo diuitie, ē honores, et corporum sanitates, et cetera que indifferentia, nominamus, nec bona, nec mala sunt, sed velut in meditullio posita vsu, et euētu, vel bona, vel mala fiunt. Sunt qui hoc nomē à meditor deducāt, vt sit locus meditatiōis ē exercitij.

Meditrinalia, sacra, que poturi mustū faciebāt hoc prefamine. Vetus nouum vinū bibo, veteri nouo morbo medeor.

Medimnus genus mensure, que nostri modium interpretantur. Auso. Medimna neutro genere dixit.

Medeor, ris, à medius fieri videt, nam medijs, quibusdam hoc est tempestatis rebus hoc fieri oportet. Et ꝯstruit quādoq; cum genitiuo. Hier. in Hiere. Quis meditabitur tui? ē quādoq; cum datiuo, qđ est in frequentiore vsu. Lact. li. vi. Circūspice conscientiā tuam, et iniquitatū medere vulneribus, quandoq; cum accusatiuo. Teren. in Phor. Quas cū res aduerse sint minus mederi possis. Inuenitur etiam Medetur impersonale. Plyni. libro. xxvij. Ex eo medetur oris vlceribus perūctis hoc succo folijs pusillis. Huius verbi composita sunt Immedeor, quod est intus medeor. Col. li. vi. Si oportebit palorum capita, et imas partes misto fimo, cum cinere obliniri, et ita totos eos immederi. Remedeor, ris, remedium prebeo. Priscia. Medeor, eris, Remedior, aris, teste Capro.

Medico as, et medicor, idem significant, quod medeor. Vir. lib. i. Geor. Semina vidi equidem multos medicare serentes, sed medicari frequentisſime dicitur. Et modo cum datiuo iungitur. Idem. Senibus medicantur anhelis. Modo cum accusatiuo. Idem lib. vi. Æne. Sed non Dardanie medicari cuspicis ictum Eualuit.

Medicus, qui mederi solet. Officium medici, vt inquit Asclepiades est, vt tuto, vt celeriter, vt iucunde curet.

Medicus, ca, cum, quod est medici, Vir. li. iij. Geor. Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor abnegat.

Medica herba, que precipue nutrit equos, eo, ꝙ in Media abundet. Ser. Scribit, medicā à medis in greciā translatā, quo tempore, eam Romani inuaserunt, que semel sata decem annis durat. Huius plena venetia est trium foliorū, et semper virens est secundum Diony. Cuius natura est, vt vno anno frequenter seratur, et postea aliquot annis sponte procreetur. Et vulgo dicitur sylla. Colu. li. vij. Ad maciem nulla res tantum quātum medica potest.

Medicum velum, quod in prora ponitur.

Medicina medicamen, medicamentum, et medela, idem significant. s. id quo quis curatur, mirum autem est quod scribit Theophilus de pusibus ē vrinis ὅτι ὁ ἱπποκράτης θεῖος ἰητρὸς οὐκ ἔσχε γνῶσιν περὶ τῶν σφυγμῶν ἀλλὰ τὰ πλευρὰ καὶ μέτωπον χειρὶ ψαύεσθε. Sumit tamē quādoq; medicamentuz, pro veneno, sicut venenum pro medicamento, quoniam greci vtrūq; pharmacon vocant. Caius iureconsul. Qui venenum dicit, adijcere debet bonum, vel malū, nam et medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum est, mutat. Cum id, quod nos venenum appellamus greci pharmacum dicunt, et apud illos quoq; tam medicamenta, q̄ que nocent hoc nomine continentur. Galenus autem medicinam ampliauit, qui quanta scripserit. si memorarem esset incredibile, sed inter, alia miranda supra.

xxij.libros περὶ τῶν ἀνατομικῶν, quorũ magnam partẽ hẽt illustris Antonius Vicecomes musarũ amantissimus. Galenus antẽ quo tẽpore fuerit ita scribit li.i.magnę ano tomię. ἀνατομικὰς ἐγχειρήσεις ἔγραψαμεν, καὶ πρόσθεν, ἡνίκα τὸ πρῶτον εἰς Ῥώμην ἀνῆλθον ἀρχὴν ἠργμένου τοῦ καὶ νῦν ἡμῖν ἄρχοντος Ἀντωνίνου. et multa alia,quę scribit de se ipso ibidẽ Galenus,non autem Galienus.

Medicinale adiectiuum,quod ad medicinam pertinet, vt herba medicinalis.Medicinalis vero digitus dictus est mi nimo proximus,vt inquit Macro. Quoniam neruus qui dam de corde natus pergit, vsq; ad digitum manus sini strę.Ob quam causas nouus nuptus huic digito,tanq̃ cor dis vicario suę sponsę imponit annulum.

Medicabile,cui adhiberi medicina potest.Oui. Hei mihi ꝙ nullis amor est medicabilis herbis.

Medibile idem, quod medicabile.Fe. Medibile.medicabile.

Medicamentarius,qui medetur.Ply.li.xix.Sectiui duo gene ra, hoc herbacium , folio incisuris eius euidentibus quo vtuntur medicamentarij.

Medicamentarius,a,um,quod ad medicamentus pertinet. Idem li.xvij.Herbariam et medicamentariam.s.artem.

Meditrina,pe.pro.medicamentorũ dea cuius sacra etiã me ditrinalia dicebãtur,de quibus paulo supra.

Medipontus instrumentum funarium apud Catonem.

Medulla, dicta est,ꝙ in ossibus media sit.Hinc Emedullo, as,quod est medullam extraho.Ply.De lymonio.Item gra ueolentiã alarũ emendat,radicis emedullatę vncia in vi ni falerni heminis tribus decocta.Per transla.sigt declaro. Pla.Narra iam rem nobis omnem atq; emedulla.

Medullitus,pe.pro.aduerbiũ est.et significat ex intimo,vel intime.Var.Medullitus aquiloniam seruat frigedinem.

Meduacus Venetorum fluuius qui nunc vulgo Brenta dr̃. Nam hostia Padi.Ply.scribens,hęc ait.Proximũ portũ facit Brondulum,sicut Edronem Meduaci duo, et fossa clodia. Stra.scribit Meduacũ vocari,et portũ, et fluuiũ. Idem su pra Venetos Carnorũ, et Meduacorũ fuisse gentes tradit. Vide Plynium in initio primi voluminis.

Meditor,pen.cor.quasi medio animo verso, hoc est cogito Hiero.ex hoc loco intelligimus non solũ Herodem,sed sa cerdotes,et scribas eodem tpe necem domini fuisse medita tos interdum meditari est cogitando inuenire.Teren.in And.Venit meditatus alicunde ex solo loco. Interdũ exer cere.Vir.Agrestem tenui meditabor harundine musam.In de meditatiões Romanorũ dictę sunt conflictus sine san guine,et omnes artes authore Vegetio. in meditatione cõ sistunt.Interdum Tendere.Virgili.Nec lupus insidias pe cori,nec retia ceruis Vlla dolum meditantur amat bonus ocia Daphnis. Dicit et meditor, quasi melitor. Nam greci μελετάω meditor dicunt,L,enim,pro D,inuicẽ sibi cedũt, vt sella,pro sedda.Virgi.Syluestrem tenui musam medita ris auena,quod est quasi militaris,quasi dulce canis.Repe ritur etiam hoc verbum in passiua significatione.Teren. in Phor . Meditata sunt mihi omnia mea incommoda. Hiero.in psal.Anni tui,sicut aranea meditabuntur.Huius composita sunt Pręmeditor.Inde immeditatus participi um,sine verbo,non meditatus.Ci.li.i.Offi.Id sẽ in foro op time iam immeditatum facere quod etiam tum poterat domi,cum laude meditari.

Meditatorius,a,um, quod meditari solet.Hier. Quale illud ieiuniũ est, aut qualis illa refectio post ieiuniũ,cũ pridia nis epulis distendimur,et guttur nostrum meditatorium fit latrinarum.

Mega gręce, latine magnum.Vñ Megaron domus ampla.

Megadorus,pe.pro.latine magna donans.

Megaron.Vide in Mega .

Megalophron,magna sapiens,magnanimus.

Megalopsychus,pe.cor.magnanimus.

Megalopsychia magnanimitas.

Megaloprepia magni decentia,vel munificentia , quę in ter magnos viros versatur,magnusq; in rebus, ab indo ctis magnificentia,quę species est fortitudinis.

Megaloprepos,qui magna pro dignitate munerat.

Megalesia,dies,qui dicatus erat magnę matri deorum ceri monijs dictus.Ludi quoq;,qui celebrant ante templuz in ipso magnę matris deũ ꝯspectu,et Megalesia dicebantur, ẽ ludi megalenses.Liui.M.Iunius Bru.ędẽ magnę matris deũ in palatio dedicauit , et ludos ob eã dedicationẽ fa ctos megalesia appellauit, μέγα enim magnum dicitur.

Megistanes,dicuntur proceres primatesq;.Nam μέγιστος, la tine dicitur maximus. Cor.Taci. Simul consilio terrorem adducere,et megistanas armenios,qui primi à nobis defe cerant,pepulit sedibus.

Megara,pe.cor.vrbs iuxta Isthmũ,media inter pelopõnen sem Atticã,et Bęotiaz dicta à megareo Apollinis filio. De hac sunt ẽ megara Sicilię vrbs.Inter Catanam et Syracu sas,quũ prius Nybla vocaretur,vt ait Stra.Vir.in.iij.Æne. Pantagię megarosq; sinus, Tapsumq; iacentem . Sunt et alię vrbes hoc nomine,vt in thessalia ponto illyrico et in Sicilia,quę antea hylle dicebat.Est et nomẽ mulieris Cre ontis filię,et Herculis vxoris.Quo etiam noĩe est mons in Sicilia vbi apes multę.Licet,et megara,orum,legatur.

Megareus,a,um,nomen patrium,ꝙ est trissyllabum.

Megaris,idis,regio in Achaia,à qua Bulbi megarici, quos celebrat.Ca.Colu. Iam megaris veniant genitalia semina (bulbi.

Megęra,cum diph.in pe.furia infernalis.Nam megęro odi,siue inuideo latine denotat. Claud. Improba mox surgit tristi de sede megęra.

Megabizi,siue megalobizi,dicebantur Ephesię Dianę sacer dotes,quos Eunuchos esse oportebat.Vnde et pro imbelli bus, ac mollibus poni cõsueuerunt.quales sunt spadones. Quin.li.i.Artifices clarissimi,cum corpora,quę speciosissi me pingendo,fingendoue effingere cuperent, nunquam tamen in hunc ceciderunt errorem,vt Bagoum,aut Me gabizum aliquem in exemplum operis assumentes sibi, sed Doryphorum illum aptus vel militię,vel palęstrę alio rum quoq; iuuenum bellicorum et athletarum corpora decorare existimarint.

Mehercle,iusiurandũ significat per Herculem.Cice.in Ora. Magis probat,me hercule,quam me hercules.

Meio,is,tertię coniugationis, in quo i, ponitur loco conso nantis,significat vrinam emitto.Iuue. Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.

Mel à gręco fit μέλι. Sunt qui dicant mel esse cęli sudo res Alij syderum saliuam.Alij purgantis se aëris succum. Constat sanè ex aëre decidere syderum , maxime exortu sublucanis tẽporibus , itaq; cũ prima aurora folia arborũ melle roscida inueniuntur.Mel vernũ dicit anthinũ,mel ęstiuũ vocat horeũ.Mel qđ per se fluxit acitũ.Mel sylue stre ericeũ ab Erica frutice , q̃ Sisarũ et noĩant. Folia hẽt Tamarici similia.Acraton mel purũ, atq; integrũ, quod neq; acescere cępit,nec vllum passum est vitium.

Melculus diminutiuum,quo vtimur blandiendo.Plau.Me um corculum,meum melculum.

Mellarius,qui mellis opus exercet.Var.Ad extrema,qua mel larius fauum eximere possint opercula imponunt alueis.

Mellarius,a,um,qđ ad mel pertinet.Ply.Vasa mellaria, aut fauos aqua lauari pręcipiunt.Hęc etiã Apiaria dicuntur.

Melliturgus,idem,quod mellarius,qui mellaria exercet. Sic enim interpretatur.Var.li.iij.de re Rusti.

Mellificũ,Mellis factio.Var.Sed vt hoc aptissimum ad sa nitatem apium,sic ad mellificum thymum.Idem. Quod ad mellificum bonum vehementer prodest.

Mellatio,mellis vindemia,cum mel eximitur.Ply.Hęc ergo mellatio sine vindemię,et vergiliarũ.Idem. Æstiua mella tione decimam partem apibus relinqui placet.

Mellatiũ, mustũ, q̃ sapam appellamus,vt inquit.Nonius.

Melleus,a,um,quod ex melle est,vt melleus sapor.Aliquan do sumitur pro dulci,vt vox mellea.

Mellitus,a,um,pe.pro.quod est melle conditum.Var.Et fa ui melliti intus ponendi à faucibus longe.

Mellifluus.

Mellifluus, ua, uum, ex quo fluit mel, vel fluere videtur, hoc est dulce, iucundum, vt melliflua oratio.

Melliloquus, pen. cor. qui dulce loquitur. Cice. Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.

Melica genus leguminis sicut vulgo appellatur quę panniculas, siue lobas ad spẽm milij producit colore rubido.

Melligo, pe. pro. succus è lachrymis arborum, siue florum, quẽ apes deuorant, postea ad alueos regressę euomunt opaq́; ꝓponunt. Ply. Primũ itaq; fauos construunt, ceras figunt deinde sobolẽ, postea mella. Ceras ex floribus, melliginem è lachrymis arboꝝ, quę glutinũ pariunt salicis, vlmi, harundinis succo, gummi resina. Ponitur et ꝓ quocunq; succo florescentis fructus adhuc atq; immaturi.

Mellonia mellis dea à Romanis putabatur.

Mellifico, mel facio à quo mellificus, et mellificatio. Col. li. x. Vt ab opere mellifico euocatę apes foetibus expleant.

Melliũ, collare canũ, hoc est cingulũ circum collũ ex corio firmo, melum verum cotoneum malum à veteribus dr̃.

Melia arbor quę fructum suauissimum producit.

Meli gręce latine mel, à quo per ꝓpositionem descendunt.

Melimela vtrobique per simplex l, dñr poma mustea, siue dulcia, q̃si mel, et pomuз. Nã μέλι mel, et μῆλον malum ꝙ mellis saporem habeant, seu à celeritate nascendi denominata sunt. Var. Quę antea mustea vocabant, nunc melimela appellant. Eadem vulgo nana vocantur à paruitate arboꝝ, in quibus producuntur. Ply. libro. xiiij. Quę nunc melimela dicuntur à sapore melleo orbiculata ex figura orbis. Mar. Infanti melimela dato fatuasq́; mariscas. Nam mihi, quę nouit pungere chia sapit.

Melomeli (vt Col. li. vi. inqt) vocat, cũ mala maturissima integra, sine macula in lagena in melle submerguntur.

Mellitetes, pe. pro. genus potionis dulcis ex melle, et musto dictas à mulso. Fit enim ex melle, et musto, hoc est ex cõgio mellis, et quinq; congijs austeri musti, et cyatho salis feruefactis. Quo nomine etiam dictus est lapis, qui succuз remittit dulcem mellitumq́; tusus, et cerę mixtus eruptionibus pituitę maculis corporis medetur.

Melicratõ, pe. cor. mulsum vinum coctum, cum melle, μέλι enim mel, κρατὸν potens, quasi potens vinum dicitur.

Melicęris, idis, et melicęria, cũ diph. à cęra, et melle nomen accepit, tuberculum mellis crassitudine in cubitis, et genibus, interdum alijs quoque partibus, et in ore ipso, et in capite, quod ita noĩatur, ꝙ humor in eo melli similis includitur, nec pressum renititur, vt id, qđ Gangilion, siue Ganglion appellant in eadem parte sed molle, cędensq́;. Ply. Melilotus deferuefactus in vino dulci peculialiter cõtra melicęridas efficax, hoc etiam noĩe Fauus appellatur.

Melilotos, pe. pro. Gręce. n. μελίλωτος quasi dulcis, et mellea lotos. Est ãt Lotos herba ĩ Ægypto, siue arbor, de qua supra. Oui. Pars thyma, ꝑs rores, ꝑs meliloton amant. Sũt qui dñt melilotõ esse florẽ plantę ĩ quo ẽ lunaris figura.

Melitones, pe. ꝓ. vbi apes nutriunt. Var. Melitonas ita facer̃ oportet, q̃s alij melitrophia appellant. Eadẽ q̃dã mellaria.

Melitrophia, idem ꝙ melitones.

Melisones, q̃ et mellarij, et meliturgi, opus mellis exercẽtes.

Mellissus ꝓprium nomẽ regis Cretensis antiq̃ssimi, q̃ primus dijs sacrificauit. Cuius filię Melissa, et almathęa fuerunt.

Melissa filia melissi, q̃ cum Almathęa sorore Iouem lacte caprino, ac melle nutriuit. Col. li. x. Nec sanè rustico dignus est sciscitari, fuit ne mulier pulcherrima specie Melissa, q̃ Iupiter in apem conuertit. Ælianus lib. ij. de proprietatibus animaliuз. τὸν βασιλέα αὐτῶν αἱ μέλιτται πρᾶον ὄντα, καὶ ἥμερον καὶ ἄμεμπτον, καὶ ἀκέντρον, ὅταν αὐτὰς ἀπολείπῃ μεταθέουσί τε καὶ διώκουσι φυγάδα τῆς ἀρχῆς ὄντα.

Melicerta, Iunonis, et athamãtis Thebaꝝ regis filius q̃ se in pelagus mersit, et miseratione deoꝝ in Portunũ ꝯuersus ẽ, q̃ Palęmõ ẽt dr̃, ꝓ deoq́; à gentibus habitus est.

Melina, vt Fes. ait genus tibię acutissimi soni. Est et genus vestis apud Plau. in Epi. à colore qui medius est inter album, et fuscum. Vel à Melo insula, vnde afferebat. Iul. Pol. Candicantia in primis habebant vestimenta peregre venientes, vel phęa, vel melina, vel Glaucina.

Melite, es, siue melita, ę, pe. cor. insula inter Italiaз, Epirũq́; posita. Et, vt scribit Stra. ante Pachinũ sita. Vnde melitęi canes paruuli olĩ in delicijs foeminaꝝ. De hac Oui. Fast. Fertilis Melite. Est et vrbs hoc nomine Chartaginensium colonia. Diodo. Refert in melita insula preciosam tenuitate, ac mollitie telam fieri. Cice. in Ver. acti. iiij. Vestem, et textrinum melitem se noĩauit. Illud obiter annotandum duximus hanc esse, quę capite. xxviij. in acti. aposto. Mitylene scribitur. Quomodo fieri potest, vt Mitylene sit, quũ mitylenę in Ægeo mari sit. Pau. vero, et qui cuз eo erant in naui preter nauigantes Cretam postmodum penè in syrtes inciderent, nauigantesq́; in hadria tẽpestatibus acti, vix demũq; in hãc ipsaз insulã euaserint. Pręterea exemplaria gręca, q̃ nõ mitylene, sed melite hñt.

Melitęus, tęa, tęũ, nomen possessiuum, vt Canes melitęi.

Melitensis, et hoc melitense idem signt, vt melitensi telo.

Melo, nomen fluuij, qui et Nilus, et Geon appellatus est.

Melos, gene. neu. et tñ indeclinabile. dicitur cantus suauitas, vel dulcis modulatio. Persi. Cantare credas pegaseium melos. Hinc multa deriuantur, de quibus mox.

Melos, gene. fęmi. insula est Cretę adiacens, necnon et vrbs in eadẽ insula. Sita Melos insula inter Cretam, Peloponnesumq́; interuallo ęquali sita, à peloponneso promontorium scyllęum, à Creta Dictineum habens.

Melodia, cum accentu in pe. dulcis cantus, siue melleus.

Melodes accipit pro mellico dulcia carmina cãtante. Sido. Proculus melodes insonare pulsibus. Augu. li. Medita. Melodam orationem dixit pro armoniacis concentibus.

Melicus, pe. cor. à melos idem, quod musicus. Vnde poëtę lyrici, melici dicti sũt. Auso. Tu melicos, lyricosq́; modos. Censori. de natali die poëticam cognominat melicam, cum poëtica, veluti legitima musica licentior, magisq́; modulata innaluerit. Vnde omnes poëtas generali epitheto mellicos appellare possumus.

Mellisophilos herba, quam Boracum vulgus vocat.

Melilotũ flos plãte coloris paleę, ĩ quo est lunaris figura.

Melina, vt author est Festus genus tibię acutissimi soni. Est et genus vestis apud. Plau. in Epi. à colore, q̃ medius est inter album, et fuscum. Vel à Melo insula, vnde afferebatur. Iul. Pol. Candicantia in primis habebant vestimẽta peregre venientes, vel phęa, vel melina, vel glaucina.

Melinus color in floribus luteũ signt. Nam à melo insula melinũ ꝓ cãdido accipit, quod est pigmentũ candidum qđ ibi fiebat laudatissimũ. Plau. in Mus. Neq; cerusam, neq; melinũ oportet attingere. Quidaз tñ melinũ colorẽ volunt esse mediũ inter album, et fuscũ, q̃ dr̃ Giluus.

Melitus, pe. pro. nomen fuit accusatoris Socratis.

Meleneę, oppidum in Arcadia à Meleneo Lychaonis filio inter Heream, et Megalopolim.

Melã, latine nigꝝ, q̃ ĩ ꝯpositione vtimur, melõ onis vo dr̃.

Melancholia cũ accentu in pe. latine dr̃ nigra colera, hoc est atra bilis, quę sępe in furorẽ agit hoĩes. Gręce μελαγχολία. Hinc melancholicus, qui nigram bilem habet.

Melancholicus. Vide in Melancholia.

Melampodion, genus nigri hellebori à Melampode quodã, qui eo vti in diuinationibus solebat, vel à pastore eiusdem nominis, qui primus hanc herbam inuenisse dicitur, dum capras eo purgari animaduertit.

Melamphillon herba vrbana, et topiaria crepidines marginum vestiens.

Melamphillis insula in Samothracia, et Samos ipsa dicta est melamphyllos.

Melanthion, nigella herba.

Melanthius nomen viri, qui cum Gorgię inimicus esset, dixit, Hic nobis de concordia pręcipit, qui tres in vna domo concordare non potuit.

Melancoryphus auis, quę et Ficedula. Sed ficedula dicitur tantum autumno ab edendis ficis. Alijs temporibus

melancoryphus, ꝙ κορυφὴν μέλαιν, hoc est verticem nigrũ habeat, latine Atricapillam dicere possumus, mutat. n. formam, et colorem. Parit supra viginti semper numero impari, vt inquit Aristoteles.

Melampus est in tertio Europę sinu. Et est nomen viri ꝓprius. Amynthaonis filij prima argo ꝗ vate fuit herbarię artis peritissimus.

Meleager, et meleagrus, fuit Oenei Ætholię regis filius.

Melisphyllon, herba, de qua Virgi. lib. iiij. Geor. Trita Melisphylla, et cerinthę ignobile gramen. Quidam Apiastrum dicunt, vt Var. lib. iij. de re rusti. Dicta melisphyllon quoniam eius folia mel sapiunt.

Melanurus, pe. cor. piscis ex eo dictus ꝙ nigricantem habeat caudam, et inter saxatiles numeratur. Enni. Melanurum, turdum, merulam, tymbramq; marinam.

Melipecta, cibaria mellita qualia sunt, et bellaria.

Melizomum, pe. pro. conditum vocat. Apitius ex mellis despumati mistura confecta.

Melonomus, pe. cor. Ouium pastor. Nam μῆλα, et poma et oues significat.

Melas, ę, fluuius Mygdonię. Alius Sicilię. Alius Cilicię. Alius Thracię. Alius Bęotię. Itẽ mons foelicis Arabię Melas dr̃.

Meles, is, et etis, fluuius propè Smyrnam.

Melis, seu melius aĩal, qui et Taxus, siue taxo, ꝙ sit mellis auidissimus, et aluearibus semper infestum in cauernis viuens, asperũ, mordaxq;, magnitudine vulpis, colore felis, ex cuius pelle pharetras, et canũ collaria obtegũt. Var. Ne vulnerent canes à bestijs ĩponunt collaria, ꝗ vocantur melium. i. cingulum circa collũ ex corio firmo, cũ clauis capitatis. Ply. Hãc eẽ melibus ĩ metu solertiã, vt sufflata cute distincte ictus hoĩum, et morsus canum arceant.

Meleagrides gallinę affricanę. Ply. li. x. Simili modo pugnãt meleagrides in Bęotia Africę, hoc est gallinarum genus gibberum varijs conspersum plumis. Alij autem meleagrides à numidicis separant.

Melegina insula in mari Adriatico adiacens Dalmatię, vt Ptolo. lib. ij. refert.

Melibęus cum, oe, diphthon. nomen pastoris dictus, ꝙ bouis curam habeat.

Melibęa, litoralis vrbs Magnesię, vel ẜm aliquos Thessalię, patria Philoctetę Pęanthis filij, à qua Melibęus, bęa, bęum. Est etiam hoc nomine vicus in mari Laconico.

Melon, μῆλον. pomum gręci nuncupant, μῆλα. Hinc ambiguitas nominis dixit fabulam de malis aureis.

Melota, tę, et melote, es, pe. pro. dici potest pellis ouina, ὄϊς, enim ouis dicitur, vt est apud aposto. Circuierunt in melotis, et pellibus caprinis.

Melioresco, melior fio. Col. lib. ij. Napus deuexam amat, et siccam, tenuiq; ꝓpiores terram, atq; glareosis fabulosisq; aruis melioresccit.

Meloëssa insula ex syrenis vna, non tam à pomorũ, quam à pecoris abundantia dicta.

Melpomene, pe. cor. vna ex musis. Vide in Musa.

Membrum, ꝑe dr̃ caro artus tegens. Vñ membrana superior mẽbri pars, hoc est pellis ipsa ꝗuis et ꝓ singulis corporis partibus ponat, vt manus pes, auris mẽbrũ dr̃, membrum, si absolute ponit, ꝓ virili mẽbro. Apul. Steterũt mẽbra ꝗ iacebant antea. Membra principalia sunt cor, cerebrum iecur. Sumitur etiam pro parte cum ad inanimata transfert. Vñ quę gręci cola latini membra dicunt. Quomodo aũt differat membrum ab artu. Vide in dictione Artus. A membrũ fiũt adiectiua Bimembris, Trimembris, Quadrimembris, hoc est duarum, trium, quatuor partium.

Mẽbrosus, sa, sum, qđ hꝫ grossum mẽbrũ genitale. Vñ carmine obscęno. Si rubet hortorũ custos membrosior ęquo.

Membratim aduerbium significat per membra singula.

Mẽbraneus, a, um, qđ ex mẽbris ẽ. Vlpi. de lega. Quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel ẽt eboreis.

Membrana, nę, pellis superior, quę et ꝑgamena charta dicta, ꝙ tracta sit de mẽbris aĩalium, in quorũ tergoribus primum ab vno latere scribi cęptum, deinde ab vtroq; derasis pilis. Earũ vsus Pergami regnante Eumene inchoauit, postea pergamena vocata, vbi Pergami rex Attalus Romã misit multitudinẽ mẽbranarũ, vt penuria chartę pellibus pensaret, Vnde pergamenarũ nomen ad hanc vsq; diem tradente sibi inuicem posteritate, seruatum est. Differt aũt charta à membrana. Nam (vt inquit Victorinus) Foliorũ alia de chartis sunt, alia de membranis. Ergo membranę pelliceę sunt et pergami primum inuentę. Vnde et ꝑgamenę. Chartę autem ex papyro olim in Ægypto fiebant, vt Ply. ostendit, apud nos de centonibus certo quodam mõ maceratis, et glutino concretis formant. Chartam ex papyro in victoria magni Alexandri inuentã scribit Varro, antea palmarũ folijs scriptitatum fuisse, deinde de quarũdam arborum libris, postea publica monumẽta plumbeis voluminibus, mox et priuata linteis, et schedis confici cępta. Ptole. autem chartas Eumenes vero membranas, cum vterq; eorũ maximas haberent bibliothecas, inuenerũt, qui fuerunt reges Pergami. Sed ꝯtra Varronis sniam de chartis ait Cassius hemina. Mar. Terentium scribam agrũ suum in ianiculo repastinantem inuenisse ait arcam, in qua Numa rex situs eẽt, ẽ ĩ ea libros eius ẽ charta scriptos. Sed Numã pluribus ętatibus, ante Alexandrũ fuisse ꝯstat.

Membranulũ diminutiuum à membrum. Apul. lib. vi. Verum coruinum asini crassum sed hirundinis tenuem circundedit membranulum.

Membrari significat per membra formari, quo verbo vtitur Censorinus.

Membratura, est membrorum positura.

Memor generis oĩs ẜm Prisci. ẽ à memini fit. Cuius ꝯtrariũ est Immemor, dicimusq; memorem, qui recordat, vt memor sum tui in me officij, cum autẽ de alijs rebus dr̃, vt cũ dicimus rem memorẽ, sigt, cuius nos memores sumus. Virgi. Senę memorem Iunonis ob iram. Hor. lib. car. Siue puer furens Impressit memorem dente labris notam, hoc est tam vehementem, vt non facile excidat memoria.

Memoria, vt inquit Cice. lib. i. ad Hęren. Est firma animi rerum, et verborũ dispositionis perceptio. Teren. in An. In memoria habeo. Vbi Don. Plus est, ꝗ si dixisset scio. Nam quę scimus possumus obliuisci. Quę vero memorię cõmendamus nunꝗ amittimus. Aliqñ memoria pro antiquitate ponitur. Pacuuius. Perq; nostram egregiam humanitatem, quam memoria firmauit.

Memoriter aduerbium, significat quod imperiti dñt mentetenus. Cice. Qu. Mutius augur Scęuola multa narrare de. C. Lelio socero suo memoriter, et iucunde solebat.

Memorabile, quod est dignum memoria. Col. in pręfa. Cũ tot alios romani generis intuear, memorabiles duces. Cic. Cum accepissemus à patribus maxime memorabilẽ. C. Lelij et Pub. Scipionis familiaritatem fuisse.

Memoriale, quod in memoria haberi debet.

Memoriosus, sa, sum, quod est multę memorię.

Memoro, ras, pe. cor. ad memoriam reduco. Quod et memoror depo. significat, vt est illud Memorare nouissima tua, et in ęternum non peccabis. Aug. Genitiuo iunxit. Sed memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem. Interdum memorare est dicere, narrare, seu exponere, recitare. Liui. li. i. Herculẽ in ea loca Geryone interempto boues mira specie abegisse memorant. i. dicunt. Virg. Musa mihi causas memora. i. dic, expone. Interdum numerare. Plaut. in Am. Ibi nunc meus pr̃ legiones hostium memorat. Huius cõposita sunt Cõmemoror, et rememoror, quod est in memoriam reduco. Hier. Rememoror, vsus, est apud apostolum Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis.

Memoratus, us, idem, quod memoratio. Salu. incredibile memoratu est.

Memini, à Meno antiquo verbo fit, quo veteres vsi sunt pro recordor, et in mentem reuoco à quo prima syllaba geminata, fit pręteritum memini, sicut à pungo, pupugi

requiritq;

requiritq; gtm̄, vel actm̄. Teren. Faciam, vt meiq;, et huius diei, ac loci semper memineris. Cice. Omnia, quę curant senes meminerunt. Sed cū significat mentionem facio recusat actm̄, postulatq; abltm̄ cū prępositione de, vel gtm̄. Quin. De qbus multi meminerunt. Idem. Neq; omnino huius rei meminit poëta ipse. Iungiturq; tm̄ cū prępterito infinitiui, q̄ cum pn̄ti. Virg. Namq; sub Oebalię memini me turribus altis. Coryciū vidisse senem. Idem. Cantando puerum memini me ↄdere soles. Cice. Appio. Ad me adire quosdam memini. Huius compositū est. Cōmemini. Gel. lib. ij. Sic multo ante Pacu. aquam flauā dixit, et fuluū puluerem. Cuius versus, qm̄ sunt iucūdissimi libens ↄmemini.

Memphis, vrbs ęgyptia, regia, magna, et populosa secunda post Alexandriam, vbi fuerunt Pyramides regum sepulturę ab Ogdoo rege ędificata ambitus sta. cl. Cuius filia Mēphis ei nomen dedit, cum qua Nilus concubuit sub imagine tauri. Hęc portuosissima est, vbi Nilus scinditur in plures partes, et Δ formam facit.

Memphitis, et hoc memphite, pe. pro. quasi patronymicum. Tibul. Barbara memphitem plangere docta bouem. Inuenitur etiam memphitides. Iuue. Annę aliam terra memphitide sicca inuidiam facerent nolenti surgere Nilo.

Memphiticus, tica, ticum. Mar. Dat chartis habiles calamos memphitica tellus.

Memphei populi memphim habitantes. Vide in Taphnis.

Mena apud Romanos fuit dea, quę menstruis fluoribus pręesse putabatur. Quo etiā nomine dictus est piscis quidam breuis, qui hyeme candidus, ęstate nigrior fit. Ci. de fi. Qui voluptatem contēnunt eis licet dicere se accipenserem menę anteponere. Mar. Et candam cybū, breuesq; menas. Hūc piscem etiam Alecē dici posse quidā putauerunt. Nōnulli tamen hoc nomen cum diph. scribi debere pręceperunt.

Menalippus Tidei fuit interfector, cui caput ante obitum corrosit Tideus ex rabie, qui apud Sta. ita vociferatur. Caput ó mihi si qs Apportet Menalippe tuū. Fuit ē alter Menalippus Tidei frater, quē Tideus in venatu fert pemisse ob idq; fratricidiū exulasse. Fuit et alter Menalippus Troianus, q ꝓ vtute pręstaret à Priamo filij loco amatus fuit. Menalippa Amazonū regina, q̄ vicit Hercules, eiq; ablato balteo salutē dedit. Est ea menalippa fabula gręca à Menalippa de luctū nomen. De qua Iuue. Syrma, vel antigones, seu personam Menalippes.

Menappij populi, q ad vtrāq; Rheni ripam habitant iuxta Neruios, sed ad mare ꝓximi, q hodie vocant Geldrenses.

Menceps, mente captus.

Menda, et mendū pro errore. Cice. Cecinnę. Nā cum mendū scripturę litura tollatur. Oui. Mendę nocte latent. Hinc mendosus, sa, sum, quod est erroribus plenū. Hinc et Emendo, as, de quo supra, et Remendo, as, qđ est rursus mendas tollo. Colu. li. iiij. Quidam flagellum totum, sicut erat matri detractum crediderunt sationi conuenire, idq; per gemmas quinas, vel etiā senas partiti compluris tale oleaster remendauerunt, quod ego minime probo.

Μενθέας ποταμὸς, de quo Eust. ita scribit in Diony. libyco. ἰστέον ὅτι ὁ ἴστρος ποτὲ μενθέας ἐλέγετο κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶσσαν ὁ νῦν, καὶ δάνουβιος λέγεται παννονίας μέγιστος ποταμός.

Mendatium, vt inquit Augu. est falsa significatio cum voluntate fallendi. Vide in dictione Mentior.

Mendaciloquus pe. cor. qui loquitur mendatius. Augu. li. ij. ad inquisit. Ianuarij. Intendentes doctrinę dęmoniorum in hypocrisi mendaciloquorum.

Mendaculum, dimi. paruus error. Cice. lib. de Ora. Quod tamen est mendaculis aspergendum.

Mendax qui frequenter dicit mendacium, quod nomen Augu. li. ij. soli. à mentiendo deriuat. Illud aūt, quod mendax voco à mentientibus fit, qui hoc differūt à fallacibus ꝓ oīs fallax appetit fallere, non aūt oīs vult fallere, qui mētitur. Nam et mimi, et comedię, et multa poëmata mendaciorꝫ plena sunt, delectandi potius, q̄ fallēdi voluntate. Et oēs ferè, qui iocantur mentiuntur, sed fallax, fallens, is recte dicit, cuius negociū est vt quisquis fallat. Illi aūt, qui non id agūt, vt decipiāt, sed tamē aliqd fingūt, vel mēdaces tm̄, vel sine hoc quidē mentientes tamē vocari nemo ambigit, ē, vt dicas, quod sentio mendax est mala dictio, pessima vero fallacis quod is verbis amplectit phalaris in epistolis. οὕτως ὅιδα, καὶ λυκῖνον, πόρνον μὲν ἐν παισί. λάγνον δὲ ἐν νέοις. μοιχὸν δὲ, ἐν γυναιξίν, ἀκόλαστον δὲ, ἐν νόμοις ἀσελγῆ δὲ, ἐν ἡδοναῖς. ἀργὸν δὲ, ἐν εἰρήνῃ. λειποτάκτην δὲ, ἐν πολέμοις. A mendax fit comparatiuū mendacior, mendacissimus, et mendaciter aduerbium.

Mendix, apud Oscos, nomen est magistratus.

Mendicula vestis à mendico siue à mēdice qui magistratus nomen est, vt inquit Fest.

Mens dicta est quasi eminens. Est enī mens altior animi pars, q̄ etiā diuina percipimus. Oui. Mensq; deos adijt, et quod natura negabat, Visibus humanis oculis ea pectoris hausit. Vel ꝓ mene luna dicat ac vt luna auget ē minuitur, ita vt mens impeditior vel minus īpedita ab hac corporis mole. Vn̄ Amentes et dementes. Author Aug. lib. de spū, et anima. Vel potius. ἀπὸ τῆς μήνης τὸ σελήνης. quoniā mens ēt, si dormimus, nunq̄ quiescit. Quid sit mens Lact. li. vij. docet hoc mō. Primū non idē est mens, et aīa. Aliud est. n. quo viuimus, aliud quo cogitamus. Non dormientiū mens non aīa sopitur, et vt furiosis mens extinguitur aīa manet. Et ideo non excordes, sed dementes appellantur. Mens ergo. i. intelligētia, vel auget, vel minuitur pro ętate, aīa in statu suo semper est. Et ex quo tpe spirandi accepit facultatē, eodē vsq; ad vltimum durat, donec emissa corporis claustro ad suam sedem reuolet. Thales Milesius velocissimū inquit, oīum quę sunt est mens. Nam tantę celeritatis est, vt vno tpis puncto cęlū omne collustret, maria peruolet, terras, et vrbes peragret. Qui igitur mentē, et aīum idem esse dicunt, falluntur cum mens sit cogitationis, et cōsilij subtilitas quędā, certę rationis consentanea. Ideo amentes, et dementes dn̄r, qui nullo consilio vtūtur. Animus vero est vitę, et volūtatis fundamentum, hinc exanimes, et exanimati. Pla. in Cis. Exanimor, feror, distrahor, diripior, ita nullā mentē animi habeo. Et vbi sū, ibi non sum, vbi nō sum, ibi aīus est. Idem in Epi. Pauor territat mentē animi, neq; est, vbi meas collocē spes. Virg. Accipit in teucros aīum mentemq; benignā. Cic. li. iiij. Thuscu. Humanus aūt aīus deceptus est ex mente diuina cū alio nullo, nisi cū ipso deo (si hoc est fas dictū) cōparari pōt. Hic igit si est excultus, et eius acies ita curata, vt nec necet erroribus, fit perfecta mens. i. absoluta ratio, quod est idē, quod virtus. Teren. Mala mens, malus aīus. Ex quibus declarat animū, ac mentē differre. Ponitur tn̄ quandoq; mens pro consilio. Virg. Nostram nunc accipe mentem. Huius composita sunt amens, demens, vehemens.

Mente captus, pro amente accipitur, quemadmodū oculis captus pro cęco. Fest. Mēte captus dicitur, cum mens ex hominum potestate abijt. Demens ꝓ à sua mente decesserit. Amens ꝓ à mente abierit.

Millę substantiuū, et neu.ge.declinaturq̄; hoc mille,huius mille,hęc millia,hoꝝ milliuꝫ. Ideoꝗ genitiuo iungit.Cic. in Anto.Quis vnquam in isto inuentus est qui.L.Anto. mille nūmum ferret expensuꝫ. Quadrigarius li.iij.Anna. Ibi occiditur mille hoīum.Var.lib.vij. Reꝝ humanarum plus mille,et centum annoꝝ est. Reperit apud Luci.li.ix. Tū milli nūmum potes vno quęrere cētum, vno milli ꝓ mille,ac si diceret,potes mille nūmis acqrere centū millia. Plau.ī Mili.Qui mille annoꝝ ꝑpetuo Viunt,hoc est gręci χιλίους vocāt.Aliqn̄ mille adiectiuū est,ē tunc dicimus, mille homines,ē mille propugnacula,nec licet millia homines,quia substātiua nō cohęrent sine copula.Dicimus tamen decem milia,et ducenti homines,quod ita intelligitur,decem milia hominum,et ducenti homines.

Miliarius,rij,mille libraꝝ.Vñ Apri miliarij apd̄ Colu.dicebant mille libraꝝ,q apponebat in cęnis Roma.Sene.li. xxi.Epi.Nō magnā rē facis,ꝙ viueꝛ sine recto apꝑatu potes,ꝙ nō desyderas miliarios apros,nec linguas phęnicopteroꝝ,et alia portēta luxurię iam tota aīalia fastidiētis.

Milliariū,mille passuū spaciū,qd̄ ē miliū dr̄.Huius octaua pars stadiū vocat, passus ex qnꝗ pedibus,et singuli pedes ex sexdecim vncijs ꝯstant.¶Miliaꝝ ēt dr̄ vas ad coqndū accōmodatū.Ca.de re ru.Inter orbē, et milliariū vnus digitum interesse oportet.Palla.lib.i.Vas ęneum milliario simile.i.altū et angustū vespere iter aluearia collocemus, et in fundo eius ponamus lumen accensum.Et milliariū colūna aurea ī capite fori Romani in qua īcisę oēs vię Italię terminabant.Et hȇ milliariū Plynij, Tranqlli,Plutarchi atꝗ Taciti monumentis celebrat.In alio significato accipitur milliarensis porticus,et porticus milliarię.

Millepedia,vel millepeda,genus vermiculi,qui multo pedū agmine scatet,inquit.Hiero.contra Ioui. Coge Syruꝫ africum,et Arabē,vt vermes ponticos glutiat,ita eus aspiciet, vt muscas millepedas,et lacertos.

Millies aduerbiū ē,vt millies te vidi,sic decies,cēties,ē huiusmodi.

Millium genus,frugis,à mille dictum,ꝓpter multitudinē acinoꝝ.Mar.Frumētum,milium ptisanamq̄;,fabamq̄; solebas.Milium gręci κέγχρον, dicunt.Et miliū latine Minyum quo rubrica librorum insignibant.

Millium,siue milliarium, milliare dicitur.Liui.lib.ij. Alio itinere ad stationem nauium. Millia autem quatuordecim ab oppido aberant.

Millium indicum est,quod indocti Milicam uocant, qd̄ constat ex India aduectū.Huius culmos Lobas vocant.

Miliaria,auis dicta est, ꝙ milio pinguescat.

Millus collare canum venaticorum factum ex corio multis clauis ferreis eminētibus aduersus īpetuꝫ lupoꝝ.Scipio Æmilianus ad populum.Nobis(inquit)Reiꝗ publicę ꝑsidio eritis,q̄si millus cani.Dictus millus à multitudine clauoꝝ,hoc est à mille clauis, vel quasi melinus, ꝙ expelle aīalis melis ferè hęc collaria fiunt.Var.ne vulnerent canes à bestijs īponunt his collaria,q̄ vocant Meliū.i.cingulum circum collum ex corio firmo,cū clauis capitatis.

Miletus,pe.ꝓ.vrbs finibus ī finibus Ionię,et Carię,vt inqt Herodo . à Neleo ędificata q pylius fuit à Mileto Apollinis filio dicta.Ouid. Męnia constituit positoris hñtia nomen.Hac generosa vellera nobilitarunt. Vnde prouerbiū mansit.Milesia,stragula.Mar.Nec miletos erat vellere digna tuo. Hęc lelegeis antea et Anactoria dicta sup octoginta vrbium percuncta maria genitrix vbi oraculum fuit antiqtus bracidaruꝫ appellatum postea Apollinis didymęi.Ex Mileto fuerūt viri memoria digni Thales vnus ex septē sapiētibus qui primus physologię.et mathematicę author inter gręcos est habitus.Et Anaximander eius discipulus . Anaximenes , hecateus qui scripsit historiam. Eschines orator,non ille,qui cum Demosthene cōtendit, sed alter qui assumpta erga Pompeium nimia à licentia pariter in exilium missus est.Hinc et Timotheum musicum ortum ferunt et Pittacum philosophum.

Milo, proprium nomen viri Romani,à quo milonianus, na,num,vt Orō miloniana. Fuit alius hoc noīe athleta. Crotoniēsis, q taurum in olympico certamine ictu nudę dextrę occidisse dr̄ et sine fatigatione stadij spaciuꝫ supra humeros portasse , totumq̄; eo die comędisse. Est et milo nomen montis Indię , in quo hoīes aduersis plantis nascuntur octonos digitos in singulis pedibus habentes.

Miluus,et miluius vtroꝗ mō dr̄ auis rapacissima,à molli volatu,vt qbusdam placet.Vel factitio noīe à voce,quam facit.Oui.lib.iij.Fas.Iuppiter Alitibus rapere impat,attulit illa Miluius , ē meritis venit in astra suis.Ab huius auis similitudie piscis miluius dr̄, subiēs ī sūma maria,ē vadādo alioꝝ

do aliorum piscium pdam agens. Ponitur et p stella, in quã euersus dr. Vnde Oui. eodem lib. Stella Licaoniã vgit decliuis ad arctõ . Miluius hęc illa nocte videnda venit.

Milton à gręcis mynium dicitur alio nomine Milium.

Mimas, mons minoris haud procul à Colophone continuis obsessus vrbibus, vnde futurę tempestates pręsentiuntur, vt inquit Solinus. Est et mimas nomẽ gigantis. Clau. Occurrit pro fratre Mimaside monte. Oui. lib. i. Et tandez niuibus rhodope cantura Mimasq;, in hoc mõte sacra certamina qtannis baccho fieri solebãt. Suidas. μίμας ὄρος θρᾴκης, κλίνεται μίμαντος. περὶ τούτου καλλίμαχος ἐν ὕμνοις.

Mimallones, bacchę mulieres, à Mima Ionio mõte, vel à mimione, verbo gręco, quod imitor significat, ꝓ liberum patrem imitarentur, et ad eius imitationes cornua ferẽt. Hinc mimalloneus, a, um, Persi. Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. Hę quoq; bassarides et thyades, ẽ ogygides vocatę sunt.

Mimus, effictor latinę, qui vel intra, vel extra cęnam gesticulationes exercet imitaturq; dicta, factaq;, moresue hominum et naturas, quasi solus imitetur, à μιμέομαι, vt Diom. inqt, quod significat imitor. Histrio vero psonatus in cęna, comędias, ẽ tragędias voce, ẽ corporis gestu agit. M mi etiam dicuntur poëmata sine reuerentia lasciuiam imitantia, nam cum ẽ alia poëmata idem faciant. solus tamen Laberius poëta, quasi quodaz priuilegio, quod fuit ↄmune possedit Hanc fabularum speci ẽ latini vocãt planipediam. Oui. Scribere si fas est imitantes turpia mimos.

Mimographi, sunt scriptores poëmatis mimi, vt Philistio. et Laberius. Sueto. de Cęsare. Decius Laberius eques Romãus mimum suum egit.

Mimicus, a, um, pe. cor. à mimus fit sicut à satyrus, satyricus. Augu. li. v. ciui. dei. Et quasi satyrica vel mimica lenitate cohibeant suas nugas.

Mimisis μίμησις. latine imitatio morum alienorum. Alio nomine à gręcis dicitur ἠθοποιία.

Mina gręce mna libra, genus ponderis siclos. lx. habens, q faciunt obolos mille ducentos. Et hi mina librã vnam, ẽ semiuncias, et sunt solidi. lxxv. Prisca. Libra, vel mna grai drachmas habet. lxxv. Accipe pręterea patrio, quam nomine graij. Mnam vocitant, nostriq; minam dixere priores. Item mina dicitur ouis, quę habet ventrem glabrum.

Mine, arum, comminationes, et metus incussiones per verba, aut signa, et primam corripit. Sed pro pondere primã producit. Quandoq; etiã dicũtur eminentię, quas pinnas vocant. Virgi. Pẽdent opera interrupta, mineq; Murorum ingentes, minę etiam dicuntur oues glabre. Var. lib. de re ru. Exclusam surdam minam, idest vẽtre glabro.

Minor, aris, minas infero Et plerunq; accusatiuo iungitur. Cice. in Thuscu. Cui cum Lysimachus rex crucem minaretur. Et Minari eminere est. Virg. Geminiq; minantur in cęlum scopuli, Composita huius verbi sunt. Comminor, et interminor, quę habent pe. cor.

Mino, as, duco Fest. Agasones equos agẽtes. i. bene minãtes. Hiero. Minauit greges in interiora deserti. Apud antiquos etiaz pro minor ponitur, à quo minito, as, vt docet Priscia.

Minitor, sepe, vel impetuose minor. Plau. in Asi. Cur ergo minitaris te tibi vitam esse amissurum.

Minax, qui frequenter minatur. Virgi. li. iij. Geor. Primus et ire viam, et fluuios tentare minaces, Audet, et ignoto sese ↄmitere põto. Hic minaciter. Liui. li. ij. Minaciter fremũt.

Minerua disciplinarum dea q gręce Pallas dicitur. Et à minando, dicitur, qsi vim minetur. Aut à minuendo, vt inqt Cic. Vel ꝓ bene muniat. Hanc pagani pro sapientia ponebãt. Cornificius. Quod fingantur, pingaturq; militaribus armis. Hęc Ogigij temporibus ad locum, qui Tritonis dicitur, vt scribit Augu. Virginali fertur apparuisse ętate. De hac etiam in dictione. Pallas. Hanc filiam Iouis, ac virginem putarunt, ꝓ ẽ incorruptibilem aiunt esse natura et extremum locum vniuersi obtinere contendunt. Tritoniam vero appellatam quoniam ter in anno spatio, vere ęstate hyeme commutatur. Glaucopin, idest glauculam vocari dicunt, non quia glaucos habeat oculos, quod vinum ipsum denotat, sed quoniam aër visum animalibus prębeat. Et cum lanificium, et texturam, et alia multa artificiosa comperisset celebris dea appellata ẽ . et q oĩa eius ĩuenta, ex ui ingenij, atq; sapientię procedere videbãt locus fabulę datus est vt excerebro Iouis genita dicatur .

Mineral, seu Mineruale munus, à minerua deductum nomen. Et erat, quasi pręmium, quod dabatur pręceptori sicut cęna et huiusmodi, quasi magisterij merces in paucis diebus à scholasticis dari solita ante quinquatria per quos dies pueri vocabant. Oui. in fast. Nec vos turba feri cẽsu fraudata magistri, spernite discipulos attrahit alta nouos. Hier. i Epistola ad ephesios. Legant episcopi atq; presbyteri qui filios suos secularibus erudiunt literis, et faciunt illos comędias legere, et mimorum turpia scripta cantare de ecclesiarum sumptibus forsitã eruditos, et quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel quilibet pauper obtulerat. Hoc in literarum strenam et saturnalium sportulam, et mineruale munus grammaticus et rhetor.

Minos Cretensis. rex, q primus Cretẽsibus legẽ dedit. Hic cũ haberet vxorem Pasiphaën, et illa ex tauro genuisset minotaurum Dędalum, ꝓ bouem ligneam fabricasset, sub qua latẽs cum tauro vxor ↄcubuerat. psecutus Siciliã puenit, vbi à Cocali regis filiabus interfectus fuit, vt Aristo. Refert iuxta Camerinam vrbem, et apud inferos iudex animaꝝ factus est. Vir. Quęsitor Minos vrnam mouet.

Minoius, a, um possessiuum vt minoia Regna. Quo pacto autem iudex habeatur inferorum propter iusticiam, non video, cum violator fuerit hospitij, et raptor Ganymedis, et multa alia commisisse dicatur à vera iusticia non parum abhorrẽtia. Vnde Suidas, καὶ τὸν γανυμήδην θεασάμενος ἔρωτι αὐτοῦ ἔσχετο, ἐγκελευσάμενος δὲ τοῖς κρησὶν, ἁρπάσας τὸν παῖδα, ἐνέβετο εἰς τὴν ναῦν.

Minotaurus, ex Minoë, et tauro dictio composita, monstꝝ biforme de q Vir. li. vi. ęnei. ad Prĩ. Hic crudelis amor tauri suppostaq; furto Pasiphaë, mixtumq; genus, prolesq; biformis. Minotaurus inest. Veneris monumenta nefãdę. Hic labor, ille domus, et inextricabilis error. Magnum reginę, sed enim miseratus amorem. Dędalus ipse dolos tecti, ambagesq; resoluit. Cęca regens filo vestigia, tu quoq; magnam Partem ope in tanto (sineret dolor) Icare haberes. Bis conatus erat casus effingere in auro. Bis patrię cecidere manus, qn protinus omnia Perlegerent oculis etc. Vide illic Seruium.

Minus flu. Hispa. à colore pigmẽti, quo plurimum exũdat.

Mincius, Venetorum fluuius, ex Benaco lacu defluens, alium propè Mantuam lacum efficit, inde effluit in Padus, torrentibus maxime efficitur.

Mingo, is, minxi. ctum, vrinam facio . Vnde et Permingo Hor. Hũc perminxerunt calones, atq; caballi. Mar. Incipit in medios mingere verba pedes. Hinc micturio, et mictito, as, quod ẽ sepe mingo. Pris. Mictũ, micturio, et mictito.

Minus quandoq; comparatiuum est à paruum neutri generis, sicut minor mascu. et femi. Vt plus minusue, Aliqñ à paruum fit, non à paruum, vt habeo minus pecunię. Quandoq; aduerbium est, quod si positiuo iungatur, cõtrarię significationis comparatiuum demonstrat, vt Minus stultus. i. prudentior, minus prudens. i. stultior. Teren. in Eu. Hoc nemo fuit minus ĩeptus, idest aptior. Frequenter etiam accipitur pro non, presertim coniunctum, cum sin, et cum quo, quando significat, vt Sin. minus, idest non, quo minus, vt non. A' minus nomine fit superlatiuus minimum. A' minus aduerbio fit superlatiuum minime.

Minusculum, dimi. à minus. Var. ex hoc auiario vt sumantur idoneę excludantur in minusculum auiarium.

Minuatim, aduerbium à minus, quo modo à paulus paulatim. Aug. in interpretatione Psal. Deus Vltionum. Minuti ponas, sed cumulum inuenies.

Minimum, superlatiuum aduerbium est, minime vero ne

gatio est, quasi nequaquam, vt Minimum doctus, q pau-xillum est doctus. At minime doctus, qui prorsus indo-ctus est. Cice. lib.i.offi. minimeq; artes hę probandę, quę ministrę sunt voluptatum. Aliquando habet vim superla-tionis, non negationis. Cice.lib.i.offi. Omnis adhibenda erit cura, vt ea, etc. Minimum etiam pro aduerbio poni-tur, vt sit, quasi adminus. Var. Harum singula genera mi-nimum in binas species diuidi possunt. Sic minime su-mitur. Col.lib.i. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minime nouem, quę mensura, et ad procumbendum pecori, et iugario circumeundum laxa ministeria pbeat.

Minime gentium, aduerbium, pro eo, quod est omnium gē-tium iudicio minime esse faciendum. Alias ponit pro mi-nime, vt sit superuacua adiectio gentiū, sicut Vbiq; gētiū, qđ est vbiq; nusq̄ gentium, hoc est nusq̄, siue nequaq̄.

Minuo, is, ui, tum, minorem reddo. Ply. Radix cōmanduca-ta dentium dolorem minuit. Huius cōposita sunt, Com-minuo, quod est simul in frustra diuido. Lactan. Frange bat ipse panem minutatim carnemq; piscium cōminue-bat, et vtraq; in manibus eius augebant. Diminuo, diuer se minuo. Teren. in Eunu. Diminuam ego hodie caput tuum, nisi abis. Imminuo parum minuo.

Minutum participium, et nomen esse potest. Participium significat comminutum, hoc est nimis factum. Nomen idem est, quod breue. Cice. Reticulum ad nares admoue-bat tenuissimo lino minutis maculis plenum rosę. Ali-quando ponitur pro obscuro.

Minutatim sigt imminutissimas partes. Lactan. Panes mi nutim frangebat. Varro pro paulatim dixit lib.i. de re Rusti. Tum ita ad subigendū, vt minutatim assuefaciat, et vt tyronem, cum veterano adingant. Imitando enim facilius domantur.

Minutim etiam aduerbium imminutas partes significat. Col.lib.iij. Insequitur deinde fossor, qui crebris bidētibus equaliter et minutim soli terga comminuat.

Minutia, contemptibilis paruitas cuiuscunq; rei. Lactan. de ira dei. Hęc inquit per inane requietis motibus voli-tant, et huc, atq; illuc feruntur, sicut pulueris minutias vide mus in sole, cum per fenestram radios, ac lumē imiserit.

Minutia etiam dicta est porta Romę, à Minutio, ꝙ minu tij sacello proxima esset. Et Minutia virgo vestalis, quę propter suspitionem stupri viua defossa est.

Minutal, genus edulij, quod ex concisis minutatim hole-ribus fit, seu cum caro ceditur frustatim tessellatimq;.

Minurizo, idem, quod voce parua succino μινυρίζω .n. can tillo sigt, et modulate ꝯcino. Latini vō vertunt, y, in u, et dīt minurizo. Sido. lib.i. Epistolaꝝ Diluculo aūt philome la inter frutices silentē ꝓgnen inter aceres minurizentes.

Ministro, stras, seruio, porrigo, pręparo. Plaut. i Cur. Tu ta-bellas consignato, hic ministrabit. i. seruiet, ego ędas. Gel. lib.i. Idq; facile factu dixit, quoniam filij sua pocula in conuiuio regi ministrarent. Huius cōposita sunt admi-nistro, qđ vario modo ponitur. Col. in pręfatione. Vt his tantummodo diebus vrbanę res agerent, reliqs admini-strarent rusticę. i. curarent. Idē lib.iiij. Quia maior pars putationis, per id tempus administrat. i. agit, quo vitis, neq; folium notabile gerit. Aug.lib.vij. Confess. Sapientia mentes indigentes illuminās, nullo indigens lumine, qua mundus administrat, vsq; ad arboꝝ volatica folia. i. gu-bernat. Hie. ad Minores artes venias, et q̄ nō tā lingua, q̄ manu administrant. i. exercent. Subministro, subseruio, subporrigo. Lac.lib.v. Victū subministret getē somni dul (cissimā tribuit.

Minister, q ꝑuit, à q̄ ministerium fit.

Ministerium, ꝓe ministri opa est quis et ꝓ omni opatio-ne poni ꝯsueuerit, vt de rege latino Virgil. Mestusq; refu git foeda ministeria. Aliqn̄ ponit ꝓ ministris, sicut serui-tia ꝓ seruis. Paulus iuꝛconsultus ait Vrbica ministeria di-cimus ēt, quę extra vrbē nobis ministrare ꝯsueuerunt.

Minthos gręce latine stercus fimusq; dicitur.

Mintha herba quę postea mentha dicta est.

Minthę, mons, vt scribit Stra. dictus à Plutonis Pellice, quā Proserpina in herbam menthas mutauit. Huic Pluto do num amoris petenti virile mēbrum tradidit, quod à se mentulā noīauit. Sed vt Ply. inquit, menthę nomen sua-uitas odoris dedit. Gręci minthan nominauerunt.

Minthurnę, oppidum in Campania, habens ꝓpinquas pa-ludes, in qbus Marius delituit, fugiens ꝑsecutionem Syllę.

Minium dicitur id, quod à multis Cinnabaris vacatur, cum ꝓe Cinnabaris sit sanies draconis morientium, ele phantoꝝ pondere elisi, vtriusq; aīalis sanguine ꝑmisto. Nostri rubricā dicunt minium. Cice. ad Atticū. Cęra inqt, et minio, siue (quod idem est) cęra miniatula notare. Fo-dit miniū ex gleba subruso colorē, ē vitiat admixta calce.

Minyiarię, loca è quibus fodit minyium, sicut Aurarię, et argentarię. Et miniiaria dicuntur metalla, venęq;, i qbus conficitur minyium.

Minyiacus, ca, cū, quod est ex minyio. Victru.li.vij. Parietes passim expolitione miniiacia expoliebantur.

Miniio, as, miniio tingo. Ply. A censoribus in primis Ionē miniiandum locari. Vnde et miniiati libri dicuntur, cum literę maiores versicoloribus fiunt.

Minoidis dicitur luna habens cornua, nā primo post coi-tum tpe cum solis radijs illustrat spēm cornuū repn̄tat.

Miror, raris, proprie significat re aliqua, tanq̄ noua obstu-pesio. Virgil. Artificumq; manus inter se operumq; labo-rem Miratur. Et mirari est cum voluptate intueri. Idem Seu quis olympiacę miratur pręmia pugnę. Item mirar est nescire, quia, vt Do. inquit, admiratio ab ignorantia descendit. Plaut. Ne quis miretur, qui sim paucis eloquar. Teren. in And. Miror vnde sit. Sed cum dicimus, Ego mi-ror me, miraris te miratur se. Tunc mirari significat pla-cere, et de se magnifice sentire. Mart. Qui se mirantur in illos. Construitur hoc verbum cum accusatiuo, cum dati-uo, et cum genitiuo. Virg. lib. xi. ęnei. Iustitię ne prius mi-rer belline laborum. Quandoq; absolute ponitur. Ouid. li. xiij. Meta. Dumq; moror, miror q; simul fugit omnis in vndas. Huius composita sunt admiror, quod est stupore afficior, seu fixe aspicio. Lactan. li. vi. Qui ad alienam foe-licitatem non attollat oculos, opes nō admiretur. Aliquā-do admirari est venerari. Virg. Ille operum custos, illum admirantur, et omnes circunstant. Demiror, emiror, valde miror. Teren. in Heau. Id emirari te simulato. Immiror, inspecto, seu vehementer miror, vel magnifacio. Ci. lib. i. offi. Cum persuasum sit nihil hominem nisi honestius de-corumq; sit, aut imitari, aut optare, aut expetere oportere.

Miro, ras, eiusdem significationis. Var. in Eume. hospes qđ miras. Amb. super Luc. Non vocabulo sectę despicias, ques verbi interpretatione mirauerīs.

Mira dicuntur miratione digna. Plau. in Amph. Enimuero illud pręter alia mira, miror maxime, si hęc habet pate-ram illam. Hinc permirus, ra, rum. pe. pro. Cice. Apio. Pul. Illud vero mihi permirum accedit tantam temeritatem fuisse in eo adolescente. Apud veteres mira ꝓ monstris, atq; horrendis sumuntur. Plau. in Amphi. Nimia memo-ras mira. Virgil. Autem miracula dixit omnia commutat sese in miracula rerum. Hinc minus antiqui dicebant ꝓ magis mirum. Var. Nunquid hoc mirius?

Mirum in modum, et mirandum in modū. i. in maio-rem modum, quasi infra rationem. Plau. in Am. Vterq; deluditur dolis mirum in modum. Cice. Metello. Marcel-lum tuum consulem factum, teq; ea lętitia esse affectū, mirandum in modum gaudeo.

Mirificus, ca, cum, quod est mirabile. Cice. in Cato. Mirifi-cos fructus afferunt. Hinc superlatiuum mirificissimus. Teren. in Phor. Quidnam arbitraris nescio. At qui mirifi cissimum, scilicet facinus.

Mirifico, cas, mirabilem facio. Plaut. in Am. Quamq̄ adeo Thebani ciues modo miro mirificant, probaui.

Miraculum dicitur, quicquid admirationem afferre potest, quasi sit contra naturam, propter quod veteres miracula

pro monstris

pro monſtris poſuere.Liui.li.ij.Adijciunt miracula huic pugnę ſilentio proxime noctis ex sylua Arſia ingentem auditam vocem. Miracula ſeptem mundi ſunt hęc templum dianę Epheſię quod ſummę magnificentię fuit, et admirationis apud priſcos ducentis viginti annis conſtat factum eſſe à tota Aſia, columnę centum vigintiſeptem à ſingulis regibus factę.lx.pedum altitudine.Ex his xxxvi.elatę ſimulacru ʒ,ipſius deę Cereri ex hebeno eſſe tradunt. Mauſoleũ.Coloſſus ſolis apud Rhodios Iouis olympici ſimulacruʒ quod phidias fecit ex ebore.Muri Babylonis quos Simiramis regina ꝯſtituit. Pyramides ĩ Egypto. Domus Cyri Medorum regis, q̃ Menon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit.

Miriones,perſonę diſtortę oribus deformes appellantur.

Mirabile quod eſt admiratione dignum. Cice.lib. iij .offi. Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo,aut laudabilius,aut pręſtantius.

Mirabilitas pro ſtupore.Idem in eodeʒ.Ergo et hęc animi deſpicientia mirabilitatem magnam facit.

Mirmillones erant pugiles ſe ad duellũ prouocantes.Nam digladiantium alter retiarius,alter mirmillo appellabat. Feſt. Retiario inquit pugnanti aduerſus mirmillonem cantatur,non te peto, piſcem peto, quid me fugis galle? Quia mirmillonicũ genus armaturę gallicũ ẽ,ipſiq; mirmillones añ galli appellabant, vt quoꝝ galeis piſcis effigies ĩerat.Quod genus pugnę ĩſtitutũ ẽ à pittaco vno ex ſepteʒ ſapientibus, qui aduerſus Phrinonem dimicaturus propter ꝯtrouerſias finiũ,quę erant ĩter Atticos,ẽ Mitylenæos,rete occulte allato impediuit Phrinonem.

Mirmicoleon paruum valde animal formicis aduerſum quod ſe ſub puluerę abſcondit,et formicas frumenta geſtantes interfecit, et interfectas conſumit. Latine autem dicitur,vel formicaruʒ leo, vel certe expreſſius formica pariter,et leo. Recte autem formica,et leo noĩatur,q2 ſine volatilibus,ſeu q̃buſlibet alijs minutis aĩalibus formica eſt. Ipſis autem formicis leo eſt.Vnde in Iob legitur ſm. lxx. interp̃tes Mirmicoleo perijt eo,quod non habet prędam.

Miſanthropes, pen.pro.oſor hominum, qui homines odit, qui fugit hominum congreſſus, μῖσος .n.odiũ, καὶ ἄνθρωπος homo eſt.Miſogyneia odium mulierum,quale fuit ĩ Euripide tragędiarum ſcriptore,qui mulieres ferè omnes in maiorem modum exoſas habuiſſe dicitur.

Miſceo,es,cui, ſtum,per s,non autẽ per x.confundo,et ſine ratione,perturbateq; facio. Virg. Interea magno miſceri murmure pontuʒ.Quandoq; miſcere eſt potuʒ miniſtrare, tractum à commixtione calidi, et frigidi.Iuue. Neſcit tot milibus emptus pauperibus miſcere puer.Huius compoſita ſunt admiſceo,quod eſt ad aliquid miſceo.Lactan. lib.vi.Idem etiam mares maribus admiſcuit,et nefandos coitus contra naturam, contraq; inſtitutum dei machinatus eſt.Commiſceo,ſimul miſceo.Hiero.Quo aperto,dũ in mutuos commiſcentur amplexus, proprijs ſe ſalutauere nominibus.Emiſceo.Colu.lib.viij.Nã facillime porci euaſerint haram emiſcent ſe.Immiſceo,Intus miſceo.Col. lib.ij.Secundum deinde quod hominibus faciunt, ſi et alijs vitę purgamentis immiſcatur, cum per ſe naturę ẽ feruentioris,Et iccirco terraʒ perurit.Inter miſceo,in medio miſceo.Augu.Nulla porro doctrina falſa eſt,quę non aliqua vero intermiſceat.Permiſceo, valde miſceo. Idem vera ergo ſimul inordinate permiſta in vna diſputatione hominis tanq̃ in vnius colore corp̃is apparentia ſignificant lepram. Promiſceo. Vnde promiſcuus,promiſcua, promiſcuum. Salu. Diuina,atq; humana habere promiſcua,nihil penſi,atq; moderati habere.

Miſtarius,vas,quo vinum aqua miſcemus.Lucil.Vrceus aut gemina longus miſtarius anſa.

Miſcellanea, id à miſtura indiſcreta reruʒ dici ſignificare vĩ Gel.lib.vi.cum ait.Quia variam,et miſcellaneam,et quaſi confuſaneam doctrinam cõquiſiuerunt, eo titulos quoq; ad eam ſententiam exquiſitores indiderunt.Apul.tamen in.Met.Miſcellaneam turbam confuſam,velut ex colluuione omnium gentium his verbis accipit. Nec mora, cuʒ varia irruptione patefactis ędibus mahĩtantibus eoꝝ, q miniſtris turbę miſcellaneę cũcta cõpleta.Hĩc q̃dã op̃a ſua miſcellaneas ĩſcripſerũt, in q̃bus varijs de rebus tractat.

Miſcellus,a,um,Vnde Var.Miſcellum vocat columbarum genus,quod nec agreſte eſt,nec domeſticum,ſed ex vtroq; temperatum, Et has columbas Bergomates noſtri cornarolos appellant.Item miſcellę vites,quę in omni agro cõueniunt.q2 cęteris vbiq; vtiliter miſceantur. Miſcellę vuę à Varrone accipiuntur pro nigris.

Miſach,ẽ vnus ex tribus pueris,de q̃bus Daniel in ꝓphetia ait, εἰσὶν οὖν ἄνδρες ἰουδαῖοι οὓς κατέστησας ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς χώρας Βαβυλῶνος σεδράχ μισὰχ ἀβδεναγώ.

Miſer,flebilis,calamitoſus.Cice.O' miſerum,atq; infęlicem hunc diem.Interdum dicitur ęgrotus, nã ęgritudo genus eſt infęlicitatis.Plau. Miſeram eſſe prędicat buccam, ſibi fortaſſe medicos non eſſe putat. Interdum innocens.Cic. Pro Milone.Miſeros interdum ciues optime de Rep.meritos.Inuenitur etiam pro interiectione dolentis poſitum, ac ſi diceremus nefas.Virg.Cecropidę iuſſi miſerum ſeptena quotannis Corpora natorum.

Miſere aduerbium infęliciter.Cice.Neq; moueri eius deſyderio non poſſum,qui tam miſere perijt.Quandoq; ſignificat valde.Teren.Eam miſere amat.

Miſerabiliter eiuſdem ſignificantię eſt.Hiero.Ad Augu. et Alepiuʒ.Neptis veſtra Paula miſerabiliter precatur,vt memores eius ſitis,et multum vos ſalutat.

Miſeriter. idem, quod miſerabiliter. Laberius Meris incorrupta miſeriter corrumpitur.

Miſellus diminutiuum eſt à miſer.Plau.Cenſen.miſello mali aliquid facturum.

Miſeria,infęlicitas.Augu.lib.Confes. Miſeria dicitur cum quis patitur vel ęgeſtatem, vel damnum.Cum alijs compatitur,miſericordia dici ſolet.

Miſeritudo,idem,quod miſeria.Actius.Qui fęlix miſeritudine factus eſt aliena.

Miſereor,mesereris,miſertus,conſtruitur cum genitiuo. Et eſt miſereri ex alicuius miſeria corde anxium eſſe.Habet enim paſſiuum affectum.Lactan.lib.vi.Si miſertus laborantium fueris.veteres etiam miſereo vſurpabant.Enni. in Hecuba.Miſerete manus date ferrum, vt me anima priuem idem cogebant hoſtes lacrhimantes, vt miſereri.

Miſeret imperſonale,ſimili modo paſſiuum affectum habet,ſicut miſereor.Idem eſt enim Miſeret me illius,et miſereor illius, quia vtrunq; ſignificat ex illius miſeria angorem ſuſcipere.Ci.Miſeret me infęlicis familię.Virg.Si te lapſorum miſeret,quę munera Niſo Digna dabis.

Miſeretur imperſonale,moueor miſericordia.Cice. pro Ligario.cauete fratrum pro fratris ſalute precantium vos miſereat.Lucius Craſſus in legis ſimile ſuaſione. Neq; minus veſtri, q̃ mei miſerebitur.

Miſereſco,cis,moueor miſericordia,ẽ tam accuſatiuo,q̃ genitiuo iungitur Apul. Commodum omnes miſereſcimus. Sta.lib.i.Theb.Et generis miſereſce tui.Virg.Et miſereſcimus vltro.Huius Compoſitum eſt Commiſereſco. Teren. in Ecy. Demum tam ęgre tulit, vt ipſam Bacchidem, ſi adeſſet,credo,commiſereſceret.

Miſereſcit imperſonale,cum ſignificato ſui verbi. Terẽ.in Heau.Atq; inopis te miſereſcat mei.

Miſericordia(ĩquit Augu.)quid ẽ,niſi alienę miſerię q̃daʒ in noſtro corde cõpaſſio.qua, ſi vtiq; poſſimus ſubuenire compellimur.Stoici miſericordiam inter vitia animę computant.Vnde Seneca,qui ſe Stoicorum ſectę addixit, vitium inquit,animi eſt miſericordia,nec miſerebitur ſapiens,ſed ſuccurret. Augu.lib.ix.de ciuita .dei.Stoicorum eſt miſericordiam ſolere culpare.Vnde Cice.in iij.Thuſc. tanquam ſtoicus dixit. Si ſapiens in ęgritudinem cadere. poſſet, et in miſericordiam poſſet, & in inuidentiam. Verum in oratione pro Ligario in Laudem Ceſa-

rus, tanq̃ peripateticus dixit.Nulla de tuis virtutibus plurimis,nec gratior, nec admirabilior misericordia est.

Miseror,miseraris,et misero,miseras apud antiquos affectũ actiuũ hñt significantq́; verbis,aut lachrymis aut ope dolorem,quẽ ex alicuius miseria habemus ostẽdere,et construuntur cũ accusatiuo.Salu.In Iugur.Eos multa pollicẽdo,ac miserando casum suũ ꝯfirmat.i.lamẽtando.Cęsar. Abditi in tabernaculis, aut suũ factũ querebant,aut cũ familiaribus suis cõmune piculũ miserabant.i.deplorabant. Hinc ꝯmiseror,à quo ꝯmiseratio,quę est significatio misericordię, qua ex alicuius infoelicitate mouemur, cum.s.vel aspectu alicuius,vel oratione, vel etiam cogitatione adducimur,vt eius misereamur.Liui.lib.i.Agmen migrantium impleuerat vias,et conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lachrymas. Cic.lib.ij.ad Heren.Cõmiserationem breuem esse oportet. Misero autem pro miseror dicebant veteres , vt Actius,in Athamante. Atq; ita de illis merui,ut iure,hęc nunq̃ miserarẽt mala.

Miserator, qui opus aliquid misericordię exhibet in eum cuius miseretur.

Misericors, qui ex alicuius calamitate dolorẽ animo suscipit.Vnde est illud. Miserator,et misericors dominus ęscas dedit timentibus se.

Misericordia ipsa cordis ęgritudo ex miseria alicuius iniuste laborantis suscepta.Misericorditer aduerbium,significat cum misericordia.

Miserabilis, miseratione dignus.i.ꝑ quem alij misericordia ꝯmouent.Oui.in Ibin. Sisq; miser semper,nec sis miserabilis vlli.Liui.lib.i.Euẽtus tñ belli minus miserabilẽ dimicationem fecit,ꝙ nec acie certatũ est,et tectis modo dirutis,alterius urbis duo populi in unum confusi sunt.Idẽ voces ẽt miserabiles exaudiebantur, mulieꝝ pręcipue.

Miserandus,miseratione prosequendus.

Missenus,pe.pro.mons Campanię à Misseno Aenęę comite ibi sepulto.Virgi.Qui nunc Missenus ab illo dicitur.

Missiculo,las,significat mitto.Iteratiuũ.n.est,et rei vilitatem indicat.Plau.in Epi.Literas missiculabas.

Missus,a,um,participium est,significationes hꝫ q̃s mitto, Missus vero nomẽ quarti ordinis immissionẽ feraꝝ,siue ludoꝝ,aut gladiatoꝝ in arenã sigñat.Suet.ĩ Domi.In his circensiũ die,quo facilius centũ missus peragerent singulos à septenis spacijs,ad qna corripuit. Idẽ.Circenses frequenter ẽt in Vaticano commisit nõnunq̃ interiecta,per quos missus venatione.Aliqñ sumit pro immissione ferculorum.Vnde Lampri.scribit Heliogabalũ,celebrasse tale ꝯuiuiũ,vt apud amicos singulos singuli missus apparẽtur,et aliqñ oẽs missus sola carne phasianoꝝ struxisse.

Missile,pe.cor.telum, quod manumittit . Vnde et lapides missilia dicuntur . Et missilia dicebantur munera,quę à principibus populo spargebantur , utputa velaria linea, odores,unguenta.Sueto.in Cali. Sparsit et missilia variarum rerum et panaria cum obsonio uiritim diuisit.

Missio,nõ solũ significat ipsum mittendi actum, sed etiaꝫ dimittendi.Sue.in Cęsa.Missioneꝫ continuo efflagitauit. Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera.Est.n.honesta,quę emeritis stipẽdijs ab imperatore indulgetur.Est causaria,quę pp ualitudines à laboribus militię soluit.Vnde causarij milites dicuntur à Liui Est ignominiosa,cum qs pp delictum sacramento soluitur.

Missito,as,pe.cor.frequentatiuuꝫ sępe mitto.Plaut.in Epi. Empta est ancilla,ꝙ tute literas ad me missitabas.

Mitto,tis,misi,sum,ꝓm notaꝫ significationẽ,gręci πέμπειν mittere dicunt.Cice.in Ca.Hunc librum ad te de senectute misimus.Interdum mittere sigñat excludere.Virg.Męstumq́; timorẽ Mittite.Interduꝫ ommittere,deponere. Teren.in Adel.Hera lachrymas mitte.Interduꝫ donare.Vir. Hos illi,quod nec bñ vertat,mittimus hędos.Huius ꝯposita sunt admitto,amitto,ꝯmitto,circũmitto,dimitto, ĩmitto,intermitto,ĩtromitto,omitto,ꝑmitto,ꝓmitto,ꝓtermitto, ꝓmitto,remitto,manumitto,summitto,et transmitto.

Mitti sanguis dr̃,cum fit phlebotomia.Similiter sanguinis missio fit qñ qs iugulat.Cor.Cel.li.ij.Mitti sanguis,debet ex brachio.Idẽ.Sanguinẽ incisa vena mitti nouũ nõ est.

Mites teste Augu.dñr, q improbitatibus cedũt,et nõ resistunt malo,sed uincunt in bono malum. Vñ et ꝓ leni, clemente,ac mansueto accipit mitis.Cuius ꝯriuꝫ est ĩmitis.i.asper sęuus,crudelis.Vir.Immittis Achilli.Qñq; ponit ꝓ tranqllo,et ĩmitis ꝓ ꝓcelloso,ẽ ingeto.Idẽ.li.ix.Mitis ẽ ĩ morẽ stagni placideq́; paludis.Apul.Erat.n.turbidũ atq; ĩmite pelagus.Qñq; ꝓ maturo.Vir.Sũt nobis mitia poma, Castaneę molles.Ply.Immitia adhuc,et cruda poma.

Mitesco,is,mãsuesco.Ply. Vt ferę domi educatę mitescunt. Aliquando tranqllor.Apu.Cõflacescunt fluctus,mare mitescit.Aliquando maturesco.Ply.Reliquorum pomoruꝫ velocitas cito mitescentium transuolat.

Mitifico,cas,mite,ac placidum facio.

Mitigo,gas,pe.cor.placo,quasi mitem ago. Lactan.lib.iiij. Donec rursus pęnitentia populi mitigatus liberaret eos à seruitute.Et mitigare maturare est,Cice.lib.iiij. de Repu. Cumq́; autumno terras ad concipiendas fruges relaxarit à fistula maturitate alia mitigauerit,alia torruerit.Huius compositum est ꝯmitigo,de quo supra.

Mitra,dictio barbara,q̃ significat quoddam capitis ornamenti genus,primo apud Męonios, deinde Ægyptij,Syrij,Phrygij,et Lydij eo usi sunt. Erat.n.pileus incuruus, q̃uis et q̃ muliebri corona ad ornatũ capitis adolescẽtulaꝝ accipiat,ex qua pendebant fasciolę,q̃ philtra dicebãtur, qm̃ floꝝ instar dependerent.Hiero.In Esa.In die illa auferet dñs ornamentum calciamẽtoꝝ,et lunulas et torques, et monilia,et armillas,et mitras,et discriminalia,et periscelides,etc.Nostri quoq; pontifices mitris vtuntur, cuꝫ rei diuinę operam dant . Et apud gręcos non solum pro ornatu capitis,sed etiam pro fascia in loricę modum contexta ad latera defendenda sumitur.

Mitra etiam apud persas sol dicitur.Sta.lib.i.The.Indignata sequi torquentem cornua mitram.

Mithra cum h,à persis dr̃ sol Stra.lib.xv. Persę cęlũ ioueꝫ putant colunt solẽ quẽ mithram vocant. Sta.lib.i.The. Indignata sequi torquentẽ cornua mithraꝫ, ubi Lutatius ait sol apud Adiamenios,titan, apud assyrios.Osyris,apd persas ubi in antro colitur mithra uocatur.Ponitur aliquando pro primario sacerdote.Apul.lib.xi.Ipsumq; mithrã illũ suũ sacerdotẽ ꝓcipuũ sacroꝝ ministꝝ decernit.

Mithriaca,sacra solis,siue Osyridis sacrificia.De qbus Lãpri. ĩ Cõmodo sic scribit,sacra mithriaca homicidio vͦo polluit cuꝫ illic aliqd ad spẽm timoris vel dici, vel fingi soleat.

Mithrax persaꝝ gemma est contra solem varie refulgens.

Mitella diminutiuum,parua mitra.Virgil.Copa syrisca caput graia redimita mitella.

Mitylene,nes,pe.pro.et Mithylenę, naꝝ vrbs ĩ Lesbo iuxta Metymnã, à cuius noĩe nunc oĩs insula Mithylene appellatur,in qua olim duę fuere nobilissimę ciuitates, hęc videlicet et Metymna. Hãc eandẽ ĩsulaꝫ pridẽ Lesbon dictã volunt ab vrbis noĩe,q̃ in ea potentissima fuit.Mar. Cũ tibi non Ephesos,nec sit Rhodos,aut Mithylene.Dicta Mithylene, vt Diodo. lib.vi.scribit, à Mithylene Machari filia.Hęc nunc Metellinũ dr̃ vrbs clara Pittaco ex septem sapientibus vno,et Alcęo poëta et Antimenide fratre eius, et Diophane oratore,et Theophane reꝝ scriptore, q magno Põpe.admodum familiaris fuit . De hac scribit.Vir. lib.i.ꝙ magnificenter,et elegãter ędificata fuerit, sed nõ prudẽter posita, ĩ qua auster cuꝫ fiat hoĩes ęgrotant cum chorus Thusciũt,cum septentrio,restituunt in salubritatẽ.

Mitteriin, insula vltra britãniam sex dieꝝ nauigatione,vt lib.iiij.Ply.scribit,in ea candidum plumbum prouenit.

Mitridates,pe.corre. Rex Ponti fuit,ui magna , et corporis vt sex iuges equos regeret.I.gentium ore loqueretur. Hic dissidentibus romanis,sociali bello, Nicomedeꝫ Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit . Gręciam insulasq́; omnes excepta Rhodo occupauit . Euboiam,et athenas

expugnauit

expugnauit,bellum cum Roma.xl.annis gessit adeo vt Romam regius terror afflauerit. Quem Lucil.Sylla duobus prelijs attenuauit,Archelaumq́; eius prefectum cum centum viginti milibus eqtum vicit, vt vix decem prelio super essent,sed postea à Sylla apud Dardanum fusus,et à Pompeio victus.Tandem à Pharnace filio in turre obsessus,venenum sumpsit.Cũq; id tardius biberet, quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat,immissum percussorem Gallum, cito eum authoritate vultus territum reuocauit,et in cędem suaz manum trepidantis adiuuit.Alius etiam Mithridates,qui regi Mithridati Bruti episto.collegit, vnde ait τὰς βρούτου ἐπιστολὰς ἐθαύμασα πολλάκις οὐ μόνον δεινότητός τε καὶ συντομίας ἀλλὰ καὶ ὡς ἡγεμονικοῦ φρονήματος ἐχούσας χαρακτῆρα.

Mitridaticum, vnguentum antidotum, quod ex rebus. iij. conficitur, et nunc vulgo authoris nomine vocant mithridatum.

M ANTE N

Mna gręce,mina latine,Vide in dictione Mina.

Mnemosynę,pe.cor.memoriam significat. Catul.Mnemosynon mei sodalis,idest monumentum.

Mnesteras,pe.pro. Greci procos.

M ANTE O

Moab,Arabię ciuitas,quę et Areopolis nominatur. Quo et nomine vocatus est filius Loth,à quo Moabitę. Vocatur aũt Moab ex nomine vrbis, et regio. Porrò ipsa ciuitas, quasi proprium vocabulu3 possidet,Rabbat moab,idest grandis moab.in hac regione fuit Balaac filius Bior qui conduxit Mulum Balaam de messopotamia vt malediceret Israel.Vbi et tantum est populus Beelphagor huius monopolis ciuitas Arabe hodie ex hebręo et gręco sermone cõposita neopolis nuncupatus, nam pleriq; existimant ꝙ veos,idest martis ciuitas interpretatur.

Mobilis,qui facile mouet,à quo mobilitas. Virg.Quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget. Quorum contraria sunt,Immobilis,et immobilitas.

Modus, proprie rationem significat, idest mensuram siue formam.Ratio vero iubet,ne quid nimis, sed oĩa cũ moderatione fiant.Vnde qũo.et quemadmodum.dicimus.i. qua ratione,et quas rõnem.Et admodum pro satis,quasi ƒm rõnem,et ꝓpemodum ferè,quasi pax abfit à modo, hoc est à rõne.Et mirum immodum maiorem in modum,q̃si vltra rõnem cõmodum, aptum ꝯueniens,quasi cum modo,et rõne.Colu.lib.ij.Est aũt modus in siccando foeno,vt neq; peraridum,neq; rursus viride colligatur, idest forma.idem lib.iij.In quo scrobe destinaueris nuces serere,terram minutam in modum semipedis ponito.i. mensuram. Et modus dr̃,q̃titas, vt apud eundem lib.ij. Atq; rursus in sole,siccata, & mox refrigerata recõdit, si maior est modus,in horreo,si minor,in vasis olearijs,salsamentarijsq́;.interdum modus dr̃ finis,seu euentus.Iuue.Imponitq; modũ sapiens,et rebus agendis. Virg.li.iiij. Æne.Sed quis erit modus?interdum dr̃ Tonus,qui à gręcis φθόγγος phthongos dr̃.Interdum modulatio significat regimẽ.Terẽ.ĩ An.Scias posse hr̃e iã ipm̃ suę vitę modũ.

Modo,qñ,habet o finalem cor. significat tp̃s pñs,vel mox p̃teritu3,vel nondum pręteritum, vel statim futurum,vt Modo id ago.Teren.Mõ ait, modo negat, modo dicebã, mõ veni,modo faciã. Aliqñ ponit ꝓ longo tpe ante Teren.in Eu.Quandudũ? modo, Vbi Do.Nota, Mõ aperte pro tpe pręterito dictum esse.i.q̃dudum,Nam qui vitiauerat Virginem,non mõ sed longe ante vestem mutauit,cũ eunucho Phedrię.Hinc fit Quomodo amodo, postmodo. Ponitur ite3 pro dumtaxat,tãtummodo Liui.Euentus belli minus miserabilem, dimicatio finem fecit,qđ nec acie certatum est,et tectis mõ dirutis alterius vrbis duo populi in vnum ꝯfusi sunt.i.solum.item sigt̃ qđ lingua vernacula dicimus purche.Teren. in Phor. Si des modo,vt tacere posfis.Virg.lib. iiij.Si modo, qđ memoras factum fortuna sequat̃.Hinc et solummõ,tm̃modo,et amodo,qđ sigt̃ post hac.Apul.Vt nemo me amodo tã mane egrediẽtem solum videbit. Quod si producta vltima syllaba ꝓferatur,datiuus,vel ablatiuus casus est à modus.

Modicum, paruum,ac pusillum.Apul.Modico labore fatigatur.Sic immodicum pro maxime ponit̃.Colu. C.Licinius damnatus est,quoniam in magistratu rogatione tribunitia,quam ꝓmulgauerat,in modica possidendi libidine trascedisset.Et modici paud.Plau. In angiportu turba est domus modici introierunt. Sic medicos dicimus plures. Atq; immodicis arctat imaginibus.Proprie tñ modicus dr̃,nõ qũo,cui aliqd sit imminutum, sed ꝙ excedat modum,et modestum est,et temperatum.Plau.Cui animus modicus,continens expers ambitionis. Hinc modicus aduerbium sigt̃ pax.Ides.edepol id modicũ curat.

Modice temperate.Pla. Modice sapis Immodice, nimis vel intemperate.Colu.lib.i. Magisq́; conducere agricolę frequenter id potius,q̃ immodice facere.

Modulus diminutiuum à modus,et ponitur pro ipsa compositione,et cantu,qui etiam modulamen dicitur.

Modulamen cantus vocatur.

Modestus, à modico,idest temperato. Vnde modeste, cum modo.et temperate.Teren.in Phor. Animus, qui modeste istęc ferat.Var.Non eos optime vixisse, qui diutissime vixerunt,sed qui modestissime.

Modeste aduerbium,Vide in Modestus.

Moderor,aris,rego,modum pono.Et tam accusatiuo q̃ datiuo iungitur.Salu.Fortuna cuius libido gentibus moderatur.Plau.in Cur.Linguę moderandum est.Huius compositum est pręmoderor,antemoderor.

Modero,ras,in eadem significatione.Sal. Vbi hoc exemplo per senatus decretum,consul gladium adduxerit,quis illi finem statuet,aut qs moderabit? Moderator rector,gubernator.Cice.lib.i.Thusc.Si hęc nata sunt, vt Platoni vr̃ vel si semper fuerunt,vt Aristoteli placet,moderator tanti opis,et muneris,sicut mentem hoĩs,q̃uis eam nõ videas, vt deum non vides,tñ et deũ cognoscis ex operibus eius.

Modestia, vt ait Speu.est voluntaria ad id quod optimum indicatur concesfio.In gestu corporis compositio.

Modestia,et moderatio hunc habent ordinem,ꝙ modestia fundamentum,soliditas,et basis ipsa virtutis est, ex qua gignitur moderatio,quę temperat, aurigatq́; modos infactus,et dictus,et cęteris talibus,quę agendi officio vtuntur. Cice.lib.i.ad Heren. Sic modestiam diffinit, ꝙ sit in animo continens moderatio cupiditatum.Dicta modestia à modo, idest in qua est modus.

Moderate ferre dicitur aliquid,quando motus animi temperamus,vt puta tristitiam.

Modificor,mensuram,et modum capio,Gel.lib.i.Comprehensa aũt mensura herculani pedis,ƒm naturales membrorum oĩum inter se competentiam modificatus est,atq; ita hĩc collegit,qđ erat ꝯsequens,tãto fuisse Hercu.corpore excelsiorẽ,q̃ cęteros alios,q̃to olympicum stadiũ cęteris pari numero factis anteiret. Hĩc modificatio ꝓ tẽperãtia.

Modulor,pe.cor. mensuro, siue cum mensura,et numerorum ratione compono.Gel.Scite subtiliterq́; ratiocinatus pythagoram philosophum,dicit,in reperienda,mudulandaq́; status,longitudinisq́; cuiusq; pręstantia. Virg.Carmina descripsi,et modulans alterna notaui.

Modius,mensurę genus,duo,et viginti sestertia continens. Hinc semodius,bimodius, trimodius,et huiusmodi.Colu. lib.ij.Eadem quatuor modijs, nonnunq̃ tribus,etiã duobus,ac semodio iugerum occupat.

Modiolus,cum accentu in antepe.diminutiuum.Et est q̃rta pars modij,quo etiam noĩe dictum est, paruum vas quadratum ad hauriendum ex puteo, aut lacu,aut flumine aquas.Hox ãt modiolox (vt Est apud Frõtinũ de aquęductibus) alius rogatorius, alius acceptorius,vt multis in locis ĩtineri licet.Vic.Ita cum rota à calcantibus versabit̃ modioli pleni ad summus elati, et rursus ad imus reuertẽtes,infundent in castellũ ipsi per se,qđ extulerũt.

T v

Modialis,à modio, vt vas modiale quod modium continet.Plau.in Cap.Quę modiales serię.

Męchus,adulter,gręci.n. μοιχὸν mecham,hoc est adulteram dicunt.Plau. in Am.Illa illum censet virus suū esse quę cū męcho est.Ponit tñ pro quocunq; inhoneste p libidinē peccante,à quo formatū est verbum,Męchor,ris.

Męchor,aris, inhoneste per libidinem pecco vt.Qui viderit mulierē ad ꝯcupiscendū eā iam męchatus ē ī corde suo.

Męnia,à muniēdo dicta sunt, quasi munia.Veteres.n.oe, in u,indifferenter ponebant.Et ꝓprie dicuntur,quę vrbē cingunt.Virg.Et męnia pandimus vrbis.Nec vrbis tantū sunt,sed ēt munitionum,castrorum,et alioꝝ ędificiorum publicorum.Plau.Prohibentq; męnia alia, vnde ego fungar mea.Hinc fit submęnium,qđ est sub męnibus.

Męreo,res,męstus cum diph.ſm Var.à marceo fit vnde et primā vocalem accipit,ꝙ corpus ēt marcescere facit męror.Alij cum oe,diph.scribunt.Est autē męrere tristari,ē dolore affici,vnde et cum actō qñq; ꝯstruit.Ci.Teren.A' te eqdem oīa fieri fortissime,et amātissime video,nec miror,sed męreo casum eiusmodi,vt tantis tuis miserijs meę miserię subleuent.i.doleo. Itē deplorare,Vt apud eundē lib.i.Thusc.At illa,sicut acerbissimā rē męret.Et iteꝝ.Cuꝫ grauiter filij mortē męreret.Inuenit ēt męret impsonale cū significato sui verbi. A' męreo fit męror męsticia,męstitudo,męsto,stas,et męstifico,cas,et męro,męras,mędrentem facio.Pacu.Qui multis męrauit modis.

Męror, inquit Cice. lib.iiij. Thuscu.Est ęgritudo flebilis.

Męstitia,et męstitudo,idē qđ męror.Quint.Dolore,atq; męstitia languens.Plau.Cur tanta męstitudo obtigit?

Męsto,męstas.

Męstifico cas,męstū facio, Ambro.lib.i.Offi.Cur non ego etiam dicam,in quibus eum męstificare possum.

Męro,ras,męrentes facio.Pac. Qui multis męrauit modis.

Męsia,regio,in qua sunt dardani Męsi ē Triballi pontoq; contermini scythę. De hac supra in dictione Mesia.Hęc tamen à multis,per y,scribitur Mysia.

Moga primus dicebatur,quę postea Cappadocia,nunc autē Cęsarea, à Cęsare, vt refert Iosephus.

Moguntia,oppidum transalpinę gallię.

Mola,lę,dicta est,qua,veluti mole quadā frumentum,legumina, alięq; res terunt,ꝙ eorum motu eo ꝯiecta molunt.Vnde molę frumentarię,molę fabarię,molę olearię dñr.Pręcipuus eius vsus ē in moletrina.Molas antiq ab asinis asinarias, alias à manu manuarias, à trudendo. Trusatiles appellabant.Et latine qdem mola,gręce μύλος, Vnde Amylum sine mola factum ex tritico. In molendinis superiorem metam,inferiorem catilū vocant,et mola mandibula dr̄,siue maxilla.Hiero.in Psal.Molas leonum cōfringet dñs. Item mola,caro informis,et inanima in vtero mulieris,ferri ictum,et acies respuens,quę sistit mēstrua,vt partus.Et licet his quoq; accidat,quę coitu vtuntur quotiens menstrua vitiosa sunt; aut semen viri ad formandū fętus debile est,atq; ineptū,frequentius tñ his accidit,quę à coitu abstinent solutę alias coire, quales vidue sunt.Fit.n.qñq; in mulieribus tumor,pręter naturā, et semen cū sanguine mistum indurescit in carnē,q̄uis aliqñ ex solo spū fit mola,q̄ monet natura tentante eam expellere.De hoc Aristo.lib.iiij.de generatione aīaliū,cum ex humore crudo ꝯceptus stetit,tunc mola gignit,idq; in mulieribus merito aut solis,aut maxime pręterea.Mola,ē molito farre,dr̄ far tostū et sale sparsum,ꝙ eo molito hostię aspergunt.Apud antiquos post glandes,et arbuta vsus farris in honore fuit seruatū intantū,vt sacrificium nō fieret sine sale,et farre.Vir. Sparge molā.Hinc īmolo.as.

Molaris substantiuum gene. masc. Dens maxillaris est à mola ꝓ maxilla deductum nomen.ꝙ cibus à cęteris dētibus confractū ipsi molunt. Et molaris est molę fragmē. Oui.lib.iiij.met.Aut comes inquit,ero dixit,dextraq; molarē sustulit.Sta.li.iij.The. vastiq; sudes fractiq; molares.

Molaris vero adiectiuus,vt lapis molaris,ex quo mola fit. Hunc quidam pyriten vocant ꝙ ei insit plurimus ignis, quē pyr gręci dñt,vel à frumento, quod pyron noīant. Est et alius pyritarium genus ἀπὸ τ̃ πυρὸς, hoc est ab igne,nostri viuum, vel lignarium lapidē appellant,qm̄ clauo,vel altero lapide pcussum scintillas ędit,quę sulphure excepte,aut folijs,mira celeritate ignem trahunt.

Molarius,ria,rium,quod ad molam pertinet,vt Asinus molarius quo vtimur ad molam circumagendam.Cato.Molarium asinum vnum.

Molo,lis,lui,litū,et molitus,sigt molam traho.Cęsar lib.i. Trium mensium molita cibaria,sibi vnus quemq; domo efferre iubent, Molere ēt subagitare est.Amb.li.Hex. Discite eo viri,q alienam permolere quęris vxorem,cuius serpentis sibi asciscere cupiat contubernium,cui ēt cōparādus ipse serpenti fit.Hora.in ser.Permolere vxores nollē laudarier inquit.Translatio sumpta à mola.Nā cū frumentū demollit,mola,quę sup catyllus est circūuoluit,sic in patranda re venerea vir mulieri incūbit. Huius cōposita sunt Cōmolo,simul molo,Lactan.de opi. Contritos et cōmolitos dentibus cibos colligit, et conglobatos in sua deprimit,et transmittit ad ventreꝫ. Emolo,perfecte molo. Amb. Cogitationes exqrere, et q̄si emolere muneris hñt. Permolo,de quo paulo ante.Et hęc pe.cor.habent.

Molitor, pe.cor.qui molit,vulgo molendinarius dicitur.

Molitum,apud Ply.lib.xv. sumitur pro ipso molendi actu.

Molendinarius molendini opifex.

Molendinarius,ria,rium, quod ad molendinuꝫ pertinet,vt Mola molendinaria.Pau.iurconsultus negat asinam molendinariam ea appellatione contineri.

Moletrina,pe.pro.à molendo. Pistrinuꝫ olim dicebat quo tempore tundebantur frumenta,non molebantur.

Molucrū,pe.cor.lignū quadratuꝫ,quo veteres īmolabāt.Et molucrū,quo molę verrunt,qđ gręci μόλακρον dicunt.Itē tumor vētris,q ēt v̄ginibus accider̄ solet molucrū vocat. Afra.Virgini tā crescit vterus,q̄ grauidę mulieri molucꝝ.

Moles,res magna,et magni ponderis.Virg. Totamq; īfusa p artus mens agitat molē.i.magnitudinē mundi.Col. lib.iiij.India pħibet mobilibus feraꝝ mirabilis.Quoniaꝫ vero,q̄ magna sunt,difficilia eē ꝯsueuerunt,capitur qñq; moles ꝓ difficultate.Virgil.Tantę molis erat Romanam condere gentem, et in mari moles dr̄,quotiēs excluditur aqua. Accipit et permotu idē. Indegyan ipsamq; ingenti mole chimeram Consequit.Et à mouendo dicitur moles.

Molestus dicitur,qui alicui grauis est.nec finit eum gescere.Teren.In An.Multum molestus ei certe fuero,atq; animo morem gessero.

Molestia sollicitudo et grauitas, fit cōpositum ꝑmolestia. Ci.lib.iiij.Thusc.Alij metū ꝑmolestiā appellabāt.i.anticipationē molestię,q̄si metus sit prius,duxq; molestię futurę.

Molesto,as,molestia afficio, et quasi molē affero. Mode.ab Aure.Sempronio fratre meo neminem molestari volo.

Molesta tunica dicebatur alimentis ignium illita et intexta qua reos in pęnam induebant. Iuue. At si ꝙ liceat tunica punire molesta.

Molior,liris,à mouendo, vel à mollibus significat moueo. Liui.lib.ix.Non montes moliri sua sede paramus,et moliri est,vel ingenio,vel corpore ad aliquid agendū moueri.Et pro varietate appositi exponi solet. Nā moliri classes est parare.Virgil.Classem sub ipsa Antandro, et Phrygię molimur montibus Idę.Moliri interest pagere. Idem.Inde datum molitur iter.Moliri habenas ē gubernare.Idē. Et manibus molitur habenas, Moliri,insidias est meditari,aut tendere,vt lib.i.Geor.Insidias auibus moliri,incēdere vepres.Apu.Dum mihi moliunt insidias. Moliri arcem est extruere, vt Moliriq; arcē. Cuius contrarium est demoliri.Moliri moram,est morā facere,vt Moliriue moram, aut veniendi poscere causas. Moliri iacula est iaculari.Idem. Ipse pater media nimboꝝ in nocte corusca Fulmina molitur dextra.Moliri bellum est belligerare.Colu. in Pręfa. Qui bella mollitur, armorum,et militię gnaros adhibeat.

adhibeat.Moliri etiā simpliciter positum significat inuenire.Plau.Aliquid moliar,quo me hoc discrimine liberē. Quod etiam machinari dr̄.Aliqñ conari.Augu.li.i. de ci. dei.Vir optimus caueam theatri senatū ꝯstruere,molientes ab hac dispositione,et cupiditate compescuit. Aliquando operari,vel facere.Cice.lib.i.Thusc.Quarz altera,q̄ nos incolimus sub expofita ad stellas septē,vnde horrifer aquilonis stridor gelidas molit̄ niues.Colu.lib.ij.Et ideo minoribus aratris moliuntur.i.operantur. Aliquando passiue moliri pro retardare.Liui.lib. vij. Mutilamur, molimur, subijcimur.Huius cōposita sunt,Amolior,recedo. Admolior,supra molior,siue supra pono. Plau.in Asi.Vbi sacro manus sis, admolitus. Demolior, destruo. Remolior,remoueo,et à conatu reuoco.Sueto.de Augu.Quidam confessus eo se inhibitum,ac remolitum,quo minus, vt destinarat,in precipitium propelleret.

Molimen,pe.pro.quod et molumentum dicitur.i.quod molimur,et conamur.Hiero.contra Ioui. Vtile ratus sua cuncta molimina eius, quasi instructam aciem contra me proponere.Sisen.Magno tam molimento, ac perpetuo sono procedunt.Hinc emolimentum,pro vtilitate.

Mollis,tener,non durus,à mouēdo,quasi mobilis,ꝙ in q̄ncunq; partem facile trahi,ac moueri possit.Quintil.de signis loquens.Illius opa dura,molliora.huius. Virg.Quid nemora Æthiopum molli canentia lana. Inde fit cum homine iunctum,modo vituperationem, modo laudem denotat vt molle ingenium,quod facile discit,mollis hō, idest effeminatus non seuerus,non fortis, non constantis animi.Per transla.vero,quoniam ea,quę tenera sunt,ꝓ voluntate nostra facile tractamus,et quocunq; lubet ducimus,mollis quandoq; ꝓ domito sumitur.Virg.Belgica vel molli melius feret essesda collo. Quandoq; pro facili. idem.Iuuat ire iugis qua nulla priorz.Castaliā molli diuertitur orbita cliuo. Quandoq; ꝓ maturo,vt Sunt nobis mitia poma.castaneę molles.Vnde mollia vina dicuntur.i.defecata,et asperitate carentia. Qn̄q; pro flexibili. Idem.Est mollis flamma medullos.Quandoq; ꝓ oportuno,ac tempestiuo,Idez.Sola viri molles aditus,et tēpora noris. Qn̄q; pro remissio,contemnendo.Idez. Tua męcenas haud mollia iussa.Quandoq; pro suaui,ac iucundo. Idem.Mollesq; sub arbore somni.Quandoq; pro placido.Vnde et mollio, mollitudo, mollicies.Compositum est pręmollis, quod est valde mollis.Teren.in Adel.Paulatim plebem prę mollez facio meam,idest mihi fauentem.

Mollitudo placiditas.Ci.Lētudo orōnis, mollitudo corpis.

Mollicies, quę et mollicia idem,quod mollitudo,q̄uis et in malum pro effeminatione qn̄q; capiatur.Salu. Sed inertia,et mollicia animi alius alius expectantes cunctamini.

Molliter placide,ęquo animo.Cice.Quod ferendum est molliter sapienti.Aliquando significat delicate.Terē.in Adel. Ædepol.Syrisce te curasti molliter.

Molliculus diminu.Amb.lib.i. Offi. Sed vt molliculum,et infractum,aut vocis sonum,aut gestuz corporis nō ꝓbo. Ita neq; agrestem ,aut rusticam naturaz imitemur.Plau. Pro tenello,et delicato posuit,cum inquit mollicula es.

Mollio,lis,ui,vel molli,tus, placo,molle reddo.Gel.Sed postea,cum Brundusium aduentaremus, mollitūq; essent venti maris percunctatus eum ego sum, q̄ nam illa ratio esset pauciorꝭ sui.Salu.Loca amęna voluptuosa facile in ocio feroces militum aios mollinerant.i.effęminauerant. Huius cōpositus est emollio,quod est valde mollio.Plyn. Quęcunq; emolliri opus sit.anserino adipe curantur.

Mollifico,cas,et mollefacio,cis,eiusdez significationis sunt.

Mollesco,scis,mollis,aut placatus fio.Clau.li.i.Ditisq; seueri, Ferrea lasciuis mollescant corda sagittis. Hinc componit remollesco.Ouid.lib.i.Meta.Precibus si numina iustis Victa remollescunt,si flectitur ira deorum.Cęsar.Vinum ad se omnino importari non sinunt,ꝙ ea re ad laborem ferendum remollescere,atq; effęminari arbitrantur.

Mollestra,pellis ouina dicitur.

Mollicina,pe.pro.vestis à Mollice.

Mollusca,nux,à mollicie dicta est,ꝙ cęteris omnibus nucibus mollior sit.Ply.Molluscę putamē rūpentes.Fert̄ molluscā nucē è Perside fuisse translatā. Fallitur Macrobius, existimans pomum esse,quod vulgo persicum nominat.

Molossa regio. pars Epiri, à Molosso Pyrrhi,et Andromaches filio nominata.Hinc molossus, sa,sum,Scribit Theopompus fuisse.xiiij.Epirotarum gentes,ē quibus celeberrimi fuerunt.Chaones,et Molassi.Ouid.lib.i.Meta.Nec cōtentus eo est,missi de gente Molossa. in ea nascebantur boni canes.Virg.Nec tibi cura canus fuerit postrema,sed Vna velocis Sptę catulos,acreq̄; Malossū pasce sero pigui.

Molossus, pes, dictus est ab eius patrię saltatione. Vel ꝙ eo metri genere odas in templo Iouis laudem canere consueuerunt, in memoriam Molossi filij Pirrhi. et Andromaches,à quo postę festa molossia dicta sunt.

Molochinus color,qui in purpuras inclinat,ꝙ maluę similis sit,quasi malochinus.Greci.n. μαλάχην maluas dicunt.Hinc malochinarius, molochini coloris infector, vt est apud Plau.Ceci.Caracasina molochina.

Molorthus,perpendiculum,dictio grçca composita qua significat rectum plūbum, μολυβδὶς plūbum ὀρθός rectus Euphonię causa pars dictionis primę abijcitur,et fit Molorthus.Molorthus etiam dictus fuit seniculus arcadicus, q̄ ad expugnationē leonis nemęi ꝓficiscentem Herculem suscepit comiter hospitio,vn̄ leo Molortheus appellat̄. Et huic seni sacra solēnia institutā q̄ molorchea dicebant.

Molochites,pe.pro.genus lapilli à colore maluę,quę grçce malache dicitur.

Molubdena,pe.pro.genus herbę sic dictę,quę plumbum qđ est vitium oculis tollit,alio nomine plumbago dicitur.

Momentum proprie significat exiguam,quandam mutationem,et penè indiuisibilem, qđ grçci atomon vocant. Var.Momenti tp̄is vterq; discesfit. Hoc apud veteres etiaz momen dicebat̄.Luc.Momine si à parno p̄nt ipulsa moueri. Hinc quodcunq; minimum potest momentum appellari.Ply. Prosunt et combustę,vt cinis earum bibatur in vino addito resinę momento.i.modico,ē pauxillo quādoq; accipitur pro pondere,et efficatia in rebus obeūdis. Luc. Non pondere rerum non momenta sumus.

Momentaneus,nea,neum,quod est caducum,et quod facile mutatur,ac deficit,vel ꝙ momento adest.

Momentarius,ria,num,qđ in momēto fit.Amb.Syros vero Hęlisęus,quos obsidentes in ciuitatē induxerat, momētaria cęcitate percussos,cuz quo īgrederent̄ videre nō poterat.

Monna,insula Anglię,seu Britannię,quę teste Cornelio tacito,incolis est valida,et receptaculum perfugarum.Est et eiusdem nominis insula in Rheno fluuio Frisię proxima. Dion hystoricus ἔτυχον γὰρ ἄναρχοι ὄντες διὰ τὸ πεπαικέναι τὸν ἡγεμόνα σφῶν εἰς νῆσόν τινα μῶνναν ἀγχοῦ τῆς βρεταννίας κειμένην ἐπιστρατεῦσαι, διὰ τοῦτο πόλεις δὲ δύο ὁρμαῖς ἐξεπόρθησε, καὶ διήρπασε.

Monos,latine solus.

Monas,nis,vnitas.Anb.ad Iustum.Vnde nec numerus monada,sed elementū numeri,qbus ea cura ē,appellauerūt.

Monachus,latine solitarius.

Monasterium latine solitudo.

Monarcha,vel monarches vnicus omnium princeps.

Monarchia cum accentu in pe.Vnius principatus.

Monoceros,otis, et monoceron, ontis, syllaba cor.animal vnicum cornu gerens,et qui vnicornis appellatur equinum corpus,caput ceruinum habens,mugitu horrido.

Monoculus,qui vnum tantum habet oculum.Monoculos in India nasci tradunt singulis cruribus,qui se à calore defendunt plantarum magnitudine.

Monopodium,dicitur mensa vnico tantum pede subnixa.

Monogamus,pe.cor.vnius vxoris vir.Vnde ē Monogamia. Hiero.Quaz sancta sit monogamia, hinc ostenditur ꝙ bigamus in clerum eligi non potest.

Monogrammi dicti sunt hoies.macri ptenues,ac decolores.

Tractũ à pictura,quę,priuſq̃ coloribus corporet, fingit lineis,proprie enim monogrãmos dicit pictura linearis.

Monodos,pe.cor.Pruſię filius,q dentiũ loco,os, vnũ continuũ habuit, ὀδοὺς.n.dens.Vñ monodos,q̃ſi vnicus dens, quẽadmo.Pyrrhum Epyrothaꝝ regẽ habuiſſe.Ply.refert.

Monodia,cum accentu ĩ pe.lugubris cantus, q̃ fit à p̃fica in defunctoꝝ funeribus,quaſi vnius cantus.Nam cęteris flẽtibus ſola prefica canit hmõi cantus ẽt nęnia dicitur.

Monomachia,ſingular̃ certamẽ,μόνος ſolus,μάχη pugna.

Monomachus gladiator,qui ſolus,cum ſolo pugnat.

Monopolium dr̃ cum penes vnum aliquem vendendi poteſtas eſt, ἀπὸ τ̃ μόνος, et πωλέω vẽdo. hoc fit cum vnus ſolus aliquod genus mercaturę vniuerſum emit, vt ſolus vendat,precium ſuo modo ſtatuens,, quod genus hodie in multis rebus ſeruat̃, vt in corallis Africę apud Hipponem, in alumine in Sicilia, et Etruria. Vnis paſſis in Achaia, bitumine in Iudęa. Quod quia gręci Aſphalton vocant, oẽ monopolion vulgo Aſphaltũ dr̃. Plau. Habes murinam,et calamuз potes monopolium iſtituere.Legimus apd̃ Iuſt.Monopolia nõ eẽ ĩtromittẽda,qm̃ non ad commodũ Reipu.Sed ad labem,detrimentũq; pertinent.

Monophagia,victus ex vna re. (μονοφθαλμός.

Monophthalmus, luſcus,qui vnum habet oculum.Gręce

Monoptoton,pe.cor.vnius caſus.Habet.n. vnam voceз per omnes caſus .Aptoſis, ſine caſu.habet.n. ſolum rectum.

Monoſtylon.p.c.vnius colũnę,ςυλον. n.columnã gręci dñt.

Monologion,ſermo vnius rei.

Monocoros,gręci dicunt ſemel tinctas veſtes ſaturatasq̃; (purpura.

Monotrophe,pe.cor.large ad alendum.

Monoſceli, homines indici ſingulis cruribus σκέλος. n.crus dicitur,qui et ſciopodes vocantur,ꝙ in maiori ęſtu humi iacentes σκιᾶποδες,hoc eſt vmbra pedis ſe protegant.

Monotropos,ſolitarius, vnius,moris,ſolis.

Monoxilon nauigium ex ligno integro,gręce μονόξυλον.

Monycus, pe.cor.vnus fuit centauroꝝ,de quo Iuue.Quãtas iaculetur Monycus ornos . Componitur ex monos,et ὄνυξ,hoc eſt ſolus,vnguis,ꝙ pedem,inſtar equi habuerit. Eſt.n.epitheton equorum,qui ſolidas vngulas habent.Sic et cętera animalia quę ſunt ſolipeda à gręcis Monycha dicuntur.Monychus vero Athenarum portus eſt.

Momnycha,momnychę,cum,y,et ch, aſpirato contra vſuз fratrũ Eremitanoꝝ, qui ſemper monicha proferunt,licet male. Eſt et nomẽ matris diui.Augu.Cuius vitę ſanctimonia ẽ ipſe diuus pater Augu.et Maphęus vegius Laudenſis vates literis mandauere, q̃ ſi mulières nunc imitari contenderent bene optimeq̃; ſecum ageretur.

Monachrus,arcadię mõs,q̃ſi ſolus vertex,ſiue ſola sũmitas.

Monyma,pe.cor.Mithridatis vxor,quę in deſperatione rerum profligataꝝ detractum è capite diadema,illud collo circum ligaſſe proditur,ſeq̃; ſuſpendiſſe. Et cum corporis pondere laqueus ille diruptus eſſet dixiſſe. Execrandum diadema neq; in tam triſti miniſterio mihi ꝓfuiſti,moxq̃; cum ſuper illud humi abiectum inſputaſſet eunucho regio iugulandam ſeſe obtuliſſe.

Monęchus cum oe, diph.portus,et ſtatio quędam Ligurię, ab Albinga oppido diſtans ſtadi.cccclxxx.À monęci portu vsq; in Thuſciam vniuerſum littus continuum oĩno, ſiue portu ẽ,exceptis qbusdã paruis ſtationibus ad iactãdas anchoras.nec eſt multaꝝ,aut magnaꝝ capax nauiũ Componit̃ ex μόνος,et οἶκος domus quaſi ſola domus.Et dr̃ portus Herculis, qa teſte Ser. pulſis alijs illic Hercules ſolus habitauit, vel ꝙ in eius tẽplo alius deoꝝ nõ colit̃.

Monobeli dictio gręca qua ſignificant̃ hi qui longuз habent obelum.Hoc eſt veru.Apud Lampri.in vita Heliogabali legimus monobeles vocari qui ſolo obelo,hoc eſt longitudinem conſpiciendi ſunt.

Moneo,es, monui,itum.ſignificat ſcientem, ſeu memo rem facio.Plau.in Pſeu. Ad hoc volo mone re te, monendus ne me moneat.Inde monitor qui monet,quid ſit agendũ, vt debet bona,et vera amicitia. Interdum monere Inuitare eſt ſicut inuitantur amici ad cęnam.Teren. Sed vt diei tempus eſt monere oportet me hunc vicinum phaniã ad cęnam vt veniat. Interdum attendere ſeu inſpicere.Augu. Admone diligenter iudex crudelis, ſepulchruз adijce cuſtodias militu з manda vigilias,vt probes mortuum quem noluiſti cognoſcere viuum.Conſtruitur nõnunq̃ hoc verbum cum duobus accuſatiuis, vt moneo te hoc.Nonnunq̃ cũ genitiuo.Vale.Maxi.Ab eo qui proxime ſolute à ſe legis ſuę admonitus.Nonnunq̃ cum ablatiuo.Teren.in An.Habeo pro illa re illum quo moneã probe.Cõpoſita ſunt,Admoneo,Commoneo , Pręmoneo, et ſubmoneo,quod eſt latenter moneo.Teren. in Eunu. Tunc ad eam ſubmonuit me parmeno. Vnde Xenophon de miſeria tyrannorum οὐ μὴν δὴ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν ὂν ἥδιστον ἀνθρώποις ἐστίν.

Monitor.Vide in Moneo.

Monitio,quę fit añ commiſſũ obiurgatio, poſt turpe fcm̃. Cic.li.i.offi. Habenda ratio, et diligentia eſt primum, vt monitio acerbitate,deinde obiurgatio contumelia careat.

Monitorius,ria,rium,quod monet,vt liber monitorius.

Monitus,us,pe.cor.et monitio,idem ſignificant.

Moneta dicta eſt,ꝙ nos ſigni impreſſione,vel authoris,vel precij moneat Quo.etiam nomine dicta eſt Iuno.Cice.li.i.diui.Poſt cladem illam maximam à Senonibus gallis factam,audita vox ex arce Iunonis fuit.Ex quo Iuno illa appellata moneta eſt.

Monetarius,qui monetam cudit.Firmicus,Habentes horoſcopum ſub cygno erant monetarij.

Monetalis,et hoc monetale,quod cuditur in monetam et aureos nummos qui etiam Aureoli dicuntur.Ambro.lib. de Para.Hoc bonum aurum decorum,et monetale,quod non corruptibile,ſed quod ęternum eſt.Apule.de Aſi. Plotina preciosiſſimis monilium,et auro monetali zonis refertis incincta. Et monetales triumuiri dicti ſunt, ſicut ſcribit Pompo.iureconſul,ęris,argenti,auri flatores.

Monedula,auis ex graculoꝝ gñe,q̃ſi monetula,ꝙ mõetas ſurripiat.Huic.n.aui furacitas argenti atq; auri p̃cipue ẽ.

Monetalis,qui pręeſt monetę cudende.Vnde ſcribunt iuris conſulti triumuiros monetales conſtitutos eſſe qui pręeſſent monetę cudendę.

Monile,pe.pro.ornamentum gutturis, quod ſolet de collo virginũ pendere, et gręce ὅρμισκος nuncupatur, inquit Hiero. Dictũ,ꝙ virtutes admoneat.Naз primo ob aliquid egregiũ factum dari ſolebat.Oui.in Faſ.Dat digitis gemmas,dat longa monilia collo.Sed non ſolum hominum verumetiam equorum pendens à collo monile vocatur. Virg.de equis latini. Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.Gel.Equitatum frenis,ephippis,monilibus,phalerisq̃; refulgentem.Monile ẽt ſegmentum dr̃,ꝙ qbusdã bracteolis,quaſi pręſagminibus conſtat.Hiero.tamen in Eſa. Vult eſſe Monile genus ad oĩa ornamenta mulierũ cum inqt. Monilia vno ſmone oĩa ornamẽta ſignificãt.

Monto,as,idem qđ aſcendo.Augu.lib.ij.de miraculis ſacrę ſcripturę.Moles quę de fontibus auegbat̃ ſurſum in aërem montabat.Et infra.Sed hoc nonne humana diligẽtia ſępe efficit,vt ab oppoſitis Vallibus aquas in excelſã montare,et ad fontes redire offenſas compellit.

Monumentũ dr̃ quicquid nos monet, ſiue monere poteſt quid ſit,illud,in quod intendimus, vt tituli, ſepulchra, ſtatuę,fana,porticus,carmina,hiſtoria,documẽta,doctrina,libri,cęteraq̃;, quem nos alicuius rei p̃terite moneãt. Vnde Cice.ad Cęſa.Sed ego quę monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor, ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis,q̃ ad pręſentis temporis gratiam Florentinus iureconſul. ſic ſcribit. Monumentum generaliter eſt res memorię cauſa in poſterum prodita,in quam.ſi corpus,vel reliquię inferantur,fiet ſepulchrum,ſi vero nihil eorum inferatur, erit monumentum memorię cauſa factũ quod gręci Cenotaphium appellant.Var.Monumenta à monẽdo,q̃ ſunt in ſepulchris. Et ideo ſcõm uitam,

quo preterceuntes admoneant et se fuisse, et illos esse mor tales. Ab eo cętera quoq; scripta, ac facta memorię causa monumenta dicta. Virg. Quem candida Dido Esse sui de derat monumentum, et pignus amoris.

Mons, terrę tumor altissimus, ab eminendo, quasi eminens dictus propter qd oē quod eminet mons dici potest. Virg. Pręruptus aquę mons. Sumitur quandoq; pro saxo. Idem. Prēsantemq; vncis manibus capita aspera montis Ferro inīsisset. Sic aliqñ saxum ꝑ mōte, vt apud eundē. Saxi de vtice pastor. Hinc septimōtiū, locus, q habet septē mōtes.

Monticulus dimi. paruus mons. Dicitur et monticellus.

Montanus, a, um, quod est ex monte, vt montani imbres.

Montosus, a, um, vbi sunt multi montes, vt mōtosa regio, non montuosa. Ply. Nascit in montosis, ē asperis aliqñ et herbosis. Virg. li. vij. Et te mōtosę misere in pręlia Nursę.

Mons ferratus, regio Italię, cuius fines sunt, hic Padus, ide Apenninus, et Tartarus amnis. Ex superiori parte mon tes proximi moncanerio, vbi pedemontium incipit.

Montiuagus, pe. cor. qui per montes vagatur.

Montigena, in monte genitus.

Monstrum, à monstrando dictum est, ꝙ aliquid significā do demonstret. Cice. de natu. deo. Monstra, prędictiones, et presensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea, q futura sunt portendi, prędici, ex quo illa ostenta mōstra, portenta ꝓdigia dicuntur. Virgi. tñ Poli phemum vnoculum mōstrū horrendū ingēs appellauit. Et sic quicquid est natura deforme, hoc est pręter naturā, aut deficit, aut excipit monstrum. et res monstrosa est. Te ren. in Eu. Quid istuc nam monstri fuit. Do. Monstrum ex omne contra naturam. Si igitur Eunu. est et vitiauit virginem contra reꝝ naturā factum est. Ostentum ꝙ ostendat, ē in corpore quandoq; sicut martyres qñq; aīo Sicut Salomon, qui infatuatus est ob amorem fęminaꝝ. Quandoq; etiam in rebus. Et hi omnes, vt ostentui, ē exē plo essent alijs. Salu. in Iu. Sed quoniam eo natus sum, vt Iugurthę scelerum ostentui essem. Quandoq; monstrum ponitur ꝑ mōstratione, vt apud Virg. Mōstra deū refero.

Monstruus, ua, uum. ꝙ est monstri.

Monstruosus, a, um, et monstrosus, sa, sum. Luc. lib. i. Mon strosiq; hominum partus.

Mōstrificus, q mōstra dicēdo, vel faciēdo demōstrat. Ply. Iuuenta in his, ē rō īferendi mōstrificis hominū īgenijs.

Monstro, as, ostendo, declaro, quasi pro monstro do. Teren. in Adel. Scio vbi sit veꝝ hodie nunq̄ monstrabo. Huius composita sunt. Commonstro, demonstro, et pręmonstro.

Mopsopia, Attica regio, à Mopsopo rege sic dicta, vt author est Strabo.

Mopsus nomē propriū viri vatis, q vt Pompo. mella refert in finibus pāphilię phaseli vrbem condidit. Fuit et alter Mopsus laphita. i. Thessalus, vt Stra. scribit. li. ix. q fuit Am phicis et cloridis filię Orchomei filius. Alius fuit cū quo certauit calchas de peritia diuinandi Apollinis filius.

Mora, expectatio, temporis dilatio. Plau. Cui mora semper obfuit, diligentia profuit.

Morula diminutiuum. Augu. li. xi. Confes. Quęro quoniam dies dicitur, non tantum morula solis, super terram secun dum ꝙ aliud est dies, aliud nox.

Moramentum idem quod mora. Apul. in Flo. Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt deuitari aduectorem sibimet ęquum diligunt.

Moror, aris, expecto. Plau. Nihil moror istas magnas dotes dapsiles, hoc est, nihil curo, non expecto. Et morari est de tinere, retardare. Quin. Quid me adhuc pater retines? qd moraris abeuntem? Plau. in Epi. Nihil ego te moror, idest differo, vel expectare facio. Item morari, manere. Hiero. Quanto studio, et amore contenderim, vt pariter in ere mo moraremur. Item hęrere, dubitare. Virg. Quidue mo ror si omnes vno ordine habetis Achiuos. Item recusare, vt pręmia tua non moror in qua significatione sępe vti tur. Plau. Et in his significationibus habet pri. cor. mora ri vero, prima produ. significat insanire, quod ostendit. Sue. scribens solitum esse dicere. Neronem desisse Clau. in ter homines morari Nam gręci μωρὸν stultum dicunt, et fatuum videbatur dicere. Clau. desisse manere et viue re inter homines cum intelligi vellet eū desijsse ꝑ mor tem delirare, et desipere, qui viuus delirauerat. Sic Plau. ī Tri. Amor, mores hominum moros, et morosos efficit. Cō posita à moror sunt. Commoror, quod est maneo, ē fir mam habitationem habeo. Lactan. li. vij. Cuius posteri cū diutius in Ægypto ꝯmorantes in magnā frequētiam creuissēt. Amb. vero de sāctis. Ornasio, et Prothasio posuit pro abstinere, cessare, vt inquit. Hortor vos, & moneo, vt à deorum nostrorum iniurijs cōmorantes, ad immo landū eis deuoti studeatis īsistere. Demoror, īmoror, morā traho. Lactā. li. ij. Sed vereor, ne si fuero ī ꝓpositione reꝝ ꝯtrariaꝝ, diutius immoratus. Remoror, et habent pe. cor.

Morus arbor morū fructus, à mora. i. tarditate, vt qdam putant. Nam postrema omnium arborum morus floret, pp quod prudentissima arbor dr̄, quia lędi se à frigore nō finit. Sunt tñ, q à gręco id nominis deriuēt, μωρὸν. n. ni grum dicitur. Mora quoq; in rubis sunt, sed multū ab his differentia. Colu. li. iij. De primo morum ab idibus Fe bruarij, vsq; in ęquinoctium vernale recte seres.

Moratus, q bonis moribus prędictus est. Plau. in Aulul. Dū mihi morata veniat dotata est satis. Terent. in Ecy. Sed quid mulieris vxorem habes, aut quibus moratam mo ribus. Et est participium sine verbo.

Morigeror, morem gero, obsequor, et quasi ad alterius vo luntatem mores transformo. Teren. in Adel. Si adolescē ti esset morigeratus.

Moriger, pe. cor. obediens.

Moralis ad morem pertinens. Vnde scientia moralis quę de moribus tractat.

Moros gręce, latine stultus. Plau. ī Tri. Amor, mores homi nū moros, ē morosos efficit. Vñ per ānominationē mores mori dicuntur stulti, et fatui, vnde moriones nominant.

Moros pe. cor. mortem significat ab eo ꝙ moriendo diui do ꝙ anima à corpore diuidatur.

Moriones, stulti. Augu. de Origine animę ad Hier. Quidam tantę sunt fatuitatis, vt non multum à pecoribus diffe rant, quos moriones vulgo vocamus.

Morosus, curiosus, diligens, qui nimis exacte omnia fieri expostit. Porphy. Ille est morosus, qui multorū moꝝ in ter se ꝯtrarioꝝ est, vñ senectus morosa. Author Sene. ē mo rosū genus iracūdię eē delicatū. Nā qñ res penè nulla aīo boīs cuncta fastidiētis satisfacit, ea ꝑe morositas ē. Ci. li. i. de Ora. Vsq; adeo morosi sumus, vt nobis nō satisfaciat ipse Demosthenes. Sue. ð Cęsa. Circa corpis curā morosior, vt non solum tonderetur diligenter, sed etiam velleretur. Et à more descendit, cuius prima producitur.

Morologus, pe. cor. q in sermone morosus. i. molestus ē, vñ et sermones hmōi dicuntur morologi. Plau. Nec molestū eē, nec sermōibus morologis vti. μῶρος. n. stultus λόγος s̄mo Plau. in persa. Morologus fio, scilicet sermone stultus fio.

Morbus est habitus cuiuscunq; corporis contra naturā, qui vsum eius faciat deteriores, aliàs in toto corpa, aliàs in parte accidere solet. Totius corporis morbus est, velu ti phthisis, et febris, partis aūt, veluti cęcitas, aut pedis de bilitas. Et apud iurisconsultos scriptum est morbum, & vitium distare, ꝙ morbus temporalis sit imbecillitas, et sanari queat, vitium perpetuum impedimentum. Cice. lib. iiij. Thuscu. ait, morbum esse totius corporis corruptio nē, veluti febris ē. Vitiū, cū ptes corpis īter se dissidēt. Ex q̄ prauitas mēbrorum, distortio deformitas, morbi, in aīa, dnr̄ vitia inueterata, et dura, vt est Auaritia, ambitio etc.

Morbidus, a, um, qd ē morbo īfectus. Idē sigt̄ morbosus.

Morbicus, a, um, quod morbum infert.

Mordeo, des, momordi, ē morsū. Luc. Exhibuit primus cha libem, frenosq; momordit. Plau. in Tri. Ni fugissem in quit, medium credo pręmorsisset. Est autē mordere den

tibus lędere.Per transla. vero significat detrahere, punge/
re.Composita sunt admordeo,valde mordeo.Virgil.lib.ij.
Geor. Duriq; venenum Dentis,et admorso signata in stir
pe cicatrix.Commordeo,simul mordeo. Demordeo, morsu
decerpo.Immordeo,morsum infigo.Obmordeo , circum/
mordeo.Pręmordeo,ante mordeo.Remordeo,crucio,solli/
cito.Virgi.Quando hęc te cura remordet.Proprie tamen
remordere,est illũ,à quo quis est morsus mordere.Lac.li.
vi.Sed quia ipse caninam facundiam,sicut Salu.ab Ap/
pio dictum refert,exercuit,voluit hominem canino mõ
viuere,vt remordeat lacessitus.

Morsus,sa,sum,participium.Ply. Datur morsis à rabioso,
ne rabidi fiant.

Morsus,us,nomen modo pro dentium lęsione,mõ ꝓ ma/
ledicentia ponit,et morsus est qui gręce dr̃ scomma, qm̃
figuratus est. Sępe enim frande , vel vrbanitate tegitur,
vt aliud sonet,aliud intelligat.Idem significat morsio.

Morsiuncula dimi.pũus morsus.Plau.in Mili.Compssiones
arte amantiũ ꝯparatę teneris labellis,molles morsiũculę.

Mordax,q mordẽdo lędit,vel q alijs detrahit,à q̊ mordaci

Mordico,s,pe.c.dolorẽ affero,pide ac si morsu lęderẽ. (tas.

Mordicus,pe.cor.aduerbium significat mordendo . Plau.
in Cur.Manum arripuit mordicus . Idem Iamdudum
oportuit nasum ademptum mordicus.Aliquando signi/
ficat strictim,et quasi morsu,ac dente. Sueto.in Cęsa. Ne
libelli,quos tenebat madefierent, paludamentũ mordi
cus trahens,ne spolio potiretur hostis.

Mordicibus ꝓ morsibus.Plau.Asini.me mordicibus scĩdãt.

Morsicatim significat mordendo. Var.Sicut pulli incedũt
ẽ in bellis morsicatim ludunt.

Mors,à mordendo,Vt inquit Augu.li. contra Pelagianos.
Eius hęc sunt verba . Mors priuatio vitę est nomen tm̃
habens,non essentiam. Et ideo deus eius author esse dici
non potest. Quicquid enim deum fecisse dicimus habet
essentiam,idest species est.Essentia enim dr̃ ab eo, qđ est
Mors ergo nihil est nisi nomẽ, recedente vita,sicut fames
escarũ defectus, sitis egentia potus Tenebrę absentia lucis.
Sterilitas defectus fętus.Silentium vocis absentia. Inopia
priuatio facultatum,et si qua sunt alia , quę rerum pri/
uationes nihil esse,nisi nomen inueniuntur. Opinor nãq;
ꝙ ideo mors hoc vocabulũ accepit, eo ꝙ morsu quodã
modo venenosi serpentis,idest diaboli in paradiso Adam
fuerit interemptus.Tunc enim serpẽs morsu decepit Adã
quando eum per ꝯcupiscentiam mordere ,hoc est edere
sua fit illicita.Et(vt dixi) propterea mors,quasi à morsu
nomen accepit . Vnde dominus in Ozeę propheta morti
minitans dicit.Ero mors tua,ó mors,ero morsus tuus in/
ferne.Sunt,qui mortem ab eremita iam vita,hoc est iam
acta,et absoluta nominatã velint,ẽ mortuos,q̃si eremitos
appellatos,ꝙ mortali hac militia absoluti,quasi veterani
quietiorem iam statum sint adempti. Alij à gręco trahũt,
hoc est ab μόρος qđ sortem,ptem,mortemq; sigt. Moros
autem ab μερεῖν descendit,quo verbo partiri,ac separare
significatur.Nam quid aliud est mors , q̃ animę à corpe
separatio.Plato diffiniuit mortem sic,ὁ θάνατος ἐστὶν ψυχῆς
καὶ σώματος διάλυσις. Hoc est.Mors est aĩę corporisq; dis/
solutio. Mors etiam dea à gentibus putata est,quę mor/
tis potens est.Hanc Cice.Noctis,et herebi filiam fuisse scri
bit.Sta.In scopulis mors sęua sedit.Declinaturq; in plura
li hoc nomen mors.Augu.li.i.de ciui.dei. Multi multa/
rum mortium fęda varietate consumpti sunt. Et iterum
in eodẽ.Cũ ãt vnicuiq; mortalium sub quotidianis vitę
huius casibus innumerabiles mortes quodammõ ꝯtinent.

Morior,eris,et iris,quarti ordinis.Oui.li.iiij.Meta.At stre/
pitum,mortemq; timens,cupidusq; mori,significat mo
ri vita decedere.Cuius pręteritũ est mortuus. Vnde Aug.
lib.xiij.de ciui.dei.Non importune,neq; incongrue arbi/
tror dicere,et si non humana industria iudicio fortasse
diuino,vt hoc verbum , quod moritur,in latina lingua,
nec grãmatici declinare potuerĩt,ea regula,q̃ cętera talia
declinant,nanq; ab eo,quod est oritur fit verbum pr̃iti
temporis ortus est,et si qua silia sunt, q̃ p pręteriti tẽpo/
ris participia declinantur.Ab eo vero, quod est morit,si
quęramus pręteriti temporis verbũ responderi solet mor/
tuus est,u,litera geminata.Sic.n.dr̃ mortuus.qũo fatuus,
arduus,carduus , conspicuus , & siqua similia,quę non
sunt pręteriti temporis.Sed quoniã nomina sunt sine tpe
dclinantur.illud vero,quasi,vt declinetur. quod declinari
non potest, ꝓ participio pręteriti tẽporis ponit nomen.
Conuenienter ergo factũ est,vt quẽadmodũ id,qđ signi/
ficat non potest agẽdo,ita ipsum verbum non possit lo/
quendo declinari.Cõposita huius verbi sunt, Commorior
simul morior, vt illud Etiã si oportuerit me ꝯmori tecũ,
nõ te negabo.Demorior,emorior,ĩtermorior,et ꝑmorior.

Mortuum mare dicitur,quia nihil viuum gignit,lacus ẽ
Sirię in prouincia Pẽtapoli, q nihil ꝑter bitumẽ gignit
nihil in eo graue submergitur . Ideo Asphaltus vocatur,
ꝙ omnia in eo tuta sint gręce ἀσφαλτὸς tutamen dicit.

Mortalis,q morti subiectus est,Cuius ꝯtrariũ est.Immor
talis,vt Deus sit Immotalis.

Mortuale,quod ad mortuos pertinet.Plau.in Asi.Hęc sunt
non nugę,non enim mortualia.Vnde emortualis dies in
quo quis est mortuus,sicut natalis,in quo quis natus est.
Idem. Certum est enim hunc emortualem facere ex na/
tali die.Mortualia etiam dicuntur,quę mortua sunt.

Mortifer,ra,rum,pe.cor.quod mortem affert.Colu.lib.vij.
Et etiam mortifer serpentis ictus.

Morticinum,pe.pro.exangue correptum,morticinam car
nem dicimus animalium,quę non sunt mactata,sed p
se mortua. Ply . Sola hęc auis in eo genere morticinam
carnẽ nõ attigit.Var.Morticię ouis,nõ patiunt vesci car/
ne.Morticini claui dñr pedũ,ꝙ veluti morticina caro fit.

Mortarium,vas,in quo res, quę resoluendę sunt , pistillo
terunt.Plau.in Aul.Cultrum, securim,pistillum morta/
rium,quę vtenda vasa semper vicini rogant.

Mortariolum,dimi.paruum mortarium.Hier.in Nume/
ris.Ponent cum eo turribula.mortariola cyathos,ẽ crate/
res ad vina fundẽda.Est et mortarium lacus ꝯceptaculũ,
in q̊ calx,siue itrita subigit,ꝑnaturue,q̃ loca ẽt plębei ho
die mortaria appellantur, vt est apud Plyn. libro xxxvi.

Morini populi belgici quos Ply. vltimos hominum dicit.

Morocthos,genus lapidis vtilis in medicinę vsu, vt apud
Galenum,et Diascoridem,qui et Molocthus, & moroxus
apđ eos scribit,Galaxias à q̃busdã,ẽ Leucographis appel

Morphosis,pe.ꝓ.latine dr̃ formatio. Inde morpheta (lat.
ĩfirmitas,q̃ colorem mutat,et Metamorphosis trãsforma/

Morotis,et morosis,pdeliriũ,et ĩsania, quotiẽscunq; (tio.
ex somnifico,grauamine resipiscentia nõ dat ad mẽtem.
Hęc.n.nõ mõ memoriã,sed vsũ, quoq; rõnis intercipit.

Moses,sis,et mosi, sicut et achilles,is,li,nomẽ ĩclyti iudęorũ
ducis.Iu.Tradidit arcano qđcunq; volumine Moses.Ara/
tor.Nõ hęc ieiunia moses Cõdidit.Et interposito y,Moy/
ses dr̃,quod habet in frequentiori vsu.Sedulius.Quid ꝙ
et Heliã,et clarum videre Moysem.Scribit Iose . ex euen/
tu rerum nomen Impositum fuisse,idest ex aqua salua/
tus,ex eo ꝙ de flumine sit saluatus.Moy.Ægypti aquam
dicunt,ses vero saluatus Dicitur et moseus,Moyseusq;.

Mosillus,diminutiuum paruus mos.

Mons,oris,est vitę institutum ꝯsuetudine firmatum.Var.
ait morem esse institutum animi,quod sequi debeat con
suetudo. Interdum sumit pro ꝯsuetudine approbata,q̃
habetur pro lege,Interdum in malum.Nam et boni, et
mali mores dicuntur.Plau.in Tri.Morbus bonos inua/
sit mores,qui,dum ęgrotant intermortui, mores mali,
quasi herba irrigua succreuerunt.Hinc fit Moratus,mo/
ralis,et morigeratus,et dimi.mosillus,paruus mons.

Moscus.Vitulum et stirpem significat.

Mosini,populi Asię versus septentrionem,qui vt Pompo.li.
i.refert.Turres ligneas subeunt,notis corpus omne persi/
gnant,propatulo vescuntur, promiscue concumbunt, et

palàm

palàm reges deligāt, vinculisq; artisfima custodia tenēt.

Moneo,nes,moui motum notę significationis. Cęsar.Postero die castra ex eo loco mouent. Per translationem mouere ponit pro excludere.Cice.lib.i.Offi.Quod ergo nōne nocet,qui quoddam,quasi veneno perficiat,vt veros heredes moueat,in eorū locū succedat.Mouere aīūs est inducere,allicere.Virg.lib.iij.Geor.Non vmbrę aliorū nemorū, non mollia possunt Prata mouere aīum.Ser.mouere animum,est suū desyderiū illicere.Mouere tragędias,significat verbis rem atrocem, et indignā efficere.quale ē opus tragicorū de rebus atrocibus semper mestisq; loquentiuz, sicut econtrario. Comędias agere pro ridicule,ac dicaciter loqui.Composita huius verbi sunt, Amoneo,admoneo,q̄ sunt ῥria.Vide in dictione Amoneo, Cōmoneo,dimoneo, diuerse,siue diuersimode moueo.Teren.in Adel.Caue nūc oculos à meis oculis quoq̄ dimoueas tuos.Lactan.lib.vij. Cum discussis fluctibus, et in vtrāq; partem dimotis per siccū populus graderet.Emoneo,extramoueo.Idez lib.iiij. Hoīumq̄; mentes emotas, et malis incursibus furiatas ī sensus pristinos reponebat. Promoneo,vehementer vltra moueo,prolongo,vltra eo.Teren. in Andria.Ehò tu impudens non sat habes ꝙ tibi dieculam addo, quantum huic promoueo nuptias.i.prolongo.Permoueo, valde moueo.Salu.in Iugur.Existimans Atherbalez dolore permotum iniurias suas vindicaturū manu.Demoueo,deorsuz moueo. Liui.lib.vi. Quantum Romana se innexit acies, tantum hostes gradu demoti. Remoueo,alieno,discedo, tollo.Lactan.li.iij.Ab eiusmodi qōnibus se remouit.Liui. lib.ij.Hunc tu(inquit) Luci Tarquine remoue metum.i. aufer.Cice. Cato.Si quisq̄ fuit vnq̄ remotus ab inani laude et sermonibus vulgi, ego profecto,is,fum.i.alienatus. Idem Tironi. Accepimus conditiones, sed ita,vt remoueat presidia ex his locis. q̄ occupauit.i.alio mittat. Semoneo, seorsum moueo.Augu.lib.vi. Confess.Statimq̄; cognitum manu apprehēsa semouit à turbis.Summoneo,clàm,siue subtus,vel à longe moueo.Col.lib.i.Cum liceat,vel cauere,ne talis preficiatur negocio, aut iam ꝑpositus,vt summoneatur curare. Idez lib.iiij.Fructusq̄; summotus à terra minus putrescit.i.de longe positus.

Moto,tas,frequentatiuū.Virg.Sine sub incertas zephyris mōtantibus vmbras.Sine antro potius.

Motabilis, qui frequenter mouetur.Hiero.in Gen.Creauit deus omnem animam viuentem,atq; motabilem.

Motus,ta,tum,participium.Virgil.Sed motos prestat componere fluctus.

Motus,tus,ipsa motio. Vndelfit terremotus.Est autem motus,vt inqt.Aug.li.8 beata vita de loco ad locū trāsitus.

Motiuus,ua,uum,quod mouetur,et non permanet.Do.in expositione Andria. A re nihil est proprium.A persona cuiq̄ proprium perpetuum,non temporale,ac motiuum.

Motacilla,auis, quę semper mouet caudam, vulgo. Cauda tremula dicitur.

Mox aduerbium significat statim. Teren. in Phor. Expecto, q̄ mox veniat. Item significat paulopost,vel postea. Cice.lib.i.de ora. Verum illa mox, nunc de ipsa exercitatione,quod sentias,querimus.

M ANTE V

Mucor,lanugo,quę diutino situ contrahitur, quemadmodum in pane carne,alijsq̄; huiusmodi fieri videmus.

Mucidus,da,dum,quod mucorem,hoc est mutam habet. Iuue.Neq; enim omnia sustinet vnquam Mucida cęrulei panis consumere frusta.

Muceo,ces,cui,mucidus,sum.A quo mucesco,mucidus fio. Ply.lib.xviij. Iterumq̄; exporrigi in sole sup lintea, quod nisi festinato peragatur lurido colore mucescere. Ca.de re ru.Vini singule vrnę dabant,qđ neq; aceat,neq; muceat,

Muccus, narium humiditas, et crassior pituita. Catullus. Muccus,et mala pituita nasi.Hinc muccosus,qui ē mucco plenus, vel à mucco lęsus.

Mucro proprie cuspis,et acumen ensis,ac telorū.Apu.circulatorem aspexi equestrem spatam infesto mucrone deuorasse. Sene. ad Lucil. Gladium bonum dices,non tui deauratus est baltheus,ne cui vagina gemmis distinguitur,sed cui ad secandum subtilis est acies,et mucro munimentum omne rupturus.Improprie ponit pro ense.Sicut tectum ꝓ domo dicitur et de alijs rebus ꝙ illo sūmo acumen.Vnde apud.Ply.herbarum mucrones dicuntur.

Mucronatus,ta,tū,qđ est acutū,et ad mucronis spēcie formatū.Ply. lib.xxxij.Scribit inter pisces xiphiam.i.gladiū rostro mucronato eē,à q̄ naues ꝑfossę mergunt ī Occeano.

Mugil, et mugilis,pe.cor.genus piscis capitosi.Greci à capite Cephalon appellant, qui oīum piscium squamis intectorum velocissimus est,adeo, vt transuersa nauigia interim supernaret. Huius natura esse fertur,ꝙ abscondito in metu capite totum se occultari existimat.

Muginor,pe.cor. murmuro.Lucil. Muginamur,molimur (subducimur.

Mugius,cognomen Romani cuius/ dam, à frequenti murmuratione,à quo mugiola porta, cui ipse aliquando prefuit nominata est.

Mugonia, porta Romę,à mugitu, quod p eam venale pecus intraret.Hęc ē Trigonia appellata ē,ꝗ ē triū āgulorū.

Mugio,gis,giui,vel,gij,itum,fictitium verbū à voce boū. Vnde mugitus, pe.pro.ipsa vox.Liui.lib.i. Inde,cum actę boues q̄dam ad desyderium(vt fit)relictarū mugissent. A mugitus similitudine vēti, quoq;,et tonitrua aliqn̄ mugire dr̄.Lactan.li.vij.Cur emicent fulgura,tonitrua mugiant. Huius composita sunt Ad mugio,quod est iuxta vel post mugio.Clau.li.iij.Omnibus admugit,quocūq; it, Immugio,itus,vel valde mugio.Virg.li.iij.Cuiusq; imugijt Ætna cauernis. Remugio,Resono.Idem lib.iij.Geo.et vox assensu nemorum ingeminata remugit.

Mugitus,us,pe.pro. vox boum.Virgil. Mugitusq̄; boum.

Mulgo,as, palàm facio. Plaut.in Cist. Pro puella seruulus nequā qui dominū mulgat,atq; villicū.Huius composita sunt Dimulgo, et Promulgo,de quibus alibi.

Mulgeo es,si,vel,xi,mulsuz,ctuz.Prisc.Mulgeo,quoq; mulsi facit,q̄uis differentię cā q̄dam mulxi ꝓtulerunt,qa mulceo quoq; mulsi,facit.Est autem Mulgere lac ē mammis exprimere. Virg.lib.iij.Geor.Quod surgente die mulsere, horisq̄; diurnis Nocte premunt. Transfertur tn̄ ad alia. Eius composita sunt Emulgeo.Col.lib.viij. Sed priusq̄ hoc fiat exiguum emulgendū est. Teren.in Phor.p translatio.dixit.Emulsi argento senem,quod est sine labore sustuli.Immulgeo,intus mulgeo.Ply.Fabulosum arbitror, de strigibus vbera eius infantium labris immulgere.

Mulcta,ctę,ipsum lac mulctum,seu emunctio aut vas in quo mulget.Virg.li.iij.Geor.Hinc largi copia lactis.Quā magis exhausto spumauerit vbere mulctra. Lęta magis presfis manabunt vbera mammis.Col.lib.viij. Sed mulctra cū est repleta lacte,nō sine tepore aliquo debet esse.

Mulctrum,idem, quod mulctra.Hora.in epo. Illic in visę veniunt ad mulctra capellę.

Mulctrale similiter vas, in qđ mulgentur animalia.Virg. in Geo.Implebunt mulctralia vaccę.

Mulceo, ces,si,sum,et ctum.Priscia. Mulsi, sum,et ctum. Vnde Cice.in Conten.metelli.Permulsa,atq; recreata.Var. in saty.Capite permulso.Sal.li.iiij.hi.Dein lenita iam ira postero die liberalibus verbis permulcti sunt.Est aūt mulcere,lenire,mollire,blandire,mitigare,ducem facere, vngere,delectare,polire.Virg.Et mulcere dedit fluctus,et tollere ventos. Hiero. Et sermone composito aurem populi mulserint,quicquid dixerint, hoc legem dei putant.i.delectauerint.Huius composita sunt demulceo.Permulceo, perfecte mulceo.Cice.lib.iij.ad Heren. Nam ledunt arterię,si anteq̄ vox bene permulsa est, acri labore compelletur.i. mollificata. Gel.lib.i.Nihil adeo in congrediendis hostibus,atq; ī principijs ꝑliorū ad salutē ꝟtutemq̄; aptius rati,q̄ si ꝑmulcti sonis mitionibus, nō īmodice ferocirent.

Mulciber,pe.cor.mulciberis,et per syncopam mulcibris. Est enim tertij ordinis, non secundi, à mulcendo dictus

est vulcanus.i.molliendo ferro. Mulcere.n.mollire, siue lenire est, ꝙ ignis omnia mulceat.i.molliat, vincat, ac domet. Cice.lib.ij.Thuscu. Iouisq; numen mulciberis adsciuit Marius. Ouid. Mulciberis capti marsq;, Venusq; dolis. Sunt qui mulciber à mutilando dici putant, ꝙ hoc ob clauditatem sit mutilatus, ac debilis.

Mulsum, à mulceo, quasi melle delinitum. Mulcere enim delinire est, quasi mollicere. Est autem mulsum potio ex vino melleq; confecta. Ply.lib.xxi.scribit mulsum ex vetere vino vtilissimum fieri, quod facillime cum melle concorporatur. De hoc Mar. Attica nectareum turbatis mella falernum. Misceri decet hoc à Ganimede merum. Hoc si calidum bibatur vocē permulcet, si frigidum exasperat. Cice.lib.ij.de ora. Suadebat grauius, vt mulsum frigidum biberet simul ac domum rediisset. Perdam inquit vocem si id effecero. Greci mulsum vocant οἰνομέλι μελίκρατον. Vlpi. Vini appellatione ait mulsum non contineri, oinomeli contineri. Interpretaturq; oinomeli vinum dulcissimum. Quod si Vlpi.sententia vera est, mulsum non erit idem qđ oinomeli. Vsurpat ēt ꝓ adiectiuo, mulsus, sa, suз. Ply. Lac mulsum, acetum mulsum, aqua mulsa, quę melle concinnetur. Hęc etiam Hydromeli, quę fit despumato in ea melle, confert ęgrotis. Apud Plaut. ex amantis, et blandientis affectu dr̃. Mea mulsa. At mustum ad tertias partem decoctum sapa dr̃, vt Var. Ca. Col. Pala. accuratissime scripserunt. Mar. Et laletanę nigra lagena sapę sed si ad duas partes sit decoctum defrutum appellatur.

Muliĕr, à mollicie, vt inquit. Var. Dicta est imutata, et detracta lr̃a, quasi mollier. Vlpi. Mulier dicitur, quę virgo nō est. Quod si inquit, ego me virginem emere putarem, cum esset mulier, emptio, nō valebit. Cice. Obiurgantibus, ꝙ sexagenarius Popiliam virginem duxisset, Cras muliĕr erit, inqt. Caius scribit muliĕris noĩe ēt virginem viripotentem contineri. Vlp. Vno in loco vtroq; significato vsus est. Muliĕrem ita arctam, vt mulier fieri non possit, sanaз non videri constat. Eandem dixit muliĕrem, et non muliĕrem. Primum pro ea, quę foemina est. Secundum ꝓ ea, q̄ est corrupta. Aug.li.ij. De ꝯsensu euangelistaꝝ. In multis scripturaꝝ locis, hoc inuenit non eas tm̄, q̄ viꝝ passe fuerant, sed oĩno foeminas ēt intactas atq; integras muliĕres appellari, sicut de ipsa Eua scriptum est, formauit eam in muliĕrem. Qua locutione etiam Paulus ait. Christum factum ex muliĕre.

Muliĕbris, et hĩ muliĕbre, quo ad muliĕres ptĩnet, seu qđ est, aut fuit muliĕris, vt muliĕbris sexus, muliĕbre vestimētū. Aliqñ. dicit, qđ est molle, et foeminaꝝ, vt muliĕbris aĩus.

Muliebritas mollicies.

Muliĕbriter aduerbium, qđ significat molliter, effęminate, seu more muliĕrum. Iusti. Quę non muliebriter hostium aduentu territa.

Muliĕrosus, qui nimium appetit muliĕres, à quo muliĕrositas. Cice.lib.iij.Thusc. Similiterq; cęteri morbi. vt glorię cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam, quę gręce φιλογυνεῖα dicitur, idest amor muliĕrum.

Mulierarius ideз, quod mulierosus. Iul. Capito. Mulierarius fuit inter primos amatores.

Muliĕro, ras, effęmino. Var. Et rex, et misellus ille pauper amat. Habet ignem intus acrem. Hic ephebum mulierauit. Hic ad medica adolescentem traxit.

Muliebria tm̄ plurali numero dñr menstrua. Hie. in Geñ. et desierant Sarrę fieri muliebria. Interdum sumuntur pro muliebri natura, sicut virilia pro pudendis viri. Interduз pro libidine. Quin. Nobilis adolescens à centurione muliebria passus. Sic Sal. Viros muliebria pati, muliĕres pudicitiam in propatulo habere.

Mullei, calcei regum albanoꝝ, erant purpurei coloris postea patricioꝝ à Millando.i.suendo. Vnde Millus collare, Vopis.ĩ Aureliano. Calceos mulleos, ē hederaceos et albos viris omnibus abstulit mulieribus reliquit.

Mulus, per simplex l, animal, quod asino, et equa generat. Qui antē ex equo, et asino genitus pullus hinnulus dicit.

Muli mariani sunt furculę quibus religatas sarcinas viatores gerunt. quarum vsum quia Marius retulit Muli mariani postea appellati. Fronti.lib.iiij. Stratag. C. Marius recidendoꝝ impedimentoꝝ gratia quibus maxime exercitus agmē onerat vasa, et cibaria militū ĩ fasciculos apta furcis ĩposuit, sub qbus et habile onus ē facilis reqes eēt.

Mularis, et hoc mulare adiectiuuз à mulo. Col.lib.vij. Est generosa materies, q̄ circo, sacrisq; certaminibus equos ꝓbet, Est mularis, q̄ ꝓcio foetus sui comparatur generoso.

Mulio, et mulius, q mulos clitellarios, siue q̄drigarios ducit. Hora.ĩ Ser. Audit cū magno blateras clamore, furisq; Mulius. Iuue. Nam mihi cōmota iamdudū mulio virga.

Mullus, per, duplex ll, genus piscis marini maxime nobilitatis, et gratię, qui binas libras ponderis raro exuperat. Hora. Laudas. Insane trilibrem Mullum. Mar. Nolo mihi ponas rhombum, mullumq; bilibrē. Hic à gręcis Trigla dicitur, vulgus Barbonem vocat, qm̄ authoore Ply. Barba gemina insignit inferiori labro. Hinc à Cice. in Parado. et à Var.lib.iij. de re ru. Barbatuli et barbati muli dicti sunt. Nomen illi datum est, vt Fenestella docet à colore mulleoꝝ calciamentoꝝ, Scribit Ply.lib.ix. Mullū expirantem versicolori, quadam, et numerosa varietate spectari.

Multa, tę, solutionis pęna, ꝙ olim, vt Var. inquit, singula vt ob peccatum exigebantur, vt ouis, aut bos, postea multa simul exigi cęperunt, et vinū, atq; oleum addi. In hoc aūt multa differt, à pęna, ꝙ pęna generali nomine dicit oĩum delictorum coërtio, multa vero specialis est peccati cuius aĩaduersio pecuniaria est. Pęne aūt nō tm̄ pecuniaria, sed capitis, et existimationis irrogari solet. Et multa quideз ex arbitrio eius venit, q multā dicit, pęna nō irrogat, nisi, quę lege, vel quo alio iure spāliter, huic delicto imposita est. Suprema multa apud priscos erat in singulos dies. xxx. boum, et duaꝝ ouiū, minima, ouis vnius. Var.li.xi. reꝝ humanaꝝ dicit hoc vocabulū nō latinū, sed sabinum esse. Dicimus aūt multam dixit, et multa dicta est, multā irrogauit, et multa irrogata est, et sigt multā imponere damnato, quasi per rogationē ad populum.

Multatitius, tia, tium, quod ex multa fit, vel quod ad multā ꝑtinet, siue quod noĩę multę exigit. Liui.lib.x. Ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuarijs damnatis ludifacti. Et lib.xxvij. Ædiles plebis ex multatio argento signa ęnea ad ędem. Cereris dedere.

Multo, tas, punio, condemno, laxo, diminuo, qa oĩs punitio diminutionem habet. Et ꝯstruitur cum ablatiuo, vel gtō. Virg. Mulctatam tristi morte Camillam. Cur.li.ij. Is quoq; insulas ꝓsidijs occupat pecunia multat. Aliqñ cum duobus accusatiuis. Hiero. in Esdra. Et multauit gentem argēti talenta centum. et auri talentum vnum. Interdū Multare significat priuare. Virgil. Quod si perdiderim, patria multabor. Interdum lacerare, mutilare, verberare, dissoluere. Teren. in Adel. Ipsum dñm, atq; oēm familiam multauit, vsq; ad mortem. Col.lib.ij. Quo euenit, vt in iteratione, quoq; scāna fiant, et boues iniquitate operis maxime multent. Interdum augere, et voti compotem facere. Noni. Et vobis quidem gratias ago, cum votis me multatis meis. Interdum male tractare. Col.lib.i. Nam illud vetus est Cato. Agrum pessimę multari, cuius dñs quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum. Multare matrimonio est diuortium facere. Plaut. Nunquid causam dicis quin te multem matrimonio.

Multor, aris, deponens. Sue. de Augu. Neq; aut crebrius aut perfidiosius rebellantes grauior vnquam multatus est pęna, q̈ vt captiuos sub lege venundaret.

Multus, ta, tuз, à quo fit multitudo, q̄ est freq̄ntia, et copia.

Multifariam aduerbiuз, et sigt, qđ multis, modis fari pōt.

Multifidus, da, dum, pe.cor. quod multis modis scinditur.

Multiuidus, pe.cor. qui multa videt.

Multipes, multorum pedum.

Multiuolus, pe.cor. qui multarum, reruз desyderio tenetur.

Multus homo dr̃, q est nimius in aliqua re, et q impitia quadam, et ineptitudine modum excedit. Plaut. in Aul. Equidem de isto multo multa scio te non mentiri, et Catul. Multus est Naso.
Multiplex, varius inuolutus, multas plicationes habens. Hinc multiplico, multiplicas.
Multifacio magni ęstimo.
Multesima pars ꝓ q̃ntitate īfinita. Lucil. Quod paruula pars, q̃ multesima constet.
Multiloquus, pe. cor. qui multa loquitur.
Multicia indumenta dicebant minutissimis filis cōtexta. Vnde à multis filis, ē ꝓpterea subtilibus nomē inditū, vel à mulcendo, q̃m carnem demulceant. Et tantum pluraliter declinatur. Iuuena. Quęro an deceant multitia testem.
Multiiugus, ga, gum, pe. cor. quod est multiplex et varius. Nam multiiuga dicimus. Multa, et numerosa. Vbi iugus, nihil significat sicut in postliminium, meditullium legitimū et hmōi. Liminium tullium et timū, nihil oino designāt. Prima pars in multiiugum multum significat, reliqua pars protractiones solam esse demonstrat. Apul. in Apol. Legisti Aristotelis multiiuga volumina. Cice. ad Atti cum ait se multiiugas literas accepisse.
Multicolorius, ria, rium, ꝙ habet multos colores, vnde vestimenta multicoloria apud Ezechielem legimus.
Multiscius, qui multa scit, et multas scientias habet.
Multiforatilis, qui habet multa foramina, vt tibia multiforatilis apud Apul. In floridis.
Multigeneris ē hoc multigenere, sicut degeneris et hoc degenere, significat, quod est multorum generum. Plaut. in Cap. Multis generibus.
Multibarbus, qui habet multam barbam. Apul. in Flora. Multibarbus spinis obsitus et pilis.
Multiloquuntur, vt inquit. Augusti. lib. Contra cres. grā. Est superflua locutio vitium, scilicet loquēdi amore contra ꝯctū. Plerunq; āt loq amant ēt, q nesciūt, qd loquant̃, vel qūo loquant̃ siue ad sanitatē scientiaꝝ siue ad ipsum, q arte grāmatica discit̃ integrū sonū ordinemq̃; verborū.
Mundus substantiuum dr̃ ornatus muliebris, quo. s. mulier mundior fit. Liui. xxxiiij. Munditię ornatus, et cultus hęc fœminaꝝ insignia sunt his gaudent et gliant̃, hūc mundū muliebrē appellauerūt maiores nostri. In cuius noīs appellatione continentur speculum, matulę, inaures, armillę, anuli, gēmę, mitrę, et similia qbus mulier ornatur. Ca. Pro lege Opia Mundicię ornatus, et cultus fœminaꝝ insignia sunt, his gaudent, et gloriant̃. Hunc mūdum muliebrem appellarunt nostri maiores. Dicitur et mundum neu. ge. Lucil. Legauit quidam vxori mundum omne, penumq̃. Hinc deducitur Mundus, qui constat ex sole, et luna, et terra, et stellis, et oībus elementis, et quicqd cęli ambitu continetur. Nam sicut gręci κόσμον, qđ apud eos ornatum significat, ita nos à perfecta, absolutaq̃; elegantia vocamus mundum. Aug. in questionibus, noui, et vet. testamenti. Materiam condidit deus, quę esset rerum confusio ex qua faceret mundum. Distincta enim quę simul ꝯfusa erāt hunc ꝑstiterunt quē videmus ornatum. Discretis enim abinuicem substantijs facta cōpaginatione mundus dicitur, ꝙ nihil eo mundius sit, et pulchrius, et ornatius. Et à gręcis ab ornatu cosmos dr̃. In sacris volīis mundi noīe, q̃nq; hoīes q̃nq; inimici dei ītelligunt̃.
Mundanus, na, num, quod mundi est. Vnde interrogatus philosophus cuias esset, mundanum se esse respondit.
Mundus, da, dus, quod est purum, tertius politumq̃;. Cuius contrarium est Immundus.
Mundicies, et mundicia, pro lauticia, qua quis se mundus, ac politum tenet. Cice. lib. i. offi. Adhibenda ꝑterea munditia est non odiosa, nec exquisita nimis.
Mundo, das, detergo, depuro. Hiero. ad Helio, Cor. Centurio adhuc ethnicus dono sancti spiritus mundatur. Hinc cōponitur, Emundo, extramundo. Col. lib. ij. Quędam pluuijs diebus, vt bubilia, et ouilia debent emundari.

Mungo, is, xi, ctum, quasi muccum ago. Id enim mungere est, cum è naribus muccus trahitur. Vnde emungo fit, de quo supra. Inuenitur etiam mūgor deponens. Cato de liberis educandis. Neq; emungentur libertatem.
Munus quatuor modis dr̃. Primo pro dono. Vnde munera dari, ac mitti dn̄r. Dictum munus, vt inquit Var. ab eo, ꝙ qui mutuo animo sunt, id dant officij gratia. Altero pro onere, quod cum remittit̃ vacationem militię ꝑstat. Nam munera. i. officia, sine labore, atq; onere exerceri non possunt. Vnde immunitas appellat̃. Et immunis, Et hoc, ēt dr̃ publicus munus, q in administrāda repu. cōsumptus sine titulo dignitatis subimus Grāmatici oratores medici et phi vacationem hn̄t muneris ciuilium. Gel. Pro onere posuit cum dixit adhibendas puero nutrices ne ad dolores quos in enitendo tulisset munus quoq; nutricationis graue ac difficile accederet. Tertio pro officio. Vnde munera militaria vocant̃, et milites quidam municipes dn̄r q in ciuitatem recepti munera cum ciuibus faciunt. i. officia. Quarto pro spectaculis seu ludis, qui à principe populis, quasi muneris loco exhibentur. Nanq; id genus oblectamenti antiqui munera noīarunt, ꝙ populus tali spectaculo, perinde, ac munere, quodam capiebatur. Scribit Lactā. li. vi. Venationes ferarumq̃; spectacula attributa eē Saturno, et munera vocari. Populus enim spectaculis talibus, veluti muneribus capit̃. Sue. in Cę. Bestias quoq; ad munus populi cōparatas trucidauerant. Mar. Prisca fides taceat, nam post tua munera Cęsar, Hęc iam fœmina vidimus acta manu. Hinc munus gladiatorum dicebatur cum in spectaculis multa gladiatorū paria exhibebant̃.
mus alburnum volitans,cui nomẽ aſillo Romanum eſt,
oeſtrum graij dixere vocãtes.Aſper,acerba ſonans,quo to
ta exterrita sylnis Diffugiunt armenta. Col.li.x.ſcribit na
ſci in extremis partibus fauoꝝ,amplioris magnitudinis,
q̃ ſint apes cęterę eosq; nonnulli putant eſſe reges veruȝ
gręcorum authores, οἰστροὺς appellant ab eo, ꝙ exagi/
tent,nec patiantur examina conquieſcere.
Oeta,mons inter Theſſaliam, et Macedoniã, clarus morte
ẽ ſepulchro Herculis,in quo,vt Ser.inquit ſtellę videntur
occidere,ſicut de Ida naſci.Et vbi Elleborũ optimum na/
ſcebatur A' Parnaſo,vsq; Pindum pars in Thermopylas
vergens,proprię Oeta vocatur.Hinc oeteus,a, um, Vnde
Hercules oeteus dictus eſt. Oeta vero Colchorum rex fuit,
filius Solis, ẽ Perſides nymphe frater Perſes, qui in Tau/
rica regnauit, qui habuit filiam Hecaten crudeliſſimam
ſupra patrem,quę homines ſagittis appetere ſolebat facie
bat venena.Inuenit prima aconitũ,quo patrẽ interemit,
regnum occupauit,templum Dianę ſtatuit,vbi nauigan/
tes hoſpites ſacrificabat. Quo clarior euaderet nupſit Ætę
patruo ex q̃ genuit Cyrcen.Medeã Ægyaleũ.Circe in ve/
nenis plus matre edocta nupſit Sarmatarũ regi, quẽ ve/
neno interemit,et crudelitate ſua ad Italiam pulſa eſt.

O ANTE F

Offa,conſtabat ex carne ferè porcina pręcipue ex Iecinore
in fruſtra conciſo,quę eſt eſca ſcitiſſimi ſaporis.Vulgo Ie
cuſculi dicuntur.Per tranſla.dixit. Iuue. Et patruo ſimiles
effunderet offas intelligi volens imperfectos fętus et fruſta
carnis,qualia ſunt in abortiuis.Offa etiã cibariũ ex fru
ſtis panis in iure pĩgui,caſeo vetere pipere et cynamo/
mo cõditis,quę iuſſulata et caſeata dr̃.Virg.Melle ſopora
tam et medicatis frugibus offam.Poteſt etiã fieri offa ex
alijs rebus pręſertim,quę in iure tumeſcunt.Var.li.iij.de
re ru. Cibatui offas poſitas hę maxime glomerant. Ex fi/
cis maxime et farre miſto. Diciť etiã offa de ijs quę non
manduntur vt apud.Ply.Offę bubuli fimi.
Offarius,ij,coquus,qui conficit offas.
Offatim aduerbium ſignificat particulatim.
Offella diminutiuũ,fruſtulum carnis erit pura librale, in
qđ caro ꝓciditur,porcina à porco,quam in ſartagine cra
ticula ẽ prunis coquimus.Vitulina à vitulo,quã ad ignẽ
verubus verſantes ad eſcã paramus. Et apud poëtas, ꝑ ſim/
plex f,ſcribitur.Mar.Parua tibi curua craticula ſudet Ofel
la.Iuue. At rudis oĩ Tpe, et exiguę furtis imbutus ofellę.
Offula ſimiliter dimi.ab offa.Sue.in Clau.Rogo vos qs põt
ſine offula viueř.Col.ſcribẽs de ſalſura carnis ſuillę,vt De
inde offulę carnis ſpiſſę componunť,ẽ alternis ſal ĩgeriť.
Offectores,vide ſupra in dictone Infectores.
Offendo,is,di,ſum,ex ob,et fendo,quod nõ eſt in vſu,ſicut
ẽ defendo.i.incurro,incido,et eſt proprie animi,et corpo
ris. Teren . Aduenięns offendi quendam mei loci hinc,
atq; ordinis hominem haud impurum . Et nõ ſolum de
aĩatis ſed ẽ de inaĩatis quoq; diciť.Sed qm̃ qui incidunt
in aliquid lędere sępe ſolent id,in quod incidũt ſcm̃ eſt,
vt offendere,pro lędere vſurpeť.Lactan li.iiij.Quo peccato,
ac ſcelere offenſus deus.Et offendere eſt inuenire,ſed prę/
ter opinionẽ.Cice.de repu.Sed miror Architã illũ Taren
tinũ,qui cũ ad villã veniſſet et oĩa aliter offendiſſet.Item
ponitur pro percutere,et uerbis iniuriã facere.
Offenſa,offenſio,offendo,is,et offenſus,us, in uno ſigto,an
cipiunť.Luc.Non igiť multis offenſibus ĩ temerãdo,offē
ſa tñ actiue ſumitur.Ci.Cũ tot eius offenſas pati nõ poſſec
diſceſſi.Offenſio plerunq; paſſiue. Idem in corpore ęgro
odioſa eſt oĩs offenſio.i.omnis moleſtia,et paſſio.
Offenſiuncula diminutiuum parua offenſio.
Offendiculum,impedimentum,obſtaculum.
Offenſaculum.

Offensaculum.i.quod ponitur,vt aliquis in ipsum incidat, vel impingat.ab offensa nomen deductum.

Offensatio,obstinatio,seu obuiatio,ab offenso,as.frequentatiuo verbo,q̃uis id nõ legerim. Nam eius formatio legitima ẽ,sicut ab occurso,occursatio.Defensito tñ frequentatiuum est verbi defendo,vt apud Cice. Si igit nõ potent,siue causas defensitare.Sed non mirum, si defensito, et offenso frequentatiua duplicia varijs vocibus repenri possint,quoniam,et curso,et cursito similiter inueniunt.

Offendix,ligaturę nodus,quo apex retinebatur.

Offero,ꝓprie exhibeo,siue pręsento.Ter.in Ecy. Oportune te mihi offers. Interdu₃ offerre est sponte dare.Hinc oblationes dicuntur,quę dijs offeruntur. Interdum inferre.Cic.li.iij.offi.Reginę stuprum obtulit.Interdum ĩmittere.Idem ad pontifices. Domus ardebat in Palatio non fortuito,sed oblato incendio.Interdum obijcere,vt apud eundem.in Lel.Addendum eodem est, vt ne in criminibus,aut inferendis delectetur amicus,aut credat oblatis. Interdum polliceri.Iusti.Cum ei auxilium obtulisset.

Officio,cis,ex ob contra,et facio, quasi noceo dicitur. Cice. lib.offi. Demoliri ea,quorum altitudo officeret auspicijs. Vnde per antiphrasim officium, qdam dici volunt. Aliqñ officere idem est,quod efficere.Vnde etiam secundum alios offm̃,q̃si efficiũ.Est.n.offm̃ qꝺ qsq₃ efficere debet,ꝓ suę ꝯditione pſonę in q̊ aiaduertere oportet,qd loco cõueniat,quid tempori,quid rerum,aut personaꝝ dignitati. Vnde in familia bene instituta dicimus omnes in offõ esse oportere.i.omnes oportere agere,quę debent.Terẽ.in And.Hoccine est officium patris?Amb.li.i. offi.Legimus officium dici à nobis posse. nec ratio ipsa abhorret.Qñ qdem officiu₃ ab efficiendo dictũ putamus,quasi efficium,sed propter decorem sermonis vna immutata litera officium nuncupari.Vel certe,vt ea agas, q̃ nulli officiant, ꝓsint oibus.Potest ẽt dici recte,vt ab offõ,is,offm̃ deriuetur, ita,vt ob,nõ ꝯtra.sed circum significet, vt circa quod faciendum est, ĩnitamur Nec quemq̃ moueat, ꝙ officio,is,aduersetur nomini officium. Tunc enim ob signt contra, vt sit, quasi contra facio.Ideo significat obsum.Sed ꝙ significat etiã circũ seruit nomini officium. Huiusmodi.n.varietas ex prępositionum multiplici significatione plerunq₃ existit quam cum ignoramus,non veram vocabuli interpretationem consequi valemus. Officium autem generatim loquendo,ad omnes homines pertinet(Siquidem Cice.de officijs scripsit.Ite₃ et Amb.quantum intelligo) est congruus actus vniuscuiusq₃ personę. Vel id est in quod quisq₃ incumbere debet,vt ipsu₃,sicuti charitas postulauerit,quoad potuerit affectum reddit. Vnde cum facimus, quod debeamus, quia bene facimus inde officium etiam beneficium dictum est.Cice.li.ij.ad Heren.Si plura,aut maiora officia,q̃ maleficia videbuntur constare.Et quia benefacere cuipiam est obsequi illi, cui benefit,iccirco offm̃ etiam obsequium dicitur. Idem. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantiũ, q̃ meminisse debet is,in quem collata sunt , non commemorare,qui contulit.Capitur.Interdum officium pro honore, vt circunstabant. Cęsarem senatores sedentem in aurea sella officij gratia . Magistratus quoque officium dicitur, vel quia honoris gratia institutus est , vel quia opes populo fert, vel quia ius quod cuiq₃ debetur,reddit. Qñq₃ accipitur, pro alicuius artis ratione,vt officiũ grámatici,officiũ medici. Et cum ad virtutem pertineat, vt Hominis officium est pietatem colere. Dicimus tamen interdum.Lenonis est offm̃ insidiari pudicitię.Accusatoris est offm̃ crimina inferre.Peculiariter etiam officium dicimus id quod nuptiali festiuitati impẽditur. Sueto.in Calig.Liuiam Orestillam Caio Pisoni nubentem cum ad offm̃,et ipse venisset.est.n.quando officere significat inficere.Vnde offectores,colorum infectores dicuntur.

Officium, ab efficiendo,vel ab officiẽdo,de q̂ mõ dcm̃.Et ẽ duplex. Alterũ ꝑfectum, qꝺ gręci catorthoma vocant, quod et omnis numeros virtutis continet.Alterum medium ꝑtinens ad institutionẽ vitę communis. Cice.lib.iij. de fini.Quod ratione actum sit,id officium appellamus.

Officia palatina,officiales aulici,seu Imperatorij ministri. Iul.Capitolinus in Gal.cum iret ad hortos nominis sui omnia palatina officia sequebantur.

Officia prouincialia dicebantur pretores prouinciales,quia cum officio mittebantur.

Offõsus,q libenter,vel ꝓbe offm̃,seu beneficiũ alicui exhibet,siue q obseq alteri multũ studet.Cic.Octanio. Hoiem prudentẽ,et officiosũ cognosces Quãdoq₃ offõsum,dicit, qꝺ ꝯtinet pietatem,ẽ nulli nocet,alicui ꝓdest. Augu.ad Hier.Si ad scripturas sacras admissa fuerint, vel officiosa mẽdacia,quid in eis remanebit?Capit aliqñ in malam partem.Nã cum olim Q. Atherius defenderet reu₃ libertinum,cui obijciebat,ꝙ patroni concubinus fuisset, hac defensione vsus esse fertur.Impudicicia in ingenuo crimẽ est,in seruo necessitas in liberto officium.Ex eo impudici et obsceni aliquandiu officiosi vocitati sunt.Officiosus dolor,à Cice.lib.iij.Thusc.dicitur, qui ex iusta causa suscipitur,et cuius probabilis ratio reddi potest.

Officialis,et hoc,le,quod ad offm̃ pertinet,vel quod ꝺ officijs tractat.Lactan.li.vi.Quid.M.Tul.in suis officialibus nonne hoc idem persuadet,non esse omnino largiendu₃ Et dist. xxxviij.scribitur. Quãdo presbyteri in parochijs ordinantur libellu₃ officialem,à sacerdote suo accipiant. i.in quo continentur offm̃. Officialis etiam minister magistratus vocatur. Antiqui enim pretores quia cum offõ mittebantur in prouincias,officia prouincię nominauerunt. Vnde officiales dicti apparitores ministriq₃,ipsoru₃ magistratuum.Apul.Sed iussit potestas officialem suum magna seueritudine coërceri.Idem etiam officium vocatur,vt apud historias quorundam sanctorum martyru₃ legitur.Vulgo officialis accipit pro ipso magistratu. Iul. Capi. in Galie officia palatina appellat intelligi volens officiales hoc est ministros imperatorios.

Officina,pe.pro.locus,vbi aliquid fit,hoc est,in quo artifices opera sua faciunt.Hiero.de paulo eremita. Hunc locũ ęgyptiorum literę ferunt furtiuę monetę officinam fuisse ea tempestate,q̃ Cleopatrę iunctus est Antonius ab efficiendo dicta officina.Taberna vero,vbi aliquid venditur, cum alibi fcm̃ sit,licet qñq₃ officina ꝓ taberna ponatur.

Officinator,officinę magister,qui operarios mercedula conductos habet.Victru.Officinatorem appellat fabrum parietarium cuius probatur exactio.

Officię,arum dicuntur fallacię.

Offirmo,mas, firmum propositum in animo habeo , et quasi obstinate.Teren.in Heau.Age quęso, ne tam offirmes te Creme.Proprie autem offirmare,est valde,seu perfecte contra aliquem firmare.Hier. Beatus Paulus hostium,quod patebat recludens,sera offirmauit.

Offlecto,tis,circum,vel contra flecto.Plau. in Ru. At ego hinc offlectam nauem.

Offoco,as,pe.pro.circunfoco.vel suffoco.Aug.li.v. Con.Sed me maxime captum et offocatum quodammodo deprimebant corporalia cogitantẽ, moles illę,sub quibus anhelans in aurem tuę veritatis respirare non poteram.

Offoco,as,pe.pro.aquam in fauces do ad sorbendum.

Offringo,ex ob,et frango,eius,quod fractum est contrario frango.Fest.Proprie terra offringi dicitur,qñ iterum trãsuerso sulco aratur.Var.li.i.de re rusti.Cum proscidens offringi oportet.i.iterare,vt frangantur glebę, prima enis aratione grandes glebę ex terra scinduntur.

Offundo,dis,circũfundo,et obscuro,obcęco, siue opio,maculoue.Lact.li.vij.Luna iam non tribus deficiet diebus , aut horis,sed ꝑpetuo sanguine offusa,meatus extraordinarios paget.Cic.ꝓ Ros.Erant iterea,q suis vulneribus mederent,q tanq̃,si offusa Reip.sempiterna nox eẽt,ita ruebãt i tenebris,oiaq₃ miscebãt.Aliqñ offundere est inijcer̃. Ci.Hic error,et hęc doctorum animis offusa caligo est.

Offucio simulatiões rex.Pla.in Mus.Neq3 aliã vllã offuciã.

O ANTE G

Ogdoas,adis,numerus octonarius.

Ogdous,Ægypti rex Voherens cognominatus,qui memphis condidit, à nomine filię. Hic prius Venereus cognominatus fuit,vt author est Diodo.siculus.

Ogdolapis , fluuius nauigabilis ex alpibus fluens, ad vrbem irrumpit.

Ogganio,multũ dico,inculco.Plau.in Asi.Cui nunq̃ vnam rem,me licet semel pręcipere, fieri quin cẽties eandẽ ĩperẽ atq3 ogganiam.i.inclamitem,vel insuper clamitem.

Oggero,ris,pe.cor.vide in dictione Gero.

Ogyges thebanorũ rex, qui Bęotias ędificauit circiter mille,et quingentos annos,ante vrbem conditam. Hinc ogygius,ia,ium.Vnde ogygia męnia thebana dicta sunt.Sub hoc rege fuit diluuium magnum.

Ogygia,insula inter phęnicium,et syrium mare ab Ogyge Thebanorum rege sic appellata.

Ogyris,insula,ꝙ in ea Erythrę regis monumentum,fuerit magis clara,q̃ cęterę,vt inquit Pomp.

O ANTE H

Ohe,interiectio exclamãtis,et satietatem vsq3 ad fastidium designat,et iubet modum imponere.

Ohinomeli.Quęre in dictione Mulsum.

O ANTE L

Olea,et oliua pro arbore.Virgi.lib.ij.Geor. Sed truncis oleę melius propagine vites Rñdent.Amb.Quis alius tales fructus ferret olearum non curuescentium vbertate baccharum oliua pro arbore.Vir.Incumbens terreti Damon sic cępit oliuę.Amb.Ideo ad montẽ venit oliueti, vt nouellas oliuas in sublimi virtutũ plantaret,Similiter pro fructu olea,et oliua.dicit.Vnde et pro liquore oleũ ẽ oliuũ dicimus,oleum ab olea,oliuum ab oliua.Hora. in Ser.Quali perfundat pisces securus oliuo.Colu.li.vi.oleũ optimũ Licinia,dat plurimũ Sergia.Olearum,quędam dicuntur licinianę,quędam pausię quędam sergię,quędam orchis,quędã regię,et quędã radij.Olea pacifica arborum est.Vir.pacificã paci nutrior oliuã hinc à gręcis olea dicta quia gręce ἔλεος misericordia,quę quia contigit his quibus pax datur olea pacis signum est,vt ait probus.

Oletas vindemia olearia. Cato vindemia et oletate facta.

Oleum oliuum.Vide in dictione Olea.

Oliuitas,oleę fructus.Var.Tum deniq3 oĩs cum lucerna cõbusta est in lucubrando,oliuitasq̃; cõsumpta est. Dicitur oliuitas etiã siue olietas, oletasúe tp̃s legendarũ oliuarũ.

Olineta,tę,ab oliuo dicebatur,sicut à vino vindemia.

Olinetum locus in quo oleę consitę sunt.Colu.li.iij.Melius autem truncis,q̃ plantis olinetum constituitur.

Oletum,idem,quod oliuetum,ab oleta, vt est apud Cato.li. de re rusti. Est autem sumptum ab oleo. Item stercus humanum. Veranius. Sacerdotula in sacrario fecit oletum. Proprie tñ capitur pro loco,in quo meijmus,atq3 excernimus.Taci.in Ner.Gymnasium eo anno dedicatũ à Nerone,prębitumq̃; oletum equiti,ac senatui.

Oleaceus,a,um, quod est materiatum ex olea, vt Lignum Oleaceum,liquor oleaceus.

Oleatus,ta,tum,quod est factum cum oleo.Hiero.in li.Nume.Quasi panis oleati faciens ex eo tortulas saporis.

Olearis,et hoc re,quod ad oleum pertinet.Ply.lib. xx:iiij. Quippè cum in exacuendo oleares cotes,et aquarię ęque differant,oleo delicatior fiet acies.Sic oliuaris,et hoc oliuare.Ser.Trapetis autem molis oliuaribus.

Olearius,ia,ium, et oliuarius,ia,ium,quod ad oleum pertinet,vt olearia,et oliuaria cella. Col.lib.ij. In sole siccata,et mox refrigerata recondit si maior est modus in horreo, si minor in vasis olearijs salsamentarijsq̃;.

Olearius,ij,qui oleum facit,vel vendit.Col.li.vlti.Peritissimi olearij vix patiuntur ad vnam lucernam opus fieri.

Oleosus,sa,sum,quod est plenum oleo.Ply.Semen oleosum quod et fit ex eo medetur oris vlceribus perunctis.

Oleaster,olea syluestris.Virg.Indico est tractu surgens oleaster eodem plurimus,et strati baccis syluestribus agri.Huius diminutiuum est oleastellus.

Oleaginus,a,um,pe.cor.quod ex olea arbore est,sicut faginus à fago.Vir.Trudit è sicco radix oleagia ligno.Dicitur et oleagineus,a,um.Var.li.i.de re ru. Demũ in oleagineis seminibus arbores vidẽdũ,vt fit de tenero ramo,ex vtraq3 parte ęquabiliter pręcisum, quas alij sclauolas, alij taleas appellant.

Oliuo,oliuas, oliuarum vindemiã ago, siue oliuas colligo. Ply.Quippè oliuantibus lex antiquissima fuit oleã ne stringito ne ve verberato.

Oleo,les,leui,et olui,olitum,et oletũ,odorem spiro, et construitur frequenter cum accusatiuo ferè cu3 omnibus suis compositis.In quo significationem eoꝝ neutralem transitiuam esse deprehendere licet.Hor.Vina ferè dulces oluerunt manę camenę,Hiero.ad Pamma,Simplices epistolę tuę olent prophetas,apostolos sapiunt. Aliquando etiam ablatiuo.Oui.Perq3 locos sacros,ẽ olẽtia sulphure fert.Proper.Cur nardo flammę non oluere meę? Aliqñ sine casu. Ply.Rosa.recens à longinquo olet Inuenitur etiam olo,is. Plau.Olunt ędes arabicas.Idem in Mus.Non omnes olere vnguenta exotica,sicut tu oles. Est enim iambus. Eius naturę sunt composita, videlicet redoleo, quod idem est, quod oleo. Hiero. Nunq̃ vinum redoleas, ne audias illud philosophi,hoc nõ est osculum porrigere, sed vinum propinare.Vir.Feruet opus,redolentq̃; thimo fragrãtia mella. Aboleo,adoleo,exoleo,inoleo,de quibus supra.Oboleo graueolentiam,odoremq̃; tetru3 reddo.Sueto.in Calig.Ille antidotu3 oboluisse, quasi ad pręcauenda venena sua sumptum.Plau.in Mus.At te Iuppiter dijq̃; omnes ꝑdant oboluisti alium germana illuuies.Peroleo,valde oleo. Lucil. li.xxx.Quis totũ sic corpus iam perolesse bisulcis.Suboleo, quasi oleo et odorem sentio . Per translationem subolere ponitur pro demonstrare,ẽ de aliqua re sentire,quasi quę male sentiat.Ter.Ne paululum quidem suboleat esse amicam,hanc Clinię.Plau. in Cas. Subolet iam vxoris, quod ego machinor.Dicit ẽ bene oleo,ẽ male oleo grauе oleo, suaue oleo.Ply.Succus hederę tedia nariũ,grauеolentiãq̃; emendat.Augu.lib.viij.Confes.Inde sermo deuolutus est ad monasteriorum greges,et mores suaueolentię tuę.Ab oleo fit olesco,quę inter se differunt,ꝙ oleo habet significationem neutralẽm transitiuam , olesco passiuam innatam,et omnia habent pe.cor.

Olo,is,idẽ qđ oleo.Pla.Olũt ędes arabicas.Idẽ ĩ oles. Nõ oẽs olerẽ possunt vnguẽta exotica sicut tu mus.Est enĩ iãbus.

Olesco differt ab oleo,ꝙ hoc significationem neutralem trãsitiuam habeat olesco passiuam innatam.

Olentia dicuntur Mali Odoris.

Olidus,da,dum,pe.cor.quod tam bonum,q̃ malũ odorem hẽt.Mar.Olidęq̃; vestes muricę.Hora.li.Episto. in malum dixit.Sed minus arctę pręmunt olidę communia capręę.

Olfacio,cis,olfeci,olfactũ,qđ et olefacio dicit,signat odoro. Ply.li.xi.Qm̃ modo audiãt delphini mirũ.Idem.Nec olfactus vestigia habent,cum olfaciãt sagacissime.Inde olfactus,a,um,participium,et olfactus,tus,Idem li.xxix. Basilicus quẽ ẽt serpentes ipsi fugiunt alios olfactu necantem.

Olfacto,as,frequentatiuum ab olfacio.Ply.li.xx.Xenocrates pulegij ramum lana inuolutũ in tertianis ante accessionem olfactandum dari tradit.

Olfo,as,idem,quod olfacio.Aug.Quia non secum ferebat, nisi amantem memoriam, et quasi olfata, quę comedere non dum possem.

Olibantum mensura vinaria rotunda nominabatur.

Olim aduerbium,non solum pręteritum tempus,sed etiam pręsens,et futurum denotat.De pręsenti.Virg. Vestra meos olim si fistula dicat amores. De futuro. Idem. Hunc tu olim cęlo spolijs orientis honustum Accipies. Quinti.Qui olim nominabuntur.Ponitur etiam pro aliquando.Cur. Olim enim uero mero sensibus victis ex lecto sepe cong fingit.

surgit. Et pro iamdudum. Virg. lib. ij. Geor. Ac iam olim seras posuit cum vinea frondes.

Olim iam, in longo tempore. Quin. Olim iam imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum querit.

Olla genus vasis, pro quo antiqui dicebant Aula. Ab Olla fit diminutiuum.

Ollula. Var. Cato ait Vuã amintã in ollulis cõmodisisime cõdi. Idẽ. Electa in secretã corbulã, inde ollulas addatur.

Ololygontes, mares ranę, quo tpe vocẽ mittentes cient ad coitũ fęminas. Fit à verbo gręco ὀλολύζω, quod est vlulo.

Ololygones pe. cor. ipsę voces, et vlulatus Aristoteles. lib. iiij. de animalibus. Genus illud vlulatus quem ololygonem nominant mares intra aquam reddunt.

Olysippo, oppidum in Lusitania ad oceanum, apud montem Tagrum, vbi quędam è vento tempore certo concipiunt equę, quarum pulli, non plus triennium viuunt.

Olus, ris, dr̃ oĩs herba satiua, quę ĩ vsu cibario est, ab alẽdo, ꝙ oleribus alerẽt hoĩes, anteꝗ̃ fruges, vel carnes eẽnt. Var. ab olla deducit. Nonius, et Fest. iter aspirata ꝑnumerant.

Olusculum diminutiuum, ab olus. Hora. Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo.

Ollares dicunt vuę quę in ollis fictilibus optime cõdunt.

Olor nomẽ deductũ ab oleo pro fętore. Apul. li. i. At illo olore alioqn spurcissimi humoris percussus vehemẽter asper.

Olusatrũ, siue in compositione olisatrũ alio nomi (natur. ne. Hyposelinum dictũ, ꝙ folia habeat subnigriora propter quod. Colu. Pullum olus appellat, atq; oleris pulli radix, quidam petroselinon vocant, ꝙ inter petras, et iuxta maceriam seri à veteribus consueuerit.

Olitor, pe. cor. qui olerum ortum exercet, qui et ortulanus dicitur. Similiter olitor, qui olera vendit olitor dicitur.

Olitorius, ia, ium, quod ad olera pertinet, vt forum olitoriũ vbi vendunt olera, horti olitorij, ẽ ostia olitoria, quę dicũtur hostia hortorũ. Plv. Est lactucę genus, adeo lati caulis, vt ostiola olitoria ex his factitari prodiderint.

Olympus, mons cuius vertex vsq; adeo attollitur, vt summa eius accolę cęlum vocent propter, quod poëtę cęlum olympum vocant. Dictus olympus, quasi ὁλολαμπής, hoc est totus fulgens, quia solem clarum habet nullisq; vnꝗ̃ nubibus fuscatur. Luc. Nubes excedit olympus. Sunt autem quatuor montes, hoc nomine. Primus mons altissimus inter Thessaliam, ẽ Macedoniam qui tamẽ Thessalię adscribitur. Alter in Gallogręcia, vel in Cypro. Alius apud Mysos, ad cuius radices Prusa ab Anibale ꝯdita est. Quartus ad mare Rubrum in Æthiopia haud longe ab Heliopoli oppido qui oriente sole vsq; ad quintam diei horam flammas emittit.

Olympius, ia, ium, idest cęlestis, possesiuum ab olympo.

Olympicus, ca, cum. qđ est olympi, vel quod ad olympum pertinet, vt Iuppiter olympicus. Dictus est autem Iupiter olympicus ab Olympo; à quo eruditus, et ad virtutẽ institutus fit. Alij vero à cęlo, quẽ Olympon gręci vocant, in quo regnare fertur.

Olympia, olympię, vrbs erat inter ossam, et olympum mõtem, mercatu famigerata, et celebritate illa quĩquennali ludorum inclyta.

Olympia, orum, ludi, qui in honorẽ. Iouis olympici apud Pisas, et Helidẽ Gręcię oppida celebrabant, hoc est gymnicũ certamẽ. qđ qnto, quoq; anno fieri solebat. Vñ olympicus, a, um, vt Olympiacũ certamẽ, et olympica victoria.

Olympias. dis, quinq; annorũ spacium, quod à Romanis Lustrus dr̃. Exinde gręci tempora per olympiadas supputare cęperunt ita numerãtes. Olympiadis primę, aut sc̃dę, aut centesimę anno primo, vel secũdo. vel tertio, vel quarto. Atq; vt consules, ita et olympię victores iterum, et tertium dicimus. Plau. in men. Iterum inquit, Pythia, et tertium Olympia. Est et olympias nomẽ muliẽris proprius.

Olympionices, siue olympionicus, qui in olympiaco certamine victor euasit, vincere quippe victoria dicitur. Helia. de varia historia li. x. duxit ad olympicum certamen filium suum Pherenicę fęmina prohibentibus eam spectare, qui prędidebant. Licere id sibi persuasit, quę patrẽ, ẽ fratres tris haberet olympionicas. Cic. Pro. L. Flacco refert, ꝙ apud gręcos esse olympionicẽ iudicatur propẽ esse maius, et gloriosius, ꝗ̃ Romę triumphasse.

Olympiodorus, pe. pro. nomen viri proprium. eius qui docuit Epaminundam cantare tibijs.

Olysippũ, Lusitanię vrbs, ꝗ̃ nr̃is tpibus Vlysbõa appellatur.

Olynthus, Thracię vrbs, quas à Chalcide, quę in Eubęa fuit coloni condidere.

O ANTE M

Omasum, pe. pro. est pinguius, atq; crassius intestinum qđ nõnulli bubulũ esse credũt. Hor. in Ser. Seu pingui tẽtus omaso.

Omen augurium, quod fit ore, quasi oremen. Est enim futurę rei pronunciatio, ori hominis incidens, diuino tñ fauore. Et tã de malo ꝗ̃ de bono dicitur. Liui. li. i. Dextera Herculis data accipere se omen, impleturumq; facta ara condita, ac dicata ait. Virgili. Quod dij prius omen in ipsum. Conuertant.

Ominosus, qui omen facit.

Ominor, pe. cor. auspicor, omen capio. ẽ verbis diuino, ꝙ tamen non ideo dicitur, quia certe futurũ scitur, sed vr̃ esse quoddam pręsagium. Ply. li. xxviij. Cur enim primũ anni incipientis diem lętis precationibus inuicem faustũ ominamur. Curtius. In illo periculo Macedones ominati esse videbantur. Hinc Obominor, de quo supra. Antiq omino, as. dicebat Pompo. Ita sit et tibi bene qui recte ominas.

Omentum, membrana tenuis, et pinguis, qua integuntur vẽtriculi, ẽ vnuiuscuiusq; mẽbri iteriores vestitus, hęc omnia animalia habent quę sanguine nõ carent oritur id, et dependet à medio ventre. Persi. Cum tibi tot iunicum in flammas omenta liquescant. Vnde ẽ pro membrana, quę totum inuoluit cerebrum, ponit. Macro. Et cerebrũ, qđ tactu sui hoiem, vel torquet. vel frequẽter interimit, non suo sensu, sed vestitus sui. i. omẽti, hũc importat dolorem.

Omentatus, tata, tum, quod est pingui omento farctum Apitius. Insitia omentata pulpam concisam teras.

Omimeria. Aristo. refert Anaxagorã dixisse omimeria eẽ elementa, hoc est ex singularibus partibus constantia ossa videlicet ẽ pauxillis, atq; minutis ossibus. Sic de pauxillis, atq; minutis visceribus, viscus gigni, sanguemq; creari sanguinis inter se multis coëuntibus guttis.

Omiotelevton similiter desinens dicitur.

Omitto, ex ob, et mitto, sed b, abijcitur contra regulã. Quidam tñ per b, scribendum putant, sed non proferendus. Et est omittere rem aliquam penitus dimittere. Remittere vero, et intermittere aliquo certo tempore dimittere. Virg. Omissos hinc iam obliuiscere Graios. Vnde etiam pro negligere ponitur. Teren. in Heau. Vbi te vidi animo esse omisso. Huic contrarium est. Attendo, vt apud eundem. Attentiores ad rem sumus omnes.

Omnis distributiua dictio eandem vim habet in singulari, quàm in plurali. Omnis enim homo significat omnes hoĩes. Differt tñ oĩs à toto, ꝙ oĩs ad numerum refertur totus ad quantitatem. Totum dicimus corpus aliquid integrum, vt tota domus omne de vniuersis numero distinctis. vt Omnis grex. confunduntur tamen plerunq;.

Omnicanus, a, um, pe. cor. qđ omnibus modis canit. Apule. li. ij. flo. Sed philosophi ratio, et oratio tempore ingens est et auditu venerabilis, et itellectu vtilis, et mõ oicana.

Omnifariam, aduer. idest omnibus modis, siue omnis generis, siue ex omni parte.

Omnigenus, na, num, pe. cor. ex omni genere. Virgi. li. viij. Omnigenumq; deum monstra.

Omnimodus, da, dum, pe. cor. omnium modorum.

Omnimorbius, a, um, quod omnibus morbis subuenit. Vnde omnimorbiam herbam, quidam maluam appellant.

Omniparens, pe. cor. qui omnia genuit.

Omnipudens, pe. cor. quem omnia pudet.

Omniuagus, a, um, pe. cor. per omnia vagus.

Omnipotens, pen.cor.omnia potens, compositum est, vt docet. Prisc. Et tribus corruptis.s.omni, potis, et ens, qui omnium poëtis est. Hier. Omnipotens, ab eo dicitur, ꝙ oīum teneat potentatus. Per ipsum enim creata sunt, omnia, visibilia, et inuisibilia. Aug. li.v. de ciui.dei. Recte deus dicit omnipotens, qui tamen mori, et falli non potest. Dicitur n. omnipotens faciēdo, quod vult, et non patiendo, quod non vult. Quod, si ei accideret, nequaquam esset omnipotens. Hinc omnipotentia, rerum omnium facultas.

Omnitenens, pe.cor. qui omnia complectitur.

Omniualens, pe.cor. omnia valens.i. qui potest omnia.

Omnino aduerbiū, sigt prorsus. Vnde apud iurisconsultos, oīno recessisse dr̄ is, qui recessit aīo ꝓmutandi domiciliū.

Omoplatę. Celsus ostendit esse duo ossa lata quę vtrinque ad scapulas tendunt, quę nostri scoptura operta dicunt.

Omphagi, pe.pro. qui cruda carne vescuntur, quales perhibentur esse Ætholi. vt ait Thucydides.

Omphale, nomen proprium reginę Lydię, quę Herculem multis muneribus ornauit, ꝙ angeum iuxta Sagaris fluuium multos homines interficientem interemerit.

Omphalon gręci dicunt vmbilicum. Vnde omphalocarpos herbe cuius semen vmbilico simile describitur.

Omphacinum vinum, ex immatura vua factum, et omphacium oleum, quod fit ex immatura oliua cuius medicinę. Ply. li.xxiiij. Meminit. Et li.xij. eius confecturam docet. Gręce enim ὄμφακες dicuntur vuę. et fructus immaturi. Ipsa vero oliua nominatur dirupta.

Omutesco sine b et simplici m, quamuis ex ob, et mutesco componatur. Et significat mutus fio. Virg. lib.iiij. At vero Æneas aspectu omutuit amens.i. mutus factus est, siue terrore ita percussus est, vt loqui non posset. Et enim pręteritum ab omutesco, nō ab omuteo, quod reperiri non puto, quia nemo vere exprimere potest mutus sum, multo minus, mutus fui, nisi à deo liberatus fuerit. Cum enim in authoribus reperimus omutuit, ab omutesco pręteritū est. Narrat enim actus, qui tūc accidit, hoc est, ꝙ tūc ille mutus effectus est, qui actus tūc nō ꝑterierat, sed extabat. Si vero qs mutus à deo liberatus dicat, omutui, nūc āt loquor Tūc omutui, ab omuteo fiet, et sigñabit mutus fui.

O ANTE N

Onager pe.cor. asinus agrestis. Componitur enim, ex ὄνος asinus et, ἄγριος syluester. Nam in ros gręca desinentia, cū ad latinam transeunt declinationē, mutant ros in er, vt Alexandros alexander, onagros onager. Var. Asinorum duo sunt genera. Vnum ferum, quos vocant onagros. In Phrygia, et Lichaonia sunt greges multi. Alterū mansuetum, vt sunt in Italia omnes. Ad seminationes onagrus idoneus, ꝙ è fero fit mansuetus facile, et è mansueto ferus nunq̄. Albertus li. de animalibus scribit, medullas onagri curare podagram, si ea inungatur, et eius stercus siccatum, et cum vino bibitum valere contra scorpionis puncturas significat ēt onager harpagonem, vt apud Suidā.

Onagus, pe.cor. dicitur qui asinum agit.

Onocentaurus aīal mōstruosus, qđ à parte superiori hominis spēs habet, à parte inferiori asini ꝑferat imaginē, de quo habet apud Esaiā. Et occurrēt dęmonia Onocētauris.

Onochelos, pen.cor. latine dicit labrum asini, genus herbę.

Onesimus, pe.cor. propriū nomen viri, et latine dicitur vtilis, ὄνεσις iuuamen vtilitas,

Onesecritus, pe.pro. phūs Æginensis, vel (vt quidā volunt) Astipalensis, qui cū Alexādro militauit, vt Xenophon cum Cyro, et Alexandri vitia, ē laudes scripsit. Fuit etiā medicus.

Onocrotalus, pe.cor. auis est cygno similis, dicta ꝙ collum in aqua mergens spiransq̄; veluti ruditū asini edat ὄνος asinus, κροταλισμὸς crepitus. Hie. contra Vigil. Centauros et sirenas, vlulas, et onocrotalos in Esaia legimus.

Onyces genus marmoris, de quo Plyni. Onyces in Arabię montibus, ē in Germina, ex quo potiora vasa primum facta, post pedes lectorum sellarumq̄;.

Onyscus genus vermiculi arcuatim incedentis multipedę. Nam Ply. multipedę duo genera esse ait vnum arcuatim repens gręce onyscon vocari. Alterum scolopendram minorem et sepa quę non arcuatur.

Onychites dicit vulgule similitudinem habens. Quo noīe appellatur, quoddam genus marmoris, ab vnguibus qđ vnguium colorem habeat.

Onyx, onychos, gene. mascu. vnguis, seu gemma candorem habens vnguis humani. Mar., Calcatusq̄; tuo sub pede lucet onyx. Acron dicit esse metallum gemmę simile de quo parua vasa ad vnguenta fiebant, quę à Porphyrione ampulę marmore dicuntur. Nam Onychiten lapidem quidam dicunt esse marmores nasciq̄; in Arabię montibus, ex quo vasaria facta fuisse scribit. Cor. nepos. Hunc quidā Alabastritem lapidem vocant ad vasa vnguentaria, quoniam ea incorrupta optime seruare dicitur, vt ait Ply. proper. Cum dabitur syrio munere plenus onyx. Apud Lucan. et Papi. Sumitur pro ipso marmore. Et pro vase tas fęminini, à quam masculini generis est. Mar. Vnguentus fuerat, quod onyx, modo parua gerebat.

Onyx etiam vngula quędam aromatica. Proper. Et crocino nares murrehus vngat onyx. A' cuius accusatiuo gręco nostri, hęc onycha declinauerunt. Hiero. in Exo. Sume tibi aromata, stacten, et onycham.

Onycha onyche quęre in Onyx.

Onychinus, na, nus pe.cor. quod est ex onyche.

Onoma, pe.cor. latine dicitur nomen, cum à sono aliquo, seu voce nomina finguntur.

Onomatopęa cus oe, dipthon. nominis fictio, vt belatus ouium, mugitus boū, ab ὀνόματος nominis ποιέω fingo, A' quibusdam nominatio dicitur qua cuiq; rei nomē, aut nō sit aut satis idoneū nō sit eā nosmet idoneo v̂bo nominemus, aut imitatiōis, aut significationis gratia. Inde sunt Rudere vagire murmurare sibillare.

Onoba, ciuitas iter sacrū promōtoriū, therculeas colūnas.

Onus, eris, pondus. Videtur ratio exigere, vt aspiretur, cum Var. dicat honos ab honesto honore, et honestus, ꝙ honus sustineat Reipu. Cum autem honor, et honoro aspirationem habeant, ē ab honore deducantur, videtur etias honus aspirandum, vt quod in deriuatiuis seruatur in primitiuis seruari debeat, verum vsus hodiernus refragatur.

Onero, as, onus impono. Transfertur etiam ad animum, vt Onerasti me curis, idest implesti, Hinc oneratus, et onustus pro pleno frequenter accipiuntur. Virgi. Vina bonus, quę deinde cadis onerarat Acestes. Huius verbi compositum contrarium est exonero, quod est onus detraho, Teren. Vos quoq; amicos eius exonerastis metu. Idem Ego nunc nihil cesso, quin hunc humerum exonerem pallio.

Onerarius, ia ium, quod oneratur, vel onerari potest. Vnde naues onerarię q̄ à gestādis oneribus dictę sunt et ob id tardę quemadmodum actuaria nauicula celeritate pręstans dicta est, ꝙ facile agi possit.

Onerosus, plus est, quam oneratus.

Onustus dicitur, cui onus ipsum oneri est, vt si quis spolia de hostibus ferat.

O ANTE O

Oonę insulę in oceano septentrionali, in quibus (vt Ply. refert li.iij.) onis anium, et auenis incolę viuunt.

O ANTE P

Opacus, a, um, pe.pro. quod est vmbrosum. Vir. Et fontes sacros frigus captabis opacum.

Opaco, as, pe.pro. obumbro, cooperio, obscuro. Idem. li.ij. Geor. Hunc altę frōdes et rami matris opacant. Col. li.vi. Cū plerunq; dicti syderis tempore, quędam partes eius regionis, sic infestentur euro, vt nisi teguminibus vites opacentur, veluti halitu flammeo fructus vratur.

Opera, ę actio est, et labor, et industria operantis, seu operatio pro mercede sumpta. Cic. li. offi. Non male pręcipiunt qui seruis vti iubent, vt mercēnarijs iusta prębenda, operam exigendam, idest laborem, et operationem corporis. Operas quoq; personas dicimus, quę aliquid faciunt

ſicut cuſtodia, quę cuſtodit. Ci. ꝓ Flac. Opera faceſſant ſeruitia ſileant. Opus vero finis fructuſq; operę, quod fabricando factum relinquitur. Teren. in Heau. vtrunq; complexus eſt, cum ait. Quod in opere faciundo operę conſumis tuę. Vñ opera auctoꝝ dicuntur. Et opera tam publica, q̃ priuata ędificia dicuntur. Aliqñ tñ opus capit, pro opera. Virgil. Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Quaſi ad opꝯ, vbi notandũ ē, ꝙ quotiens nõ ad labores corpis, ſed ad laborẽ aĩ et ad artẽ, induſtriamq; reſpicimus magis opus, q̃ opam dicimus, vt in opere fabrili, in ope ruſtico, in opere faciundo. Interdũ opus ponit ꝓ mercede, vel neceſſario, vt Opus eſt ęgrotanti medico. i. neceſſarius eſt medicus ęgrotanti. Et nihil mihi opus eſt. i. nihil mihi eſt neceſſarium. Dicimuſq;. Opus eſt mihi res huius rei, hanc rem. Apul. Cui eam rem factã opus fuerat. Similiter Opus ē mihi hac re, qđ frequẽtius vſurpat. dicimus quoq; operam do, opam impendo, opam nauo, qđ eſt, ad aliquã rem agendã incumbo, et ſtudiũ, laboremq; impẽdo. Cice. Da opam, vt valeas. Hinc dedita opa dicimus de induſtria, quaſi cura adhibita, et labore impenſo.

Operula diminutiuum ab opera. Apul. Operulas etiam in eam ꝯtuli, quas adhuc iuigens ſaccariam faciens merebam. Opuſculum diminutiuum ab opus.

Opella etiam diminutiuum eſt ab opera opere.

Oparius, q laborẽ operãdo fert. Vñ Cas. ſcribit oparios parãdos eſſe, q laborẽ ferre posſint, ne minores ãnorum. xxij. et ad agriculturam dociles. Gręce Ergaſtes dicitur.

Operarius, ria, rium, quod induſtria, atq; opera fit. Ply. Quę inter vina operaria numerantur. Et fit ab opera.

Operatorius, ria, rium, quod operatur. Amb. lib. de Para. Si aſſumptio de ligno ſcientię boni, et mali ita operatoria erat, vt bonum et malum cognoſceretur, ſine dubio, vbi guſtauit de ligno peccauit.

Operoſus, qui rebus gerendis operam dat. Cic. Videtis, vt ſenectus non modo languida non ſit, verum etiam operoſa. i. q̃ agit, et rebus agendis operã dat. Quãdoq; paſſiue dr. Oui. Moles operoſa laboret. i. ab aliquo operata eſt. Itẽ operoſum dicit, quod eſt multę operę, vel vehementis operis. Ply. lib. xviij. Et vicia pingueſcunt arua, nec ipſa agricolis operoſa immo ſulco ſata nõ ſarritur, nec ſtercoratur.

Operęprecium, ab opa deducitur, et ſigt fructuoſum, ad res pertinens, vel ꝙ decẽs, vel ꝙ vtile, vel ꝙ glorioſum, vel ꝙ iucundum. Cice. Operęprecium erat ludẽtes intueri. Ply. Id vero audire operęprecium ſit. Iuuena. Eſt operępreciũ penitus cognoſcere toto. Quid faciant, agitentq; die.

Operor, aris, ab opera, ſignificat in opere aliquo faciũdo laboro. Hiero. in Geñ. Et homo non erat, qui operaretur terram. Interdum operari eſt facere, ſeu perpetrare. vt odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. Item operam dare. Col. li. xiij. Si rebus venereis fuerit operatus, vel vir vel foemina. Item rem diuinam facio ſacrificare.

Operatio ꝓ ſacrificio. Iuue. Vt matutinus operat feſta lucernis. Plau. Vt iſtęc operatio crimen expiet. Recentiores phi opationem, ꝓ eo accipiunt, quod gręci Energiam vocant. Huius verbi cõpoſitum eſt Cooperor, qđ eſt ſimul opor.

Operio, pen. cor. ris, operui opertum, ex ob, et pario, ſed b, abijcit. Vnde et per ſimplex p, ſcribitur ſignificatq; tego, claudo, quaſi in oppoſitum pario. Prop. atq; hinuli pellis totos operibat amantes. Plau. ĩ Cap. Opera, quę fuere apta ſunt, patent preſtigię, omnis res palàm eſt.

Opior, riris, optus depo. vt Experior, exptus, q̃q̃ experior cõmune habeatur. Teren. in Phor. Si non tñ dedero vnam preterea horam, ne opertus fies. Do. tñ docet non hr̃e, ſed vſurpare ptãtes, et p duplex pp, ſcribi debere ait Tortellius ad differentiam operior paſſiui, ab Operio, quorũ prima breuis eſt, et per vnum p, ſcribit. Eſt autẽ opiri expectare. Ter. in Phor. Hic ego interea vi[illegible] operibor. Fitq; Operior ab pario, ſicut ſentire videtur. Priſci. Qui ſic inquit ſunt alia ex hoc compoſita deponentia. Expior, opior, quorum participia expertus, et opertus oſtendunt à Pario eſſe cõpoſita cuius participiũ partus eſt. Nã Pario, et tertię eſſe, et quartę fuiſſe manifeſtum eſt, ex eius compoſitis, quę ĩ ſupino tertię coniugationi tantum accedũt in alijs omnibus fermè q̃rtę. Quinetiã ipm. Perior, vñ pitus à pario ſm quartam ꝯiugationẽ, et ſignificationẽ quã mutat eẽ vr̃. Peritus tñ à gręco dr̃ eſſe, ab πεῖρα experientia.

Operto, tas, frequentatiuum eſt ob operio, vt ĩquit Feſtus.

Operimentum dicitur, quod aliquid tegit.

Opertorium, idem quod operimentum, vt illud pſal. Et velut opertorium mutabis eos, et mutabuntur.

Operculum inſtrumentũ, quo aliquid tegitur. Colu. lib. ix. Sunt q à ſuperiori parte foramina ipſis opculis imponãt quod fieri non oportet. Nam ſuperſiliens auis proluuię ventris cibos, et aquam conſpurcat.

Operculo, las, opculo operio. Idẽ li. vlti. Ab eo tpe quo primũ dolia operculaueris, vſq; ad ęquinoctium vernum ſemel in diebus. xxxvi. vinum curare ſatis eſt.

Opertanea ſacrificia quę in operto fiebant, quę et ſecluſa dicebantur, ne ꝓphanoꝝ oculis pollnerentur. Hęc à gręcis myſteria appellantur.

Opharus, fluuius apud Cantabros.

Ophis gręce, ſerpens latine dicitur, vnde ophiophagus.

Ophiophagi, dicti ſunt qui ſerpentes comedunt.

Ophiucus, ſerpẽtarius, ſiue anguitenens, quo noĩe dictus eſt Hercules ꝙ anguẽ manu tenens, à Ioue in cęlum trãſlatus ſit ὄφις, et ἔχω teneo, quaſi ὀφιόεχος, et p ſynereſin mutatis, ο et ε, in ου, ὀφιοῦχος. Nec ophiuſchos dicendum eſt. Sunt tamen, qui opiuchium eſculapiũ eſſe velint. Alij canobonta Getarum regem. Alij Phorbantem Triopę theſſalorum regis filium.

Ophiogenes, pe. cor. latine dicitur ſerpentibus generatus.

Ophiogenes genus hominum in Helleſponto, quos Crates pergamenus ſcripſit ſerpentum ictus tactu ſolutos leuare, et manu impoſita, venena extrahere corporibus.

Ophiomachus, pe. cor. genus volucris cõtra ſerpẽtes pugnãtis. De hoc habetur in Leui. Quidam accipiunt ꝓ lacerta, quę cum ſerpentibus pugnat.

Ophites, pe. ꝓ. marmoris genus, ſerpentis maculas habentis. Luc. lib. ix. Quam parius tinctus maculis thebanus Ophites. Scribit Plyn. ex ophite columnas eſſe paruas qđ marmor ſit nigricans, varium dicaturq; capitis dolores ſedare, alligare ſerpentum ictus.

Ophitę, à ſerpente dicti ſunt, quidam hęretici. Hunc autem Chriſtum arbitrabantur. Sed habebant etiam verum ſerpentem, quem venerabantur, et nutriebant.

Ophiuſa, inſula, quę et Rhodus propter ſerpentium multitudinem ibi exiſtentem, quaſi ſerpentaria.

Ophthalmos latine oculus dicitur.

Ophthalmia oculorum ęgritudo, quam Celſus lippitudinem appellat. Negat tamen Iuli. Pollux eſſe proprium aliquod oculorum vitium, ſed in eo verbo ſignificari tradit cauitatem oculoꝝ, ex corpis ęgritudine. Hinc triophthalmus, lapis, q hoĩs tres oculos ſimul exprimit. Ægophthalmus, q oculũ caprę hꝫ Monophthalmus, monoculus. Hoc etiã noĩe dictus eſt piſcis, q à Ply. vocat oculata. Plau. Pernam ophthalmon, horęum ſcombrũ, et Tygones, et Cetum.

Ophrys, ſupercilium ſigt. Quo noĩe dicta eſt q̃dam herba.

Ophion, pe. pro. nomen proprium viri, qui ante Saturnum rerum potitus eſt, quem Saturnus fugauit. Claud. hos onerat ramos exutus ophion.

Opheyon diminutiuum eſt.

Opicus, ca, cum, pe. cor. quod eſt ſordidum, immundum, et obſcęnum. Nam (vt inquit Feſtus) opicum, pro oſco ponitur. Oſcis enim frequentiſſimus fuit vſus libidinum ſpurcarum. Vnde et verba impudentia dicuntur obſcęna. Titi. Oſce, et Volſce fabulantur, nam latine neſciunt. Ply. li. xxix. ſub Catonis pſona ait Barbaros nos vocant, et opici appellatione dedecorant. Iuue. opicos mures foedos, putidos dixit. Idem. Opice caſtigat amice. i. qui non latine loqueretur. Quidam autem opicos dici qui gręce ne

[illegible] etiam si latine non indocti sint. Vnde festine mures opici dicuntur à poëta qui gręca vodebant carmina quę, nec intelligebant, sed opice. Fuerunt autem opici Campanię populi quidam à linguarũ colluuione dicti, siue à serpentibus, quasi ophici, ĩ quibus numerabantur Baiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani. Hę nanq; vrbes opicorum fuisse dicuntur.

Opifex, pe. cor. ab opera deduci videt, et artificẽ, atq; opatorem sigt non mõ rez, sed etiam verboz. Cice. li. v. Thusc. Aduena qdam ignobilis verboz opifex insinuasse in antiqua philosophia videtur. Vnde etiam coqui, et blandarũ artium sectatores opifices appellantur. Idem. Omnes aũt opifices in turpi sunt exercitio. Hinc deum opificem. i. operatorem omnium rerum dicimus. Oui. Ille opifex rerum. Cuius opus dicitur opificium. Vnde Lactan. opus de opificio hominis, vel dei inscripsit, hoc est de formatione hominis. Potest etiam dici opifex, quasi opem ferens.

Opilo inquit, Festus, genus auis est.

Oppilo, as, pe. pro. per duplex pp, significat occludo. Luca. li. vi. Fluctibus aduersis oppilare ostia contra. Cice. in Phil. Tabernis oppilatis, hinc medici vitium preclusi fractiq; iecinoris, aliorumq; intus viscerũ oppilationem vocant. Fit autem à pila, quod columnam significat.

Opilio, quasi ouilio, qui oues custodit. Pla. in Asi. Etiam opilio, qui pascit, inter alienas oues aliquam habet peculiarem, quę spem soletur suam. Sunt tamen qui Vpilio non opilio scribant authoritate Prisciani, qui dicit, o, breuẽ in h̃ noĩe eẽ ↄuersam ĩ u, longã ex literaz affinitate.

Opisthographus, pe. cor. volumen non specie libellarij, sed voluminis habiles torquen. A tergo vident appellati, qm̃ vtraq; pagina scripti essent, aduersa, et auersa minutis literis et lituris pleni à quo fortasse liturarios. Auso. Poëta eos dixit. Alij accipiunt opistographum pro eo, quod ita scriptum est, vt legi possit, nisi librarijs describendũ. Alij pro charta deletili, siue palimpsesto, quia Vlpia. dicat chartę appellatio etiam ad nouam chartam refertur et ad deleticias. Proĩde si in opisthographo quis testatus sit. Hinc peti potest bonorũ possessio. Fit autem ab ὄπισθεν retro, et γράφω scribo. Ply. Iunior. Electorum quoque commentarios centũ sexaginta mihi reliquit opistographos quidem et minutissime scriptos.

Opisthotonõ, rigor, q̃ caput scapulis ĩtendit. τόνος. n. rigor dr̃. inde opisthotonici dicuntur, qui rigore ceruicis ĩflexibili laborãt. Empisthotonon, qñ mentũ pectori annectit.

Opisthophylaces dicebant, qui in p̃lijs terga custodibant.

Opisthocomę dicebantur Euboici qui comam per terga fusam alerent, sicut Acrocomę thraces qui antias in frontem muliebriter dimitterent.

Opisthocrepides Calciamentum quoddam femineum.

Opiter, eris, vel opitrix dicitur, cuius pater, auo viuo, mortuus est. sic dictus, ꝙ obitu patris genitus sit, aut ꝙ auum post patrem habeat, idest pro patre.

Oppedo, is. pe. pro. Vide in dictione Pedo.

Oppeto, is, pe. cor. ex ob, et peto. Non autem ex os, et peto, sicut putauit. Ser. vt sit quasi ore terram peto, cum hi, qui moriuntur, non omnes ore terram petant. Significat tñ morior, siue neco, licet plerunq; sine accusatiuo ponat, cũ plenum sit. Ply. li. x. oppetunt non senio, non ęgritudine, sed fame. Virg. Contigit oppetere. Cice. Cum accusatiuo iunxit libro. de diui. Æquius esse censuit maturam oppetere mortem. Idem lib. ij. Thusc. Vestras manus peto priusq̃ oppeto malam pestem hostili manu. Et tunc significat incido, siue incurro. Seu afflictor aut morior peste. Probe tamen oppetere significat subire, seu affectare. Oppeto incido incurro. Plau. Atq; illa viua nimis, vt pestes oppetat.

Oppidum, q̃uis ab ope danda dicatur, ꝙ opis causa męnibus cingatur, vel ab opere, ꝙ opus sit ad vitam gerendam, seu opibus. Huius enim rei causa męnia constituta sunt, vt homines opes suas eo conferrent, vbi nullũ eẽt hostium periculum. In versu tamen, per duplex pp, scribi ↄsueuit, cum et ab opponendo se hostibus oppidum quidam dici existiment. Est autem oppidum omnis vrbs pręter Romam, quę peculiari nomine vrbs dicta fuit, vt cętera noĩentur oppida. Vnde apud. Plautum, oppidum, et vrbes indifferenter legimus, cum in Persa ĩquit. Eleusipolim Persę cępere, in Arabia plenam bonarum rerũ antiquum, oppidum. Serui. Sulpi. cum numerasset vrbes multas postea dixit. Quę oppida quodam tempore florentissima fuere. Dicebatur etiam oppidum locus in circo. Vnde quadrigę emittebantur.

Oppidulum dimi. paruum oppidum. Leo Pa. infantia mediatoris dei, et hominum iam vniuerso declarabatur mũdo, cum adhuc exiguo detineretur oppidulo.

Oppidatim aduerbium, idest per varia oppida.

Oppidò aduerbium est, valde multum. Tractus sermo à colentibus agros, qui cũ interrogarentur, quantum messium collectum essent, volentes ad sufficientiam, et multũ dicere, respondebãt oppido. i. ad se, et ad oppidũ suffecturas. Hinc venit in consuetudinem, vt de quacunque re loquentes, oppidò pro valde multum sumatur vt Oppidò ẽ lassus sum. Quandoq; ponit, ꝓ vero, vel statiũ Plau. Reddidi oẽ aurum oppidò, Iungit aliquando, cum quã sicut prepositio per Gel. Oppidò q̃libens feci. Cęs. Quibus rebus oppidò, quàm pauci sub pellibus acquiescebant.

Oppidanus, q oppidũ incolit, sed oppianus poëta fuit tpibus Antõini pij. Vnde ait, ἔθνεά τοι πόντοιο πολυσπερέας τε φάλαγγας παντοίων νεπόδων πλωτὸν γένος ἀμφιτρίτης ἐξερέω γαίης ὕπατον κράτος ἀντωνῖνε. Cęsar. li. iij. Commen. Sub vesperũ Cęsar portas claudi milites ex oppido ex ire iussit, ne quam noctu oppidani à militibus iniuriã acciperent.

Oppidicus eiusdem significationis esse arbitror, cuius oppidanus. Gel. lib. ij. Hic ego ad nostris iuuenes ↄuerto. Quid inq̃ vos oppidici dicitis mihi.

Opto, desydero, Vñ optatiuus modus. Qm̃ vero ea q̃ optamus eligere solemus, et adhibitis etiam precibus postulare, factum est, vt optare sit frequenter postulare, et precari. Virg. si quid veri mens augurat, opto. Item pro eligere. Teren. Quod si effeceris, quoduis premium à me optato. Hinc optati, electi, et asciti in aliquem honestum gradũ, à quo optiones in turmis decurionum appellatę.

Opitulor, pen. cor. adiuuo, subuenio, ab ope, pro auxilio, et tollẽdo. i. ferendo. Salu. Sępe maiores nostri miserti plebis Romanę decretis suis inopię eius opitulati sunt. Et ꝑe in rebus dubijs, et malis dicitur. Hinc opitulator.

Opitulus dictus est Iupiter, quasi opis lator.

Opinio est, quę idoneis firmatur authoribus. Quandoque opinio dicitur spes. Cice. lib. iij. Offi. Opinionem afferunt populo eoz similes fore, quos sibi delegerint. Quandoq; fama. Idem ad Cęsarem iuniorem. Erat opinio bona de Lepido. Quãdoq; suspicio, existimatio iudicum. Plau. ĩ Am. Prius tua opinione hic adero. Distingunt philosophi. opinionem, à scientia, ꝙ opinio incerti sit, scientia vero certi. Item Opinio, vt Speu. ait, est perceptio cum fide per ratiocinationem discursus rationis. cogitando incidens in verum et in falsum per ratiocinationem.

Opinor, pe. pro. puto, suspicor, opiniones habeo. Lactã. li. iij. Id. n. opinatur quisque, quod nescit. Illi autem qui de rebus naturalibus disputant, opinantur ita esse, vt disputãt. Nesciũt igitur veritatem, qm̃ scientia certi est, opinatio ĩcerti. Hinc inopinatũ dr̃, qđ preter opinionem accidit.

Opinabile, quod opinione concipi potest.

Opiniosissimos appellat. Ci. in Hortẽ. phos qm̃. s. opinant, tanq̃ nihil comprehendi possit. Et de se quoq; loquens, ait. Magnus qdem sum opinator. Et hoc, et ita Socratis, q qđ sibi videret, et qđ ipse sentiret tegebat, affirmãs nihil sciri posse, cuius est illud. Hoc vnum scio quod nescio.

Oppigero, ex ob, ẽ pignero. Pignero vero à Pignus fit. Et ẽ oppignerare, aliquid pignori dare. Mar. oppigerauit ad Claudij modo mensam vix octo nummis annulos, Vnde cenaret. Teren. Nũ oppignerare filiam meam oportuit?

Repignerare,

oportuit? Repignerare, eſt ſoluto debito pignus recipere.

Opium, ſuccus, ex papauere, habens per ſomnum vim, ſi copioſius ſumatur mortiferam.

Oplomacus, pe. cor. q̃ſi cū armis militaribus, et ſcuto depugnans dr̃. Greci. n. ὅπλον dn̄t ſcutū, τὰ ὅπλα arma, μάχομαι pugno. Mar. Oplomachus nūc es, fueras optalmicus ante.

Oppleo, circumquaq;, ſiue maxīe īpleo. Plau. in Ru. Sed ante prandiū vxor me vocat redeo domū, iā meas opplebit aures ſua vāiloquētia. Itē Opplere ē q̃ſi occupare. Var. Alienus odor nares opplet. Ci. ait mētes oppletas tenebris. Var. Contra mures, et Talpas oppleri locum muſipulis dixit.

Opploro, contra ploro. Cice. ad Herē. At ille, q mihi illum datis, ac vos auribus meis opplorare non deſinitis.

Opon, promontorium Crete in occidentem vergens.

Oppono, is, contrapono, ſeu ex aduerſo pono, vnde oppoſitio contrarietas, oppoſitum contrarium,

Opopanax ſuccus panacis herbe, q̄ oēs morbos ſanar̄ dicit̄.

Oporicen vocant medicamentum quoddam celebre quoniam ex pomis fit que à grecis ὀπῶραι vocantur.

Oporophilacion, cuſtodia pomorum, vel fructuum.

Oporotheca locus, vbi fructus autumnales habentur. Nā opora fructus autumnales, et theca repoſitorium. Var. In oporotheca mala manere putant ſatis commode. Idem Et ideo oporothecas, qui faciunt ad aquilonē, vt feneſtras habeant atque vt perflentur, curant.

Opobalſamum, ſuccus balſami, ab ὀπὸς, ſuccus, qui prefert omnibus odoribus vni iudeę terrarum conceſſum, vt ait. Ply. Arbor ipſa balſamum dr̃, quę inciſo vitro lapide oſſeisue cultellis ſuccum mittit, quem opobalſamum vocant eximię ſuauitatis. Xylobalſamum, lignum balſami. Carpobalſamum, fructum balſami dicunt. Egeſippus lib. iiij. Putat opobalſamum dici quia per πὸς, ideſt cauernas diſtillat paulatim humor balſami inciſis virgultis.

Opos ſuccus. Vnde opobalſamum.

Oportet, quidā compoſitū eſſe putant, ab opus, ſiue opis, et portet, ſignificatq; expedit, vel vtile, aut neceſſe eſt. Imperſonale verbū, vt Oportet legere libros. Per paſſiuum, vt oportet legi libros. In pręterito, vt oportuit feciſſe hoc. Et factum hoc oportuit, ſine verbo aliquo. Cice. Tamen id factum non oportuit. Idem totam rem illi integram ſeruatam oportuit, Non diſſimilibus huic ōro ſit puolo. Idē Liberis ꝯſultū volumus, ēt ſi poſthumi futuri ſint.

Opportunus, per duplex pp, ab ob. et portus, ſeu portunus compoſitum eſt. Portunus autem, et qui et palęmon inter deos colebatur, qui portunus pater dicebatur. Diciturq; Opportunus, q oībus accōmodatur, veluti portus ab ꝙ nauigantibus maxīe vtiles optatiq; ſint portus. Vñ opportune aduerbiū. Dicimus aūt opportune accidere, quod pro deſyderio noſtro accidit. A' quo etiam oportunitas, ꝓ commoditate. quemadmodū ediuerſo importunus eſſe, et importunum fieri dicimus quę ſunt fiuntq; pręter rationem loci ſiue temporis, aut perſonarꝫ. Virgi. de auibus, quę cum nocte tantum volare ſoleant, die apparrent. Importuneq; volucres ſigna dabant. Propterea Importunum hominem dicimus procacem, atq; moleſtū, inquietum, et quaſi portu carentem. Vide loco ſuo.

Opportunitas tp̃s. ī q̊ vnumqđq; aptū ē, vel pati vel ager̄.

Oportune aduerbium, vide in dictione oportunus.

Ops, opis, gene. foemi. dea eſt filia Cęli, ex veſta, et ſoror, et coniunx ſaturni, q̄ et Rhea gręco vocabulo, hanc putant terram eſſe, ἀπὸ τοῦ ῥέω fluo, ꝙ terra affluens ſit omnium rerum. Eadem Cybele appellatur, vel à monte, atq; oppido Phrygię Cybelo. vbi ſacra eius primo inſtituta ſunt. vel ἀπὸ τοῦ κυβάλλω, et ea dea in cunctis caſibus eſſe perhibetur, cuius ope humanę vitę alimenta quęruntur. Vel dicitur ops, ab opere, per quod fructus frugesq; naſcunt̄. Ab hac opes (hoc ē diuitię) dictę quia diuitias oēs ī agris eē veteres exiſtimabāt. Vel ꝙ oēs opes humano generi terra tribuit. Hęc mater deū dr̃ quia oīa gignit, vel quia in ea fiat omne opus, vel quia opus eſt ea ad viuendū.

Ops vero generis omnis ſignificat opulentum. A' quo inops, pro iopulento. Antiquisſimi tamen (teſte Capro) hic, et hęc ops, et cops, pro eo, qui eſt opulentus, et copioſus. Pręterea ops opem ferens dicitur. Actius. Quorum genitor fertur eſſe ops gentibus. Vnde inops, et inopioſum, quaſi ſine ope. Vnde animi inopem, inopem conſilij dicimus, hoc eſt, ſine ope animi, ſine ope conſilij. Virg. Sęuit inops animi. Plau. Sępe ego multas tibi mandaui dubias egenas inopioſas conſilij. Obliqui ſingulares ſignificant auxilium. Oui. de reme. Carminis, et medicę Phębe repertor opis. Cice. li. iiij. Thuſc. Opis egens dixit. i. auxilij indiga. Aliquando ſignificant poſſibilitatem. Virg. Non opis eſt noſtrę. In plurali diuitię dicuntur. Idem Auxilio tutos dimittam, opibusq; iuuabo. Sed et opem veteres dixerunt pro opulentia. Cice. li. iij. Thuſc. O' priami domus ſeptum altiſono cardine templum, Vidi ego te adſtantem ope barbarica, ideſt opulentia. ſiue opulentitate luxurioſa. Quandoq; etiam auxilium. Cice. ad Quin. fratrem. Nunc ita accidit, vt neq; ꝓtores ſuis opibus. neque ſtudio noſtro quicquā proficere poſſimus. Quādo poſſibilitas, ſeu potentia Oui. li. iij. Faſt. Sed timui magnas Pigmalionis opes.

Opis, huius nympha Dianę comes, de qua. Virg. lib. xi. Velocem interea ſuperis in ſedibus Opim compellabat Vbi prima producitur, cum inopis, ab oos corripiatur.

Opis etiam nomen ciuitatis, iuxta quam Tygris profluit in mare rubrum.

Opigena, ab ope dicta eſt Iuno, quam matronę colebant, ꝙ ea ferre opem in partu laborantibus credebatur.

Opalia dies Feſtus Opi deę dicatus. Et erant, poſt Saturnalia vel eodem die, quo ſaturnalia. quoniam opem Saturni coniugem eſſe crediderunt.

Opimus, a, um, pe. pro. idem eſt, quod diues, et pinguis, vt Hoſtia opima, et menſa opima. Virg. Aut ſpolijs ego iā raptis laudabor opimis. Gel. formauit comparatiuum. Nā quas venabatur feras membra opimiora ad ſpecum mihi ſuggerebat, q̃ſi piguiora. Inde opime, abundanter.

Opima proprie ſpolia, ideſt ampla, et magnifica, quę dux duci detrahit dicta (vt Varro inquit) ab ope, vel (vt Plutar. ait) ab opere, cum ſit opus egregium, ac clariſſimum ducem belli parem ſibi ductorem ſuperare. Vel ab ope ſaturni coniuge quę terra credebat̄ à qua ſunt omnia.

Opimo, mas, pe. pro pinguegueſacio. Col. Hyeme tamen offę panis vino madefactę, ſicut etiam palumbos celerius opimant quàm cęteri cibi.

Opiparus para, parum, et Opiparis et hoc opipare, vtroq; modo dicitur. Opiparum antiqui dicebant magnarum opum apparatum vt opiparum conuiuium. Opipares lecti ab Apuleio libro. ij. dicuntur menſę magnificę ac precioſę vtpotè ex citro et ebore confectę. Plau. in perſa. Satin athenę tibi viſę fortunatę atque opiparę, ideſt opulentę ac magnificę. Apuleius Piſcatum, opiparem expoſitum video, ideſt copioſum.

Opipare aduerbium, ideſt abūdanter et copioſe. Cic. li. iij. offi. Opipare à pythio apparatum conuiuium.

Opimas, atis, opibus refertus, ab opimus, ma, mum.

Opocarpathon, ſuccus carpathi. Dicitur et opocarpaſon. Et numerantur inter venena.

Oporice, genus quoddam medicamenti ἀπὸ τῆς ὀπώρας hoc eſt à pomis arborumq; fructibus.

Opulentus, diues, ē opibus abūdans, q rebus abūdat terrę, q̃ſi diuitiarū plenus. Pla. in Am. Opulento homini, hęc ſeruitus dura eſt. Augu. ad arborē trāſtulit. Attendentes inqt, arborē pulchram amęnam, folijs virentē, fructibus opulentā. Hinc opulentia, et opulentitas. Idem. Quaſi ꝙ eius opulentitatē venereris. Vnde Speuſi. Ait Opulentia eſt poſſeſſio rerum ſic moderata, vt ad felicitatem conferat abundantia rerum ad beatitudinem conferentium.

Opulentia, ē opulentitas Pla. Quaſi quę eius opulentitatē venereris.

Opulēs, idē quod opulentus. Amb. li. Hexa. Fugienda ſunt

te [illegible] mundi, ne paup desperet, ne opulens isolescat.

Opulento, tas, dito, seu abundantē facio, foecundoue. Col. lib.ix. Quippè villaticę pastiones, sicut pecuarię, non minimam colono stipem ꝯferunt, cū et auiū stercore macerrimis vineis, et omni surculo, atq; aruo medeant, et eisdē familiarem focū, mensamq; parciosis dapibus opulent.

Opulesco, scis, ditesco. Furius. Quo magis in tantis possint opulescere campis.

Opprimo, mis, pe.cor. eneco, siue pturbo. habetq; i se maiorem vim, q̄ extinguo. Cice. in. Lel. Quamobrem primum danda est opa, ne q̄ amicoꝶ excidia fiant. Sin aliqd tale euenerit, vt extinctę potius amicitię, q̄ oppressę videant, quasi qđ extinguit, possit inflammari, qđ opprimit, non queat. Interdum opprimere ponit pro continere, seu claudere. Pla. in Asi. Os opprime. Interdum pro ꝯuincere, seu cōprehendere. Idem ibi. Iam saxo ipsum hominem mani feste opprimo. Interdū ꝓ violare, vt Oppressit virginem. Interdum ꝓ grauare. Cice. Qui homini tot miserijs, calamitatibus oppresso subueniret. Interdū ꝓ pṽenire occupare. Cice. Cas. Puto te iam subpudere, cū hęc iam tertia epistola ante te oppressit, q̄ tu schedam, aut literam. Interdum ꝓ constringere. Vnde cōpressio, constrinctio cuius diminutiuum est oppressiuncula. Pla. Molles morsiunculę papillarum horridularum oppressiunculę.

Opprobrium, ex ob ē probrum, sigt infamiā dedecus, quasi obiectum probrum et proueniat ad probrum. i. propter scelus commissum, vt cum qs cuipiam maledicit. Hora. Sic teneros aīos aliena opprobria sępe absterrent vitijs.

Opprobro, bras, opprobrio do, obijcio. Gel. li.i. Idē Cato. M. Cęlio. tribuno plebis vilitatem opprobrans. non loquendi tantum, verumetiam tacendi. Frusto inquit, panis conduci potest, vel vt taceat, vel vti loquatur.

Opprobramentū. Pla. in Mer. Litigare ego nolo vos, q̄ tuā āt accusari fidē, multo edepol si qd faciundū est, facere do mui manolo, quā opprobramentū, aut flagitiū muliēbre.

Oppugno, contra seu circa pugno nocendi causa. Cice. pro Sex. Domus ē oppugnata ferro facibus, exercitu clodiano.

Optalea frustum carnis assę ὄπταλέος assatus dicitur.

Opto, tas, desydero. Vnde optatiuus modus apud grammaticos. Quandoq; aligo. Cice. li.i. offi. Quęq; maiori parte pulcherrima videantur, ea maxime optant. Virgil. lib.iij. Optauitq; locū regno. Hinc optio ꝓ optatio, electio dr̄. Et optati dñr q in honestum aliquē gradū sunt electi. Interdum optare est precibus postulare. Virgil. Et reor, et si quid veri mens augurat, opto. Interdum adiungere asci re. Var. lib.iiij. de ui.pa. adoptatos quotquot ascitos existimauit appellatos, qui referentibus centurionibus in chortes adoptati subeant, vt semp plenę essent legiones. Huius composita sunt adopto, quod est valde desydero. Plau. in Cis. Sociam te mihi adopto, ad meam salutem. Vatinius. Ego autem, quem potius adoptem, q̄ illum, quo defendente vincere didici. Et adoptare est filium adoptatiuum facere. Teren. in adel. Ego hunc maiorem adoptaui mihi. Adoptio (sicut scribit Caius) duobus modis fit aut principis authoritate, aut magistratus imperio. Principis authoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt, quę species adoptionis, dicitur Arrogatio quia et is, qui adoptat, rogatur, idest interrogatur, an id fieri patiatur. Imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentis sunt, siue primum gradum liberorum optineant, qualis est filius, filia, siue inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos proneptis. Coopto, eligo. Cice. in Bruto. A quo in collegium augurum fueram, cooptatus. Exopto, valde desydero, vel valde precor. Salu. Nam gloriam, et honorem, imperiumq; boni, et ignaui sibi ęque exoptant. Pręopto, anteopto. Teren. in Ecy. adeon pernicaci es animo, vt puerum pręoptares perire.

Optatò aduerbiū, q̄si cū desyderio. Te. i An. Optatò aduenis.

Optatus desyderatus, et q i honestū aliquē gradū ē electus.

Optabilis. Cice. Luceio. Quę et si nobis optabiles in experiē do non fuerunt, in legendo tamen erunt iocundę.

Optio coadiutor dicitur ab optando, vt Veg. ait ꝙ antecedentibus egritudine ꝑpeditis, ij tanquam adoptati eoꝶ, atq; vicarij solent vniuersa curare, vt nihil aliud sit optio in re militari, q̄ adoptatio, qm̄ centurio aut decurio optabat sibi reꝶ priuataꝶ ministrū q̄ facilius publica obiret negocia. Pla. in Asi. optionē tibi sūmito leonidā, Vnde à Iuriscōsulto titulo de pęnis dānatoꝶ dictū est. Ita neq; spiculatores vltro sibi vēdicent, nec optiones ea sibi desyderent. Is aūt dabat adiutor centurioni à tribuno militū.

Optia ēt electio simpliciter, vt apud Hiero. in vita Pauli.

Optimus superlatiuum est à bonus.

Optimitas, vtilitas, commoduꝫ Pla. Maximas optimates gaudio effertissimas, suis heris ille vna me cum pariet.

Optimi, quoq; dicimus, sicut boni.

Optimates, pe.pro. sunt, qui primū in ciuitate locū tenēt, vel ꝙ opulētiores sunt, et in maiori cēsu, vel ꝙ ij primi opes ferre pn̄t oppssis. Cice. ꝓ Sex. dicit optimates eos eē, q ita in rep. se gerūt, vt sua ꝯsilia optimo cuiq; ꝓbent, populares vero q ea faciebāt, et dicebāt, q̄ multitudini iocunda esse volebāt. Idē ibi. Optimates sunt oēs, q neq; nocentes, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Prisci. lib.v. Optimates sunt q defendunt senatores, populares, qui defendunt populum.

Opticus, ca, cum, pe.cor. ideꝫ, qđ visiuus, siue perspectiuus, vt Virtus optica. i. visiua. Vñ pars geometricę disciplinę vna dicit optice. i. ꝑspectiua, quę ad oculos ꝑtinet, q̄ cās reddit, cur visiones subinde fallāt, vt q̄ in aqua ꝯspiciunt, maiora ad oculos fiant, quę procul ab oculis sunt minora.

Opus, eris, quere in dictione opera, ę.

Opus, Opūtis ciuitas i locris. Oui. ð pō. Fcā cęde Puer Procluus Opūta reliqt. Hīc opūtius, tia, tiū, vt Sinus opūtius i Ęgeo.

Opuntij populi phocēsibus et boeotijs finitimi fuere.

Opulus, pe.cor. genus vineę, vbi traduces pn̄t fieri vitium, vt Mediolanenses faciunt in arboribus, q̄s vocāt opulos.

Opiuio, is Vide in dictione pauio, is.

O ANTE Q

Oqnisco, is, ex ob, et qnisco, q̄uis qnisco nō legeris. Vñ et cōqnisco, sed b, abijcit, sigt inclino. Pōpo. in Epi. Nisi cū aliqs subito obuiā occurrat mihi, q oqniscat. Conqnisco vero (vt Prisci. inqt) caput iclino. Sed Plau. i Cis. ꝓ indignor posuit. faciendū est puerile officiū ꝯquiniscā ad cistulā. Fest. v̄o Conqnere, deputare, vñ Cōqnisco vr̄ esse formatū.

O ANTE R

Ora extremitas cuiusq; rei. Virg. Et mecum ingentis oras euoluere belli. Hinc vestimentorum extrema orę dicūtur. Et regionū terrarumq; fines, et insup hoc est maritimę ipsę regiones, vt Arma, virumq; cano. Troię qui primus ab oris Italiam fato profugus, lauinaq; venit Litora Sciēdum est. ꝙ Plyn. cum oram dicit, ferè semper regionem litoralem appellat, apud quem, veluti peculiaris est talis locutio. In ora sunt ciuitates, et oppida orę ꝓxima. Quę vero remota sunt ab ora elegāter in mediterraneo esse dñr, hinc soluere orā vsurpatuꝫ est, ꝓ eo qđ est enauigare ē ab ora, hoc est litorali regione soluere retinacula nauiū et discedere. Quint. Permittamus vela ventis, ē oraꝫ soluētibus bene precemur. Sūt q dicant orā ēt sigre nauticū funē, quo nauis ad terrā ligat. Allegātq;. Quint. dicenteꝫ. Permittamus vela ventis, et orā soluentibus bene ꝑcemur. Liui. lib.xxviij. In ipsis quoq; trepidatū nauibus, duꝫ ne hostes, cum suis irrumperent, trahunt scalas, orasq; et anchoras, ne in moliendis mora esset, ꝑcidunt, vñ ēt vulgariter dr̄, in lora de laqua. Cęteꝶ eruditi negant orā inueniri ꝓ fune nautico, apud idoneos authores, cū ne in Liui. qdē oras sed lora (vt ex vetusto codice scriptuꝫ) reperit. Quibus ego quoq; censendum iudico. Non eniꝫ apud Liuium oras, sed legendum est, sicut alibi lib.xxij. scribit. Alij resolutis oris, vt anchoram euellerent.

Orram maritimā gręci vocant acten, vt Gel. oñdit. Vulgus autem reperiam appellat.

Orata, genus piscis à colore auri, quasi aurata, ꝙ orum, ꝑ aurꝫ dicunt. Dr̃ ēt aurata. Mar. Nō ois laudem ꝓciumq; aurata meret. Fuit ēt cognomē Sergij romāi viri, qđ ab hō (pisce sortitus ē.

Oro, as, siue orare, pe. pro. Et hoc qñq; iungit, cū Deo, vel cū hoīe. Teren. in An. Qđ ego te per hāc dextrā oro, et ingenium tuū ꝑ tuā fidē te obtestor, ne abs te hāc segreges. Qñq; vero cum re sigt peto. Idem in Eu, Vnū vos oro, vt me ī vestrū gregē recipiatis. Interdū orare est agere, dicere, et tūc solo actō ɔtentū est Terē. in Phor. Seruū hoīem cām orare leges, nō sinunt. Vñ oratores, causaꝝ actores dicti, quos greci ἑήτορας vocant q̄uis orator à rhetore separet, ꝙ orator sit q ī iudicijs, vel cōcionibus cās agit, rhetor, q rhetoricen ꝓfitet. Item oratores legati vocant, ꝙ principis, aut Reip. mandata ꝑagant. Virg. li. xi. Centū oratores pria de gente latina Ire placet. Item qcunq; aliqd rogat, orator dici pōt. Cōposita huius verbi sūt. Adoro, exoro, qđ ē orādo īpetro, vñ orator dr̃, dū orat. Exorator, cū īpetrauerit. Teren. in Eecy. Orator ad vos venio, finite exorator siē. Exoratus dr̃, à quo qd impetratum est. Deoro, et peroro, q̄ sign̄t, orationem concludo.

Orō duobus modis accipit. Primo, vt ɔsyderatur à grāmaticis, q̄ est (vt Hie. inqt) ois sermo elequentiū, cuius etymologiā sic explicat. Et diffinit hoc mō. Oratio est dictionū ordinatio ɔgruam ꝑfectamq; sententiam demonstrans. Improprie sola pars facit orationem, vt si dico lege et ille respondeat legam. Item oratio actio dr̃, quę in se suasionem, et disuasionē habet vt sunt orationes tullianę itē sumitur pro sermone quotidiano. Teren. Quid sibi vult syre hęc oratio? Item pro generali contextu vocum à vernaculo seiunctarum. Hinc oratio ꝓsa, vel pedestris. Aristoteles oratio est vox significatiua, cuius partes aliquid separatę significant. oratio est oris ratio. Secundo, vt in sacris scripturis accipitur est, quę ad preces, et obsecrationes pertinet, vt Exaudi deus orationem meam, intende deprecationi meę. Huius diminutiuum est oratiuncula.

Orator, est vir bonus dicendi peritus q in causis publicis, et priuatis plena, et perfecta vtitur eloquentia.

Oratoria, ę, scientia, qua quis orator effici potest. Augu. li. ij. Conf. In qua vrbe iam coeperant literaturę, atq; oratorię percipiendę gratia peregrinari.

Oratorius, ria, rium, quod oratoris est, vel quod ad oratorem ptinet, vt ars oratoria oratorie sigt more oratorio.

Oraculum, ab ore dictum est, vt inqt Priscia. Cice. lib. Top. Oracula ex eo ipso appellata sunt, ꝙ inest his deorū oratio. Vnde et pro respōso accipitur. Sene. vnum illud optimum oraculum est pugnandum est, pro patria Virgil. Scitatū oracula Phębi mittimus. Quandoq; ponitur pro templo, in quo respōsa dantur. Item pro dicto alicuius. Vnde dicimus. Oraculum Catonis est. Quandoq; dicitur vnum ex quinq;, quę videre videmur, dum dormimus. De quibus in dictione Somnus.

Orarium dici potest, quod ori, et genis, et capiti supponūt dormituri. Et sic, ab os oris deducit. Hiero. ad Nepo. Quod sudarium, orariumq; non habeas. orarium etiam sumitur, pro veste, qua sacerdotes vtuntur stola, vulgo dicta, dū orant, idest prędicant. Ambro. de obitu satyri Etenim ligari fecit inorario, et orarium innoluit in collo. Vnde distin. xxiij. scribitur. vt omnis sacerdos, dum ordinatur orario vtrunq; humerum ambiat.

Orea, ę, ab ore fit, et significat frenū, dictū, ꝙ ori inferat, nam aurea est, quę ad equorum aures religatur.

Orificium ea forma dicitur, sicut opificium, ab ore. Est. n. summum os, et hiatus. Vnde Macro. Scribit duo esse ventris orificia, quorum superius erectum recipit deuorata quę et in follem ventris recondit. Inferius vero demissum intestinis adiacentibus inseritur, et inde via est egerendi.

Orbis, circulus, hinc mundus à rotunditate dicitur orbis terrarum, quoniam eius forma in speciem orbis absoluti globata est. Alias orbis ponitur pro sphera, vt nouem orbes sphęrarum author Macrō. orbes etiam quandoq; dicuntur oculorum foramina, frōtis intra quę latent oculi. Stat. Tum vacuos orbes. Pruden. Illic vtrisq; obtutibus orbes cauatos preferens baculo regebat primo errore nutantes gradus. Sed et ipsa lumina sic appellant. Lactan. Orbes ipsos humoris puri ac liquore plenos esse voluit.

Orbiculus, diminutiuum. Augu. lib. xiij. ciui. dei. Neq; ei continuo ɔcedendus est globos istos luminum siue orbiculos luce corporea sup terras, seu die, seu nocte fulgētes.

Orbiculatus, ta, tum, qđ in orbem, et circuitū factū est, à figura orbis ī rotunditatē circumacti, vt Poma orbiculata.

Orbita, tę, pe. cor. rota, siue currus. Virgil. lib. iij. Ge. Iuuat ire iugis, qua nulla priorum Castaliam molli diuertitur orbita cliuo. Et orbita vestigiū decurrentis in vijs rotę, ex cursu. Ply. li. viij. Idē vbicunq; sint orbitā si transiere, moriūtur. s. mures. Hinc Exorbito, tas, de q̊ alibi. Itē orbita rotunditas. Vir. ī Ætna. Scire modū, et q̄to minor orbita lunę ē.

Orbio, orbis, biui, bitū, circumeo. Nonius de priscis dictionibus. Orbitum, ꝑ orbem ductum, seu circularem. Var. Vt sydera coeli circa terram, atq; axem voluunt motu orbico.

Orbus ꝓprie dr̃ oculoꝝ luce priuatus. Iuue. Dudum vigilantibus orbis. Per transla. orbi dñr, qcunq; aliqua re cara priuati sunt. Hinc patres amissis liberis, quasi amissa oculoꝝ luce, orbi vocant. Hinc orbitas, illa patrū q̄litas post amissos liberos, et vxoris viduitas post amissum maritū. Quint. non habet orbitas vestra lachrymas, sup ardentes rogos. Similiter orbi dñr orphani. Teren. orbę qui ꝓximi sunt vxorē ducāt Hinc orbitas, orphanitas. Plau. in Cap. Quid hō est scęlus, q̄si in orbitatē filios ꝓduxeris.

Orbitas, tam parentum, q̄ filioꝝ dicit. Vide in orbus.

Orbelia regio ab orbelo monte dicta.

Orbo, bas, idē est, quod priuo. Lactan. lib. iij. Et orbant hominem suo proprio, ac singulari bono. Hie. ad Aletam Et marito simul orbaberis, et filijs.

Orca genus beluę marine, balenis infestum Hora. in Ser. Nō alia, q̄ qua bizātia putruit orca. ad huius similitudinē genus quoddam vasis dictum est orca. Pers. Redderet angustę collo non fallier orcę. Vbi probus interpretat amphorę spēm omnino apud veteres. et vinariū, et oleariū vas erat Item Salgamariū, vt in q̊ fici quoq; asseruabantur. Ply. li. xv. At vbi copia ficoꝝ abundat, implentur orcę in Asia cadi. Itē Salmētariū, hō est Salsamentariū. Quidā ēt Orcā accipiunt ꝓ vasculo lusoria, quo ɔiecti tali, agitatiq; emittunt in tabulā aleatoriā. Et à Marti. dr̃ turricula ex imitatione gręce dictionis, quā latini vsurpāt. pyrgon, Ply. lib. xxxv. ꝓ capsa pigmentoꝝ muliebrium posuit, cuī ait. Vsta casu reperta incēdio pyrę cerusa ī orcis cremata.

Orcula dimi. ab orca. Cato de re ru. Ciminum, foeniculum rutam, mentham in orculam condito. Hinc quidam vrceum, et per diminutionem Vrceolum deducunt.

Orcades, pe. cor. insulę Oceani septentrionalis vltra Britanniam, et Hiberniam numero. xxx. sm Pompo. parum inter se distantes. Est et hoc nomine oliuę genus. vnde Virgil. orchades, et radij et amara pausia bacca.

Orchites, pe. cor. genus oliuarum, quę à testiculis nomen sumpserunt, vt inquit Ser. li. iij. Geor. Nam ὄρχεις testes dicuntur, vnde etiam vocantur testiculares oliuę.

Orchis herba, quę et Cynosorchis, quasi caninus testis.

Orcus fluuius infernalis, ab vrgendo dictus ꝙ in mortes vrgeat, vt inquit Fes. qa antiq c, ꝓ g, ponebant. Quidā ab ὅρκος qđ est iuramentū, siue iuratio deducūt. ꝙ ꝑ illū. i. stygē paludē aq̄ ꝓfluit, iurabāt dij, nec peierare licebat. Proprie āt Orcus obscuritas īferoꝝ. Et orcus apud Homerū Thessalię fluuius scribit, q penè olei istar supnatat. Et (orcus pluto.

Orchestra, spaciū in theatro, ī q̊ senatoꝝ, ē honorificētissimoꝝ erāt loca designata et scęnici artifices suas ꝑ orchestrā ꝓstant actiōes, vt scribit. Vic. lib. v. Cuius pulpiti altitudo nō erat qnq; pedibus altior. vt sedētes spectare possēt oīm agētium gestus. dicta orchestra, ꝙ ī ea saltatiōes fieri ɔsueuissent. Nā apud gręcos ὀρχεῖσθαι, tripudio, salto. Sue. Deinde in orchestrā, senatumq; descēdit, et

orõnis quidẽ, carminisq̃; latini coronã, de q̃ honestissimus quisq; ↄtẽderat, sumpsit. Iuue. posuit pro sessiõe senatus, ẽ primox, cũ ait. Similemq̃; videbis Orchestrã, ẽ populum.

Orchomenus, pe. cor. Thessaliẹ mons, à quo Orchomenum.

Orchomenum oppidũ quondã ditissimũ, ac potentissimũ, cui Thebanos olĩ tributa soluisse constat. Hinc orchomenius, a, um Orchomeniox rex Etheocles fuit, qui primus gratiarũ templũ extruxit. Et Aristoclides eius tyrãnus fuit qui Stymphalidẽ virginẽ q̃dã adamauit, vt scribit Hie. Vide in dictione Stymphalus. Historici, alteram Orchomenum tradiderũt, quẹ Euboicẹ vrbs est, et insula vna ex cycladibus ĩ euboico mari, in qua Titani regnasse dñr. Est et Orcomenos fluuius, et Ply. et Stra. testantur.

Orcomana, pro lecto funẽbri apud Martialem ponitur.

Orci familia pro defuncto ponit. Vide in peculiũ ꝓserpine.

Orthium carmẽ palladis bellici ardoris incentiuum Sui. docet ὄρθιον esse νομὸν κιθαρῳδικὸν .i. legẽ citharedicã. Itaq; orthiã ẽ orthiã pro cantico et lege citharedicẹ harmõiẹ.

Ordior, iris, orsus, et orditus, teste Pri. prẹtentũ facit, sed cum facit orsus sig̃t fari incipio. Virgi. Veneris contra sic filius orsus. Li. li. i. Vnus rẽ ex cõposito ordit .i. narrare incipit. Vñ exordiũ, principiũ orõnis. Ponit ẽt simpliciter pro incipio. Ci. li. v. Thusc. Vñ igit rectius ordiri possumus, q̃ à cõi parẽte nã, quẹ qcqd genuit nõ mõ aĩal, sed ẽt, qđ ita ortũ eẽt ex terra, vt stirpibus suis niteret, in suo gñe perfectũ eẽ voluit. Orsus aliqñ poẽtẹ, pro eo q finit, abusiue posuerũt. Virg. Sic orsus Apollo mortalis visus medio sermone reliquit. Hinc Aborsus. Cum aũt facit orditus, ad telẹ, vel alterius hmõi cõpositionẽ spectat. Hie. in Esaia. Et telã, quam orditus est. Virg. tamen in culice. Atq;, vt araneoli tenuẽ formauimus orsus. Veteres etiã ordio protulerunt. Afra. Aspecta tamẽ animo me ordire oportet. Composita sunt Abordior, exordior, et redordior.

Orsus, a, um, in sig̃tione actiua. Vir. Sic orsus ab alto. Li. in sig̃tione passiua posuit pro incẹpto, cum lib. i. ait. Vt orsus tanti operis successus prosperos darent.

Ordo digestio, in suo cuiusq̃; loco collocatio, velut in acie fit, vbi pedites, vbi alẹ, vbi cẹtera, vel in ciuitatibus, vt ordo senatorius, ordo equestris. Accipit qñq; ꝓ ipsis hoĩbus Cice. Qui apud oẽs ordines eẽt gratiosus. i. apud oĩum ordinũ hoĩes. Sal. Sẹpenumero. P. C. multa verba in hoc ordine feci. i. in senatu. Aliqñ refert ad fortunas. Vñ Dona. exponens illud. Teren. in Eu. Quendã mei ordinus pro paupere. Sic honesti ordinis hoĩes dici possunt opulenti Inde fiunt Interordo, et interordinium, de quibus supra.

Ordinarius, a, um in quo seruatur ordo. Extraordinarium, quod fit extraordinem.

Ordinarius dr̃ homo scurra, ẽ ĩprobus, quiq; assidue in litibus morat, ob eãq; cãm in ordine stat prẹtorẽ adeuntiũ. Siue per ↄrietatẽ, ꝙ minime ordinate viuit vt ordinarius.

Ordolucẹ, populi fuerunt in Anglia arduis montibus proximi apud quos (vt Tacitus scribit) Hostorius dux Romanus Caratacum in Anglia imperantem prostrauit.

Ordino, as, dispono qui cuiq; locus esse debeat, à quo fit. Prẹordino, anteordino.

Ordessus, fluuius maximus Scythiẹ, qui ab oriente profluit, misceturq̃; cum Istro.

Oreades, nymphẹ montiũ, ἀπὸ τ̃ ὄρεος, quod montem sig̃t.

Oreni populi celtiberis proximi ab austro.

Oretus, Siciliẹ fluuius, apud Panormũ. Oretẹ, gens indica. vt Scribit Stra. post Arbin amnes Arrianorũ, quos Ply. li. vi. ait, non Indorum, sed propria vti lingua.

Oreus, dictus est liber pr̃, à mõtibus in q̃bus ei fieri sacrifi

Ore tenus duẹ partes sunt Gel. Guttũ samiũ (cia solebãt. ore tenus impudens, inanẹ, tanq̃ si in esset oleum, affert.

Orexis grẹce, latine appetitus, seu esuritio dr̃ ab ὀρέγομαι qđ est appeto. Quidã ẽt pro vomitu accipiũt. Iuue. Rabidam facturus orexi. Idẽ. Hinc surgit orexis, hic stomacho bilis. Hãc veteres, vt excitarẽt bibere largius solebãt, deĩde eno/

Orestes nomen viri sic dictus ob ferinã agrestemq̃; (mere. et montanam naturam.

Organa per excellentiã dicuntur oĩa musicorũ instrumẽta sicuti docet. Augu. non solum organũ illud quod grãde est, et inflat follibus, quod multis meatibus, quasi cicutis imparibus, vnde vox erumpat, concentum cũ bombulo emittat, sed quicquid aptatur ad cantilenam, et corporeum est organum dicitur. Iuue. pro cithara posuit Prẹtoribus organa semper In manibus densi radiant testudine tota Sardonyches crispo numerantur pectinẹ cordẹ. Est ẽ organum instrumentũ quoddã ẹdificij Victu. li. x. Inter machinas, et organa id vr̃ esse discrimẽ, ꝙ machinẹ pluribus operibus in maiores cogũtur effectus, vt ballistẹ, torculariumq̃; prẹla. Organa aũt vnius opẹ ꝓpositũ vti scorpionis. Apđ. Col. li. iiij. sumit pro instr̃o ad metiẽdũ apto, vbi ait Sic compositum organum, cum in sulcum dimissum est, litem domini, et conductoris iniuria deducit.

Organarij, organarum fabricatores. Iuli. Firmicus li. ij. scribit Mercurium, cũ Venere in. vi. ab horoscopo facere organarios, et myropolas.

Orgia, sacra fuerunt, quẹ dijs immortalibus fieri solebant, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, vt inquit Euse. li. prẹpara. hoc est à furore quia sacrificantes diuino quodam furore corripi vident Hinc abusiue sacra liberi patris dicta sunt orgia.

Oricos ciuitas Epiri à Colchis condita, à qua Terebynthus oricia dicitur.

Oria, nauis piscatoria. Plau. Malo hunc alligari ad oriam vt semper piscetur, ẽ si sit tempestas maxima, aspiratur tamen hẹc dictio ab aliquibus.

Orichalcum ẹs aurei coloris, quod in magno precio, apud veteres fuit. Grẹci ὀρίχαλκος, ab ὄρος, quod est mõs quia in montibus foditur.

Origanum, pe. cor. herba, cuius diuersẹ sunt species. Nam quoddã dicit heracleoticũ agreste, et othimin. Ply. scribit origanum esse, quod in sapore cunilã emulat, plurimaq̃; eius esse genera. Othimin, vel parasion appellari nõ dissimile hysopo, tragoriganon similius esse serpillo syluestri.

Orion, quasi vrion, dictus est filius Enopionis, putatus ex vrina triũ deorũ. Iouis. Neptuni, et Mercurij natus. Ouid. In Fast. ait. Hic apud Messanã portum structo aggere in Bẹotiam concessit. Inde inter astra receptus est, ante tauri vestigia. Sunt tñ, qui grẹce ab aquarum inundatione sic dictum velint, ꝙ eius tpe habet ortum hyems, et mare ac terra tempestatibus turbato, ὀρίνω enim turbo, et concito significat. Plau. Iugulam vocat, ꝙ sit armatorũ gladius stellarũ fulgore terribilis. Hic si fulget serenitatẽ, si obscurat tempestatẽ denotat. Vir. Fluctu nimbosus Orion.

Origenes, pen. cor. nomẽ propriũ authoris ecclesiastici cuius dogmata damnata sunt, quũ in varios errores inciderit, quos Aug. li. de hẹreticis commemorat. À quo Origeniani dicti sunt, qui eos imitantur, fuit et alius origenes.

Orithya, boreẹ cõiunx filia Ericthei Athenarũ regis, quam in ventum conuersam ferunt, hoc ẽt noĩe dicta est Amazonũ regina, quẹ Marpesiẹ mr̃i successit in regno. Orithos vero vrbs fuit inter Macedoniam, et Epyrum.

Oriza, spẽs frumenti folio carnoso, altitudine cubitali, flore purpureo, ex qua Italici ptysanam faciunt. Hor. in Ser. Sumẹ hoc ptysanarium orizẹ candore, grana comeduntur in cibo ad iuscula testuacia. Seritur mense Martio, et aq̃s clausis irrigatur vulgo risum appellant.

Orior, oreris, et oriris, pe. cor. participiũ tñ oriturus, et ortus habet. Oui. li x. Met. Tu quotiens oreris, viridiq̃; in cespite flores. Significat nascor, qñq; surgo, prodeo, vnde oriri soles dicimus. Huius cõposita sunt aborior, adorior, coorior. Exorior, oborior, et suborior, et perorior, quẹ sig̃nt scđm vim prẹpositionum cũ quibus iunguntur. Liui. Tum vero coorto tumultu terga vertere simulantes paululũ cessere. Oborior, et suborior eiusdem ferè significationis, hoc est subnascor, vt Obortẹ sunt lachrymẹ. Subortus est rumor. Exorior, quoq;, et perorior. Cice. li. iij. offi. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte, i. apparet, vel asciscit. Similiter dicimus.

dicimus. Obortę sunt lachrymę, et subortus est rumor.

Oriens, et participiũ esse pōt, et nom̄ substantiuũ ge. masc. vt cũ per se dicit̃ oriẽs, vt Ab oriẽte in occidentẽ pgit sol.

Oriundus, qui originem ducit, ꝙ ex eo loco Parentes eius fuerunt. Ortus vero ex loco, psonaũe pñti. Li. Nati Carthagine, sed oriundi à Syracusis. Inuenitur tñ oriundus pro orto. Col. li. i. Nã quemadmodũ sapiẽtis est fortuitos casus magno aīo sustinere, ita dementis est, ipsum sibi malã facere fortunã, qđ facit, qui neq̃ vicinũ suis nũmus parat, cũ à primis cunabulis, si modo liberis parẽtibus est, oriũdus, audiuisse potuerit. Amb. Aliter vsurpauit, cũ inqt. Sciant oẽs solẽ authorẽ non esse nascentium, dei clemẽtia terras relaxat, dei indulgẽtia prorumpere facit fructus. Qũo sol viuẽdi vsum ministrat oriundis, qñ illa prius diuinę opationis viuificatione sunt ędita, q̃ sol in hos, viuendi vsus veniret oriũdis. i. qui nascituri sunt. (liiij.

Originarij, q ex ad scriptitijs nati sunt in ipo solo, vt di.

Origo. p. p. genus ẽ. Vñ originale adiecti, vt culpa originalis.

Ortus, a, um, participium, modo natus, vt Ego ortus sum Bergomi, modo qui resurrexit, vel pdijt, vt Ortus est sol.

Ortus, us, nomẽ, significat natiuitatem. Cic. Nõ nobis solum nati sumus, ortusq̃; nři partẽ patria vẽdicat, partẽ amici. Interdum surrectionem, vt solis ortus. Interdum locũ, in quo surgit, vt Ab ortu solis, vsq; ad occasum.

Ortus, ti, locus in vrbe, vel in villa, in quo arbores, herbę, et olera oriunt̃. Vñ et ab oriẽdo dicit̃, ꝙ in hac agri spẽ plures, q̃ alibi herbę p totũ ãnum oriant̃, et oĩa, quę in ortis oriunt̃, ab oriẽdo olera dñr. Apud Catonẽ, Varronẽ ortus est suũ singulis arboribus quasi domiciliũ et cubile certis inclusus finibus. Apud antiquos oĩs villa ortus dicebat̃, ꝙ ibi, qui arma capere possent, orirent̃. Sũt qui ita separẽt, vt ortus, tam singulari q̃ plurali numero ortũ olitoriũ. i. herbarum significet. In plurali dũtaxat arborariũ qui à nřis pomariũ, à grecis παράδεισος, paradisus vocatur, vt orti Salustiani. Quidam tamẽ aspirant, vt differat à participio, ẽ nomine ortus. Alij in medio aspirandum censent, ab orthos, quod est rectum deducentes, quoniã in rectas quasdam lineas distinguatur. Abortus fiunt diminutiua.

Ortulus, ẽ orticellus. Epicurus p̃mus orti magr̃ existimatus ẽ.

Orti pẽsiles, q supra ędificia facti, vel supra colũnas erecti pẽ (dent.

Orti hesperidum memorabiles habentur, in quibus oleastri tantum vixerunt.

Orno, as pulchrum facio. Cice. li. i. Thusc. Nocturnamq̃; cęli formã vndiq; syderibus ornatã. Et ornare, pręparare, aptare, qđ lingua vernacula dicimus, meter in ponto. Plau. in Cap. Ego ibi, vt conueniã senẽ, dicã, vt sibi penũ aliud ornet. Idem in eadẽ. Nõ ornatis vos istic apud vos nuptias. Item honorare. Cice. Cęsa. Neq; vllius officij certus nomen peto beniuolentiam tuam, liberalitatem peto, neq; impedio, quo minus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes glorię insignibus. Huius cõposita Adorno, qđ est desuper orno. Liui. lib. i. Flaminem Ioui assiduum sacerdotes creauit, insigniq̃; veste, et curuli regia sella adornauit. Est etiã Adornare, bene apparare. Plau. in Cas. Intro abi vxor, atq; adorna nuptias. Exorno, et suborno, de quibus alibi.

Ornatus a, um, qui bonis artibus ĩstructus est, siue qui honores adeptus est à populo. Et bene aptus, vt miles, aut gladiator, et acturus fabulas, atq; etiam ornatus cultus.

Ornatus, us, accipitur pro cultu, quo quis ornatur. Vnde dicimus ornatum regium.

Ornamẽtum, ornatus, apparatus, ẽ qñq; honor dř. Cice. Licinio. Suscepitq̃; mihi ppetuã ppugnationẽ, pro oĩbus ornamẽtis tuis. i. honoribus.

Ornis gręce latine ales gallina.

Ornithon, auiarium. Nam ornithas gręci aues vocant. Var. Ornithones auiaria sunt, in quibus stabulantur turdi, pauones, et omnes alites, quę intra pariẽtes villę solent pasci apud gręcos ὄρνις, ιθος scribitur.

Ornithothrophium. idem est, quod ornithon.

Ornithoboscion, locus ad pascendum gallinas, et aues. Var. De his qui ornithoboscion instituere volunt.

Orontes, nomẽ viri, et nomen fluuij, qui diuidit Syriam ab Antiochia. Hic ab interiore Syria caput tollit mox inter Apemeã et antiochiam demergitur in hiatum, quẽ caribdim vocãt Typhon anteadicebat̃ à Typhone gigante illic fulminato, vt ĩquit Stra. Mox ab eo qui ripas põte iunxit orontis nomẽ accepit. Est et nomẽ mõtis, inter quẽ, et Orontem fluuiũ vrbs Antiochia posita est. Hinc orontęus tea, teum. Proper. Aut qđ orõtea crines pfundere myrrha.

Oropygium, vide in dictione Varropygium.

Orobij dictio gręca qua significant̃ ppłi ĩ mõtibus vitã agẽtes q̃les sunt bergomates nři, quos Ply. Orbios appellat.

Orphanotrophiũ, locus vbi filij orbi, ex parentibus priuati nutriunt̃. Orphanotrophi dicunt̃ p̃positi nutriẽdis orphanis. Vnde apud Iuriscõsultos scribit̃ Orphanotrophos huius Inclitę vrbis defendere, ac vindicare debemus.

Orphanus, qui caret patre, p̃sidioq̃; paterno, quiq; summopere illius opem desyderat. Gręcum est. Pupillus, qui caret patre, sed non pręsidio paterno, cum tutore iunctur.

Orpheus, poëta, seu vates. Calliopes, et Apollinis filius thrax, hic lyrę studiosissimus extitit, quam dono à Mercurio habuit. Fuit et alius Orpheus Oeagri filius, vnus ex Argonautis. Ciconum rex.

Orpheus, a, um idem, qđ thracius. Mar. Quicqd in Orpheo Rhodope spectasse Theatro Dř, exhibuit Cęsar arena tibi.

Orthę dicuntur à gręcis Męniana ędificia.

Orthos gręce, latine rectus dicitur. Sed in compositione tantum. Orthoo, dirigo.

Orthographia, recta scriptura, vel recta pictura.

Orthodoxus, hõ rectę opinionis, siue sentẽtię, aut fidei, δόξα enim gloriã, et existimationẽ, siue opinionẽ, ẽ sentẽtiã sigt.

Orthodoxia, recta opinio.

Orthogonius, rectus angulus, qui ex vtraq; pte ęqualis est.

Ortopnoici, asmatici dñr, qui eã anhelitus difficultatẽ habẽt, vt nisi recta ceruice stent, spirare, nõ possint. Orthopnoea ipsa passio. Orthon enim rectũ, πνέω spiro. Est enim circa fauces malũ, qđ apud gręcos aliud, atq; aliud nomẽ hẽt prout se magis, minusq̃; ĩtendit omne tñ in spirãdi difficultate ɔsistit. Sic difficultas hęc, dũ modica ẽ, δύσπνοια gręce dicitur. Cũ vehemẽtior, ẽ spirare ęger, siue anhelatione nõ potest, ἆσθμα vocatur. Cum accessit id, quoq;, vt spirare non possit, nisi recta ceruice spiritus trahat ὀρθόπνοια appellat̃. Ab his Dyspnoici, Asmatici, Orthopnoici, à latinis vero vocabulo suspiriosi dicuntur.

Orthoepeia ὀρθοέπεια emendata cum suauitate expositio, seu recta verborũ enũciatio, ὀρθὸν rectũ ἔπος, verbũ. Aliqñ tñ ponitur p versu heroico. Vñ Epici poëtę dicti sunt.

Orthominũ, genus lini, qđ fit panicula palustris, arundinis.

Orthocorybantij, populi quidam Scythię.

Ortros gręce ὄρθρος. Tempus ante solem. i. Diluculũ. Angu.

Ortyx, gis, auis, quę coturnix, et vulgo qualea dicitur.

Ortygometra. p. cor. rex coturnicũ maior aliquãto, ac nigrior, auis dicta, ꝙ dux sit, ac moderatrix coturnicũ. Cõponit̃ enĩ ex ὄρτυγος, κὶ μητέρος. Nã μήτηρ, mater ꝙ sit veluti cęterarũ mater.

Orthragoriscus, latine aper siue porcus piscis in Auro fluuio laconicę, q vocalis phibetur. Sed et porcelli lactẽtes ẽ adhuc subgrumi ita nominant̃ apud lacedęmones inquit Athenęus, ἀπὸ τοῦ ὄρθρου, καὶ ἀγοράζεσθαι, quoniam matutinis omnibus venales circunferantur.

Orthygia, insula in Ægeo, quę etiam Delos dicitur. Dicta Orthygia. (Solino teste,) ꝙ in eo p̃mo visę sunt coturnices, quas gręci orthygas vocant, nos à sono vocis, qualeas dicimus. Fuit ẽ alia hoc nomine insula circa Siciliam, quę ponte iungitur Syracusis, et fontem habet Arethusã, hęc ex opposito Plęmmyrij Sicilię amnis. De qua. Virg. li. iij. Sicanio prętenta sinu iacet insula cõtra Plęmmyriũ vndosum, nomẽ dixere priores. Orthygiam, Alpheum fama est huc Helidis amnes, Occultas egisse vias subter mare, quę nunc Ore Arethusa tuo siculis confundit̃ vndis. Ply scribit cenchrĩ quã recentiores medici, Miliariã appellãt

Orthosia, locus in caria altera est in Syria.

Orthrium, carmen palladis bellici ardoris incentiuum. Sui. docet ὄρθιον esse νόμον κιθαρῳδικόν.i.legē cithăredicā.

Oryx, orygis. animal, quod p̄cipue in Getulia nascitur, fert contra stare, ac contueri solis radios, caniculamq́; ad orare. Est ex caprarum genere, de quo habetur in Deuteronomio, ꝙ sit immundum, à quibusdam solus vocatur, contrario vestitur pilo, et ad caput verso. Colu. lib. x. Ferę pecudes, vt capreoli damęq́;, nec minus orygum, ceruorumq́; genera, et aprorum, modo lauticijs, et voluptatibus dominorum seruiunt, modo quęstui, ac redditibus.

O ANTE S

Os, oris, ꝓprie ꝯcauum illud, ītra qđ lingua, et dentes. Ply. Cōtinui dētes, aut vtraq; pte oris sunt, vt equo aut superiore primores nō sunt, vt bobus, ouibus. Qńq; os ponit ꝓ facie, hoc est totū illud à ꝑncipio frōtis vsq; ad ventrē, facies vero cuiuscunq; rei forma. Virg. Os humerosq́; deo similis. Et de brutis etiā dr̄. Idem. Ora citatoꝝ dextra detorsit equoꝝ. Neq; solū de facie dr̄, sed etiā de tota specie, quę cernitur, et qcquid in aliqua re patet, os dici potest. Idem. Quam si quis ferro potuit rescindere summum vlceris os. Oui. Pronaq́; cum spectent animalia cętera terram Os homini sublime dedit. Sciendum ꝙ os producitur, et habet omnes casus plurales, pręter genitiuus oriū. Virg. li. viij. Componens manibusq́; manus, atque oribus ora. Huius nominis deriuatiua sunt. Osculor, ostium, oro, oraculum, orarium, osculum, orior, ordior, ordino, orea, omen, orificium, et secundum aliquos ostendo.

Os leonis genus, herbę florem faciens purpureum. Colu. Narcissiq́; comas, et hiantis sęua leonis Ora feri.

Os, ossis, quod et ossum dici potest. Pac. Ossum inhumatus solidamentum corporis vocatur, quod nodatum, et adiunctum inuicem neruis alligauit natura. Hinc componitur exos, quod est sine osse. Lucil. Exos, et exanguis tumidos perfluctuat artus. Inde Exoso, sas.

Osculum dimi. paruū os, qđ est ꝯ Priscia. q nō vult osculū tenere figūum ꝑmitiui. Oui. lib. i. Met. Videt igne micantes syderibus similes oculos, videt oscula. Idē de Daphne. Videt oscula. q̄ non ē vidisse satis. Et osculū, qđ dat amicis, vt est illud. Osculo filiū hoīs tradis. Nā in basiando labia constringunt, et os paruū fieri videt, et exporrigit in osculum. Est āt teste. Aug. li. de amicitia duplex osculū. Est osculu corpale qđ īpressione, fit labioꝝ, qđ nō est oñdendū, nisi in honestis hoībus, vt in signū recōciliationis, qñ fiunt amici q fuerūt inimici. In signū pacis, sicut cōicati ī ecclesia interiorē pacē exteriori osculo demōstrant. In signū dilectionis īter sponsū, et sponsā fieri ꝑmittit, vel ab amicis post diutinā absentiā et porrigit, et suscipit osculū. In signū catholicę vnitatis, sicut fit quū hospes suscipitur. Osculū spūale ꝑe amicoꝝ ē, ꝙ sub vna lege amicitię tenent. Nō. n. fit oris attactu, sed mētis affectu, nō ꝯiunctione labioꝝ, sed cōmixtiōe spūum differūt āt hęc īter se, oculū, basiū, et suauiū, osculū ꝙ officij fit vt cū ē lōgi quo redeūtes, sulutamus, atq; osculamur. Basiū pudicoꝝ, vt pr̄is in filiū suauiū voluptatis, à suauitate dictum.

Oscillum, cum c, diminutiuum est à diminutiuo osculum, pro paruo ore, sicut à tantulo tantillum. Col. lib. ij. Reliquū quod superest seminis in tabulatum, quo fumus ꝑuenit, optime reponas, qm̄, si humor inaserit vermes gignit, qui simul, atq; oscilla lupillorum adederint, reliqua. pars enasci non potest. Oscilla etiam sigilla sunt, ē paruę imagunculę, quę arte fictili fingebantur, et venales proponebantur, quibus homines pro se atq; suis saturno piacula faciebant, vt inquit Macro. Virg. lib. ij. Geor. Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Et sic ab osculum fit, cum significat faciem paruam, vel totam speciem.

Oscillo, las, ab oscillum fit, et significat inclino. Fest. Oscillo sancta dicuntur, ꝙ oscillent. i. inclinent, precipitesq́; efferant oscillantes. Ser. putat esse compositum ab os, ē cilleo, es, ꝙ in hoc cillerentur. i. mouerentur ora. Nam cillere mouere est. Plau. in Am. Ne illi ędepol, si merito meo rei ferre studeant gratiam, allegent, qui mihi aduenienti os cillet, probe enim os moueat, probe ipsum pugnis percutiendo, vt illud infra eodem loco, Illic homo me interpollabit, meumq́; os finget denuo.

Ossiculum diminutiuum, ab os ossis. Gel. li. vi. Ratio subtilior, et vtilitas ipsa operis postulauit, vt tenuissimis, minutissimisq́; ossiculis caput compingeret. Ply. lib. xi. Omnium cerebro medio insunt ossicula parua. Hinc aduerbium ossiculatim, quod significat minutatim.

Osseus, ea, eum, quod ex ossibus est. Vnde Ply. scribit inueniri lapides osseos.

Ossileus, pe. cor, ossiū collector. Ossilegium, ossium collectio.

Ossuaria, appellant loculi, in qbus defūcto ossa reponunt.

Ossifraga, pe. cor. genus aquile ab ossibus frangendis.

Ossa, ossę, mons in finibus Thessalię centauroꝝ stabulum quem Seneca dixit Olympo olim coniunctum. Luca. Quantus piniferę Boreas cum thracibus Ossę. Hinc ossęus, ssęa, ssęum. Idem lib. vi. Attollit Titan, rupes ossęa coercet.

Ossa vero plurali numero ab os, ossis. Mac. Ossa, dentes cum vnguibus, et capillus nimia siccitate, ita densata sunt vt penetrabilia nō sint effectui animę, quę sensū ministrat.

Osci, Italię ppli ab oris fęditate dicti, Vnde obscęna verba.

Oscines pe. cor. ab ore, et canendo, aues auspicium ore facientes. Oscinum augurium auium, Hora. Oscinem coruum prece suscitabo Solis ab ortu.

Oscedo, vitium, quo quis tenetur, vt sępius oscitet. Gel. li. iiij. Deliberatū de nota eius, q ad cēsores, ab amico aduocatus est, et ī iure stans clare nimis, et sonore oscitauit, atq; inibi propè, vt plecteret fuit, tanq̄ illud indiciū vagi aī foret, et hallucinātis, et fluxę, atq; apte securitatis. Sed cum ille deierasset īuitissimū sese, et repugnantē oscitatiōe victū, teneriq́; eo vitio, qđ oscedo appellet, tuꝫ notę iā destinatę exemptus est. Quidā dr̄it oscedinem sig̃re graueolentiam. Sere. Hinc oscedo fugit, linguę quoq; vulnera cedūt.

Oscito, tas, pe. cor. ex os, et cito, ꝓprie sig̃t os commoueo, et os totum aperio vt fit prę somno, aut tędio. Quę cum toto corpe fit pandiculatio vocat. Ci. li. ij. de ora. Et istā oscitātem, et dormientē sapientia scęuolaꝝ, et cęteroꝝ beatorum ocio ꝯcedamus. Ponit ēt oscitatio, ꝓ ocio ē aī securitate. Ter. ī An. Sperās iā amoto metu, īter oscitantes opprimi. Dr̄ et oscitor depo. Ci. li. iiij. ad Herē. Cum ēt maiores calamitates impendere videantur, sedeatis, et oscitamini.

Oscitor, taris, deponens. Vide in Oscito.

Oscheon, latini scortum dicunt. i. testium receptaculum. Nā Celsus, vbi de morbis tractat, qui in naturalibus, circa testiculos oriri solent, sinus, et tunicas his appellationibus diuidit. Sinus qui conspicitur à nobis, oscheon à Gręcis dicitur. Nostri Scortum vocant.

Osanna componitur, ex osi, qđ significat saluifica, siue saluum fac. et anna domine. Quę vox (inquit Hier.) īteriectio ē deprecantis. Nam sicut nos in lingua latina habemus interiectiones quasdā, vt insultando dicamus vah, ī admirādo pape, ī dolēdo hei. Et qñ silentium volumus imperare, strictis dentibus spiritū coartamus, et cogimus tm̄ sibilum insonando. s. ꝫi, ita hebręi īter reliquas ꝓpetates linguę suę habent interiectionem, vt qñ volunt dominum deprecari, ponant verbum petentis affectum, et dicant anna domine. Osi saluifica interpretatur, āna interiectio deprecantis est. Si ergo ex duobus his velis cōpositū verbum facere, dices osianna, siue vt loqmur, osanna media vocali lr̄a elisa, sicut facere solemus in versibus quando scādimus. Aleph nanque litera prima, verbi seq̄ntis extremā vbi ꝑoris loth īueniens excludit.

O si aduerbium optandi, vt o si videas apostolū dei anteq̄ (moriar.

Osiris, pen. pro. osiris; gtm̄, fuit Iouis filius ex Niobe Phoronei filia successitq́; Phoroneo in regnum argiuorum. Ægialium fratrē ꝑfecit regno Achaię, et ad Ægyptios trās fretauit glorię desyderio. Quos cum subegisset. Isidem, q̄ et Io vocabat. Inachi ꝑmi regis Argiuoꝝ filiā duxit vxorem. Vbi

rem. Vbi cum Illa Isis. Osiris varias artes Ægyptios docuissent, vterq; diuinos honores meruerunt. Tandē à Sityphone ęgypto, vel (vt Ser. ait) à Typhone fratre clàm occisus, ab Iside diu q̄situs ē. Tandē apd Phialā iuxta Syenen laceratus compertus est in insula A' baton, in palude iuxta Mēphim Sepeliri eū Isis curauit, et paludes Stygē. i. męrorē appellauit. Nec nisi certis diebus mitratos eo accedere voluit. Sed cū apuisset ęgyptijs deinde bos quidam. Osirim putarūt adorauerūtq;, vt deum, et vocarunt Apim. i. bouem eorū lingua, Deinde dictus est Serapis. Tibul. Te canit, atq; suū pubes miratē Osirim Barbara mēphitē plangere docta bouē. Mar. Non illam mille catastę Vincebāt. nec q̄ turba Serapin amat. De osiride sic hēt Euse. lib. de ppa. Diodorꝰ siculū inducēs. Ægyptios ferunt primos oīum motū, ordinemq; cęlestiū. corporꝰ admiratos, solem, et lunam deos putasse, ac solem qdem Osirim lunā Isim nūcupasse. à ꝓetate quadā iditis ipsis noībus. Nam si qs ad latinā linguā vba transferat, multioculus osiris dici potest neq; id ab re. Radijs. n. suis, q̄si multos rebus immittit oculos, qbus oīa pspicit, vt ēt poëta dicit Sol, q terrarꝰ flammis opa oīa lustras. Quāmuis nōnulli grecorꝰ poëtę Dionysium esse osirim confingant. Isis vō pscam latine diceř possumus, et lunā hoc nomine indito, qm̄ sēpiterna, priscaq; sit, cui cornua depingūt, vel qa cū minoidas cornuta videat, vel ꝙ bos ei apd Ægyptios sit dedicata. Ferūt osirī apd Ægyptios haustū viniq; vsū (ꝯperisse.

Ostendo, is, di, um, et ostentū. ex os, et tendo, ficut fit in Oscito, et oscillo. Os. n. ꝓ facie sępe ponit, q̄ ꝓ toto corpe, nō solū hoīs, sed ēt cuiuslibet rei spē sumit, vt Do. in Eu. Teren. O' faciem pulchrā exponit. Faciem mō nō partē corpis dicit, sed totā spēm, q̄ apparet ē cernitur. Merito ergo oñdo sigt demonstro, qa oñdo est spēm, siue faciē rei mōstro, qa tendere os ē faciē monstrare, vel qa os extendere solemus in id, quod volumus demonstrař.

Ostēto, as, frequē. ab Ostētu3 supino formatū, qd sigt sępe oñdo. Pla. in Aul. Altera manu fert lapidē, panem oñtat altera. Aliqñ cu3 iactantia oñdo, vñ Ostentatio iactantia.

Ostentum, ab ostendo, ꝙ statim futurum aliquid ostendat vt Cometę, tonitrua die sereno Monstrum, quod contra naturam fit, vt cu3 nascitur aliquid membris alterius generis, quod et promonstrum quandoq; dicit, quasi porrò aliquid monstrans, siue monens, portentus, quod licet naturale sit raro tamen se ostendit, et futuru3 aliquid cū temporis interuallo denunciat, quod aliquid importari, ac immunere denunciat. Prodigium, quod et si naturaliter fit, ac sępe euenit, semp tñ aliquid pręsagit mali, q̄si porrò agendum. Confunduntur tamen hęc, et pro eode3 significato accipiuntur, oīaq; ab eo, ꝙ futurum aliqd ostē dunt, dicta sunt. Labeo diffinit ostentum esse contra naturam cuiusq; rei genitum, factumq;. Duo sunt genera ostentorum. Vnum quotiens quid contra natura3 nascit. Alterum cum qd prodigiosum videt. Sueto. in Cęsa. Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine et forma i ꝓximo sedens repēte appuit harūdine canens. Accipiunt etiā ostenta in bonam partem Sueto. in Vesp Iampridem sibi, per hęc ostenta conceptam in speciem imperij venit. Ply. li. xvi. scribit factum esse ostentum arboris, à quo deinde tempore maiestas Populi Ro. resurrexerit. Aliās ostentū participialiter poni solet. Pacu. In ipso tempore ostentum senem. i. demonstratum. Est enim ostentus, ta, tum. Cato. Ager olueto conserendo, qui in ventum fauonium spectabit, et soli ostentus erit alius bonus nullus erit. Var. li. i. de re ru. Qui locus optimus vino sit et ostentus soli amineum seri oportere.

Ostentus, tus, nomē irrisio dicit. Salu. in Iugur. Sed quoniam eo natus sum, vt Iugurthę scelerum ostentui essem.

Ostentosus, a, um. qd ostentū facit, vt à ꝓdigiū Prodigiosus.

Ostphys gręce, lūbus latine seu pars posterior quā lūbi pręcigūt pari structura. Alij accipiūt ꝓ cigulo, seu ꝓ cictu.

Ostrys, siue ostria, arbor, quę solitaria nascitur, circa saxa aquosa, similis fraxino cortice, et ramis.

Ostrum, dixerunt antiq id, qd ex lino facto olei puru3 purgatumq; relinquitur. Factum vero dicebant, ꝙ vno tem pore ꝯficerent, quem alij centū sexaginta modioru3, alij centum viginti faciebant. hoc nomen tñ asperant solet.

Ostium ab obstando quidam deducunt, ꝙ ab eo arcemur ingressu quidam ab os, oris, ꝙ fit id, per quod ingredimur vel domum, vel quemcunque alium locum, Alij à gręco ὠθεῖν, qd est repellere. Vnde ratio exigit, vt sine aspiratione scribatur, licet eruditorum vsus, illud, cu3 suis deriuatis aspiret. Ostia gręci Thyras vocant. Vnde Thyridion ostiolum. Ostiorum latera antas vocamus, à quibus antipagmenta valuarum ornamenta.

Ostia, orum, tm̄ pluraliter fluuiorum patentes aditus sunt Virg. Italiam contra, Tyberinaq; longe ostia. Dicimusq; Nili ostia, et Tyberina ostia, q̄ mare intrant non aditus. Et facilis est ad regē aditus, non facile ostiū. Et hęc sylua nullos habet aditus, non ostia. Aliqñ ostia ponitur, pro portu. Virg. Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

Ostia, ę, vrbs in ostijs Tyberini sita ab Anco Martio condita, vt inquit Liui. i. ipso maris, fluminisq; confinio, vt totius mundi opes illo, veluti maritimo vrbis hospitio reciperentur. Ab hac Ostienses dicti ostiensis ager.

Ostiensis porta Romę, eo, ꝙ Ostiam versus ducat. Ea nunc sancti Pauli porta appellatur.

Ostiatim aduerbium per singula ostia. Quin. Nec sectando singula, et velut ostiatim pulsanda.

Ostiarius ostij custos. Cuius fęmininum est ostiaria, vt Ancilla ostiaria in Euangelio.

Ostratium latine testa gręce ὀστράκιον. Vnde testaceum pauimentum vulgo nunc ostracum vocant. Hinc ostracismus relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus, q̄ populari statu regebantur eos, qui supercellere videbantur, vel propter diuitias, vel propter amicos, alienamue potestatem, extra ciuitatem relegare solebant ad tempus, sicut docet Aristo. lib. iij. Poli. Athenienses vero exilio decennali mulctare consueuerant potentes nimis, et excellentes gloria viros. Et hoc exilij genus ostracismon appellauerunt, qui repertus est, non ad castigandum improbitatem, sed ad potentiam moderanda3. Ostracismus autem, ab ostraco, idest calculo, siue testula nomen sortitus est, qui in hunc modum Athenis peragebatur. Ostraci viritim in cōsilio dabantur in quibus vnusq;q; nomen illius perscribebat, quem vrbe cędere voluisset magistratus vero qui huic negocio pręerant vniuersos simul calculos recensebant, qui nisi sex milium numerum excessissent, nihil cōfectum esse indicabatur. Vbi vero vltimus numerus repertus fuisset, eum decem annos exilio afficiebant. Hoc ostracismo Themistocles, Cimon, et aristides mulctati fuere. De Aristide legimus, cum iuxta eum, quidam rusticus illiteratus sederet, ipsi Aristide testam dedisse, vt nomen suum scriberet. Admiratus id Aristides, interrogauit nūquid istum cognosceret? Minime inquit. Sed quid cęteri ita sentiunt. ego quoque ita censeo eum esse damnandum Hoc latini testularum exilium vocant.

Ostracismus. Quere in dictione Ostracium.

Ostracus calculus, vel testula dicitur.

Ostracoderma, idest testacea, sicut pisces q habent testas.

Ostrum, muricis, siue conchylij, ac purpurę color. Conchylium enim murex et ostrum in eadem significatione sumuntur. Virg. Tyrioq; ardebat murice lęna. Idem. Vt gēma bibat, et sarrano dormiat ostro. Iuuena. Horum ego non fugiam conchylia, idest murice infecta. Excipit tñ ostrum a conchyli marino, ex quo purpura inficitur. Cuius (vt Vitru. inquit) non minores sunt, quę cęterarum rerum naturam consyderantibus admirationes, ꝙ habet non in oībus locis, quibus nascit, vnius generis colorem sed solis cursu naturaliter temperetur. Itaque quod legitur in Ponto, et Gallia, quia hę regiones sunt ꝓxime ad septentrionē, et occidentē, inuenit liuidum, Quod autem

legitur ad ęquinoctialem, orientem, et occidentē, inuenit violaceo colore. Quod vero meridianis regionibus excipitur, rubra procreat potestate, ea conchylia cum sint lecta, ferramento circa scinduntur, è quibus plagis purpurea sanies, vt lachryma profluens excusa in mortarijs terēdo comparat. Et qa ex cōcharum marinarum testis eximit, ideo ostrum est vocitatum. Igit muricis, siue cōchylij liquor, qui et ostruʒ dr̄ temperatura artificis, adhibita ferè purpureus fit, hoc est in violaceum tendens. Sed hęc apud authores confunduntur, Muricem, ē Ostrum, et Tyrium ꝓ purpura ponentes. Sciendum quoq; est, ꝙ ɔchę, et ostrea dn̄r firmioris teste pisces. Cōchę, q̄ testā leuē hn̄t, ac politam vniformiter rugatam siue denticulatam.

Ostrea, quę asperam, scabramq; testam habent q̄uis generaliter ostrea, quoq; conchę dicantur itē, quę ex vno tm̄ latere testaʒ habent, altero scopulis, aut lapidibus, alteriue materię adhęrēte. Nam testę ipsę duriores proprie cōchę dicuntur, quales sunt cocleaꝝ. Sene. Quid ostreum sapiat, quid mullus, optime nosti. Dicta ostrea, à gręco. Nam sicut nos à testa testudinem vocamus, siue animal, quod veluti testa tectuʒ est, siue id genus ędificij, quod ex testa est cōpositum, vel ad testudinis similitudinem est factum. Sic gręci ὄστρεα ἀπὸ τῶν ὀστράκων nominauerunt, dicuntur et ostreę foemi. gene. Gel. ostreę senescente luna inuberes, macrę, tenues, exustę sunt, crescente luna pinguescunt. Spondylus dr̄ callosum illud rotundum albicans qđ intus habet in medio, à similitudine spondyli, qđ nos verticulū dicimus. Nam reliqua caro circumspersā lacinia dr̄.

Ostreę, vide in dictione Ostrum.

Ostreatus, ta, tum, ponitur, pro duro, atq; aspero. Plau. Itaq; iam, quasi ostreatum tergum vlceribus gestat.

Ostrineus, nea, neum, quod est ex ostro.

Osus, cum suis compositis Exosus, et Perosus, participia sunt, siue participiorum modo capiuntur. De quibus in dictione Perosus. Iungitur autem osus, cum accusatiuo, et actiue sumitur, vt osus sum, osus es, osus est, ꝓ odi odisti, odit. Participium quoq; futuri tēporis osurus, et osor verbale, ab osum supino fiunt, quę Festus ab odio sumit, licet nō sit in vsu. Plau. in Amp. Inimicos semper osa osus obtueri, idest odi. Osurus. Cic. in Lel. Negabat vllam voceʒ inimicitiores amicitię potuisse reperiri, q̄ eius, qui dixisset ita amari oportere, vt aliquando esset osurus.

Osor. Plau. in Asi. Madidum nihili incontinentes, atq; osorem vxoris suę, idest qui odit vxorem suā. Sciendū ꝙ in osus terminata quędā significant habitudinē siue vehementiam, copiamue, aut affectionem vt animosus, ingeniosus, neruosus, saxosus, aquosus, qui habet copiam saxorum, neruorum, ingenij, animi Vinosus, libidinosus, mulierosus, seditiosus, factiosus, qui amat vinum libidines, mulieres, seditiones, factiones. Quędam actionem, vt studiosus, stomachosus, contumeliosus, qui operam dat studio, q stomachat, q ɔtumeliam facit. Quędā passionē, vt odiosus, inuidiosus, q habet odio et cui inuidet. Quędaʒ actiue et passiue accipi pn̄t, vt formidolosus, laboriosus, operosus, voluptuosus, religiosus.

Ossuaria dn̄r loculi in quibus defunctoruʒ ossa reponunt.

O ANTE T

Otia sunt marinę aures, genus ostrei ὠτία gręce.

Otides, auiculę pdicibus similes q̄ breui volatu cito lassant.

Othrys, mons Thessalię.

Othryades, nomen Lacedęmonij viri, tam primę, q̄ tertię declinationis est.

Otus auis noctuę similis pinnulis circiter aures eminentibus pręditus. Vnde nomen accepit quasi auritum dicis. Nonnulli vlulam appellant, alij Asionem.

O ANTE V

Ouis à gręco ὄϊς interposita u, ꝓpter hiatuʒ sigt pecudē.

Ouinus, na, num, pe. pro. quod ex oue est, vt pellis ouina, à quo Ouillus, ouilla, ouillum.

Ouillus, la, lus. Ply. lib. xix. Quin Et ouillo fimo vti quoniā aliud herbesceret, diminutiuum est ab Ouinus.

Ouile, pe. pro. locus in quo oues morari solent.

Ouiaria, ouium multitudo. Var. in prolo. lib. ij. de re ru. quod eo facilius faciam, ꝙ et ipse pecuarias humi grandes in Apulia ouiaria, et reatino equarias.

Ouiarius, ria, riū, possessiuū ab oue deriuatuʒ. Col. li. viij. Et qm̄ ꝺ ouiario satis dcm̄ ē ad caprinū pecus, nūc reuertar.

Ouicula diminutiuum significat paruam ouem.

Ouum ab ᾠὸν interposita u, euphonię causa.

Ouo, as, lętor, et lęticiam. vociferando, seu canēdo demonstro. Liui. lib. i. Romani ouātes, ac gratulātes Horatiū accipiūt eo maiori cū gaudio, quo propè metum res fuerat.

Ouatio, vt est ab ouo, as, sigt paruum triumphum, quē faciebant ouantes, q non in curru, sed pedes ouali corona redeuntes ex pugna, cum bellum non erat indictum vel sine sanguine ɔfectū, ab ohe gaudentiū iteriectiōe, vt sit ouatio, q̄si ohatio. Iuue. Sat est cū dicit Hora. ohe Bacche. Vel à voce militū, q̄ fiebat geminata oo, lr̄a, ꝑ iterpositiones u, euphonię cā. Vt aūt ab ouis fit sigt tp̄s, q̄ galline oua faciūt, vt vernatio, mellatio, pullatio. Ply. Certe luna capiēdū cēsent tanq̄ ɔgruere ouationē ēt serpētiuʒ humani sit arbitrij.

Ouatus, ta, tus, qđ ē in silitudine oui factū. Ply. Alijs turbinatio pyri. Alijs ouata spēs, ceu maloꝝ aliqbus. Hinc ouatū auꝝ, ouo auratū, qm̄ oui albo antea illinito ęra, ac marmora auri, et argēti laminis decorarētur. Nec obstat, ꝙ ouū hēat primā longā. Pleraq;. n. deriuatiua primitiuoꝝ naturā nō seruāt. Persi. Hinc illud subijt auro sacras, ꝙ ouato Perducis facies. Hoc. Ply. lib. xxxv. de marmoribus loquens innuere vr̄. cū ingt. Vt ouatus eēt numidicus, vt purpura distingueret sinnadicus. Nōnulli ouatum auꝝ dici aiunt, ouatione, victoriaq; quęsitus, vel ingens, et copiosum, quantus ouationibus comparatur.

Oualis, et hoc ouale, quod ad ouationem ptinet, vt Oualis corona, quę ex myrto fiebat.

O ANTE X

Oxus, amnis ortus in lacu Oxia, vt inquit Ptole. siue Oxo, vt Soli. Hinc hyrcanum pelagus ingredit, ferunt hunc multis in locis sex stadiorum latitudinem habere.

Oxys ma. ge. ē Oxy neu. ideclinabile acutū, citū, ē velox sigt.

Oxos neu. ge. siue Oxeos acetum. Oxys, idis, pro vase aceti.

Oxya gręce acutus accentus latine dicitur.

Oxybaphum, latine acceptabulus, ab aceto hꝫ penul. corre.

Oxygarum pe. cor. acutum garum, hoc est garum ex aceto confectum, quod in principio mensę apponi solebat ὀξὸς acetum γαρὸς liquamen ex pisce.

Oxygala, quasi acetosum lac. Gala latine lac. Oxos acetum.

Oxylapatum. Lapatum acuta habens folia. Oxystenon acutum iuncum significat.

Oxyhalme, genus potionis, quod ex sale, et aceto recenti fieri solebat aduersus serpentes.

Oxymeli, acetum mulsum dicitur genus potionis, quod ex mellis heminis. x. aceti veteris heminis, sex salis marini pōdo Tymbrę quadrante, aquę marinę sextarijs, scilicet pariter decoctis fieri solebat.

Oxyphora sunt quę Col. tradit appellari oxygara. Quoniaʒ inquit, cum vsus exigit, aceto, garoq; diluunt. Ply. quoq; lib. xx. Fęniculū ɔdimētis, ꝓprie omnibus inserit, oxyporis ēt aptissime. Sunt et sua medicis oxypora, q̄si à celeritate dicta penetrādi. Est. n. remediū pn̄taneū. i. celeriter iuuans. Idem Iuniperus miscetur antidotis, oxyporis.

Oxyporopoli, qui cibos vendunt aceto confectos. Ply. In eo vsus, et oxyporopoli, seruant addito dulci acrementum aceti temperantes.

Oxysaccaron potionis genus, ex saccaro, et aceto. Saccaꝝ mel dr̄ in arūdinibus collectū gūmi mō candidū, ac fragile.

O ANTE Z

Ozena, morbus, cum vlcera circa nares sunt pluresue cum ste et odorem foedū habent, cui malo vix potest succurri nomenq; trahit ab ozena, sicut, et polypus Ply. lib. ix. Polyporum genera, et ozena dicta à grauitatis odore.

Ozimum

Ozimum pe.cor. ὄζω redoleo, genus edulij redolentis ex intestinis cõfecti. Persi. Cum bene discincto cantauerit ozima verne. itẽ herba ẽ suauissimi odoris de q̃ in Ozimũ.

Ozo, oleo, vnde ὄζη foetor oris. Colu. lib. iij. Itaq; et emissioni credendum est quę etiam immoraf, iactatione foetorem quendam oris quem Ozem gręci vocant minuit.

P LITERA Muta est, nec aspirationem admittit, nisi in dictionibus gręcis, quę postponit, vt Phaëthon. Cõuertit quoq; in traducendis dictionibus gręcis p, in b, vt cũ apud gręcos πύξος, apud nos buxus scribitur, ab ἄψυρτος cum litera ψ, pro qua nos ps, ponere ꝯsueuimus. Absyrtus cum b, traducitur. Interdum p, exile, pro ph, aspirato traduci solet, vt quod à gręcis φοινίκιος, cum ph, aspirata scribitur à nostris puniceus transfertur. Sic πορφυρέον purpureum dicimus. Quin et contra vbi illi p, exile ponũt, latini sępissime aspiratũ traducũt, vt qd illi ὑψιπύλη, nos hypsiphile scribere solemus.

P ANTE A

Pabulum proprie pecudum, et aliorum brutorũ cibus herbaceus, foeniceus paleaceus, vel stramentitius est.

Pabularis, et hoc pabulare, quod ad pabulũ ptinet, seu qd p pabulo datur. Colu. Vitia pabularis, et vitia seminalis.

Pabulor, laris, pabulum ex agris capio. Val. Max. Id postq̃ cognouit, depositis insignibus imperij familiarem cultũ induit, ac Pabulantium hostium globo, sese obiecit. Interdum pabulare est pascere. Col. lib. viij. Subinde, quę icedit, scilicet capella compesci debet, ne procurrat, sed placide ac lente pabuletur, vt et largi sit vberis.

Pabulator, qui pabulatũ vadit Colu. lib. v. Repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolauerunt.

Pachynus, pe. indifferente, promontorium Sicilię pelopõnesũ spectans, ab aëris crassitudine. Nam παχύς pingue, et crassum df. Virg. li. iij. Pręstat trinacrij metas lustrare. Pachyni. Prisc. in perihęgesi. Qui procul effusis pachĩ distenditur oris.

Pachisos, fluuius Sicilię ciuilis sanguinis notatus infamia.

Pachyri montes in minori Asia.

Pactolus, pe. p. fluuius Lydię aureis arenis, smyrneos irrigans agros. Iu. Qd Tagus ẽ rutila Pactolus voluit arena.

Pacuuius Brundusius poëta tragicus illustris. Ennij poëtę ex filia nepos, Romę picturã exercuit, ac fabulas vẽditauit deĩde Tarẽtũ trãgressus ꝓpè nonagenarius diẽ obijt, hic, vt Quin. ait grauitate sniaꝝ, pondere verboꝝ, authoritate personarum clarissimus fuit citra tamen nitorem.

Pax à pactione cum bellum interuenit. Quod nomen etiã pluraliter declinatum legitur. Hora. Hoc paces habuere bonę ventiq; secundi. Aug. lib. iij. d ciui. dei. Semper in potestate haberent paces, bellicasq; victorias, quę semp ferè per humanorum animorum motus accidunt. Var. Animaduertendum primum, quibus de causis, et quemadmodum constituerunt paces secundum qua fide et iusticia eas coluerũt. Et ẽ pax tranqlla libertas. Seu vt Speusi. Ait Pax est quies qua ab inimicitijs belli cessamus. Virg. Pax mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Per translationem quandoq; sumitur pro venia. Idẽ Sed vocis pręcibusq; iubent exposcere pacem. Quãdoq; p propitiatione, vt apd eundẽ. Pacemq; p aras Exquirunt. Et sic à pacando fit. Paxẽt aduerbium gręcũ est, et sigt tantum modo. Teren. in Heau. Dum argentũ capio pax nihil amplius.

Pace tua dixerim, honestius reprehẽdendi modus quo prius captata venia, idest tua venia, et te non irascente.

Paco, cas, à pace fit, cum ex bello tumultuq; ad pacem tranquillitatemq; res reducitur et significat mitigo, lenio, placo, propicio, concordo, et pactum facio. Augu. sup Ioannẽ. Exijt mane, et quos inuenit conduxit, et pacauit cum eis mercedem denarium. Dicitur et pacor deponens. Idem in eodem vtrunq; complexus est. Sodalis non tibi facio iniuriam, quod pacaui, reddidi tibi, fraudẽ tibi nõ feci, quia

quod pacatus sũ reddidi. Sue. in Tybe. De legatis pacandę germanię status, idest pacificandę Cęsar omni pacata Gallia exercitus noster ad eos duceretur.

Pacate aduerbium significat tranquille sedate.

Pacifico, cas, à paciscor esse videtur. Cicer. Lepido. Itaq; sapientius meo quidem iudicio facies, si te in istam pacificationem non interpones, idest pacem faciendam. Quidam hęc tria separant, vt pacificatus sum, pacem feci significet. Pacatus sũ, in pace sum, ab armis destiti, placitus sum ab ĩdignatiõe aĩ ad lenitatẽ redij, vel aĩo leni sum.

Pacificatorius, ria, riũ, quod ad pacificationem ptinet. Cic. Postq̃ nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Paciscor, sceris pactus, depo. significat pactum facio, conuenio. Vnde etiam construitur cum ablatino, sicut alia verba precium significantia. Plaut. in Bac. Pacisci cum illo paula pecunia potes. Dicimus etiam pactus sum hanc rẽ. Insti. lib. ij. Cum Xerxe nuptias filię eius paciscitur. Huius compositum est Depeciscor.

Pactio (vt inquit Vlpia.) est duorum, pluriumue in idem placitum, et consensus. Sal. Collegam suam Antonium, pactione prouincię propulerat, ne contra Remp. dissentiret. Cice. lib. iij. offi. Regulus non debuit conditiones, pactionesq; bellicas, et hostiles perturbare.

Pactum quandoq; participium est à paciscor, vt est illud in Geñ. Et recordabor foederis sempiterni, quod pactum est inter deum, et omnem animam viuentem. Quãdoq; nomẽ, quod à Cice. Sic diffinitur. Pactum est, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, vt iure pręstari dicatur. Hier. in Geñ. Statuam pactum meũ vobiscum. In ablatino quoq; accipit pro modo. Ter. ĩ And. Eo pacto gnati vitam, et consilium meum cognosces.

Pactilis. Vide in dictione Pago, is.

Pachys mẽsurę nomen est. Vnde lycophron heptapachyn Achyllem appellat à septem cubitis.

Padus fluuius, qui vt Ply. libro. iij. scribit è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus liguꝝ Gabiẽnorum visendo fonte profluens, condensq; sese cuniculo, et in foro liuibiensium agro iterũ exoriens, nulli amnium claritate inferior, à gręcis dictus Eridanus, ac pęna Phaëthontis illustratus. Augetur ad canis ortus liquatis niuibus, agris q̃ nauigijs torrẽtior. Metrodorus refert qm̃ circa fontem arbor sit multa picea, quę pades gallice vocetur, padum, hoc nomen accepisse.

Padua, vrbs à padi vicinitate dicta quę et patauium dicit quasi padanium, vel ἀπὸ τ πέτεσθαι, idest à volando, ꝙ captat augurio dicitur conditum. Vel à petendo, ꝙ telo auem petisse dicitur, eoq; in loco vrbem condidisse. Primo Antenorea dicta est. Vnde Antenoridę, postea patauini, et paduani. Apud patauium natus, est Titus Liuius Historicus celeberrimus, qui res romanas summa facundia ꝑscripsit. Similiter Stella, et Valerius Flaccus poëtę hic orti fuere. Pręterea paulus iuriscõsultus. Albertus Eremitanę nostrę religionis theologus, cuius ingenij acumen opera quę ędidit declarant Franciscus quoq; cognomento zabarella, qui in legibus interpretandis, et vitę integritate tantum valuit, vt in cardineum cętum fuerit ascitus, in ea vrbe originem duxit. Fertur et Volusius poëta patauinus, qui post Ennium rerum gestarum populi Romani annales carmine descripsit.

Padusa, pe. pro. fluuius, quem aiunt Padi brachium Rauẽnam vsq; perductũ Massanicum alio nomine appellatũ.

Pęan, hymnus erat in Apollinem, sicut dithyrambus in Baccum, vt Iul. Pol. inquit qui non solum in auersione malorum decantabatur, sed etiã in victoria. Interfecto enim Pythone laudibus, ẽ carminibus laudatus fuit, quę Pęana dixerunt. Virgil. Lętum pęana canentes. Abusiue tamen pro omni deorum laude ponitur. Vnde opus suum Pindarus de laudibus deorum omnium, pęana inscripsit. Pęan vero ab παίω, quod est medeor ꝙ scilicet morbis remediaris finem faceret. Vnde et apollo ipse Pęan di

ctus est. Iuue. Parce precor. pęan.

Pechniū, genus ludicri poëmatis à ludendo. Vnde Technopechnion apud Ausonium.

Pędor, squallor, illuuies sordes, et omnis immundicia, seu putor in animali. Luca. Longusq; in carcere pędor. Cice. lib. iij. Thuscu. Barba pędore horrida, atq; intonsa infuscat pectus illuuię scabrum. A' greco, hoc nomen deduci videtur, quo παῖδες, idest pueri dicuntur, qui in illa puerili ętatula sordidi ferè sūt, nec à sordibus sciūt abstinere.

Pędidus pe. cor. sordibus obsoletus dicitur.

Pędagogus, pe. pro. pueri ductor παῖς puer, ἀγωγός ductor, Is est enim, cui ducendorum puerorum custodia datur Colu. lib. i. Nec postremo, quasi pędagogi eius meminisse dedignemur Iulij hyginij.

Pędagogium, apud iure consultos, ti. de fundo instru. Seruitium, atq; mancipium dr̄. Verba. Vlpi. hęc sunt. Si instructum fundum legasset, ea pedagogia, q̄ ibi habebat. vt cū ibi venisset, p̄sto eēnt itnclinio, legato ptinent. Sue. tn̄ si textus falsus non est, accipit p puerorum concubitu, cum inquit in Nero. Super ingenuorum pędagogia, et nuptiarum pcubinatus, vestali virgini Rubricę vim intulit.

Pędagium locus in domicilio in quo pueri, seruiq; commorantur, qui παῖδες vocantur. Ply. lib. vi. Epistol. Puer in pędagio mixtus pluribus dormiebat.

Pędico, cas, pe. pro. obscęnum verbum, quod significat prępo steram, cum masculis libidinem exerceo. Gręci dicunt. πυγίζειν quod est nates contrectare. Iul. Fir. hanc libidinē prępósterā appellat. Hinc pędicones siue pędicatores, puerarij puerorumq; amatores. concubitoresq;.

Pędicones. Vide in dictione Pędico.

Pęderastes, amator puerorum. Pęderastia, amor obscęnus in pueros. Hunc latini modo puerarium dicunt, modo emasculatorem modo pulli pręmonem.

Pędia, cum accentu in pe. Gręce παιδεία eruditio, institutioq; in bonas artes, vt docet. Gel. Vnde pędia Cyri, quam Xenophon scripsit.

Pędotribes, pe. pro. ludi literarij. pręceptor, et exercitationis magister cuius offm̄ (vt inquit Plato in gorgia) est corpora hoīum formosa, robustaq; efficere. Pędotribica exercitatio ptinēs ad doctorē pędotriben. Arist. lib. viij. poli p̄cipit adolescentes gymnasticę, et pędotribicę esse erudiēdos.

Pędomateis, qui à pueris cito aliquid discunt. Opsimatheis qui sero aliquid discunt.

Pęditaba proprie dicitur vsus mora exercitatio.

Pęon, nomen viri medicinę artis peritissimi, vt scribit. Home. A' quo pęonia herba dicta. Est et pęon genus pedis q à Diomede quadruplex esse traditur, quorum primus ex longa, et tribus breuibus constat. Secundus ex breui et lōga, et duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus, ē longa, et breui. Quartus ex tribus breuibus, et longa.

Pęonia herba vocata est, à Pęone medico, q eam inuenit Paonia etiam regio est in Europa à Pęone Endymionis filio, et Epęi fratre, qui victus cursu ab Epęo, sicut inter eos conuenerat, imperium victori dedit et in Macedoniam, seu Thraciam ad amnem Axium discesfit, à quo Pęonia regio dicta, q̄ postea ex regis nomine Emathia pars Macedonię, et à qua pęones populi. vt Iusti. lib. vij. scribit. Sta. lib. Achil. pe. cor. Protulit. Prętcrijt didici quo pęones arma rotatu. Qn̄q; pęonia ponit p Macedōia, sicut Æmathia, cuius litoralis regio iuxta Sithoniā, et Thermopontus Pallene vocatur. In hac regnasse fertur Thelegonus.

Pęstum oppidum Lucanię rosarum abundātissimum, vbi ob coeli clementiam bis in anno producebant fructus s. Maio et Septembri. Virg. lib. iiij. Georg. Bifenq; rosaria Pęsti. Huius męnia ppè mare magni spacij adhuc ītegra vident. latitudine, ē altitudine miranda, à Thuscis pditus Posidoniā dixerūt, et eius sinū posidoniatē, in cuius medio est pęstum. Postea romani missis huc colonis amplianerunt, vt ait Stra.

Pęstanus, na, num, possessiuus, Oui. de arte, Caltaq; pęstanas vincat odore rosas.

Pętus qui obliquatis oculis in altum respicit. Hor. in Ser. appellat pętrū pater, ē pullus male paruus, si cui filius est. Hinc pętorum familia Romę cognomen sumpsit.

Pęones populi in regione Pęonia. Vide in Pęonia.

Pagus, simul positę villę hoc est rusticanę domus in vnum coagmentatę. Nam πηγὴ, latine fons dicit, φ circa fontes hę ponerentur φ omnes eadem aqua vterentur. Scribit Cęsar ciuitatem Heluetiam in quatuor pagos, fuisse diuisas, hoc est in quatuor regiones, quę pagatim habitabant.

Pagatim aduerbium. dictum est per singulos pagos ea forma, qua oppidatim. Liui. Templa deum, quę pagatim sacrata habebant dirui, atq; incendi iussit.

Paganus, à pago dictus est rusticus, villanus in villa natus q non nouit vrbem, quasi ex vno fonte potans. Hinc Semipaganus, semirusticus. Interdum pagani accipiuntur p hominibus non militantibus tam et si vrbani sint. Et est verbum peculiare iurisconsultorum, à quibus hęc duo, perinde ac contraria opponuntur miles, et paganus. Sueto. de augu. Pinarium equitem Ro. cum pcionante se admissa turba paganorum, apud milites subscribere quędam animaduertisset curiosum, et speculatores ratus coràm fodi imperauit Vlpi. Est rescriptū, à diuo Pio. in eo, qui, cum esset paganus, fecit testm̄, mox militare coepit. Paulus. Fecit testamentum exemplo eius, qui paganus fecit, deinde militare coepit. Quare aūt pagani dicantur, q vrbani sunt, dicitur Romam diuisam fuisse in tribus quatuor, sicut apud Dio. lib. iiij. Antiquita. legitur, quas pagos vocitabant, in quibus habitantes pagani dicebantur, qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

Paganalia, orum, rusticorum festa.

Pagaseus, sea, seum, possessiuū à pagasa, vt pagasea nauis.

Pagasa, Thessalię oppidū, qđ postea Demetrias dictum est. Iuxta, quā ędificata fuit Argo nauis. Prop. Qđ nauis longa argonautarum pagasea nuncupat φ Iason, q eam ędificauit, fuit filius Æsonis fratris Pelię regis Thessalię. Hinc pagasicus sinus in Thessalia dictus est.

Pagana lex quam seruant rustici.

Pago, pagis, pepigi, pactum significat paciscor. Cice. libro. ij. ad Heren. Pacta sunt, quę legibus obseruanda sunt, hoc modo. Rem vbi pagunt oratione pagunt. Aliquando significat promitto. Pla. Hęc tibi pacta est., Calicli filia. Ser. tamen dicit pago, vnde multi volunt venire pepigi nusq̄ lectum est vultq; pepigi, à paciscor fieri, sicut et pactus. Quomodo à placeo, placui, et placitus.

Pagina, nę, pe. cor. vtraq; pars folij à pangendo, φ in paginis carmina pangant, idest figant. Versus enim pangi, vel figi ceris dicuntur, vel φ in libris suā quāq; obtineāt regionem, vt pagi, vel φ cū plures in pugillaribus aut in libro compactę, atq; īter se iunctę sint chartę. Hinc fiunt cōpagino pro piungo, φ paginę simul piungunt.

Paginula diminutiuum. Cice. ad Atti. Si vero ides, quod nescio an sit, vt non minus longas iam in codicillorum factis futurorum consulum paginulas habeat, q̄ factorum.

Pagyris, nomen fluuij, et nomen ciuitatis, à quo Pagyritę populi. Quidam tamen pacyrim dicunt.

Pala instrumentum rusticanum vulgo notum Et instrumentum quo panis in furnum mittitur et extrahit, nec non ventilabrum. Item quoddam ignis receptaculum. Adhuc Pala pars annuli plana, et latior in qua gemma inseritur, et etiam sine lapide dicta quod sit palam. Nam debet esse extra. Cice. lib. iij. offi. Ibi cum palam eius annuli ad palmam conuerterat à nullo videbatur. Item Palę dicuntur dorsa dextra, leuaq; eminētia membra. Item palę) vt inqt. Stra) minores auri purgationis massulę et vtique non maiores selibra. Ply. lib. xxxiij. Expuitur ęris pala quędam, hoc est, quod gręci Psegma appellant. Idem lib. xxxiij. Scribit palacas appellari massas auri in puteis repertas decem, et amplius librarum pondere. quas alij palacranas vocant, sicut id, quod minutum est balances,

Palla pallę per duplex ll, est honestę,mulieris vestimentum hoc est tunicę,palliū,quod palam,et foris est ad vestigia vsq; demissum,hac veste palam iturę mulieres vti solent. Dicta ꝙ palam feratur.Virg.Pro longę tegmine pallę.Tigrydis exuuię per dorsum à vertice pendent.Pla.in Mene. Pallam ad phrygionem fert,confecto prandio. In Gallia tamen viri quoque palla vtebantur. Vnde Mar.Dimidiasq; nates gallica palla tegit.Et ab irrugatione, et mobilitate dicitur palla, quę est circa finem huiusmodi vestium, ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Est etiam hoc nomine vrbs Ptolemęo teste, à latere meridionali Corsicę.

Palacę,et palaceana,pro auri massa sumi solent.

Pallacę grecum est,et significat concubinas.Vnde dicimus. Hęc est pallace mea.

Palam aduerbium ad omnia refertur,et significat manifeste,et coram pluribus.Coram ad personas tantum Teren. Si falsum, aut fictum continuo palam est. Hinc fit Propalam eiusdem significationis,à quo Propalo, las,pro manifesto,seu aperio.De quibus infra.

Palam quęstum facere dicitur non tantum ea,quę in lupanari se prostituit,sed etiam,si qua, vt solet in taberna caupona,vel qua alia domo pudori suo non parcit.

Pallium dictum est,ꝙ palam sit,et foris.Sub eo enim tunica sumebatur longe, lateq; diffusum, et viris mulieribusq; conueniens, proprie autem grecus habitus. Vnde palliati greci dicti sunt,et Comędię palliatę,quę scriptę sūt secundum ritus,et habitus hominum palliatorum grecorum,authores Dona.et Diomedes.

Palliatus,ta,tum,pallio indutus,et pallio coopertus.Augu. lib.ij.confes.Inest animę vana,et curiosa cupiditas nomine cognitionis,et scientię palliata. Apul.Nec palliari tam aperta res potest,idest cooperiri.

Pallio,lias, cooperio.Vide in paliatus.

Palliolū diminutiuū breuius palliū, siue linteū ad caput tegendū.Iuue. Cultam palliolo mulier nempe ipsa videt.

Palliolatus hmōi palliolo īdutus.Sue.ð Clau.Palliolatus nouo more p̄sedit.Mar.hāc,volo,q̄ facilis q̄ palliolata vagat.

Palliolatim aduerbium significat more palliorum. Plaut. palliolatim amictus sic incessi ludibundus.

Palliastrū,rude,mutilū,ac vile palliū.Apul.Ecce Socratē cōtubernalē meū ꝯspicio,humi sedebat scissili palliastro semiamictus.Et li.ij.flo.Niceno ꝓcinctu palliasta circunstātia corona obtutu magistrum et secreto descendisset.

Palus,pali,pen.pro.lignum quo vitis sustentetur.Tibul.Hic docuit teneram palis adiungere vitem.

Palus paludis pen.cor.significat locum aquosum, secunda indifferens est q̄q̄ in genitiuo crescat.Virg.lib.iiij.Geor. Cocyti tardaq; palus innabilis vnda.Hora.Regis opus sterilisq; diu palus aptaq; remis.

Palo,as,pe.cor sepio,tendo,et quasi palis munio.Col. li.xij. vt vitis Paletur, et capite tenus alligetur, et iuga vineis imponantur,et capistretur. Et palare vagari errareq; Vn̄ et dispalare,quod est diuidere.Sisenna Dispalati ab signis digressi omnes,ac dissipati.

Paluster,ris,et paluster,ra,rum,quod est ex palude.

Palor,aris,passim vagor,sicut faciunt,qui lento gradu, dispersiq; labruscas quęrunt.Liui.lib.i.Raptim,et ad hos romana legio ducta palantes in agris oppressit.Idem.lib.v. Iam obsidionis tedio victi abscedunt, vagiq; per agros palantur cibis,vinoq; raptim hausto repleti.Hoc verbum à palam quidam deduci existimant.Alij à palis castrorum, hoc est sudibus,modo huc,modo illuc translatis.Dicitur et palo,las,in hac significatione.

Palatim aduerbium significat passim vagando.Liui.lib.v. Thusculum palatim fugerunt.

Pallata ficus inter palos compressa.Hier.libro. ij.Reg.Apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum eius cum duobus asinis,qui onerati erant ducentis panibus,et centum alligaturis vuę passę,et septem massis palatarum.

Palatus,et palatum vtroq; mō dr̄,oris cęlū, ꝙ labijs,dentibusq;,q̄si palis munitus sit.Aug.sup Ioā.Quo auidas fauces hr̄e debet,vn̄ optare, vt sanus sit ītus palatus ita īdicādi.Col.li.viij.Sed ēt si palatū atq; lingua,ꝯcolor lanę ē.

Palas,antis,nomen filij Euandri,et nomen Gigantis.

Pallas,adis,dea dicta,ꝙ palantem gigantem interfecerit, cū prius Tritonia vocaretur , à tritone palude, vbi primum visa est,vel à πάλλω vibro,quatio,eo ꝙ hastam vibrare consueuerit,docuentq;,qm̄ belli dea est.Hęc dicta est bellona,qa bella inuenerit.Et minerua ꝙ vim minetur vel quod neruos minuat,ob studiorum laborem.Nam dea artium,et sapientię est,quia de capite Iouis nata est. Sed quia dea est artium,et ingenij,ideo ista fingunt. Nihil est enim excellentius ingenio, quippè quo reguntur vniuersa.Virg.Pallas quas condidit artes ipsa colat.Hęc Iouis filia sine matre fuit.Nam Iupiter,cum videret Iunonem sterilem esse,percusso capite emisit Paladem armatam.Pallas etiam nomen paludis est in Africa.

Palladiū,palladis simulachrū , qð Romę in ęde Vestę fuit. Palladius,dia,diū,quod est palladis.Vnde palladium forum Romę,quod erat propinquum templo Palladis.

Palladius nomen viri proprium,qui de agricultura scripsit.

Palatium mons Romę appellatus est, ꝙ ibi in Palatio pecus pascens balare consueuerit. Sic enim vox eius aīalis exprimitur,quasi balatiū.Vnde Nęuius balatium appellat.Vel à palo,as,qa ibi palare,idest errar̄ pecudes solerēt seu ꝙ palantes Arcades,cum Euandro ibi ꝯsederunt.Na ante,Romam conditam possessum,atq; habitatum fuit aut ab Arcade Euandro aut Aboriginibus qui ex palatio oppido agri reatini venere,et cum Euandro habitauere.Alij à Palantia Latini matre,quę ibi habitauerit,palatium dictum volunt.Alij à Palante Euandri auo.Alij à filia Euandri palantia ab Hercule vitiata,et postea illic sepulta.Vel certe à Palante eius filio illic sepulto.Alij à Pale pastorali dea nomen inditum autumant. Palatium etiam dicitur domus imperatoria , superba,amplaq;, à Palante gigante,qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur. Aut secundum Ply.à Palanteo Arcadię oppido,Siue,vt Cyrillus author grecus refert,à Palatio,mōte.Huius nominis prima syllaba indifferenter ponitur. Oui.de arte,Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes Mar.Inde sacro veneranda petes palatia cliuo.Et palatium dicta fuit vrbs Diocletiani, quam nunc nautę Spalatum vocant Euse. in chronicis Diocletianus haud procul Salonis in villę suę palatio moritur.

Palanteum,vrbs in palatino monte,à Palante Euandri ꝓauo.Vnde Virgi.lib.viij.Arcades his oris genus à Palante profectum.Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti Delegere locum, et posuere in montibus vrbem palantis proaui de nomine Palanteum.

Palatinus,a,um.Vn̄ Palatinus deus, et palatinus mons dictus est, sup quo p̄mo Roma ędificata fuit et in eo reges p̄mo,deīde ꝯsules,postea impatores maiore ex parte sedē habuerūt Et palatini,q'et palātes sūt q cum Euādro venerūt, et aborigenes ꝯsederunt in quartę regionis palatio.Sed hos alij dictos à palantia latini vxore putauer̄.

Palatialis flamen dictus est, qui ad sacrificandum ei deo constitutus erat in cuius tutela palatium esse putabat.

Palatina officia dicuntur officiales aulici et Imperatorij. Iul.Capitolinus in Galienis.Cum iret ad hortos nominis sui omnia palatina officia sequebantur.

Palatual sacrificium,quod fiebat Romę in monte palatio.

Palantina regio Romę, cuius Arcades duce Euandro palantes authores extiterunt.

Pallantia oppidum hispanię.Vnde et pallantini.Est et nomen fluminis in Valentino litore.

Palęmon marinus deus latine Portunus ꝙ portubus p̄sit. De quo in dictione Portunus , Archias autem in epigrāmatis τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν᾽ Ἑλλάδα· τέσσαρες ἱεροί· οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ᾽ ἀθανάτων. Ζηνός, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο. ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Est et nomen propriū grammatici Vicentini, cuius tāta fuit arrogātia, vt secum natas, et perituras literas diceret. Atq; de se diuinasse. Vir. Cū dixit. Tantū vicine Palęmon.

Palęstina, prouincia syrię Arabię contermina à Philistim vrbe metropoli in ea, vt inquit Ply. li. v. Nam et Herodotus syriam, alterā palęstinā. In ea quinq; ciuitates continebantur. Gaza, Asthalon, Geth, Acaron, et Azotum. Est et altera palęstina propè. Phęatiam, de qua Luc. li. v. Laxa palęstinas vndis consixit arenas.

Palęstra, luctatio, ab πάλιν iterum, παίω ferio, percutio. Vel ἀπὸ τῆς πάλης idest à motu vrnę. Nā ducti sorte luctātur. Vir. li. vi. Pars in gramineis exercēt membra palęstris. Palęstra etiā dicit domus lenonis, in qua est exercitus amator assidue Teren. in Phor. Eccū à sua palęstra exit foras. Vnde Vict. li. v. docet quomodo palęstrę sint ędificandę.

Palęstrita palęstritę, pe. cor. qui se in palęstra exercet. robustior, exercitatiorq; et proprie magister luctationis, ē gnarus omnis palęstricę actionis. Gręci πάλην. vocāt luctam. Hac dictione vtuntur Sidonius, ē Papinius.

Palęstricus, a, um, pe. cor. quasi ex vsu palęstrę vel quod ad palęstram pertinet. Cice. li. i. offi. Nam et palęstrici motus sępe sunt odiosiores.

Palęstricus substantiuum, ides palęstrita. Afra. Depellis mihi manum per palęstricos. Aliquando palęstricus dicitur qui motus corporis format corporaq; exercet, quales sunt, qui docent saltare.

Pales pastorꝝ dea, vel pabuli hāc qdam Vestā quidā deum matrem appellant. Virgi. Te quoq; magna Pales.

Palęstrion, locus vbi Palęstra exercetur, palęo, luctor, pales lucta certamen.

Palilia, vel parilia, eius deę festa l, in r, mutata dicūtur. Hęc à pastoribus in agris fiebant. xi. Calē. Maij, quo die Romulus vrbem fundauit ad lupos arcendos, morbosq; à pecore pellēdos, seu ꝑ partu pecoris. Proper. li. iiij. vrbi festus erat dixere Palilia pr̄es. Hic ꝑmus cępit męnibus esse dies.

Palea, à palam, seu à pabulo dicit. Nam ea sola primum in pascendis animalibus, prębebatur. Quo sanè vocabulo nō proprie culmi, sed folicula ipsa granulorum comprehenduntur. Vir. li. i. Geor. Surgentes ad Zephyrum paleę iactātur inanes. Col. li. vij. Minus commode tuemur armentū. Paleis, quę vbiq;, et quibusdam regionibus solę pręsidio sunt, et probantur maxime ex milio, tum ex ordeo, mox ex tritico. Idem. Oportet fabam maturā conterere, et paleas eius diligenter condere. Notandus pro Seruij sententia paleam singulari numero dici, cōtra artem. Nam quę ex pluribus constant, sunt tantum numeri pluralis, vt cancelli bigę. scopę, licet abutantur poëtę. Virg. Nequicq̄ pinguis paleę teret area culmos. Ply. tn̄ li. xix. Singulari vsus est, si palea desit ē culmus teritur. palea quoq; dicitur carthilago deflua à collo galli gallinacei apud Colu.

Paleatus, a, um, quod est factum ex paleis. Colu. li. iij. Quicqd īserueris libro legato luto subacto paleato oblinito plagam, et alligato, ne aqua, ventusúe penetrare posfit.

Palearia pelles dependentes ex gutture boū dicta quasi pellearia. Virg. li. iij. Geor. Et crurum tenus, à mento palearia pendēt. Huius nominatiuus singularis est palear, quo vsus est Sene. In traged. Palearia etiam dicūtur loca in quibus conduntur paleę sicut fęnilia vbi fęnum reponitur, cuius singulare est palearium. Col. de fructicaria, fęnilia peleariaq; et apothecas et horea.

Palicenus, vt inquit Steph. fons in Sicilia dictus, quoniam iuxta palicos fratres sit. In eum mittitur tabella à iuratis quę, si verum dixere fluitat, si falsum mergitur. Et ipsi cōtinuo flammantur. Fontem ipsum decem fistulis aquam reijcere in altitudinem cubitorum senum, vtputes inundatum in loca, circum omnia, sed protinus denuo coire.

Paliscorum, stagnum in Sicilia sulphurei odoris.

Palilogia, latine reduplicatio Palilogus iterum collectus.

Palimbacchius, genus pedis, ex prima secūda longis, et vltima breui, vt Augustus. Ides. Antibacchius dicitur.

Palingenesia, latine dicit regeneratio, hoc est reditio post tēpus animarum in corpus, quod fuit Pythagorę dogma.

Palimpissa, pix liquida, iterum decocta.

Palinodia, cōtrarius cantus. et dici potest recantatio, siue retractatio, ᾠδὴν enim gręci cantū dicunt πάλιν rursus Cū male de aliquo scribentes, deinde rescribentes, bene de eodem scribimus, quasi dicendi mutatio.

Palimpsestus, membrana iterum abrasa. Cice. Treba. Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimonias, sed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, q̄ hęc scribere. Nisi forte tuas formulas. Iurecōsulti delectitā vocant. Nam abrasis prioribus, literis rescribitur. Vlpia. Chartę appellatio ad nouam refertur, et ad delectitiam.

Palamedes, nomē Nauplij Eubęę regis filij, qui Vlyssis fraude à gręcis interfectus fuit. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inuenisse scilicet. ξ, θ. φ. χ. Pręterea ordinem aciei, dationem signi tesseras, hoc est symbolū bellicum, ē vigilias inuenit. Hinc à poëtis Palamedis aues grues dicuntur. Mar. Turbabis versus, nec litera Tota volabit. Vnam perdideris si Palamedis auem.

Palangę gręci phalangę dicunt sunt ligna teretia, qualia sunt quę nauigijs, dum subducunt ad litora, aut ad mare trahuntur supponi solent. Vide in dictione phalangę.

Palango, as, onus aliquod huiusmodi fustibus transueho. Var. Cum pęnus in fretum obuiam venisset nostris, et quosdā cępisset crudelissime pro palangis carinis subijcere, quo metu debilitaret nostros. Afra. Et capream vnam semulaceram quaterni simul palangabant.

Palanę idem significat, quod palangę.

Pallenę, pen. pro. ciuitas arcadię à Pallena Sithonis filia, et vxore Cleti dicta, vt inquit Egessippus phlegrus ob regionem vicinam vbi gigantus bella memorant fuisse, quā alij Macedonię, alij Thracię ascribunt, ob regionem vicinam, vbi gigantum bella fuisse memorantur.

Pallor quasi pellis liuor. Et est pallor faciei, atq; totius corporis. Exanguis est color exhausti sanguinis seu ęgri, seu repentini timoris certissimus testis.

Palinurus, pen. pro. Sicilię promontorium, haud longe ab Helia, quę postea Velia dicta est, in quo palinuri gubernatoris nauis Ænęę tumulus est, ab eo locus nomen sortitus est, dicitur autem palinurus bis meiens, πάλιν enim iterū οὖρος vrina. Mar. Minxisti Pauline semel currente carina. Meiere vis iterꝝ sic Palinurus eris. i. vocaberis bis meiens.

Palinurus, herba spinosa, et aspera. Virg. Carduus ē spinis surget palinurus acutis. Est etiam nomen arboris in Africa suauem fructū facientis, quo vina commendantur. Et nomen paludis in Africa.

Pallenon vero alia ciuitas de qua infra.

Pallidus q pallorem habet à quo diminutiuū Pallidulus.

Pallas, à motu cordis dicitur.

Palleo, les, pallui, pallidus, sum, à q̊ pallesco pallidus fio. Augu. libro. viij. confess. Iactat tempestas nauigantes, minaturq; naufragium omnes futura morte pallescunt. Huius composita. Expalleo, à quo expallesco valde Pallidus fio. Plau. in Cur. Vidē. Vt expalluit. Impalleo, à quo Impallesco, quod est intus, vel valde pallesco. Persi. At te nocturnis iuuat impallescere chartis.

Palma dicitur planum illud, et ex parte concauum manus, quod in digitos desinens decore patet. Vnde et pro mensura ponitur, sicut palmus. Ab huius similitudine arbor quoq; illa nobilis palma vocatur, q̄ phęnicem vocamus, ꝙ comam in cacumine habeat circum extensam, et ramos in digitorum modum protensos. Vnde et genus earum carycas, dactilos, hoc est digitos vocamus, quoniam digiti videantur. Hęc arbor in Italia sterilis est, in maritimis Hispanię fructum fert, sed immitē dulcem in Africa, sed statim euanescentes. Contra autem in oriente, et ex his vina, alicubi etiam panis, et pluribus quadrupedibus cibus. Non cędit ponderi, sed surgit aduersum pondus. Ideo victoribus traditur pręmio, ꝙ non cesserint

sed

ſed pertinaces in bello perſtiterint. Vnde et ponit pro victoria. Plut. In certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victorię, quoniam ingenij eiuſmodi lignum eſt, vt vrgentibus, opprimētibusq́; non cędat. Grego. Palma q̄ſi pacis alma quę victricem ſolebat ornare manum. Item palma cauſa certaminis dicitur. Teren. in Phor. In medio omnibus palmam eſſe poſitam. Item palma (vt docet Ser. lib. xi. Æn.) ſignificat togam, quā merebantur hij. qui de hoſtibus palmam deportaſſent, hoc nomine eſt ēt vrbs vna è duabus, q̄ in vna gymneſiarum ſunt conditę ad occaſum ſita, vt inquit Strabo.

Palmeus, mea, meum, quod eſt ex palma arbore. Col. li. vi. M. Columella Bethicę ꝓuincię ſub ortu caniculę palmeis tegetibus vineas adumbrabant.

Palmoſus, ſa, ſum, quod eſt palmis abundans. Virg. lib. iij. Palmoſā ſelinis.

Palmata, ſeu palmaris veſtis à palma pro victoria dicta proprie triumphantium fuit, q̄ merebant hij, q de hoſtibus palmam reportaſſent. Auſo. in panegy. Palmata veſtis, vt in pace conſulis eſt ſic in victoria triumphantis. Sido. Poſt palmam palmata venit. Alij à latitudine clauoꝝ dictā volunt palmatas, quę nunc à genere picturę, picta appellat. Mar. Palmatęq́; ducē ſed cito redde togę.

Palmaris à palma arbore nomē deductū, quā ī certaminibus victorię ſignum eſſe placuit. Eſt et palmaris à palma manus, vt apud. Quintil. In pariēte palmato. Palmare veſtigium dictum, quod ex palmę impreſſę nota factum ſit. Palmare facinus quod eſt dignum palma.

Palmus menſurę genus à digito minimo ad pollicem. Et eſt duplex maior, et minor. Maior digitorum. xij. Gręce Spithame vocatus Minor digitoꝝ. iiij. Paleſtes gręce dictus. Dicitur etiam palmum neu. ge. Victr. lib. ij. Doron autem gręce appellant palmum, ꝙ munerus datio, gręce doron appelletur. Id autem ſpargitur manus palmum.

Palmarius, ria, rium, quod eſt palma dignus. Teren. in Eu. id vero eſt quod ego mihi puto eſſe palmarium. Dona.

Palmarium palma dignum palmarium etiā dicit, quod eſt palmi. Col. lib. ix. Per ſpacia palmaria modicis format cauis. Idem lib. xij. Spici vlpici, inter palmaria ſpaci diſponendi ſunt.

Palmaria īſula eſt vltra Tyberina oſtia in mari Tyrrheno. Var. lib. iij de re ru. Hoc ita fieri apparet in inſulis propinquis ponti, et palmarię pandatarię.

Palmipedalis, menſura vnius pedis, ē palmi. Col. li. iiij. Nā ī clinoſis, vbi terra ꝯcurrit, ṗt malleolus, palmipedalis ꝯponi.

Palmula extrema pars remi, eo, ꝙ in modū palmę ꝓtenſa eſt. Virg. lib. v. Et leuas ſtringat ſine palmula cautes. Sunt et palmulę fructus palmę, qui et dactyli, et Scandalides, ē margaridę, et Careotę, et Careotides Ply. teſte, dicuntur.

Palmipes, planos, et ad palmę ſimilitudinē hn̄s pedes. Vnde anſeres, et oēs ferè aquaticę aues palmipedes dn̄r. Ply. Aut in palmipedum genere ſunt, vt anſeres.

Palmes, itis, ſarmentum vitis, et aliarum arborum, qm̄ palmites in modus palmarum humanarum virgulas, quaſi digitos habent. Et palmites dn̄r. Vnde erumpit vua.

Palmos, latine ſaltus uenarum, et ſuſultatio cordis. i. expulſio quę cauſatur ex dolore.

Palmo, mas, materias alligo. Col. lib. xij. Cęterum palmare. i. materias alligare hoc tpe, nō expedit. In alia ſignificatione accepit. Quin. in decla, cęci. Pręterea cum manus ex q̄ palmare veſtigium poteſt plicet in capulo. Et poſt. Tuus autem, qui palmatus eſt paries veſtigius eius partis oſtēdit. Huius compoſitum eſt Depalmo, quod palma percutio. Gelli. Is pro delectamēto habebat hominis liberi manus ſtite palma uerberare eum ſeruus ſequebatur crumenam plenā aſſiū portitans, et quemcunq; depalmauerat, numerari ſtatim ſm. xij. tabulas. xxv. aſſes iubebat.

Palmirena regio Syrię, in qua metropolis eſt palmaria in qua regnauit zenobia mulier eruditiſſima.

Palpo, pas, ē palpor depo. proprie, ut ingit Porphi. ē leniter, et blāde muliēre uerbisq́; quēpiā ac ēt munere ad ſe allicere. Vnde et pro adulari frequenter accipit. Hinc palpator, pro adulatore. Pla. Vt palpator nullus eſt qn̄ occepit blandior. Regitq́; interdum actm̄, interdus dtm̄. Hor. in Ser. Et cui ſi palpere recalcitrat, ideſt, ſi aduleris, vel blandiaris. Iuue. actiue poſuit, cum ait. Quem munere palpat Carus, ideſt blanditijs munerum capit. Huius compoſitum eſt Expalpo, quod eſt elicio.

Palpo, palponis, qui et palpator pro adulatore, et blando homine. Perſi. Ius ne habet ille ſui palpo quē ducit hiantem cretata ambitio? Pla. in Am. palpo percutit.

Palpum blandimentum. Plaut. in Pſeu. Mihi obtrudere nō potes palpum.

Palpito, tas, pe. pro. frequen. leuiter, ac frequenter moueor. Hiero. lib. ij. Regum. Cumq; adhuc palpitaret hęrens in quercu. Ply. Palpitat certe cor, et quaſi alternatim monet Iuue. Vt ſemel, atq; iterum ſuper illam palpitet.

Palpebrę pe. cor. capilli, quos in genis homines vtrinq́; habent, à palpitādo. i. tremēdo, vel à palpādo. i. prętētādo. Ob id enī natura palpebras homini dedit ut vallū quoddam viſus eſſet et prominens munimentum circa occurſantia animalia, aut alia fortuito incidentia.

Paludamenta ſunt inſignia, ac ornamenta militaria. Ideo cum ad bellum exit imperator, mutata veſte dr̄ proficiſci paludatus. Liui. Cus paludatis lictoribus profectus ab vrbe Brunduſium venit. Hie. ad Exuperantium. Quis nō diligat eum, q ſub paludamento, et habitu militari agat opa prophetaꝝ, et exteriorem hoīem aliud promittentem vincat īteriori homine, q formatus eſt ad imaginē creatoris. Dicta paludamenta, ꝙ perſpiciunt illi, q illa habent et fiūt palā, vt ingt. Var. Inuenit ēt paludamentum dici de veſte muliēbri. Ply. Nos vidimus Aggrippinas Claudij principis ſedente eo ad naualis pręlij ſpectaculū, aſſidentem indutā paludamento aureo textili, ſine alia materie.

Paludatus q eſt veſtitus paludamēto. Vide ī paludamenta.

Palumbes, tam maſc. q̄ foemi. gene. inuenit, ſylueſtres columbę ſunt, q̄ arboribus, ſepibusq́; nidificāt. Vir. Rancę tua cura palumbes. Luca. Macrosq́; palumbes. Dicitur et palūbus, et palumba. quod parcat lūbis, pp veneris refrigerationem. Hoꝝ duo ſunt genera. Vnum torquatum à torque, quo inſignit. Marti. Inguina torquati tardāt, hebetantq́; palumbi. Nō edat hanc volucrem q cupit eſſe ſalax. Propertius. Sed cape torquatę Venus o regina palūbę Alterum genus, quod Vinaginem dicunt, ab eſu labruſcę. A palumbus fit palumbinus, na, num.

Pampillum genus delicati currus. Lamprid. Iunxit quatrinas muliēres pulcherrimas et binas ad pāpillum, vel ternas, et ſic vectatus eſt.

Pāphilus, pe. cor. latine dr̄ totus amor, vel oībus amicus.

Pāphilia regio in minori Aſia, iter Ciliciā, et Syriam. Vnde et mare Pāphilicum, dicta quaſi tota frondoſa. Hęc tota montana ex tauro in mare procūbit. In ea, vt Pomp. refert, eſt fluuius Melas nauigabilis, et Eurymedon, apud ques Cymon athenienſis Perſas nauali pugna ſuperauit.

Pamphagi pe. cor. Æthiopię populi oībus rebus veſcentes.

Pāpinus, pe. cor. genus vitis, à Virg. genere maſculino ponitur à Var. frequentius foeminino. Et ſignificat folium vitis, ſeu ramuſculum virentem. Virgi. Heu male tunc mites defendit pāpinus vuas apud Col. Ponit, pro quodam arboris genere. Virg. genus non diſcreuit.

Pampino, nas, pe. cor. Pāpinos decerpo, vel à ſarmēto coles q nati ſunt de his, q plurimū valēt ad ſecundū nōnunq̄ ēt ad tertius relinquo, reliquos decerpo, ne relictis colibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. Col. lib. iij. Cum comprehenderint identidem pampinent, ne plura ſarmēta, quam debent excreſcant.

Pampinarium palmes, qui, vt Ply. ingt, è duro exit, materiamq́; in ꝓximū ānum ꝓmittit ſiue ꝯgeries virentium ramuſculoꝝ. Col. lib. iiij. Vitioſiſſima ē eoꝝ agricolaꝝ opinio, qui minimum referre credunt, quot vuas ſarmentu

habuerit,dum ex vite fertili ligatur,et non ex duro trunco enatum,quod pampinarium vocant.

Pampinarius,ria,rium,qđ est pampini. Colu.lib. v.Ne aut pāpinarius palmes internētus,aut verrucę filis surũculus relinquatur.Et lib.iiij.Nec pampinariam virgā deplantet.

Pampineus,nea,neum,idem quod pampinarius. Virg. lib. ij.pampineas inuidit collibus vmbras.

Pampinosus,sa,sum,quod pampinis abundat.Colu.lib.vi. Et si parum pampinosa vitis est.

Pamportus amnis ex Illyrio nauigabilis,vt inquit Stra. Alibi vocat eum Nauportum.

Pan apud grecos significat omne.Quo etiam vocabulo pastorum deus vocatus est in naturę similitudinem formatus,habet enim cornua in radiorum solis,et cornuũ lunę similitudinē.Rubet eius facies ad ętheris imitationē. In pectore nebridem habet,ad stellarum imaginem,pars eius inferior hispida est,propter arbores, virgulta, feras, caprinos pedes habet,vt ostendat terrę soliditatem.Hic Demogorgonis filius creditur fuisse,q fistulam composuit septem imparibus calamis simul coniunctis, propter harmoniam coeli,hunc Arcades colunt eum vniuersę materię dominum appellantes. Vnde à grecis Pan appellat. Item pan latine incubus dicit.Incubi vero sunt nocturna phantasmata,mortalibus terrorē incutientia. Sed Alcęus poëta mirabiliter describit ἔμπνει πὰν λαροῖσιν ὀρειβάτα χείλεσι μοῦσαν ἔμπνει ποιμενίῳ τερπόμενος δόνακι σύν κε λάβοι σύριγγι χέων μέλος ἐκ δὲ συνῳδοῦ κλάζε κατευθύνων ῥεῖματος ἁρμονίην ἀμφὶ σοὶ ῥυθμοῖο κατὰ κρότον ἴθεον ἴχνος ῥησσέσθω νύμφαις ταῖς δὲ μιθυρυδρίασιν.

Panax, acis,pe.cor. et panax herba cuius succus opopanax vocatur ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, hoc est, à sanandis omnibus morbis.Ply.Panaces ipso nomine omnium morborum remedia ꝑmittit.Col.Panax vtroq; tempore leni et subacta terra rarissime differitur. Hinc deducitur πανάκεια Luc. lib.ix.Et panacea potens et thessala centaurea.Virgil.Ambrosios succos,et odoriferam panaceam.

Panaces idem,quod panax,Vide in dictio.Panax.

Panaceia Grece πανάκεια.

Panetius nomen proprium philosofihi Rhodij stoicę sectę, quasi totus moralis,Scipionis preceptor, quem imitatus est.Cice.li.de Offi. Hic scripsit, ꝙ vita hominũ ex improuiso assidua,et propè quotidiana pericula fert.ad quę cauenda oportet animo semper esse intento, vt sunt athletę.Sicut enim illi in certamine athletico caput manibus oppositis,quasi vallo pręmuniunt,ita animus sapientis ad uersus petulantias iniuriaꝝ,ictusq; fortunę debet esse erectus,arduus,septus,neq; in re repentina incursio imparatis,improtectisq; nobis oboriatur.

Panagron retis genus,ꝙ omnia capiat à πᾶν et ἄγρα.

Panagios,latine sanctissimus, quasi totus sanctus.

Panaretus.p.cor.dici pōt oium virtutũ ꝯtinens πᾶν.n.totũ sigt, ἀρετὴ virtus.Mar.Arguto madidus pollice panaretus. Hierony.Fertur et paneretos,Iesu filij Syrach.

Panegyris,ꝯuentus,congregatio,nundinę, festiuitas, ex πᾶν omne ἀγείρομαι congrego, quasi vndiq; congregatio vel ἀπὸ τοῦ πάντας ἀγείρειν .i.ab omnibus.Vnde panegyrici sũt sermones laudatiui,qui in conuentu populi, et sacris solēnitatibus habentur,quales sunt quibus diui Imperatores laudantur.Et panegyricon tertium dicendi genus quod latini demonstratiuum dicunt.

Panegyricon.Vide in dictione panegyris.

Panętoliũ,q̄si totā ꝯtinēs Ætholiā,mōs ē ętholię altissimus.

Panchrestos,medicamentum nobile,quod latine dici potest omnibus conducibile.

Panchros gemma quę constat ex omnibus coloribus.

Panathenea,communis celebritas.Ludi gymnici in honorem Minervę Athenis celebrati.Primus Theseus authore Plutarcho instituit panathenea.Nam greci ἀθηνᾶν vocāt, quā nostri Mineruam nuncupauerunt. Euse.Agon gymnicus,quē panatheon vocant Athenis actus. Hinc panathenaicus Isocratis liber.

Panathenaicus liber,idem qui et panegyricus.

Panathenaicon genus vnguenti,quod vt Ply.lib.xiij. inqt Athenę obseruanter obtinuere.

Panurgus,astutus,q̄si reꝝ oium experientiā habens,à quo panurgia,astutia.Plau.Istęc panurgiatæ te ĩ pistrinũ dabit.

Panchaia,quasi tota dehiscēs,regio Arabię tota arenosa,in qua arbores sponte natę,thus emittunt.Virg.Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis. Ser.scribit Panchaiā Arabiā et Sabęoꝝ gentē eandē esse apud quā nascit thus.

Pāchai populi,q,vt Pōpo.refert, deserta Sabęę habitāt,q, et ophiophagi vocantur,quoniam serpētibus vescant.

Pācarpię,coronę ex varijs floꝝ gn̄ibus factę,et penè oibus.

Pancratium dicit,quasi omnia potens, ludus gymnicus, quinquennio ꝯstās, à quo pancratiastę dicunt,q hoc ludo excellunt.Proper.Pulueruientaq; ad extremas dat foemina metas,Et patitur duro vulnera pancratio.

Pancratiastes certator,et victor,pancratij.Nam pan significat omne,et cratos Robur, in quo robur, et totius corporis firmitudo pręcipua.Gel.lib.iij.Diagoras filios tres habuit vnum pugilem alteꝝ pancratiasten tertiũ luctatorē.

Pancratius nomē viri ꝑum,q̄ sig̃tur certator. Sene.li.v.de benefi.Lacedęmonij vetāt suos pācratios cęstu decernere.

Pancratia et pancratiasta idem,quod pancratium. Gel.Oportet aio esse intento,vt sunt athletaꝝ,qui pancratię vocantur,q ad certandum vocati ꝓiectis alte brachijs ꝯsistũt et os suum manibus oppositis quasi vallo premuniunt. Ply.lib.xxxv.Myron fecit delphicos pentathlos pancratiastas.Quidam ita distingunt inter pentathlum,pancratiũ et periodo victorem,ꝙ plus sit pancratium esse q̄ pentathlum,et plus periodo victorem esse q̄ pancratium.Pentathlos est,q generibus illis qnq; certat,pancratiastes q certauit et vicit.Periodo victor vt Fes.inquit, q sacra, gręca certamia obiuit ẽ vicit Nemea Pythia Isthmia Olympia.

Pandecta nomen compositum à πᾶν quod est totum,et participio huius verbi δέχομαι quod est capio, quasi oia intra se comprehendens,volumen aliquod vniuersaliter continens.Vnde Iustinianus libros, in quibus vetera iura collegit,pandectas appellauit.

Pandion ꝑum nomē Erecthei Athenaꝝ regis filij,cui successit in regno.Huius filię fuerũt Progne,et Philomela.Dictus Pandion,q̄si totus dios.i.totus Iouis. Hinc pādionia dicta est attica Sidonius. Qui pandioniā mouebat orator caueam tumultuosus.Et Athenienses pandioni dicti sunt Claud.lib.ij.Et pandionias quę cuspide protegit arces.

Pandionius,nia,nium,posses,suũ vt pādionia regio attica.

Pandochium,hospitium,diuersorium,stabulum.Vnde pādocheus stabularius dicitur.Iosephus lib.iij. Anti Neq; ancillam,neq; captiuam eis nubere voluit,sed et eas,quę de cauponibus et pandochibus vitam agunt.

Pandora,quasi oium dona,vel quasi ab oibus donata vel oium reꝝ gñe donata. Quo noie etiā dicta est gens in ꝯuallibus Indię,sicut li.vij.scribit Ply. q̄ ducētis ānis viuit ĩ iuuētute capillos cādidos hēt in senectute nigros.

Pandataria,insula in puteolano sinu, seu in mari Tyrreno,vt lib.ij. scribit Ptolemęus.

Pandosia,ciuitas in Epiro,alia in Italia in q̄ Alexāder epirotes interfectus ē.De q̄ Trogus.Cũ in Epiro eēt Pandosia,et flumen Acherusiũ ignarus eandē,et in Italia eē ad declināda fatoꝝ picula ꝑegrinā militiā cupidus elegerat.

Pandosus Arcadię lacus.

Pando,dis,pasſum,et pansum supinũ facit secundus bedā sup Do.Et à pane dicit,significatq; patefactio, quod apud veteres,q ope idigeret,et ad asylũ cereris ꝯfugisset panis ei dabat.Pandere itaq; panes dare.Et qa nunq̄ fanũ talibus clauderet,pandere, pro aperire vsurparunt.Vnde mulier capillo passo dicit, quasi porrecto, et sparso. Et passis manibus, et uelis passis.i.diductis, atq; distentis. Huius composita sunt Expādo extra pando,à quo expasius extentum.Vnde Gel.refert Ceciliũ scripsisse flamenum expassum

sus domi ꝓtulerũt.Nõnunq̃ tñ apud veteres a,in e,mutatur,ac ꝓ eo,quod est dispassis,dispessis dictum est.Plau. in mili.Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundus extra portã dispessis manibus,patibulum cum habebis.Oppãdo circum extendo.Hiero.in Exo.Velum,quod ante illud oppanditur.Propãdo vltra pando.Repando,à quo repandum dicitur,quod retrorsum patet.

Pangeus,quasi totus terra,ob nimiã fertilitatem, promontorium est Thraciç Besis conterminum, et Macedoniç coniunctum, ad cuius radices Mestus amnis defluit.Et in singulari ẽ gene.masc.in plurali gene.neu.Sta.illi Pãgea resultãt. Ismaraq;.Hinc pãgeus,a,um,vt Arua Pãgea.

Pangonius,nia,nium,ꝙ habet plures Angulos.

Panthea vxor Habradate Susij ductoris,sub Cyro maiore castissima.Vide in dictione Abradotes.

Panthaces,pe.cor.nomẽ amnis,ab vsu medicinç pecorum dicti.Sed in Samo propè Chalcantis,et Podalirij sacella, vt scribit Strabo.

Pantheon,templum Romç,quod vt Dion.Historicus refert, sic dictum fuit et in Martis, Venerisq; imaginibus sub ipso templo constitutis omnium deorum imagines effictç erant.Siue ꝙ templum ipsum rotundum sit,cçloq; ꝓ simile.Et sic quoq; omnium deorum habitatio censeatur. Potest etiam dici pantheon summum deorum.Nam πᾶν significat omne, quod sane in similibus sepe ad summũ spectare solet,et θεῶν deoꝝ.Vnde Ply.lib.xxxvi. Pantheon Ioui vltori ab Aggrippa factum fuit.

Panther ab Aristo.vocatur animal,quod Theodorus Gaza lupum canarium appellat, diuersum à panthera, vt ex Galeno conijci potest, qui sic ait. Quidam adeo beluini, vt leonum,et pantherarum,item canum,ẽ pãtherũ,et vulpium carnibus vescantur.Hiero.ad presidium sic scribit Pãther pardo similis est,et est varij coloris,et mitis si saturatus fuerit, et tribus diebus dormit post tertium diem lauat se,et clamat,et sic odorem suauem emittit, et conuocat omnes feras,quç odore ducuntur,et est omnibus feris amicus prçter draconi et aspidi.

Panthera,pe.pro.animal prorsus ferum,et maculosum,q̃ ẽ pardalis dicit̃,ex πᾶν, quod significat totaliter, et θὴς fera.Abundat in Hyrcania, et Media Hor.in Episto.Diuersum confusa genus panthera camelo.

Pantolabus,omnia sumens,verna appellatus est,ꝑpter scurrilitatem pluribus notus.

Pantomimus,pe.pro.reꝝ oium imitator,qui in scçnis personis,per singulorum actuum simulationes ostendebat. Ex πάντων oium, et μιμὸς imitator.Est autem Mimus sermonis, et factorum cuiusq; imitatio cum lasciuia.Ply.li. vij.Mythicum panthomimum,hoc est fabularem quendã vocauit,seu pãtomimoꝝ duo sint gña scçnici,et mythici.

Panhormus, et panhormum,ciuitas Siciliç dicta à nauium applicatione, q̃ vndiq; illuc ꝑueniunt.Est.n.hormos portus pars.Inde nautç dñt hormizare.i.nauẽ anchoris, atq; retinaculis istruere, q̃ secura sit ĩ portu à repẽtinis ꝓcellis. Hinc panhormita,panhormitanus,et panhormius.

Panomphaeus Iouis epitheton,quia ab omni lingua colat̃ à πᾶν, et ὀμφή vox, quod omnium voces audiat.Ouidi. Ara panomphaeo vetus est sacrata tonanti.

Pantheus,et pantus nomẽ ꝓpriũ filij Otrei fratris Hecubç.

Panthoron,pe.pro. scribitur per ω, πανθορῶν, latine dr̃ oia videns.Quo nomine dictus est sol.

Panis,à pascẽdo ꝓpetatem habet,siue ꝙ omnibus pulmentis adhiberi possit, et ferè adhibeat̃,cũ nullũ obsoniũ faciat isipidius.Nam pan totũ dr̃ panis varia sunt genera. Nã alia sunt ob obsonijs appellata,vt ostrearij,alia à delitijs, vt artolagani. Alia à festinatione,vt speutici. Alia à coqndi rõne,ut furnatij,vt artoptitij,vt in clibanis cocti.

Panurgus astutus,quasi reꝝ omnium expientiam hñs panurgia astutia. Plau.Istęc panurgia tete ĩ pistrinũ dabit.

Panis secũdarius,panis vulgaris,qui oium cibus est.Sueto. de Aug.Cibi minimi erat,ac ferè vulgaris. Secundarium panem maxĩe appetebat.Idẽ cibarius appellat̃ panis rudis à scabriciç panis secundo coctus, quo vtuntur nautç.

Panifex,q panẽ facit,q et panificus dicitur.Vnde mulieres, quç panem faciunt panifices,seu panificç vocantur.Hinc Hiero.in lib.Reg.Panificas filias dixit.

Panificium ipsa panis confectio, et actus faciendi panem.

Panarius locus,vbi panis seruatur,panis repositoriũ.Cuius diminutiuum est.

Panariolum.Panaria,et panariolanos hodie, quoq; vernacula voce cistas,ẽ cistellas vocamus ex viminibus factas.Sue. Sparsit, et missilia variarum reꝝ,et panaria cum obsonio viritim diuisit.Mar.Cum panariolis tribus redisti.

Panica,vocantur repentini, quidam terrores.Et consternationes, quales lymphatici metus usq; adeo irreuocabiles ut non ratione modo, sed mente etiam careant. Cice.lib. v.ad Atticum.Scis enim quçdam panica πανικά dici.Hygin. Item de panico terrore mentionem facit quum ait. Hic.n.quum Iupiter titanas oppugnaret primus obiecisse hostibus terrorẽ,q panicos dr̃.Fit aũt à Pan deo,qm̃ repẽtinoꝝ terroꝝ,et ꝯsternationũ causam deo pani tribuunt.

Panisci dij syluestres, quasi ꝑ diminutionẽ dicti minutuli panes,sicut à satyro satyriscus ĩclinat̃.Sue.In Tybe.Prostãtes ex vtriusq; sexus pube paniscoꝝ et nymphaꝝ habitu. Scribit.Ply.li.xxxv.Paniscũ fuisse pictũ à Taurisco pictore.

Pando,das,incuruo.Vnde pãdari trabs dicitur, quasi ĩcuruari, cedereq; ponderi,cuius contrarium palmç faciunt quippè quç non contra inferiora,sed indiuersum renitẽdo obluctantur.Ply.lib xvi.At populus contra omnia inferiora pandatur.Facile pandatur iuglans. Hinc à Vict. arbores pandatç dictç sunt,quç in ędificijs curuantur.

Pandus,da,dũ,non panditus alternitatis causa euitãdç,qđ ĩ plerisq; ꝑuat̃,sicut à mane matutinus,nõ manutinus, à vitis vinetũ nõ vitetus.Est ãt pãdus idẽ,qđ aptus.Virg. lib.ij.Geor.Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

Pandana porta Romç à pando dicta,ꝙ semper pateret ad res,q̃ in vrbem ferebant̃. Eadẽ dicebat̃ libera à libertate.

Pandana etiam est insula in sinus Caietano parua à ꝯtinenti ducentis quinquaginta stadijs distans, in qua pulchre habitatur,vt Strabo inquit.

Pandiculor extendo, vt faciunt, qui ẽ somno expergefacti sunt oscitantes.Plau.in Mene.Ego me ad similem insanire,vt illos à me absterrerem, vt pandiculans oscitatur.

Pandicularis dies dicebatur qui et communicarius in quo omnibus dijs communiter sacrificabatur.

Pantices fluxus ventris pinguitudo,et ex tuberantia,ꝙ vẽter pandat̃.Hodie quoq; vulgus pantices appellat in homine ventroso. Pla.in Pseu.Eo vos vestros pantices adeo madefactis,cum ego fiem hic siccus.

Panus, pani,et panis,is,tramç inuolucrum,quo pãni texuntur, à quo panula, et panicula, per diminutionem.Lucil. Foris subtegminis panus. Ad huius silitudinẽ ẽt innatus tumor sub faucibus,auribusue,et inguinibus panus.appellat̃.Idem.Et lateꝝ parotidas, et panos sanat.Panos Galenus in spẽs diuisit huius diminutiuum est panellus.

Panicula diminutiuũ à pano,aliogn sigt comã ĩ milio panico arundine. Ply. Pendente ẽ piceaꝝ,vel roboꝝ q̃ ramis,q̃ ipse vocat panos,et paniculas,et aliqñ nucamẽta calloso squammatim cõpactili q̃ citara grçci appellãt.Quicqd igit̃ sub lõga,vel sub rotũda forma tumet panicula dici ferç põt. Celsus in curatione ramicis,fascia eius rei causa fit,cui imo loco pila est assuta ex paniculis facta,q̃ ad repellendũ intestinum,quod descẽdit illi ipsi subijcitur.Ply. lib.xxi.Grçcula rosa conuolutas habet folioꝝ paniculas.

Pãnus,ꝑ duplex nn,quo vestimur, vt pãneç vestes,quç sunt laneç,vel bombycinç.

Pãneus,nea,neũ,qđ est ex pãno,vt vestis pãnea,q̃ est lanea.

Pãnosus, qui sordida veste,et crasso pãno viliq; opertus est. Nec hoc,nisi de paupere dr̃.Iusti.li.ij.Permutato regis habitu pãnosus sarmenta collo gerẽs castra hostiũ ĩgredit̃.

Pãniculus diminutiuus Iuue.Et pãniculus bobycinus vrit.

Panniculària. Vlpi. Teste dicuntur ea, quę in custodia receptus secum attulit, vt vestem, qua indutus fuerat, qui ad supplicium ducitur, aut nummos, quos victus sui causa habuerat in promptu, aut leues annulos, hoc est, qui rem non excedunt aureorum quinq;.

Panicũ genus frugis à paniculis suis dictũ. Ply. li. xiij Paruis racemato paniculis. Cęsa. Panico vetere, atq; ordeo cor

Paneus p simplex n, fons est sub Libano mõte, in (rupto. quo, si q̃ natantia proijciant in lacũ, cui fiala nomen est cuncta reperiunt. Est ẽt hoc nomine Colchorum fluuius.

Panicos repentinus terror, et consternatio dicitur à gręcis. Hyginius scribit capricornum obiecisse hostibus timorem, qui panicus nominatur.

Panuelium à panno, et voluendo filo, sudariolum sigt, vt est apud. Var. li. de. lin. la. Hoc panicellũ dicere possumus.

Pansę dicti sunt, quibus lati, ac pansi sunt pedes, sicut planci, quibus plani sunt.

Panselenus, pe. cor. plenilunium, quasi tota luna. Nã σελήνη luna dicitur. Vnde et proselennus ante lunam.

Pannonij appellantur à romanis. quos gręci Pęonas, latini vngaros vocitant, quorum fama olim formidine totam concussit Italiam, tanq̃ essent bello insuperabiles. Hi tribus fluuijs. Drauo, Sauo, et Istro vallantur. Hinc pannonicus. ca, cum, Suet. in Augu. Reliqua, per legatos administrauit, vt tamen qbusdam pannonicis, atq; germanicis, aut interueniret, aut non longe abesset. Horum regio pãnonia dicta est, regio Europę, sicut Ptole. li. ij. scribit. Et est duplex, superior, et inferior superior, ab occasu limites habet montem Cetium, q medius est inter Noricus, et ipsas Pannoniã, ab ortu habet Pannoniam inferiorẽ, cui iuncta est inferior, et ab ortu. et septẽtrione Danubio cingit.

Pannonicus, ca, cum, posessiuum, à pãnonia, Sue. in Augu. reliqua prolegatos administrauit, vt tamen qbusdas pãnonicis, atq; germanicis aut ĩterueniret, aut nõ lõge hñt.

Pantagras fluuius, qui cum plenus incederet sonitu totam Siciliam implebat dictus, quasi vbiq; sonans ἀπὸ τ͂ πάντα ἀγρᾶν, ꝙ obuia queq; prosternat ac secum rapiat.

Panthasilea nomen reginę Amazonum, quę orithię successit. Dicta, quasi omnia subiens, hęc prima, vt inqt. Ply. securi, inuenit habet ei diph. ĩ pe. apud gręcos πανθασιλεία.

Pãgo, gis, pepigi, panxiq̃;, pactũ, sigt figo planto, siue iungo. Vnde pactilis à pactum, quod est à pango iungo. Ply. lib. xxi. Summaq̃; authoritas pactili coronę. Liui. pro figo posuit lib. x. Lex vetusta ex priscis literis verbisq̃; scripta, vt qui pretor maximus sit idibus septembribus clauum pãgat, fixus fuit lateri ędis Iouis optimi maximi. Pro planto. Col. lib. iij. Atq; vetere sarmento panguntur tardius conualescunt, sed tardius deficiũt. Ides lib. xij. Malleolus q̃ recentissimus, curiosissime pãgendus est. Cice. Tyroni ꝓ scribo posuit, quasi qd simile plantationi. An pãgis aliqd sophocleum? fac opus appareat. Gel. Si aut versum inqt pãgis aut orationem solutam struis atq; ea verba tibi dicenda sunt nõ eas finitiones ꝑrancidas, neq; secutinas grammaticas spectaueris, sed aurẽ tuam interroga, quo quid loco ꝯueniat dicere. Pro cano etiam, siue narro, manifesto ponitur quemadmodum cano, ꝓ scribo, vt pãge lingua gloriosi prelium certaminis. Composita eius quędam seruãt a, vt circumpango circumpactus pro circuniunctus. Ply. lib. xvij. Ramis terraq̃; circumpactis. Depango, pro defingo. Idem. lib. xxiiij. Quercus et olea, tam pertinaci odio dissident, vt altera in alterius scrobę depactę moriantur Oppango, circũpango, repango, à quo repages, et repagula. Quędas mutant a, in i, vt appingo, cõpingo, qꝺ est cõiungo, vt in Exo. Arcam de lignis sethim compingite. Impingo. Vnde impages. Inter ipsa tamen, tam in prętérito, quàm in supino conuenit.

Papę dicuntur sacerdotes, quemadmodum presbyteri hoc est seniores appellantur.

Pappa, per dupelex pp, puerorum cibus est deductum nomen à pane. Cat. Buas ac pappas docent.

Papé admirantis aduerbium, habet enim in se affectum verbi miror, vt pape, quid video. Aliquando etiam indignationis est. Teren. in Eu. Papé hęc supat ipsas Thaydẽ.

Pappas antis accipit ꝓ patre, siue pro eo, qui puerum alit custoditq̃;. Iuue. Timidus pręgustet pocula papas. Est aũt nomen venerationis à Syracusiis tractum, apud quos pas pater dicitur, inde per geminationem papas.

Papare est minutis, ẽ blandiusculis verbis patres appellare.

Pappare, p duplex pp, significat cibum sumere, qꝺ à pappa fit, qui est puerorum cibus, vel dicitur à gręco παππάζω, quod est comedo. Plau. in Epi. Nouo liberto opus est, qꝺ pappe dabitur, pręhebo cibum. Persi. Et similis regus pueris pappare minutum.

Pappous, Idem est, quod Auitus.

Papeus apud Scythas appellatur Iupiter.

Pappus auus, nam gręci πάππον auum dicunt. Ausoni. ad nepotem suum. Pappos, auiasq̃; trementes, ante ferũt, paribus seri noua cura nepotes. Hic pappous, idest auitus. Pappi etiam dicuntur carduorum flores. Lucre. Vestes, nec plumas auium, papposq̃; volantes. Ply. pappus vocari ait, lanuginẽ deciduã ex fructibus arboris congrygię. Et pappus dictus ẽ Æmylius Roma. cuius memĩt. Liui. li. xxviij.

Papauer genus herbę. Et album quidem satiuum semen habet qꝺ tostum in secunda mensa, cum melle, apud antiq̃s edebatur. Hoc pręcipuum candorem lina, et lanę contrahunt, à quo toga papauerata dicta est à colore candido.

Papauerata toga colore cãdido eadẽ spissa toga dicebat.

Papula, pe. cor. pustula tuberculum vulgo brusola, quę ieiunę salinę defricatione curat. Papulis cutis exasperat, et iubet, leniterq̃; rodit. Virg. lib. iij. Geor. Ardentes papulę, atq; immundus olentia sudor. Celsus tamen lib. v. duo papularum genera ponit. Huius dimi. est papilla.

Papilla dimi. parua papula. i. tuberculum. Serenus. Excrucíant turpes anum si forte papillę. Significat etiam mammę capitulum. Vnde lac trahitur q̃uis etiam pro ipsa mamma ponatur. Virg. lib. xi. Hasta sub exertam donec perlata papillam hęsit. Dictę papillę, quasi paruę papulę, ꝙ papularum sint similes. A' quarum similitudine papillę dicuntur, quę aquas fundunt. Var. lib. iij. de re rusti. Qui fit, si adduxeris fistulam, et in eam papillas imposueris tenues, quę eructant aquam. Papilla etiã tribus Romę fuit, quę à genitrice vocabulum traxit.

Papillatus papilla ornatus, seu in papillę speciem factus. Hiero. ad pamina. Quis parturientem rosam et papillatũ cotymbum, antequam in calathus fundatur orbis. Expapillatus, adusq; papillam nudatus. Plau. Idem connexum in humero leuo expapillato brachio.

Papillio, inter vermiculos numeratur, quo nullum animal imbecillius est. Colu. lib. x. de apibus. Vermiculi quoq; q tineę vocantur. Item papilliones enecandi sunt. Nam, vt idẽ testat, ex papillionũ stercore nascũt tipineę. Itẽ palio dr̃ tẽtoriũ. Hiero. ĩ Exo. Stabat vnusqsq; ĩ ostio papilionis sui.

Paphlagonia regio minoris Asię, Hęc (vt Solinus scribit) Cytoro monte consurgit, porrecto in spatium trium et sexaginta milium. In ea Mithridates. Eupatoriam ꝯdidit, quę subacta à Pompeio, Pompeiopolis nominata fuit.

Paphlagones, qui habitant paphlagoniam, Hi teste. Cor. nepote. in Italiam transuecti, mox Veneti dicti sunt.

Papia ciuitas insubrium, Ticinum alio nomine appeallta olim Ostrogothorum, et Longobardorum regum sedes.

Papyrus à nostris dicitur iuncus, à nonnullus scirpus. Luca. lib. iiij. Conseritur bibula memphytis cymba papyro. Frutex est habens radicem obliquam triangulis lateribus decem non amplius cubitorum longitudinem in gracilitate fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens. Nascitur in paludibus Ægypti. Aut quiescentibus nili aquis. Vnde Niliacas papyros. Var. appellauit. Ex libro papyri texunt vestes et stragula. Vnde Iuue. succinctus Prelia quondam crispine papyro. Inuenta est ab Alexandro rege papyrus, authore. Var. quę fiebat ex frutice, cum Alexandriam

ędificasset,

ędificasset, à qua papyro frutice dicta est charta papyrus, q.s. ex papyro fieret. Nam primo scribebant in folijs palmarum, postea in arborum libris, deinde in æris. Postea vero id genus chartę inuentū est, quo nunc passim mortales vtuntur. Fitq; ex linteolis contritis, et nihilominus pristinū nomen remansit. Charta vero ab vrbe Tyri, cui charta nomen fuit, appellata est, ex quo Didò dicta est. Ideoq; vrbē à se postea ędificatā, ab illius noīe, Carthaginem nuncupauit, gręci ab eadē vrbe χάρτην nomināt. Hęc ēt membrana vocatur, à tectu membrorū. Inter chartas enumerantur. Augusta, quę et hieratica dicebat, quasi sacrata religiosis tantum voluminibus dicata, quum eēt tenuis pręceteris Emporetica, q̄si mercatoria inutilis scribendo, sed inuolucris vsum prębet in mercibus. Fuere et fania, et liuiana, et Claudiana. A' papyro cognomen papyri deductum est, à quo papyriana tribus. Hinc etiam papyraceus, cea, ceum, quod est materiatum ex papyro.

Paphus Cylicis filius à quo Cylicia denominata est, q ī Cypro vrbem condidit paphon à se denominatam.

Par cu3 suis compositis compar, dispar, impar, separ, sunt gene. oīs. Et licet par producta apud poëtas ponatur, in obliquis tamen prima corripit. Et tam datiuo, q̄ genitiuo iungi potest. Ouid. lib. iij. Meta. Sunt quoq; par alijs ętas in ouilibus agnę. Luc. Quem metuis par huius erit. Et in ablatiuo pare, vel pari. Significat autem par numerum duorum, quasi inter se parium. Vnde vnum par, ē duo paria dicimus. Interdum pares pro duobus accipiūtur, vt paribus equis vtebantur Romani in pręlio, vt fudante altero transirent in siccum. Interdum par accipit pro decenti ęquo, ēt conuenienti, quod inter omnes ęquabile est. Quin. Si propter matrimonia violata vrbes euersę sunt, quid fieri adulterio par est? Parem esse significat sufficere alicui rei, siue resistendo, siue exequendo. Cic. ad Atticum. Sed adhuc pares non sumus. Quintilia. Aspicio par laboribus corpus. Paria facere est, quod alibi amissus est, vel quod aliunde acceptum, alibi vel aliū de compensare. Quin. paria faciemus, tu illic eris vicarius meus, ego hic tuus. Paria componere, gladiatorum duo paria ordinarium, et postulariium. Cice. in Epi. et Sueto.

Par impar, genus ludi. Suet. de Augusto. scripsit ad filiam Misi tibi denarios ducentosquinquaginta, quos singulis conuiuijs dederam, si vellent inter se post cęnam, vel talis, vel par impar ludere.

Pariter aduerbium significat ex ęquo. Neuius. Vt pariter dispartiantur bona patris. Aliquando conuenienter. Titi. Ne tu istam ędepol media extulisti pariter, vt dignum fuit. Aliquando similiter. Plau. Is ex se hunc reliquit, q hic habes filium pariter moratum, vt pater, atq; auus eius fuit. Aliq̄n significat, quod vernacula lingua dicimus apar, siue aperadamente. Hierony. in libro Reg. Reliqui dispersi sunt ita, vt non relinquerentur ex eis duo pariter.

Parilis, et hoc parile, pe. cor. sigt ęquale à quo parilitas.

Parà pręposítio gręca, significat ad, apđ penes, absq; dis re, pręter, tam in appositione, q̄ in compositione. Est ē parra genus auis inauspicatę. Hora. Impios parrę recinentis omē. Ply. in. xviij. Auem parra3 oriente Syrio ipso die nō apparere, donec occidat.

Parabasis latine transgresio. Parabates transgressor.

Parabola sigt iuxta sententia, ex παρὰ iuxta βουλὴ sententia, quasi rerū dissimilium comparatio. Vnde Quin. Parabole, quam Cice. Collationem vocat longius res, quę comparant repetere solet, vt tam fortiter apud Hipponē fecit Scipio, q̄ vtiq; apud Vticam Cato. Hiero. Parabole gręce latine dicuntur similitudines. Quod libro Salomonis vocabulum ob id impositū est, vt sciremus altius, et non iuxta literam tantum intelligi debere, q̄ dicuntur. In quo dominum significat per parabolas fuisse locutū. Aliud enis in superficie sonat, alid in intellectu innuit.

Parabos insula parua cōtra Phenicem, vt inqt Pōponius.

Paracletus, per e, productam scribitur, et profertur a παρακαλῶ, quod et rogo, et hortor significat. Apud iuniores vero gręcos etiam pro consolor inuenit. Hinc paracletor, et paracletus descēdit. Et q in foro, ac iudicijs nostris deprecatores vocant, hi apud gręcos paracletores dicuntur. Itaq; pollicet dn̄s discipulis suis missū sese paracletum spiritum, qui eos sit edocturus, siue illū adhortatores, siue deprecatorē, hoc est aduocatum, siue ꝯsolatorem velimus intelligere. Paraclytus autem, per y, tenue, infamem, aut pręter famam sigt. Nam para in huiusmodi cōpositione pręter, vel diminutionē denotat, κλυτὸς vero famā declarat insignem id quod inclytus probat. Itaq; paraclytus à para, et clytos noīe compositum est. Quod significatum ponere Christo absurdum et impium esset.

Paracentesis sigt punctiones, vt est apud Plynius lib. xxv.

Paradiastole dici potest per dilatationem qđ fit, cum rem nostram dilatamus interpretatione.

Paradromis, idis, ambulatio, siue xystum. Victr. Latini xysta ambulationes appellant, quas gręci paradromidas.

Paradigma παράδειγμα exemplum facti, vel dicti alicuius. Virg. Antenor potuit medijs elapsus achiuis Illyricos penetrare sinus. Fit autem tribus modis A' pari, à maiori ad minus, à minori ad maius.

Paradisus pomarium, idest hortus consitus, generis tam masc. q̄ foemi. Est et nomen oppidi, ut apud Ply. et Stra. Est locus in oriente longo tractu maris distans á ꝯtinēte. De quo Aug. ad Orosium scribit sic Paradisus in oriēte situs est iniecto oceano, et à nr̄o orbe longe remotus in altissimo loco ꝯstitutus pertingens, vsq; ad lunarem circulum, vñ illuc aqua diluuij minime peruenisse dr̄. Hic locus à primi hominis reatu īterclusus ē, nec vlli aīantiū dat in eū aditus. Hoc noīe ēt dictus est fluuius Cilicię.

Paradoxa iuxta sniām, vel inopinabilia, seu admirabilia. Nam para pręter, vel contra, et iuxta significat. Vnde paradoxa Ciceronis, idest electa sentētia, vel quia sunt ꝑter opinionem. Paradoxum conditum genus cibi. siue potionis condimentis varijs concinatum quod et condimentum meliꝫomum vocat apitius.

Paragogon cum accentu in antepe. dici potest deriuatiuū, ut ab albeo, albico.

Paragoge deductio figura, qua lr̄a, vel syllaba fini iungitur, ut dicier pro dici. Hanc alij paralepsim, alij prolepsim.

Paragomena, pe. cor. παραγόμενα. latine deriuata dicuntur, qualia sunt sullaturit, et proscripturit. Est autem Sullaturire proscriptionem cupere.

Paragraphus, et paragraphus vtrunq; dicitur. Paragraphe, latine pręscriptio exceptio.

Paralus, vt Ply. lib. vij. Scribit nomen fuit eius, qui primus longas nauem inuenit. Sunt et parali in Attica, q paraliā incolunt. Plutarchus paralos factionum vnam e tribus, quę Athenis erant Solonis tempore, intelligit.

Paralipomenon derelictum, ab παρὰ et λειπόμενον relictū, pretermissum.

Paralyticus latine dissolutus dicitur.

Paralysis, pe. cor. latine dissolutio neruoꝝ. Greg. Paralysis acutissima passio est quę subito hoīem ad oē opus inutilem efficit. Fit autem dum calor naturalis sanguinis in frigus versus nāles meatus venaꝝ ꝑcludit in tantum, ut si totū hoīem attigerit inualidus reddat. Si aūt quodlibet mēbrum arripiunt, inflexibile et inutile faciat. Hęc alio noīe à gręcis hemiplexia, hoc est semiapoplexia, cum in alteram tantum corporis partem malus id incubuit. Nā cum totū corpus afficitur apoplexia noīatur. Nūc utrūq; inquit. Celsus paralysin appellari video. Inde paralyticis, q tremuli sunt, remediū est, in quo sit abstringendi efficacia. Ideoq;. Tertul. in Apologe. de Christo dixit. Cum ille uerbo dęmonia excuteret, leprosos mundaret paralyticos restringeret, mortuos deniq; uerbo redderet uitę Restrictus ergo resoluto contrarius est. Nominatur id et paresis ferè defectu uirium.

Paralleli, pe. pro. quoniā per λλ, à gręcis scribitur, dicuntur

circuli ſphęre, qui ad eundem polus conſtituti finiuntur. Parallelus enim quaſi alternus mutuus inuicem compactus à ꝙ lineę equę diſtãtes parallelę dñr. Ideoq; ſegmẽta mundi, ꝙ nos circulos dicimus parallelos gręci vocant.

Parhelia, à latinis virge, ab hiſtoricis ſoles appellantur au(thor Seneca.

Parallexes, ideſt obtutus.

Paranymphus et Paranympha à Hier. dicit pronubus ab antiquis auſpex. Antiqui enim pro nuptijs celebrãdis auſpicium capere ſolebant. Qui pręerat huic rei pro parte viri, à gręcis paranymphus, à noſtris auſpex dicebatur. Et vt auſpex pro patre viri, ſic et pronuba, pro parte mulieris adhibeatur. Itaq; cum apud Chriſtianos auſpicia minime captentur à paranymphis offeruntur cum ſponſus ē ſponſa benedicendi ſunt à ſacerdote, dicitur antem paranymphus à παρὰ καὶ νυμφίος ſponſus, adhibentur ſacerdotes, qui et pronubi à nobis dicuntur. Augu. li. xiiij. ꝺ ci. dei. Non omnes famulos, atq; ipſos etiam paranymphos, ē quoſcunq; ingredi quęlibet neceſſitudo permiſerat, antemittit foras, ꝙ vel blandiri coniunx coniugi incipiat.

Paraphraſticus, a, um, Vide in Paraphraſtes.

Paraphraſis, pe. pro. apud rhetores exercitamenti genus eſt. Ea finitur à gręcis, hoc modo, vt quę ſit, quę narrationi proportione reſpondeat. De hac Quin. lib. x. Neq; ego paraphraſin eſſe interpretationem tantus volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen, atque ęmulationem.

Parauexis, pen. pro. latine amplificatio. dicitur παραύξησις.

Paraphraſtes dicit interpres, qui non literam, ex litera, ſed ſenſum, è ſenſu transfertur, quaſi iuxta loquens. Et ꝑ peruerſo, et deprauatore ponitur. Hiero. in prologo lib. Re. Et cum intellexeris, quod antea neſciebas, vel interpretem me ęſtimatio, ſi gratus es, vel paraphraſtem, ſi ingratus. Hinc paraphraſticus, a, um, Idē ad Algaſiam conabimur, itaq; παραφραστικῶς ſenſus eius auoluere.

Paraphraſis peruerſa dictionum interpretatio.

Parapherna, non paraphrena dicuntur ea, quę pręter dotes dantur ſęminis, à para pręter, et φερνὴ dos quaſi pręter dotem. Hęc paraphernalia dicuntur.

Parapetasma, atis, latine velum, cortina.

Paraſceue, es, dici poteſt pręparatio, nam à παρασκευάζω quod eſt pręparo, deducit. Vnde ē dies, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus pro humani generis ſalute cruci affixus fuit paraſceue dicitur quoniã eo iudęi neceſſaria ſic pręparabãt, vt Paſcę dies, abſq; operatione aliqua tranſigeret.

Paraſitus, pe. pro. qui aliorum menſas, et cibaria ſequitur ex para ad σιτὸν cibus σιτεῖα ſagina, quod non ſolus frumentum, ſed cibaria, quoq; deſignat, quod, vt conſeq poſſit omnia; ad voluptatem cuius eſt tractus nidore culinę primo loquitur oīa deinde aſſentat omnia illius facta, ac dicta laudat, nihil repugnat, oīa ſuffert, nihil vẽtris cã facere recuſat, in quo ſummum bonum conſtituit. Accipit nonnunꝙ pro eo qui ſimplicibus verbis riſum ab audiẽtibus captat. Primo tamē paraſitus in honore fuit vtpote, qui ſacro miniſterio addictus eſſet. Pro eo vero poſtea dictus ē, qui ad mẽſas diuitũ oblectationis cã admittebat.

Paraſitaſter, qui paraſitorum imitator ē. Nã ꝙ in aſter finiunt imitationem potius ꝙ diminutionem ſignificãt. Ci. ꝑ Vareno. Euricius hic noſter antoniaſter. Duo tamē potiſſimum diminutionem denotant ſurdaſter, et recaluaſter.

Paraſanges apud perſas viarum menſure ſunt quinquaginta ſtadia continentes.

Paraſtatę, vt apud Victru. et Ply. lapides ſunt pilarus ferè modo appoſiti columnis, de qua ſimilitudine alterum cruris os (duo enim ſunt) paraſtata nominat in iumẽtis à Vegetio, quod et paracmenion. Iul. Pollu. apud ques et meatus illi, per quos genitura è teſtibus per vrinę vias defertur paraſtatę nuncupantur. Sunt et in ꝓlio inquit dicti paraſtatę nomen officij, quonias adiũcti ſunt ꝓſtatis, hoc eſt ijs, qui pręſunt cornibus, ſicut epiſtatę, q tertium in regnandis his, locum tenet. Sed et tabulę quędas certis inſtrumentis, à Victrunio paraſtatę vocantur.

Paraſiopeſis ſchema eſt, apud rhetores à latinis pręoccupatio dr̄, cum aliqd nos reticere dicimus, et tñ tacitus intelligitur. Qꝺ fit, vel cum rem notam eē putamus auditoribus vel cũ ſuſpitionē maiorē excitare reticẽdo volumus.

Paropaniſades regio Aſię, ꝙ, ſicut refert Pto. ab oriẽte parte Indię, ab occaſu Arabia terminatur, à meridie Arachoſia.

Paraſtades lapides qui Vtrunq; oſtij latus muniunt. Vict. quoque paraſtadas in mentione templorum vocat antas.

Paraſtaſis latine aſſiſtentia, affirmatio, ꝑ teſtes approbatio.

Parasynthetes decompoſitus.

Paratrimma latine intertrigo, cum ſemina aduruntur.

Parazonium genus gladij, ꝙ ad zonam accingi ſolitus eſt ἀπὸ τοῦ παρὰ καὶ τῆς ζώνης, quaſi ad zonam pendens.

Paręneticus, ca, cum, idem, quod pręceptiuus, ſiue admonitiuus, à verbo gręco παραινέω quod ſignificat pręcipio et admoneo παραίνεσις.

Paręneſis, penul. cor. pręceptio, ſiue admonitio. Hinc Acron Horatianus interpres, hęc ode paręnetice ſcripta eſt pro eo, quod eſt pręceptiue, ſiue mõitone, ſicut ab eodem dr̄. Hęc erotice dicta eſt pro amatorię.

Parmenides eleates philoſophus Xenophanis auditor, atque amicus cenſuit ſempiternum, atq; immobilem eſſe vniuerſus, quod eſt ens ſm veritatem rerum, ſolum enis eſſe ſimplex, et intrepidum atq; ingenitum generationem vero eorum eſſe, qua falſa exiſtimatione videntur eſſe cum non ſint. Nam ſenſus ſe mouendos à veritate putat affirmat enim, ſi quid eſt, pręter ens, id eſſe non ens. Non ens aũt, non eſſe in rebus, et ſic ens viuentum ſibi relinquit terra vero denſioris aëris defluxu factam arbitratur.

Paronomaſia latine agnominatio, cum aliquod nomen, ex alio in ſignificatione diſtante, conficitur, Terē. Nam inceptio eſt non amantium, ſed amentium.

Parochus, pe. cor. auſpex ſiue paranymphus, ꝙ ante vehicula erat, quę gręce ὀχήματα dicuntur. Quidam parochus interpretantur ꝓbitorē, παρέχω prębeo. Huius officiũ erat magr̄atibus ꝓbenda coducere, vel pochi magr̄atus erant, qbus cura erat, vt ligna, ē ſal legatis publice miſſis ꝓberētur. Hora. Proxima campano ponti, quę villula tectum Prębuit, et parochi quę debent ligna, ſalemq;.

Parochię eccleſię dñr, ꝙ ſuis prochianis victũ cęleſtes exhibent. Hie. ꝯ vigil. Qui pochias ſuas vicina iſtius ſcribũt eē maculatas. Et alibi. Miror ſanctum epiſcopum, in cuius parochia eſſe presbyter dicitur acquieſcere furori eius.

Paroecia cum oe, diph. dici poteſt incolatus. Nã para, iuxta οἶκος domus, vbi ſcilicet ſunt domus contiguę. Augu. lib. xiiij. de ciui. dei. Presbyter fuit quidam nomine reſtitutus in pręcia calamenſis eccleſię.

Paromologia dici poteſt confeſſio. Figura, quum aliquot res concedimus aduerſario deinde inferimus aliquid qꝺ aut maius ſit ꝙ ſupiora, aut ēt oīa, ꝙ poſuimus īfirmēt.

Parode, pe. pro. latine dicitur ad cantus παρὰ enim ad ᾠδὴ cantum ſignificat.

Pręmia. παροιμία latine prouerbium.

Parergon dr̄ quod alicui rei, pręter propoſitũ additur, vt ſi pictor alicuius ſancti imaginem pingens ornandę tabellę gratia arbuſculas, et auiculas, et huiuſmodi addiderit. Ply. Prothogenes, cum Athenis celeberrimo loco Minervę delubro propylæum pingeret, adiecit paruulas naues longas in his, quę pictores parerga appellant hoc et gręci παρεργα · Siue παρεργογραφεῖν dicunt in alijs vero artibus parerga etiam Victru. demonſtrat.

Parectatus, qui de pueritia venit ad pubertatem. Luci. li. x. Tum ephebum, quem vocant parectatum.

Pareſis idem, quod paralis à defectu virium dicta.

Parentheſis interpoſitio, ex παρά, et ἐν quę duo ſignificat inter θέσις poſitio. Figura, quotiens remota de medio ſententia, inter ſermo perdurat.

Paronychia abſceſſus circa radices vnguium. Ply. lib. xxiij. Gingiuarum inflationibus paronychijs. ſordidiſq; vlceribus, et putreſcentibus deriuatio eſt manifeſta. Dicta paronychia.

Paronychia, à παρὰ ad ὄνυξ vnguis, quasi ad vnguem.

Paronymon nomen ab alio deriuatum.

Paropsis, sidis, per o, generis foe. ex παρὰ, et ὄψον, idest ad cibus ꝑe genus iuris, ſm Iul. pollucē, q̄q̄ et ꝓ repositorio obsonioꝝ, qđ catinū dn̄t, apđ idoneos legaꝰ. Mar. Cui portat gaudens ancilla paropside rubro. Halecē. Sue. ī Gal. Ordinario qdem dispēsatori breuiariū rōnis offerēti, paropsidem leguminis, pro sedulitate, ac diligentia, porrexisse.

Parotides apostemata secus aures. Nam collectiones fiunt in glandulis. Dicuntur et parotides, vt inquit Celsus, arteriẹ duẹ in dextra, sinistraq́; iuxta guttur, quẹ sursuꝫ procedentes vltra aures feruntꝰ. Quin et ipsi auriū cincinni, apđ Iuliū Pol. vocanꝰ ꝑtides. Itē quẹ partes his subiectẹ, quẹ à faucibus, ad malas pertinēt. Para. n. ad, ὦτα aures dicunꝰ. Solēt ēt iuxta dentes in gingiuis oriri dolentia, quas greci parotidas appellant, quaꝝ remedia scribit Cel.

Paradontides, siue parulides tubercula iuxta gingiuas, cum caro in gingiua excreuit.

Paroxysmus stimulatio, ꝯcitatio, παροξύνειν. n. ē incitare.

Paratragedio, dias. i. exaggero, ac verboꝝ magnitudine aliqđ augeo. Pla. Illic homo est, vt paratragediat carnifex.

Parrhasia regio in Pelopōneso, dicta Arcadia Licaonis patria. Vñ parasius, a, um, ꝓ arcadico. Virg. Parrhasio dictū panos de monte lycẹi. In ea ē mons Liceus, in q̊ bicornis fauni templū fuerat, à quo lycea ludicra illi sacrata, à nobis lupcalia dicta. Vñ Oui. lib. ij. Fast. Quis vetat arcadico dictos à mōte lupcos. Faunus ī Archadia tēpla lycẹus hꝫ.

Parrhasius nomen pictoris ephesij, q cuꝫ Zeusīde ī certamen picturẹ descēdit. Hic primus symmetriaꝫ picturẹ dedit, primus argutias vultus elegantiā capilli, venustatem oris expssit, Et cū zeusis detulisset vuas pictas tāto successu, vt ī cẹnā aues aduolarēt, ipe ꝯtulit linteū auibus pictū.

Parco, cis, peperci, vel parsi, parsum. Vñ parsurus ꝑe sigt abstineo, quasi paꝝ tango. Hinc parcere pro veniā dare. i. ab vltione abstinere. Liui. lib. xxv. Nec dū eos capuẹ parsuros. Virg. Parcere subiectis, et debellare supbos. Aliqñ pro ꝓhibere, vt Parcitẹ oues nimiuꝫ ꝓcedere. Aliqñ deponere, quia ab his, quẹ deponimus, abstinemus. Virg. Parce metu Cytherea, manent immota tuoꝝ Fata tibi. Aliquando ꝓ seruare, ꝙ similiter, ab eis abstinemus. Idem lib. x. Argenti atq; auri memoras, quẹ multa talēta. Natis parce tuis. Aliquādo ꝓ desinere. Nam et desinere, abstinere est, vt Parce pias scelerare manus. Sic parcere errori dicimus abstinere, à castigatione erroris, siue paꝝ castigare errorē. Parcere pecuniẹ, abstinere ab expendenda pecunia, siue parum expendere pecuniā. Var. Parsurus pecunijs bene partis. Parcere famẹ, abstinere à fama, non laudare. Augu. lib. ij. de ciui. dei. Nimis supbum fuit famẹ parcere principium ciuitatis, vbi suẹ famẹ parci numina noluerūt. Parcere labori, abstinere à labore, siue paꝝ laborare, et eodeꝫ modo de similibus. Huius verbi composita sunt cōparco eiusdē, cum simplici significationis. Teren. Suum defraudans genium comparsit miser. Reparco, iterum parco. Plaut. in Truc. Etiam rei iterum parcissem meẹ, vt non reparcis.

Parcus, qui frugi est, et sumptibus parcit. Gel. li. iij. Neq; ab arca. neq; ab arcendo, sed ab eo, ꝙ paruum, et parum denominaꝰ. Hinc parcitas pro frugalitate. Huius cōpositus est prẹparcus, valde parcus. Ply. lib. xi. Aliqñ et ipsẹ contrahunt mortis sibi causas, cum sensere eximi mella auidẹ vorantes, cẹtero, prẹparcẹ, et quẹ alioqn prodigas, atq; edaces, non secus, ac pigras, et ignauas ꝑturbent. Similiter deparcus nimium parcus, ac tenax, cui opponitur ꝓfusus, ac magnificus. Apul. At vero ꝯtraria accusastis vnum seruū, vt deparci tris liberos, vt profusi.

Parcẹ, dictẹ sunt, à parco, per ꝯtrarium, ꝙ nemini parcāt Var. à partu vnius literẹ mutatione deduci putat, quoniā, vt scribit Hesiodus hẹ nascentibus hominibus bonū, malumq́; ꝯferre ꝯsentiant. Iuue. Hẹc exempla para foelicibus at mea Clotho. Et lachesis gaudēt, si pascit inguine venter. Tres auteꝫ fuisse parcas. Clotho, scilicet Lachesin, et Antropon finxerūt antiq quas Cice. li. de na. deo. Herebi, et noctis filias fuisse scribit et easdē fata esse existimant. Vnde est illud Cleantis Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Fingunt vitẹ hominū prẹesse, ē nendo eā ducere. Quapropter lanificas sorores appellat. Mar. Si mihi lanificẹ ducunt non pulla sorores. Stamina, nec surdos nos hꝫ ista deos Apul. lib. de cosmographia. Tres parcẹ tria fata sunt numero, cum ratione temporis facientia. Si potestatem eaꝝ ad eiusdem similitudinē temporis referas. Nā quod infuso perfectum est prẹteriti temporis habet speciem. Et quod torqueꝰ ī digitis momēti pñtis īdicat spacia. Et qđ nōduꝫ ex colo tractum est subactumq́; curẹ digitorum, futuri, et consequentis seculi posteriora videtur ostendere, lachesin dictam esse. quia λαγχάνω grẹce sortior designat Atropon, ꝙ reuerti nō possint, clothon, qm̄ ꝯtorta, ē coordinata oīa tentat. Hẹc. n. noīa ipsa, lingua grẹca ostendūt.

Parsimonia moderatio sumptuum, et parcitas. Hoc est cōseruatio rerum, quẹ sic diffinitur à philosophis. Parsimonia est, qua cauemus, ne quod dispendium vltra moduꝫ fiat, et res familiaris, quoad fieri potest sine cuiusq̄ iniuria conseruetur. Fit autem à prẹterito parsi, quod conseruaui, siue abstinui sigt. Nam alteꝝ ꝑteritum pepci potius accipitur, pro veniam dedi, q̄uis aliquando confundanꝰ.

Pardalus, pe. cor. auicula, quẹ magna ex parte gregatim volat colore cinereo.

Pardus animal est, cuius foemina pardalis dicitur. Vnde et Leopardus.

Parescitacini, populi montani, et latrones ꝑsis contermini.

Pario, ris, peperi, partum, et paritum, pe, pro. à quarta coniugatione. A tertia vero pen. cor. Stra. Hosti. veniat paritura marito. Ennius Oua parire solet genus pennis condecoratum. Est autem parere foetum emittere, quod proprie ad foeminas pertinet, licet etiam quandoq; de viris dicatur. Cecil. Hic vicinus noster peperisse se filiuꝫ memorat, idest genuisse. Per translationem de his dicitur interdum, qui non concipiunt, pro acquirere, seu comparare. Et sic construitur, sicut emo. Colu. lib. x. Sequitur, vt ex anima desyderemus ea porrò, vel ẹre parta, vel gratuita cōtingunt. Virgil. Ite ait ẹgregias animas, quẹ sanguine nobis. Hanc patriaꝫ peperere suo. Huius composita sunt aperio, à quo adaperio, comperio, operio, à quo cooperio, et reperio.

Parturio, is, pe. cor. à pario, vel à partu fieri videtur, quod est in pariēdo laboro, seu laboro, vt pariam. Ply. Vtiq; cōstat parturientes folijs subtractis celerius parere. Var. In cubilibus cum parturient acus substernenduꝫ, cū pepererint tollere sub stramen. Cic. Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod iam diu parturijt. Amb. de Cain. Hos partus anima nostra parturiat, nec solum parturiat sed etiam pariat. Poniꝰ tñ q̄nq; pro primitiuo. Hieronymus contra Ruf. Putas ne eiusdem meriti eos, q parturiuntur, et qui pariunt.

Partus, ta, tum, participium à pario. Apul. Partamq́; à p̄re multo tꝑe, et multo labore pecuniam vno die ꝯsumpsit.

Partus, us, nomen pro ipso pariendi actu. Plyn. Quod si à prẹgnantibus cōmanducatū partum faciliorē facit. Aliquando accipitur ꝓ prole. Mar. Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit. Augusti. ī primo significatu. In partu virgo puerpera, in scđo. Ad partum virginis adorandū.

Paritura ideꝫ, quod genitura. Var. lib. ij. de re ru. Quare demens, si vis, duas res, de mulis admissuram, et parituram.

Partio, onis, idem, quod partus. Plaut. in Tru. Horresco misera, mentio quotiens fit partionis.

Parens, à pario fit, quo nomine non modo pater, et mater, sed auus, et proauus, auia, et proauia, et omnes superiores, vsq; ad tritauos significantur, vltra hos, qui non habent speciale nomen, maiores appellantur. Caius scribit appellatione parentum omnes in infinituꝫ maiores, vtriusq; sexus significari. Author est. Hierony. in secunda contra Ruf. Apologia. Parentes etiam significare affines et cognatos, iuxta vernaculum sermonem. Lampri. de

Alexandro seuero,sic scribit.Amicos,et parentes Alexander si malos reperit,aut puniuit,aut si vetus,vel amicitia,vel necessitudo non siuit puniri,dimisit à se dicens. His charior est mihi Resp.Iul.Cap.de.M.Antonio refert, ꝙ adoptatus in aulicam domum omnibus parentibus suis tantam reuerentiam,quantam priuatus exhibuit.

Parentela,ab eodem vsurpatur, cuȝ dicit. Causa eloquentię dignum parentela sua putauit.

Parento,tas, significat parentibus iusta celebro.Licet etiam ad alios trāsferatur.Ply.li.xviij.Qm̄ mortuorum aīę sūt in ea scilicet faba, qua de causa parentando vtiqȝ assumitur.Sumitur etiam interdum parentare,pro similem esse,parentare Dionysio est vino operam dare.

Parentalia ꝯuiuia,quę in parentum,aut ꝓpinquoꝝ mortibus fieri ꝯsueuerunt.Hoꝝ Æneas inuentor fuit. Hiero. in Hiere.ꝓphetaȝ li.iij.;Mos est in gētibus ferre cibos,et ꝑparare ꝯuiuiuȝ, qđ à gręcis,et à nostris vulgo appellatꝰ parentalia,eo ꝙ ꝑentibus iaȝ defunctis ista celebrabātur. Vel dicta sunt pentalia, ꝙ ita parerent mortuis,qui ita viuētes iusserāt facere, vel ꝙ filij parentibus hꝰ ꝑstarent.

Pareo,es,ꝑui,ꝑituȝ.Vn̄ pariturus,sigt videor et apeo,vt aliq putant deductū qm̄ partus postq̄ extra vteruȝ est videtꝰ. Vir.Cui pecudū fibrę,cui cęli,sydera parent.i.à quo fibrę, et sydera cernuntur. Vn̄ et composita à pareo,vt apparent rari nantes in gurgitę vasto.Compareo,coràm aliquo pareo,vt puer non ꝯparet,et ego, quo ibo? Dispareo à ꝯspectu recedo Transpareo,ꝑ aliquod corpus lucidum videor.Interdum parere est obedire.Virg.Paret amor dictis carę genitricis, Iusti.li.i. Vix patienter vni viro neduȝ fęminę pariturus.Et habet penul.produ.

Paro,as,proprie cum difficultate et labore aliquid acquiro, et sicut emo capi potest,licet in eo precium expressuȝ nō inueniatur,ita aptum,vt in eius composito ꝯparo,sed q̄si precium.Teren.in Eu. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo.Cur.Quid tibi diuitijs opus est,quę te esurire cogunt, primus omnium satietate parasti famem vt quo plura haberes,acrius,q̄ si non haberes cuperes.Huius composita sunt apparo,comparo,reparo, separo, disparo, qđ est separo,equiparo,ꝓpero,et supero, q̄ habent pe.cor.

Parabile,quod ī ꝓmptu est,et cito haberi pōt.Sene.ad marum est,et parabile,qđ sat est, qui ad nām viuit nūq̄ est pauper.Ci.li.v.Thusc.Diuitias(ingt)naturę parabiles eē.

Paro, nauis gēnus ad cuius similitudinem Myoparo dr̄.

Paries,ĕtis,pe.cor. de priuatis dicitur, vt paries domorum. Murus,tam de publicis,q̄ de priuatis dicitur.

Parietinę,pe.pro.muri veteres,ac semiconsumpti.Ply. Astericum herba est nascens in tegulis, parietinisq̄; folio similis ozimo Augu.Parietinę dicuntur, quas vulgo dicimus ruinas,vbi parĭetes stant,sine tecto,sine habitātibus.

Parietaria,herba à parietibus,in quibus nascitur dicta vulgo vitriolum.Dicitur et ꝑdicion, qm̄ ꝑdices ea vescantur.

Paros insula est ex cycladibus,quę à delo.xxxv.millibus distat,ex qua parius lapis marmoreus.Hanc primo Plateam,postea Minoida vocitarunt,vt īquit Ply.In ea ē oppidum etiam paros vocitatum.Pharos vero cum h,est alia insula,de qua infra.Ex paro fuit Archilochus poëta iambici carminis author.Vnde parius dictus est.Hora.Parios ego primus iambos ostendi latio,idest archilochios.

Parius,lapis candidus,è quo multa signa fiunt. Et est in Paro insula vna ex cycladibus.Virg.Niueamq̄; Paron.

Parium ciuitas Asię in regiōe Mysię ex qua fuit Neoptolemus cognomēto Glossographus,vir memoratu dignus.

Parma breue scutum,quo pedites vtebantur,ꝙ è medio in omnes partes esset par,vt inquit Var.Virg.lib.xi.Ense leuis nudo Parmaq̄; inglorius alba.Hoc scutū gręci authore.Ply.vocant peltam.Huius diminutiuum est parmula. Hor.Sensi relicta non bene parmula . Parma etiam nomen fluuij,à quo vrbs inter Placentiam et Cremonam sita.Parma appellata ē.Hęc patria fuit Cassij poëtę,et Macrobij viri ingenio,et doctrina prestantis.

Parmula,vide in dictione Parma.

Parmularius gladiator,qui parmula vtebatur.Itemq̄; fautor et locator eius generis,porrò parmularij etiam Thraces siue threces appellabantur. Fes.Treces ingt gladiatores à similitudine parmularum thraciarum uocati.

Peculium à pecore, siue à pecu, proprie seruorum est, sicut pecunia nobilium. Vnde apud maiores omne patrimonium dicebatur peculium, quia pecoribus uniuersa eorum substantia constabat. Vnde secundum Serui. Pecunia dicta est à peculio, proprie autem significat quicquid alicuius est labore, et industria partum, et lucrifactum est. Cice. in parado. An eorum seruitus dura est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimę seruitutis. Et Celsus iureconsul. scribit pecunias sine peculio fragilē esse. i. sine lucro. Hinc peculiū castrēse dr̄, quod à parentibus & agnatis in militia degenti donatum est, vel quod filius in militia acquisiuit, quod nisi militaret, acqsiturus nō fuisset. Huius diminutiuus est peculiolum.

Peculiaris, et hoc peculiare, quod ad peculium pertinet, vel quod peculio deputatur, seu quod peculij proprium est. Plau. in Asi. Etiam opilio, q̄ pascit, inter alienas oues aliquam habet peculiarem, q̄ spem soletur suā. Sed in vsu iam receptum est, vt peculiaris proprius, siue specialis, siue pręcipuus dicatur, ne cum alijs communis. Sue. in Cęsa. Pręterea monetę publicisq; vectigalibus peculiares seruos pręposuit. Hinc aduerbium peculiariter specialiter pręcipue. Ply. lib. xxvij. Epiphoris peculiariter imponitur, quasi singulariter, et eius propria virtus Quint. lib. viij. Quod commune, et alijs nomen intellectu alicui peculiariter tribuitur, vt vrbem Romam venales nouicios, et corinthia ęra, cum sint alie vrbes quoq;, et venalia multa, et tam aurum, q̄ argentum, q̄ ęs corinthium. Et peculiare, pro re seruili ponitur. Vlpi. Si peculiare vinum legatus sit, id contineri, quod serui habuerunt. Peculiaris seruus dicitur à peculio, quod proprie seruorum est, quod serui seorsum à rationibus dominicis separatum habent, sicut patrimonium bona patrisfamilias. Vnde labeo. Paterfamilias peculium habere non potest, quemadmodum, nec seruus bona. Vnde seruile peculium dictum est, et res peculiaris ad peculium pertinens.

Peculiosus, qui peculium multum habet. Plau. in Rudente peculiosum esse decet seruum, et probum, quem hero p̄sente p̄tereat oratio, aut qui inclementer homini libero.

Peculor, aris, pe. pro. ē depeculor significant ea, quę ad rempu. seu principem pertinent furor. Hinc peculator, et depeculator, qui tale furtum facit.

Peculatus, us, pecunię publicę, aut principis furtum, sicut sacrilegium rerum sacrarum.

Peculio, as, quempiam peculio multo. Plau. in persa. Scelus tu puer, atq; ob istam rem ego aliquid te peculiabo.

Pedes dicuntur, quibus vtimur in gradiendo. Cuius singularis est pes. Pes autem totum dr̄ quod est à femore, ad calcem. Diuiditurq; in coxendicem, femur, genu, fęmē, poplitē, crus, surā, et imū pedes, qui calx appellatur, ē diuidit in ꝯnexū pedis, q̄ pars supior est et calcaneū q̄ est ps posterior. Itē in volā, q̄ est pars medij pedis caua. Plantam, q̄ pars tota īferior est. Digitosq;, et vngues, à vola pedis indita sunt cognomina plancis, plotis, scauris, pansis, de qbus locis suis. Aliqñ pedes ponit aduerbialiter, qđ et pedibus qñq; dr̄. Sue. in Cęsa. In agmine nōnunq̄ equo sępius pedibus anteibat. Cur. Pedes agmen circuibat. Quoniā vero standi fundamentum pes est, factum est, vt in ędificijs area pes magnus dicat. Pes ēt mēsurę genus est, quo mensurantur terrę et continet digitos. xvi. et multiplicatus in passus, et actus, et climata, et iugera, et stadia, centuriasq; mox ēt in maiora spacia ꝓcedit. Itē funis, quo in naui tendit velum, et vulgo podia dr̄. Virg. lib. v. Vna oēs fecere pedē. Plau. ēt remos nauiū pedes appellauit. Item pes ē metrica ꝯstructio syllabaꝝ, vt spōdeus, dactylus. Virg. Ferte simul fauniq; pedem. i. metricam compositiones. Vnde pedestris oratio dr̄ numerosa, et ꝑm rōnem metricas cōposita, ꝙ pedis officio fungat. Nam sicut pedibus moueri corpora videmus, ita versus ipsi cum scandunt, quibusdā quasi pedibus vident incedere. Seu ꝙ pedali regula vtimur ad versum mensurandum. Metra. n. p pedes icedūt. Vnde metimur heroica, et dicimus ea sex pedum esse. Metimur sapphica, et dicimus quinq; pedum, et sic de cęteris. Pręterea pes vocat foedum capitis aīal à multitudine pedū Plau. in Cur. Vt muscę, culices, pedesq;, pulicesq;, odio, et malo, et molestię bono vsui estis nulli. Huius diminutiuo, frequentius vtimur. s. pediculus. Vnde pediculosus, et pedicularis. Fit autem pes à gręco πούς vel à planitię, vt inquit Lactan. A quo fiunt multa composita.

Pedem struere veteres, pro eo vsurparunt, quod est fugere, et pedem retroferre retrocedere.

Pedes, ditis, miles qui pedibus militiam exercet, sicut eques qui equo miliciam exercet.

Peditatus, us, peditum copię, sicut equitatus equitū copię.

Pedester, qui pedibus iter facit. Apul. Qui modo in exercitum profectus est pedester. Dr̄ etiam hic et hęc pedestris, et hoc pedestre, vt pedestris exercitus, pedestres copię pedestres copię pedestria agmina. Dicimus etiam pedestrem accessum, qui à peditibus fit, et non eqtibus. Aug. lib. iiij. de ciui. dei. Aliasq; desidia maris pedestri accessu, per vias factas ventis, ac procellis euersas esse ciuitates.

Peda, et padatura, vestigium humanum.

Pedo, as. i. vado, à quo repedo, quod est, quasi pede itero redeo. Hiero. in lib. mach. Heliodorus recepto exercitu repedabat ad regem. Est et impedio de quo alibi. Pedare etiā est viti, vel alteri arbuscule sustentaculum adhibere. Vnde vineę pedatę dr̄. Ply. Aut pedatę vineę simplici iugo. Col. lib. v. Pedatam vineā iugatamq; seqtur alligatoris cura.

Pedatus. ta, tum quod est sustentaculo firmatū, vt vinea pedata. Col. lib. v. Pedatā vineā iugatā sequit alligator cura Quādoq; ēt pedatus à pede humano, vel de aliquo aīali sicut à manu lanuneatus. Sue. de Othone fuisse tradit, et modicę staturę et male pedatus, caluus. i. distortis pedibus

Pedatio dicitur, quando pedamantis vinea fulcitur.

Pedato aduerbium positum est, pro repente, vel accessu, quasi per pedem, sicut vulgo dicitur. Cato. lib i. Orig. Igitur tertio pedato bellum nobis facere. i. tertio reuersi.

Pedamen, et pedamantum, et sustētaculū quod alicui arbuscule adhibet, sicut pa, lusquo vitis sustentat. Ply. Castanea pedamētis oībus profertur. Col. Pedaminū, iugerumq; et viminum prospiciendorum tradenda ratio est.

Pedatim aduer. Ply. li. xi. Leo tm̄, et camelus pedatim gradiūtur. h est, vt sinister pes nō transeat dextrū, sed subsequat.

Pedibus aduerbialiter ꝓtulit. Ci. Cū inqt. Ingressus iter pedibus.

Pedicinus, idē est, quod pes, siliter, et pediolus.

Pediolus dimi. paruus pes, similiter, et pediculus.

Pedepressim, tarde paulatim, quasi lenta, et tarda itione.

Pedetentim aduerbium compositum à pede, et tento, tas. quasi suspenso pede, et tentando icedent, quasi paulatim vt faciunt ceci qui ne offendant pedetentiā ambulāt. Cice. Sin minus sensim erit, pedetentimq; faciendum. Teren. in Phor. Dij bene vertant, quod agas pedetentim tamen. quod Dona. exponit pro caute.

Pedalis, et hoc pedale, quod est pedis, vt mensura pedalis. Col. lib. iij. Pedale quoq; versus spaciū sat erit Iter semina relinqui. Idem. Scrobiculis pedalibus factis.

Pedaneus, nea, neum, idem, quod pedalis. Colu. lib. v. et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea scrobē vitibus comparat. Hinc bipedaneus, tripedaneus, et huiusmodi. Col. li. i. Bipedanea humus arboribus quatuor pedū abunde est. Et lib. iiij. Tripedaneis relictis spacijs, per quę semina excoluntur. Et lib. v. Semipedaneam confutis resolutam vitibus terram subiacere.

Pedaneus, inde, qui à pręside constituitur, vt minora iudicia discernat, ꝙ is magistratus, non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum.

Pedissequus, et pedissequa, famulus, et ancilla, qui ē quę dominū seu dñam sequitur, à sequendis pedibus dicti sunt.

Pediculus dimi. paruus pes. Ply. Mollia sunt loligo, sepia, polypus, pediculi octoni omnibus. Hinc pediculi vocan-

tur,quibus fungi pira,mala, ẽ hmõi sustinentur.Ideȝ Tutiores fiunt fungi,cum carne cocti, aut cum pediculo pyri.Hinc pediculata poma, quę pediculos habent . quibus suspendi possint.Idem pediculus, vermis in capite.Pediculi quoq; terrę scarabei terrestres similes ricino . Sunt & maris pediculi, à similitudine pediculoꝝ capitis,qbus ad varia medicamẽta vtunť . Itẽ pediculi populi in calabria.

Pediculatus,a,ũ,qđ hȝ pediculos.i.pedes qbus possint suspẽdi.

Pedicosus,siue pediculosus,cum deducitur à pes,siue à pediculus,qui est capitis vermis poniť,pro eo , q est plenus ipsis vermibus.Plau.Pedicosus, squallidus,vbi me vidit,caput scabit.Quãdo vero à pedor scribiť cũ diphtõ. et figť,qđ mali odoris est.Var.đ re.ru.Solida terra pauita maxĩe,si ẽ argylla,ne situ pediculosa eius gratia oblitiscãt.

Pedicularis,et hoc pediculare, qđ ad pediculos capitis vermes pertinet.Vñ pedicularis morbus,quo corpus pediculis scatet.Hunc morbuȝ gręci phthiriasin appellant.Nã phthira pediculum dicunt.De hoc Serenus , Noxia corporibus quędam de corpore nostro.Progenuit natura volens abrumpere somnos.Sensibus,et monitis vigiles inducere curas.Hoc morbo interijt Sylla Romanus ciuis.

Pedica,pe.cor.à pede significat laqueum,quo pedes illigantur.Vir.lib.i.Geor.Tum gruibus pedicas , et retia ponere ceruis.Apul.lib.iij.flo.Quid si pedes pedicis coartentur.

Pedio,is,veteres,vsi sunt pro eo, quod est pede pulso,et q̈si plausum reddo, à quo fiunt composita, compedio impedio,et prępedio,de quibus locis suis.

Pedaneum,inquit Palladius lib.iiij.Super nudum inducimus,et assiduo vecte densamus pedaneum.

Pedarij,qui in senatu sñiam non dicũt,sed ab alio dictã, comprobant,mouentes se de loco, et in partem eius, qui dixit,ambulantes propter,quod,q ita faciũt,ire in sñiam pedibus dicuntur.Et ab actu transeundi pedibus in aliena sedilia,pedarij sunt appellati.Cicer.ad Atticuȝ.Inde in sententiam pedarij cucurrerunt.Sententia eorum pedaria appellatur.Gellius tamen Pedarios existimat dictos fuisse senatores, qui et magistratum curulium nondum cęperant,pedibus in curiam proficiscebantur,nam q curuleȝ magistratum gessissent,curru vehi solebant.Var.aũt in satyra menepea etiam quosdam equites pedarios dicit appellatos qui nondum à censoribus in senatũ lecti veniebant,nec dum, senatores sententię tamen ius habebant.

Pedũ pastorale baculũ,seu virga incurua,q̃ pecudũ pedes detineť.Vir.At tu summe pedũ,qđ mecũ sępe rogaret.Est ẽ pedũ oppidũ nõ longe,à pręnestinis,à quo pedani ppli.

Pedani populi,qui habitant pedum oppidum.Liui.li. viij. Neq; tñ nisi admoduȝ à paucis populis Pedani adiuti sũt .Tyburtes,p̃nestiniq̃; quoꝝ ager ꝓpior erat pedũ ꝑueneř.

Pedo,is,pepedi,crepitum ventris emitto.Hora.in Ser. Nam displosa sonat,q̃tum vesica pepidi.Huius compositum est oppedo,pe.pro.quod est contra pedo.Idẽ in eodeȝ.Vintu Curtis iudeis oppedere nulla mihi vnq̃ Relligio est.

Pegasus,pen.cor.equus alatus persei ἀπὸ τῆς πηγῆς , idest à fõte,ꝙ iuxta pegas,idest fontes oceani natus sit,vbi gorgones habitabant,hunc Hyginius,et alij complures Neptuni, et Medusę filium dixere, qui in cęlum euolauit.ibiq; inter sydera constitutus est. Arcticum circulum spectans pedibus ęstiuo orbi adnixus, extremo ore caput delphini tangens et aquarij manum dextram ceruici suę adiungens.Alij ex Medusę sanguine, quam Perseus interemit natum astruunt hic volauit in Helicona,vbi saxum vngula feriens fonteȝ aperuit,et ex eo Hippocrene.i.fons equus est appellatus.Sed hic apud Pyrenen fontem Corinthium captus est.Vnde Stra. Fama est equum pegasum cum potaret hoc in loco à Belorophonte deprehensum fuisse.Alatum inquam caballum,ẽ Medusę ceruice,et đ Gorgonis execto gutture prosilientem.Hoc equo vsus est Belorophontes in expeditione contra Chymęram vulgatum est , et Caballinum fontem in Helicone erupsisse subiectam ibi tellureȝ feriret vngula.Scribit,Ply. Pegasos pẽnatos equos,et cornibus armatos in Æthiopia generari Euse.vero ait pegasum fuisse nauem belerophontis.

Pegasianus,a,um,pos.vt pegasianus senatusconsultum.

Pegaseus,a,um,adiec.à pegaso equo.Persi.pegaseuȝ melos.

Pegasus etiam dicebatur instrumentuȝ in domibus,super quo,tanq̃ iumento vestes,et similia tenerentur suspensa,à pegaso poëtico,traductione noĩs excogitata. Fuit et hoc nomine vir iuris peritus.Vnde et pegasianum senatusconsultum.Pompo.de origine iuris. Fuit et pegasus Triarchi filius,cuius nauis pegase monumentum accepit.

Pegasides,pe.cor.musę dictę sunt à fonte,q page dř,quẽ pegasus ictu vngulę fingiť apuisse.Ouid.At mihi pegasides blãdissima carmina dictãt.Itẽ pegasides nymphę,q̄ẽ naiades . Idem Pegasis Oenone phrygijs celaberrima syluis.

Pegasa,Thessalię oppidum, quod postea Demetrias dictum est.pp qđ nauis longa argonautaꝝ pegasea nuncupať, ꝙ Iason,q eam ędificauit fuit filius Æsonis fratris Pelię,Regis Thessallię.Oui . Iamq; fretum Minya pegasea puppe secabãt. Hinc pegasicus sinus in Thessalia est appellatus.

Pegasicus,ca,cum , adiectiuum à thessalię oppido pegasa vt sinus pegasicus.

Peganon,penul.corep. πήγανον, latine ruta herba.

Pega,tis,quod et pecma dicit gręcuȝ,ẽ ἀπὸ τ̃ πήγνυμι,quod est pango,et extruo.Est autem machina, quędam lignea, in qua statuę collocantur,et quasi figuntur ad illas sustinendas.Interdum pegmata, cum ludicris producebãtur, cum pueris etiam considentibus,ex lignis, et tabulis quę constabant vario picture genere,Pegmatis formam.Seneca ad Lucil.his verbis describit.His annumeres,licet machinatores, qui pecmata,per se surgentia excogitant , et tabulata tacita in sublime cresentia,et aliâs ex inopinato varietates,aut dehiscentibus,quę cohęrebant , aut quę distabant sua sponte cohęrentibus,aut his,quę eminebãt, paulatim in se residentibus.Ioseph.li.vij. de bel.Iudaico. Maxime autem stupor erat machinarum,quę portabantur,siue pegmatum fabricatio, pro quoruȝ magnitudine viribus portantium occurentes timebant.Multa enim in tertium nidum,quartumq̃; surgebant,ẽ magnificentia fabricę,cum admiratione delectabat. In his machinis simulachrum belli representatum fuisse significat, vt alij fugere,alij capi viderentur, et per singula pegmata dux captę,vrbis agebatur,ita,vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant , à Suetonio pegmates vocantur.Tradũt Claudium abiecisse, aliquando bestijs,qui pegma in scęnam parum fęliciter produxisset.Ply.lib.xxiij.Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum, et vigintiquatuor argenti pondo fuere Festus scribit pegmata esse,aut ęre,aut marmore ornamenta, quę vt plurimum in atrijs, quandoq; in porticibus, aulisq; affigiunt,maiorum , aliorumq̃; fortium virorum gesta certius,quàm pictura ostendentia.

Peiero,as,pe.cor.falso,et animo fallendo iuro,seu iuramẽtum infringo,ex ꝑ,ẽ iuro abiecta r,in u,longa in e,breuem conuersa.Plau.in Asi. Nam si quid fecit scelestę pro illo lingua peierat Lactã.li.i.Ergo aliqua potestas est,quę peierantes deos puniat .Dicimus,et periuro, as , quod periurus probat,et periurium.

Peior,et deterior differunt,quod peior.à malo dicatur,deterior.à meliore,idest minus bonus.

Pelagus,pe.cor.tam mascu.q̃ neu.gene. profunduȝ maris significat.Vale.Flaccus lib.i.O' q̃tum terrę, q̃tum cognoscere cęli Permissum est, pelaguȝ quantos apimus ĩ vsus.

Pelagicus,a.um,poses,Colu.lib.ix.Cęteri saxatiles aut pelagici satis ex his,sed recentibus melius pascuntur.

Pelagia dř purpura,à pelago,à q̊,et succus eius pelagium vocatur.

Pelagium vocatur,succus purpurę.

Pelamis,idis,gene.fę.genus piscis thynni , nam pelamides primo,sed cuȝ annuum excessere tempus thynni vocanť Dictus,ꝙ in luto moretur ἀπὸ τ̃ πηλοῦ,à luto.Iuue.Siccus petasiunculus,et vas pelamidum.Ply.li.xxij.Pelamidũ ge

neris

neris maxima apoplectos vocatur.

Pelargus grece, latine ciconia dicitur, ſicut teſtať. Amb. li. Hexa. Quo noīe ſignificať retributio. Vide ī dictio. Ciconia.

Pelasgia, regio grecię circa extremam partem Macedonię verſus Achaiam, inter duo maria, Ægeum, et Ioniuȝ platani folia ſimilis excurrit pp anguloſos receſſus, à quo.

Pelasgi populi, q̄ſi pelargi. i. ciconię, qm̄ errabundi, ritu ciconiaꝝ, p multas natiões iuerũt, vel pelasgi, à pelasgo io(uis filio.

Pelethronium oppidum Theſſalię, vbi primum domandorum equorum vſus inuentus eſt.

Pelion eadem lingua dicitur luridum.

Pelethronius, nomen eius, qui primus (vt ſcribit Ply. frenos, et ſtrata equorum inuenit.

Pelethroni dicti ſunt lapithę à loco, qui ſubiectus eſt Pelio monti ab eo, ꝙ medicamentorum magna vis ibi naſcatť quę greci gloſſematici θρόνα vocant.

Pelops Tantali. filius. qui curruli certamine ꝯtendit, cuȝ Oenomao. Qui cuȝ didiciſſet ex oraculo ſe tunc moriturum cum filia nupſiſſet, multis illam petentibus ꝓpoſuit certamē, quo victus interficeretť, victor filiā duceret vxoreȝ. Equoꝝ inſtituit curſus ad arā Neptuni, q̄ eſt in Iſtmo corinthiaco, cū plures equoꝝ, quos ꝑnicisſimos hēbat velocitate ſuperaſſet, ſuperatoſq̄; peremiſſet, is, equoꝝ ꝑnicitate vicit Oenomaū, abduxitq̄; ex pacta vxoreȝ Hippodamiā.

Pelopidę, p. cor. ppli dicti ſunt q à pelope originē duxerũt.

Pelopeius, ia, iuȝ. pos. Vnde fabula de pelope ſcripta, pelopeia dcā ē. Iuue. Prędectos pelopeia, facit philomela tribunos.

Pelopōneſus, regio Achaię. In ea, ſunt hę regiones. s. Achaia laconia. Meſſenia. Elis. Arcadia, q̄ eſſe dicunť peloponeſus à Pelope Hippodamię viro dcā, et Tantali regis Phryguȝ filio, q̄ſi pelopis inſula, qm̄ penè inſula eſt. Qui ſuperato Oenomao Hippodamię pr̄e in certamine, totum illud regnum in dotem accepit, et ex phrygia ſecum in eam regionem duxit populum. Hęc Apie añ appellata, et pelasgia peninſula, haud vlli terrę nobilitate poſt ferēda, circuitu. ccclxiij. milium paſſuum colligiť, anguſtię ſex milium ſunt, niſi erumpētia è diuerſo, q̄ dicta ſunt maria. Hic Corinthiacū, illinc Saronicū ſinū efficiunt. In peloponneſo ſunt Argos, Mycene, Corinthus, Lacedemō, Sparte, Malea promontorium. Epidaurus, regiones, Archadia. Sicyonia.

Peleus nomen pr̄is Achillis. Vñ ē pelides Achilles dictus eſt. Hepheſtion interpres ſophoclis tragici in aiace tragędia, αἴακος υἱὸς διὸς ἐξ αἰγίνης, πηλεὺς δὲ καὶ τελαμὼν ἐξ αἰάκου ὧν ἀχιλλεὺς, καὶ αἴας, καὶ αἴαντος παῖς ἦν εὐρύσακης.

Pelias, adis, haſta, qua Achilles ſolus vtebatur.

Pelion, mons theſſalię. Oui. Pelion hemonię mōs eſt obuerſus in hauſtros. Summa virent pinu, cętera quercus hn̄t.

Pella, vrbs Macedonię fuit in litore Ægei maris illuſtrata maxime natalibus Philippi macedonum regis, et Alexandri. Vnde et vterq; pellęus dictus eſt. Iuue. Vnus pellęo iuueni non ſufficit orbis.

Pellax, q ꝑ blandicias decipit. Vir. poſtq̄ pellacis vlyſſi. Inde.

Pollacia, fallacia. Idē lib. iiij. Geor. Veꝝ vbi nulla fugā reppit (pellacia.

Pelliceo, ces, pellicui raro habetur. Pelliceo, is, xi. pellectum, blandiendo decipia. Vnde pellectus, crebro pro pellicio. Teren. in Phor. Is ſenem per epiſtolam pellexit. Componiturq̄; ex per, et lacio, mutatis r, in l, et a, in i, Feſtus, Lacit, decepit, inducit, Lax lacis vero fraus eſt. A' lax ſine à lac lacio fit, q̄uis verba à lacio compoſita, et fraudis, et lactis participem ſignificationem habeant. Vnde et lacto, ctas, propter quod, et in bonam partem et in malā accipi poſſunt, vt allicio, elicio, et alia. A' pellicio fiunt pellax pellicator, pellicatus, et pellex. Eſt et perliceo, ſiue perlicio, quo vſus eſt. Liui. lib. iiij. Si textus non eſt viciatus. Negocium (inquit,) datur, vt quos quiſq; poſſet ex collegio tribunorum, ad intermiſſioneȝ perlicerent. Pellicio tamē, et pellexi, et pellectus magis in vſu ſunt, q̄ per liceo, vel perlicio. Perlectus in iſta ſignificatione nequaq̄ haberi puto, ſed pellectus tantum, ne à perlego putaretur.

Pellicator, qui ad fraudem pellicit.

Pellex à pellendo qui vxoreȝ à viro pellit et refertur ad vxorem. Vnde Iuno preſequebatur pellices ſuas, quoniam à ſe iouem ab alienabant, poteſt tamen etiā dici à pellicio ꝙ ad ſe viros pelliciat. Pellex vt inquit iureconſultus illa vulgo appellatur, quę cum eo, cui vxor ſit corpus miſcet. Inde apud oratores, et poëtas pellex non tam viri, q̄ vxoris nuncupatur. Cice. Vxor generi, nouerca filij. filię pellex. Sueto. de Cęſa. Pretereo actiones Dolobellę in quibus eum Dolobella pellicem regine dicit. Concubina. quę cum cęlibe viro ſine nuptijs locū tenet vxoris, quaȝ gręco vocabulo παλλακὴν pallacen appellamus. Sue. de Veſpa. Inde quieti vacabant accubante, aliqua pallacarum, quas in locum defunctę Centis plurimas ꝯſtituerat. Iuſtinus quoq; Cyri pallacem nominat licet licio librarioꝝ pellicem ſcriptuȝ reperiať. Pellex latinum nomen eſt à pellicio, quod eſt blandiēdo decipio. quia blandiendo viꝝ ab vxore ſeducit. Cice. in Sal. omnium cubiculorum pellex, ē ideȝ poſtea adulter. i. pueri lędebas alienas vxores pręripiens eis maritos, vir poſtea lęſiſti maritos pręripiens eis vxores.

Pellicatus, us, actus, quem pellex exercet, ſicut ꝯcubinatus, quem concubina. Sine concubitus pellicis, vt adulterium concubitus adulteror.

Pellene, p. ꝓ. oppidū Achaię, inqt Stra. A' q̄ pellenęi populi.

Peligni populi Marſis finitimi, quoꝝ metropolis eſt Sulmo. Pelignum enim vrbs. ex q̄. Oui. duxit originem, ſicut ipſe teſtatur Pelignę gentis gloria dicar ego.

Pelluceo, per medium luceo. Iuue. Cretice pelluces.

Peloris, idis, genus conchę. Hora. in Ser. Murice. baiano melior lucrina peloris. Mar. Tu lucrina voras, me paſcit aquoſa peloris. pelorides etiam, ſeu pelorię apud Iuliū pollucem baſilicę, hoc eſt regię dici ſolent. Author Athenęus.

Peloria ciuitas paleſtinę à pelore terrigena dicunt.

Pelorus, pe. produ. promontorium Sicilię Italiam verſus, à Peloro gubernatore nauis Annibalis ibi ſepulto. Pompo. Annibal fugiens ex Africa, cum ad has anguſtias deueniret, ſeutentis pelagi et proditum ſe putasſſet, peloruȝ gubernatorem nauis occidit, et tumulauit. De hoc promontorio Lucil. lib. ij. Extremi colles ſiculo ceſſere peloro.

Pelonę baſilicę, ideſt regię dicuntur.

Pelorus, latine excelſus, et vaſtus. Quo nomine dictus eſt Polyphemus ab homero.

Pelicanus, auis Ægyptia naſcitur in ſolitudinibus maxime Nili fluminis. Duo autem ſunt pelicanorum genera, vt docet. Hierony. Vnum volatile, aliud aquaticum, et latine dicunť onocrotali, Gręci πελεκᾶνας, nos pelicanos. Hę aues, tanquam colaphis roſtrorum dicuntur occidere paruulos ſuos eoſdemq̄; in Nido occiſos, à ſe lugere, per triduum. Poſtremo dicunt matrem ſeipſam grauiter vulnerare, et ſanguinem ſuum ſuper filios fundere, quo illi ſuperfuſi reuiuiſcunt. Hierony. ad Pręſidium ſic habet. Pelicani cum ſuos à ſerpente filios occiſos mortuos inueniunt, lugent, et ſe, ē ſua latera percutiunt, et de ſanguine excuſſo. ad latera corpora mortuorum ſic reuiuiſcunt.

Pellis diciť, cū eſt à carne ſeparata, q̄ cutis antea dicebatur. Iuue. Hēs deformē ꝓ cute pellem, dicta pellis, vt qdam putant. à pellendo ꝙ externas iniurias tegēdo repellat. Hęc poſtq̄ concinata eſt, ad calceos, et cętera opa faciēda aluta dicitur. Var. Paſceolus ſaccus eſt, et aluta factus.

Pelleſuina taberna, vel locus, vbi pelles venduntur. Sicut ſutrina vbi calcei.

Pellicula diminutiuuȝ parua pellis, vt in lib. Geor. Pelliculiſq̄; hędorum coli nuda.

Pelliciū, vel pellicea veſtes ex pellibus. Hiero. ꝓ Ioui Deiecti ī vallē lachrymaꝝ tunicis ꝯſutis, et pellicijs veſtirenť.

Pelliceus, cea, ceū, qđ eſt, ex pelle, vt veſtis pellea pellitus.

Pellitus, ta, tum. pe. ꝓ. qđ pelles habet. Prop. Pellitos habui. ruſtica corda patres.

Pelliculo, las, penul. cor. Pellibus obturo. Colu. Vas opertulatum pelliculauit.

Pelliones, qui veſtes pelliceas, et alia ex pellibus opa faciunt

Pello,las, quamuis non ſit in vſu, habet tamen compoſita. Appello,compello,et interpello.

Pello,lis pepuli,pulſum.i.percutio, ferio.Teren.Quiſnam à me pepulit tam grauiter fores? Aliqñ abigo, extrudo.Pla. Pelle aïo timorem,mox aderit gnatus.Huius compoſita ſunt appello,ſiue aſpello,appello,ꝑ duplex pp, cōpello,depello,diſpello,expello,impello,ꝓpello,quod eſt à lōge pello,à moueo.Salu.Collegā ſuum Antonium pactione ꝓuincię ꝓpulerat,ne ꝯtra Remp.diſſentiret.Aliquando ſignificat vltra duco.Colu.lib.ij.Cum ventū erit ad verſuras, in priorem partē iugum ꝓpellat.Perpello ꝑfecte pello,induco. Liui.lib.i.Incenſam multitudinē ꝑpulit,vt imperiū regi abrogaret.Repello,retro pello, à ſupino pulſuꝫ fit freq̄ntatiuū pulſo,as.Antiq ēt dixerūt pultū,à q̄ pulto, Pelta.ſcutuꝫ breuiſſimū in moduꝫ lunę iā medię. (as. Virg.Ducit amazonidum lunatis agmina peltis.

Peltaſtę pedites appellati ſunt,qui ad motum, ꝯcurſumq́; leuiores erant peltis vtentes.

Peluis,quaſi pedeuis, vt Var. inquit.A' pedū lauatione.Alij peluim ſinum aquariū putant,in quo varię res pluunt.

Pelluuiū, et pelluuia,foeminino genere vas quo lauātur.pedes,ſicut malluuiuꝫ,et malluuia,vas,quo lauant manus dictū pelluuium à pelluendo,hoc idem polubꝫ dr̄.Labꝫ com nune eſt,quod vulgo dicit bacille,ſimiliter,ē peluis.

Pelluſium vnū eſt ex oſtijs Nili, et ciuitas propè in q̄daꝫ Ægypti parte,q̄ Auguſtanica appellata eſt,propè thebaidem.Hanc vrbem ꝯdidit Peleus Achillis pr̄ monitu deorum,poſt luſtrationem .Eo.n.tpe Peleus furijs agitabatur quia fratrem focum interemerat,et purgari quęrebat.

Peluſius,ſia,ſiū,pos.Mar.Accipe niliacā peluſiā munera gē (tē.

Peluſiacus,ca,cuꝫ,pe.cor.ſilib̄er poſſes.Virg.li.i. Geor. Nec peluſiace curam aſpernabere lentis.

Peluſiotę,populi Peluſium habitantes.Hiero. contra Ioui. Impelle ſi vales peluſioten,vt manducet cępe.Ideꝫ in Pāma.Peluſiotas nos appellant,et luteos,aïaleſq́; et carneos.

Pendeo,des,pependi,penſum ſigt in ſublimi,ſiue ſuſpēſum eſſe. tractum à pennis auium.Virg.Incultiſq́; rubens pēdebit ſentibus vua Plau.in Aſi.Nudus vinctus cētum pōdo es,per pedes qñ pendens. Hinc per tranſlationem pendere ꝓ ſuſtentari ponit.Oui.Pendet et à veſtra noſtra ſalute ſalus.Quandoq; pro cruciari,et in poena eſſe,et ſic cōſtruitur,cum gtō,vel abltō.Cice.lib.i.Thuſc.Quod ſi expectando,vel deſyderando,pendemus animus,cruciamur,et angimur.Idem in Hor.Et qui expectat. pendet animi & pendere dicit,q nimio deſyderio,alicuius rei intentus,ceſſat ab omni alio opere,ē id vnum ſolicitus expectat.Oui. Narrantis coniunx pendet ab ore viri.Virg.Dum ꝯſulta petis noſtroq́; in limine pendens.Item dubitare.Sene.Pendet animis,ē in diuerſa trahit.Item ceſſare.Virg.Pendent opera interrupta,mineq́; murorum ingentes. Huius compoſita ſunt, Appendeo,dependeo,impendeo, propendeo,et ſuſpendeo,quod eſt ſupra pendeo.Colu.lib.v.Ruſticos ſubigere iugo palmaꝫ,et ita collocare,vt ſol ui minime ſuſpēdeat.Interduꝫ eſt mediocriter,vel q̄ſi imminere. Cic.peto. Quid ipſa res,mō honeſta,modo turpis ſuſpēdet,flagitio (ſuꝫ ē.

Pēdo,dis,pependi,pēſuꝫ verbum actiuū.Et aſſum pta e, ſit neutrum in alio ſenſu.Significatq́; pōdero,et ꝑ tranſlationē ꝯſydero,ęſtimo. Vnde ē eos genitiuos regit, quos verba precium ſignificantia habere ſolent,vt magni pendo,parui pendo,nihili pendo, flocci pendo et huiuſmodi,quod ēt in magna, et parua ęſtimatione. habeo.Vnde magis ſeparata,q̄ compoſita ſunt dicenda.Pēdere eſt etiam ſoluere.Liui.lib.i.Ad equos emendos dena milia ęris ex publico data,ē q̄bus equos alerent,viduę attributę,quę bina milia ęris in annos ſingulos pēderent. Sal.Semꝑ illis reges tetrarchę vectigales erant populi,nationes ſtipendia pendere.Vñ poenam pendere proprie dicitur,qui ob delictum pecuniam ſoluit.Virg.Tum pendere poenas Cecropidę iuſſi,quod ex eo tractum eſt,ꝙ ęre graui,cū vterent,romani eo penſo,non numerato debita ſoluebant.Libralis enim,et dipondius appendebat aſſis.Vñ de ęris grauis pęna,hinc penſiones dictę ſunt.Iteꝫ pendere,ſuſtinere.Lactan.li.ij.Eoſq́; impietatis,ac ſceleris ſui ſupplicia penſuros.Cōpoſita ſunt.Appēdo,cōpendo,vñ cōpendium.Diſpēdo,varię pēdo,à quo diſpendiū Dependo, quod eſt do.Colu.li.v.Nāq; aliter incaſſuꝫ dependit opa, cum de generes ēt renouatę priſtinū ſeruabūt ingeniuꝫ. Expendo,impendo, ꝑpendo,diligenter ꝯſydero, ſeu ꝑfecte pōdero Lactan.li.vi.Nihil.n.ſapiunt,niſi terram,bonaq́;, et mala ſolius corporis ſenſu,ac voluptate ꝑpendunt.Cic. Quid in amicitia fieri oportet,quę tota virtute ꝑpenditur .i.exacte pōderat, examinatur.Augu.lib.iij.de ci.dei.Nec nos in ea re diligentius requirenda per multorum ſcriptorum ꝑpenſa teſtimonia demoremur.ꝓpēdo, p̄pendo, antepēdo. Proper.Cum tua prępēdent demiſſa in pocula ſerta.Rependo,et ſuſpēdo,ſurſum pendo,alte ligo. Vergil. Ante nouis rubeant,q̄ prata coloribus,ante Garrula q̄ tignis niduꝫ ſuſpendat hirundo.Quādoq; ſuſpēdere eſt anxium eſſe.Pla.Vix.compos mentis ſum,ita mihi ſuſpēdit aïum.Vir.Suſpēſi Eurypilū ſcitatū oracula phebi mittimus Et qm̄ dum anxij ſumus ēt dubij efficimur.Suſpenſum qñq; ꝓ dubio ponit.Sene.Suſpēſus aïo qd ageret cogitabat.Itē ꝓ placido, ac ſilēti.Terē.in Phor.Hęc vbi ego audiui ad fores ſuſpēſo gradu placide ire porrexi.Et ſuſpēdere etiam,eſt pendendo interficere.Lactan.lib.iiij.Tum ſuſpenderunt eum inter duos noxios,medium,qui ob latrocinia damnati erant.Hinc ſuſpendium,pro ſuſpenſione.Gel. Suſpendio vitam finiunt.

Penſo,ſas,à pendo,vel à pendeo frequentatiuum,ſignificat ſępe pondero,ęſtimo,vel aliqd pro alio do.Hiero. ad Iuli. Paupercula vidua omnes dicit in oblatione munerꝫ dei ſuperare locupletes,q̄ non pondere ſui, ſed offerentiuꝫ voluntate penſatur.Vale.Maxi. lib.i.Deductus,ac miſſus ad ſenatum legatus,vt ex ſe,ē vno,et ſene complures poenorum iuuenes penſarent in contrarium dato conſilio Carthaginem petijt.Hinc compenſo,diſpenſo,repenſo.Hiero. De eo autem,ꝙ niteris approbare conuitium, et homicidium racha,et adulterium et ocioſum ſermonem,et impietatem non ſupplicio repenſari iam reſponſum eſt.

Penſyto,tas ſępe,vel valde,bene pondero examino. Ply.lib. vij.Is demum vitam ęqua lance ꝑpenſitabit q ſemper fragilitatis humanę memor fuerit.Gel.lib.i.Aut virtutes pēſitabat,aut vitia rimabat,vt iudicium eſſe factū adamuſſim diceres.Et pēſitare eſt ſoluere,ꝯſueſcere.Ply.lib xij.Qui tradit ſingula milia talentuꝫ thuris annua penſitaſſe arabas regibus Perſaꝫ.Cice.in oratione contra mithrydateꝫ. Quę tandem eſſe exiſtimatis,aut eos qui vectigalia vobis pēſitant,aut eos,q exercent,aut exigunt.i. ſoluere ſolent.

Penſitator, ponderator. Gel. Verborum pēſitatores ſubliſſimi,à penſito,tas.

Penſor,qui ponderat,à pendo,dis,Augu.lib. vi. Confeſ.Dubitare ſtultum eſt.quin vtiq; melior ſit,q̄ menſor coeli,ē numerator ſyderum,et penſor elementorum.

Penſiculo,las,idem,quod pēſito.Gel.Penſicula vtrunq; moderare reperies ſuo,quodq; in loco ſonare aptiſſime.Hic pēſiculatores dicti ſunt,q aliorum dicta,ſiue dictiones exacte.ponderant.Et pēſiculate aduerbium.i.cum pondere.

Pēſilis et hoc pēſile,p.cor.quod ſuſpēſum, et ſublime eſt,vt Penſilis hortus,q ſupra ędificia factus eſt,hoc eſt in ſolario,vel in aëre ſublimis. Sic pēſilis vua.Hor. Tum pēſilis vua ſecundas ornabat menſas . Pēſilis homo,qui ſuſpenſus eſt.Plau.Reſtim volo mihi emere,qui me faciam penſilem.Pēſilis lectus.pēſiles lychni,ꝙ ſuſpēſi ſunt et in aëre pēdentes.Pēſilis vrbs,quę ſubter cauata eſt.Ply.Leguntur,ē penſiles hortos, immo vero totum oppidum feciſſe nullo oppidanorum ſentiente.Ideꝫ Magnitudo ē frequentia cloacarum vrbem pēſilem fecit. Pēſile horreum,quod nos vocamus granarium, ꝙ ſit in altiore domus loco. Colu.lib.i. Sed nos in noſtris regionibus , quę redundant vligine magis illam poſitionem penſilis horrei probamus.

bantus. Aliquando tamen pensilis dicitur mollis Virgil. Pilentis matres in mollibus. Ser. idest p nsilibus, nam molle, et pensile, conuertuntur.

Pensa, à pendendo, quod p aliqua re conducta soluitur. Et pensa plurali numero manipuli lanę liniue qui penden tur ex colo, et fuso trahunt, à pendendo, vel pensando, ꝙ pensaret. Nam cum dicimus pensum facit, significat filat. Plau. in Mer. Pensum faciat. Similiter trahit pēsa idem est, ac si diceretur filat. Oui. lib. ij. Fast. Lumen ad exiguum fa mulę data pensa trahebant. Iustinus. lib. i. Pēsa inter Vir gines partientes. Nam certo, quodam pondere lanę uēde bantur. Vnde et famula illa, quę alijs diuidebat lanas ab aliquibus librana à libra dicebatur, q̃uis nonnulli negēt. Dicitur et pensum circumspectio quędam, et cautio ne vtili honestoue temere aliquid agendo discedamus, quia rem illam pendimus, idest diligentius existimamus. Quā doq; pensa capiuntur pro filis. Virgil. de Textrice Excussi manibus radij euolutaq; pensa.

Pensum. Vide in dictione Pensa.

Pensus, sa, sum, ponderatus, examinatus, per translationem ponit̄ pro bono, et sapiente. Plau. ī Sti. Age tu altera vtra sic conditio pensior, virginem, an viduam habere. Quan doq; ponitur pro ęquato. Salu. Neq; id quibus modis asse queretur, dum sibi regum pararet, quicq̃ pensi habebat.

Pēsio dicitur id, quod pro re aliqua conducta soluitur. i. qđ datur pro rei alicuius vsu, aut agri, aut domus. Cice Leptę. teneor. tū, dū à Dolobellę p̄curatoribus exigā pmā pēsio

Pensionarius, ria, riū, q pensionē alicui soluere tenet. (nē.

Pēdulus, la, lum, qđ pēdet. Ouid. lassaret viduas pēdula tela manus. Hierony. ad Pamma. Maluit in humilioribus tu to pgere, q̃ pendulo gradu ī sublimioribus fluctuare. Col. Tum deinde macriora, et pendula loca luna crescente fi mo iunanda sunt,

Penia grece latine paupertas.

Pēte grece latine qnq; dr̄ à quo multa p cōpositionē fiūt.

Pētatenchus, dici potest volumē quinq; librorum. nam πέντε quinq;, τεῦχος volumen.

Pētaphyllon, herba qnq; folia hēs, hēt multas virtutes.

Pētarchus, qui quinq; viris pręest.

Pētacontarchus, dici potest qnquagenarius. i. q pręest qn quaginta. Nam πεντήκοντα, quinquaginta dicuntur.

Pētecostē, stes, à penteconta dici potest qnquagenaria. qm̄ Hęc dies, à resurrectione domini distat qnqu aginta die bus, nam pētecostos latine, qnquagesimus dicitur.

Pētathli, dicuntur illi q in ludo quinq; artes gymnasticas exercent, videlicet, discum cursus, saltum, palęstram. et ia culationē, et ipsa, exercitatio pentathlon latini alio nomi ne quinquertium, à quinq; artibus, et ipsi pētathli, idest athletę qui his qnq; artibus se, exercebant, quinquertio nes appellantur à πέντε, quod significat quinq; et ἆθλος certamen. Ply. de Myrone. Hic fecit delphicos pentathlos Cęterę plus est pancratiasten esse, q̃ pentathlū, sicut vtiq; plus est piodo victorem esse, q̃ pancratio pētathlos q ge neribus illis quinq; certauit, pancratiastes q certauit, et vicit ad periodo victor, q sacra grecie certamina obiuit et vicit. Nemea Pythia, isthmia Olympia.

Pēthememeris, p. cor. latine semiqnaria cęsura est, quotiens post octo tempora, syllaba relinqtur, partē orationis ter minans. Hęc autem cōis est, vt omnia vincit amor, et nos cędamus amori. Pēthe. n. qnq; μέρις diuisio vel pars,

Petastice, porticus dn̄r. à qnq; columnarū ordinibus.

Pētaplis pe. cor. regio inter palestinam, et Arabiam, à qnq; ciuitatibus sic appellata, ubi Sodomum, et Gomorū oppi da. Hanc regionem, et Solinus scribit de coelo tractam testatur humus nigra, et cinere soluta. Nascuntur ibi po ma, quę comedi non possunt, licet matura uideantur le niter manibus pressa fumum exalant, et in puluerem fa tiscunt. Est et Pētapolis regio in Lybia, à quinq; ciuitati bus dicta, quę et Cyrenaica vocatur.

Pētaglottos, latine qnque linguis dicitur.

Pentapeton herba dicta quasi, quinque penna.

Penthos, à nostris dr̄ luctus, unde pētheus nomen p̄prius.

Penus, hic uel hec quartę declinationis. Et hic penus, peni, sm̄ Prisci. Et hoc penus penoris. Et hoc penum. Et hoc pe nu indeclinabile, significat omne esculentū potulētumq;. quo uescuntur homines. Dictum penus, ꝙ ea quę longe usionis gratia contrahunt et recondunt non in p̄mptu sint, sed intus, et penitus habeantur. Fes. Penora res ne cessarię ad uictum quotidianum. Plau. in persa. Nam nisi penus annuus hodie conuenit, cras populo p̄stituam vos. Teren. in Eu. Prius ad te penum omnem congerebam clanculum. Lucil. Vt vxori legata penus. Hora. in neu tro genere Annonę prosit portet frumenta penusq;. Pe num Afra. Vos quibus cordi est intra tunicam manus lena, dextra in penum herile. Gelli. Ex masurij authori tate demonstrat thus, et cetera ligna, quęq; penori à scri bi posse. Nos vero aromata, caseum carnes salitas, et alia esculenta dabimus seruanda.

Penuarium, siue penuaria cella dicitur omne, quod in penu reponitur, et ipsum penu, et quod in penu est.

Penuria, quasi vrens penu, vel quod penè vrat, vel quod penè minus sit, q̃ necesse est, significatq; omnem inopiā rerum, et p̄sertim earum, quę in penu recondi solent.

Penes p̄positio quomodo sumatur. Vide in dictione apud.

Penè aduerbium remittendi significat paulominus, cuius prima produ. vlti. cor. Clau. lib. i. Penè reluctatis iterum pu gnantia rebus. Sta. Et q tibi pythie ladon penè socer.

Peneus, fluuius Thessalię, qui et Araxes dictus est primo ꝙ per abrupta montium se proruat, vt inqt Eusta. Hic in ter Ossam, et Olympum decurrens collibus dextra lęuaq; molliter curuis ī eo cursu Tēpe qnq; miliū passuum lōgi tudine, et ferme sex latitudine pulcherrimū agrum facit.

Penelope, Icari filia, et Vlysis vxor, q̃ lanificio, et absentiā mariti solabatur, et procos frustrabatur, quibus se con cessuram absoluta tela pollicebat, sed vt eos longius fru straretur noctu retexebat, quod interdiu texuisset. Dicta ab auibus, quę Penelopes dicunt, cuius nominatiuus sin gularis est. Penelos, cus prius arnea vocaretur, quasi abie cta, repudiataq;. Etenim in mare proiectam ab Icario pe ribeaq; parentibus ferunt educauisse penelopes.

Penelops, pis, genus auis πηνέλοψ, à quibus auibus dicta est Vlysis vxor.

Penis foeminini generis, cauda dicitur à pēdendo. Vnde, et offam porcinam, cum cauda offam penitam dicebāt. Hinc peniculos dicimus quibus calceamenta terguntur, post āt penis virile membrum dici ceptum est, sicut, et salax cau da, ꝙ non tam à pendendo q̃ à penetrando quidam dici voluerunt, et rectius masculino genere profert. Iuue. No uerunt Mauri, atq; Indi quem psaltria penem.

Penitus, ta, tum, pe. pro. quod ex penè, hoc est cauda est. Vn̄ penita offa. Offa porcina, cu3 cauda. Penitus, pe. cor. sigt, quod est intra. Plau. in Asi. Age queso excrea, vsq; ex pe nitis faucibus ex interioribus. Antiqui quoq; penitior et penitissimus. Gel. penitissimas gētes, hoc est remotissimas vltimasq; q̃s. Ply. extimas vocat. Apu. In pētissimis mō tibus pro intimis etiam amplius. Inde penitior, interior, penitissimus, intimus. Inde penetro penetras.

Penitus, aduerbiū locale, q̃si penè ītus. i. valde, interne, seu intrinsecus, vel ītima pte, et secreta, vt cū dico. Penitus me noscis, h̄ est ītus, et ī cute. Vir. Et causas penitus tētare la tentes. Fit āt à penes. Id. n. penes nos videt̄ esse, qđ est peni tus reconditum. Interdū ponit̄, p aduerbio qualitatis, et sigt prorsus, vel valde. Virg. penitusq; sonātis Accessis sco pulos. Qñq; sigt longe. Idem. Penitusq; aliās adduxerat oras. Hinc penitus, ta, tum, de quo mox est dictum.

Penicilla, instrumenta pictoria. Vide infra in peniculis.

Peniculamentum pars vestis, quę terram attingit. Enni. pe dent peniculamenta, Imum ad quenque pedum.

Penetro, tras, quasi penitus intro. Lactā. li. iij. ad Ægyptios, et Magos, ē persas vsq; penetrassent.

Penetrabile, quod facile penetrat. Virgil. Penetrabile telum Mar. Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Interdum sumit passiue, quod facile penetratur. Liui. lib. xlv. Et ĩ asperis locis silex sępe ĩpenetrabilis ferro occurrebat.

Penetrale nomẽ substantiuũ sigt oẽm partẽ interiorẽ domus, vel templi, licet sit intecta, seu omne, qđ in intimis partibus est. Vñ penetrale sacrificiũ dicebat quod in penetrali, hoc est in intima parte domus fieri solebat. Lactan. de opi. Quantulum. n. videre possemus, si mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernas rimulas attenderet. Est ẽt adiectiuus, vt apud. Virg. Eternumq; aditis effert penetralibus ignem quasi penitus remotis.

Penates dicti sunt dij domestici, ꝙ penes nos nati sint, vel ꝙ non longe absint, ab hac vita, siue ꝙ penitus ĩsident. Ex quo ẽt penetrales, à poëtis vocantur. Alij à penu, hoc nomen deriuãt. Macro. Penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationes animi possidemus. Hi sunt quatuor elementa quibus omnia composita constant corpora. Cuius nominatiuus sing. ꝑm aliquos, est hic penas ꝑm aliquos, hic penatis.

Penatores qui penus gestant. Cato aduersus macilium postq̃ nautas ex naui, hoc adduxi nõ ex militibus, atq; nauciꝭ piscatores penatores feci.

Peniculus, et penicillus, siue peniculum, et penicillum, q̃uis diminutiua videantur à penis. Significant tamen ea, quibus calceamẽta, vasaq; tergunt. Item q̃bus pictores pingunt quoniam ex caudaꝝ extremitatibus fiant. Ply. lib. xxxv. Arreptoq; peniculo, lineã ex colore duxit summę tenuitatis, per tabulam. Idem in eodem. Vsus ad penicillus, aut silignum colorare libeat. Quint. lib. ij. insti. Vt cęlator cęlum, et pictor penicilla desyderant. Item, q̃bus Albariũ tectorio inferunt, qui dicuntur tectorij peniculi. Ply. Setarum ex his penicillis tectorijs cinis cum adipe tritus. Itẽ quibus vulnera stipantur. Vel ideo, ne claudantur, vel vt aperiant magis, vt sunt penicilli ex linteolis concrepitis, ex medulla sambuci, et ex spongia. Idem, tum peniculo vulnus apertum. Omne pręterea, quo ad aliquid mundandum, illiniendumue vtimur, penicillum, vel peniculũ vocamus pręsertim, si ex spongia sit factum Teren. in Eu. Quid ignaue peniculum pugnare, qui istuc huc portes cogitas? Plyn. Hyssopumq;, cum myrrha calidum penicillo illitum. Item spongię genus nobilissimum est, qui penicillus dicitur, ex quo fiunt penicilli.

Pẽna, per duplex nn, auium est. Sunt enim pẽnę maiores q̃plumę. Et est generale ad pinnas, scilicet summitates, et ad plumas, pinnę autem proprie sunt pennę, quę plumę, hoc est molliores, et exiguę pẽnę non sunt.

Pẽnula, siue pinnula, pars summa auris ab acuitate dicta. Vñ in Leui. legit. Cuncta, quę nõ habẽt pẽnulas, ẽ squãmas in aquis polluta erunt. Proprie vero pẽnula diminutiuum est, à pẽna. Aug. lib. v. de ciui. dei. Qui nec auis pẽnulã, nec herbę flosculũ, nec arboris foliũ, siue suaꝝ partiũ ↄueniẽtia dereliq̃t. Cice. lib. iij. de nat. deoꝝ. Cum autem pennulis vti pñt, tum volatus eoꝝ mr̃es prosequuntur.

Penula ꝑ simplex n, vestis, quę nebuloso, seu pluuioso tempore, supra tunicam assumitur loco palli, ad arcendas à corpore pluuias. Põpo. ĩ panicea. Penulã in caput iduce, ne te noscat. Quin. Cum Galba penulã roganti amico respondit. Si non pluet, non opus est tibi. Si pluet ipse vtar. Iuue. Et multo stillaret penula nimbo. Hęc, si ex pellibus esset scortea vocabat. Marc. Ingrediare viam cęlo licet vsq; sereno. Ad subitas, nunquam scortea de sit aquas. Augu. lib. i. confes. videtur significare penuriam fuisse habitum grãmaticoꝝ. Quisquis inq̃t penulatoꝝ magistroꝝ audit aure sobria, ex eodem puluere hominem clamantem, et dicentem. Fingẽbat hęc Homerus. Vlpi. inter communia vestimenta q̃bus vir, et mulier promiscue vtunt, penulas annumerat. Var. dixit non quęrendã esse penulam homini, qui habet virtutem. Scribit Lampri. Alexandrum constituisse, vt senatores penulis intra vrbem, frigoris causã vterentur, cum id vestimentum itinerariũ, ẽ pluuię fuisset. Erat etiam penula gausapina candida, ac villosa, qua per ęstum vtebantur. Mar. Is mihi candor inest, villorum gratia tanta est. Vt me, vel media sumere messe velis.

Pẽnatus, ta, tum, quod pẽnas habet, ut uolucres pẽnatę. Sic. Impennatus, qui pennas non habet.

Pẽnariũ, in q̃ pẽnę reponunt, sicut calamariũ, ĩ q̃ calami.

Penulatus, penula indutus. Vide in dictione Penula.

Penularium, locus, in quo penulę reponuntur.

Peplus, siue peplum, uestis solemnis, quę inijcitur, uel uiro, uel foeminę, uel deo, deęue, quam. Ser. Ait esse palam pictam foemineam mineruę sacratam. Virg. Crinibus iliades passis peplumq; ferebant. Plaut. Nunq̃ ad ciuitatem uenio nisi cum infertur peplum, hodie Poëtę tamen, ut inquit. Ser. abutuntur hoc nomine.

Pepones cucumeres torti rotundi. Hie. in lib. Nume. in mẽtem ueniũt pepones melones. Melopepones sunt melones.

Pepsis, latine concoctio, unde peptice medicamenta ad cõcoctionem, quę foris adhibent ἀπὸ τ̃ πέπτειν. Inde dispepsia mala cõctio, quando cibi, non proficiuntur. Macro. Ea maxime. Sunt mellita, quę mellita non sunt, dulcibus, n. cum pepsi satietas insida. Quę uerba sic intelligunt. Ea maxime melita, idest iucunda haberi, quę non sunt mellita. i. melle concinata, quoniã dulcia et ex melle composita non faciunt ad pepsim. i. ad concoctionem.

Per pręposítio est, quę separata quandoq; localem, quãdoq; temporalem habet significationem, vt Per urbem uado per medium diem operor. Quandoq; denotat personam, ut Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. Quandoq; iurandi est, ut per pol, idest ꝑ pollucẽ. Quãdoq; obtestandi. Virgil. Per te, per qui te talem genuere parentes. Quandoq; medium quẽdam, et quasi intercessorem significat, ut per meos amicos obtinui. Cic. Quod per me certior fias. idest me operante. Composita uero perfectionem denotant. Lactan. Si legit, perlegat, idest usq; ad finem legat. Cic. Nũcius, qui literas, accepit, non pertulit. Aliquãdo in bonum, uel in malum accipit, ut persequor. Aliquãdo abnegatiua est, ut perfidus, periurus, qui fidem, et iusiurandum fregit. Aliquando significat per medium, siue trans ut perfluo, perpluo. Perspicuum, percuius mediũ uidemus, ut crystallus. Aliquando habet uim aduerbij, et ꝑ ualde ponitur, tamq; superlatiuo, q̃ positiuo iungitur. Colu. lib. iiij. Nam credidisse uillicis, uel etiam uinitori socordis est, cum, quod longe fit, facilius adhuc perpaucissimis agricolis ↄtigerit, vt nigri uini stirpe careant. Cic. Pergrate mihi uisam est. Et si addatur q̃, significat maxime, ut perq̃ bonus, idest optimus, perq̃ magnus, idest maximus Iungitur etiam superlatiuo. Quod est contra lau. Vallam. Qui ait per quam iungi positiuo. Curtius. Perq̃ maximo põt exercitu cõparato. Aliquãdo significat nimis uehemẽter, et in bonam, et in malam partem, ut Pertinax, q nimis tenax est, durus, et inexorabilis. De q̃ infra. Cõponit aũt, cum dictione incipiente ab à, ut perago, b, ut ꝑhibeo, c, ut percurro, d, ut ꝑduco, e, ut pereo, f, ut ꝑfero, g, ut pergratus, h, ut perhibeo, i, ut periurus, l, ut perlego, m, ut permitto, n, ut ꝑnocto, o, ut peroro, p, ut perpẽdo, q, ut ꝑquiro, r, ut pergo, qđ ex per, et rego cõponit, unde et pręteritum perrexi facit, s, ut persuadeo, t, ut pertinax, u, ut peruerto.

Pera pellis, à collo ad lumbos pendens, et gestamen cynicorum. Id enim diogeni et Antistheni philosophis cynicis pera est et baculus, quod diadema regibus. Imperatoribus paludamentum pontificibus galerus. Est et pera saculi genus. Hinc peram materiam uocamus, qua panem et aliquid obsonij gestare uiatores solent quemadmodus poculum uiatorium quo uinum. Huius dimi. est perula.

Perça, cum diph. ulterior Iudęę pars, quia, ut inquit. Stra. Regio, quę trans Euphatem est. Perea nominatur.

Perago, is, pe. cor. peregi peractum, perficio, Sene. Omnia inchoat, nihil peragit. Interdum perduco. Plaut. Nauem peregit in portum. Apul. Et multas noctes peregi insomnes. Interdum

nes. Interdũ pertracto. Virg. lib. vi. Oĩa pcepi, atq; animo mecũ ante peregi. Interdum ptraho, vel pertrahere facio, vt Hic me ad carceres, ad mortem vsq; peregit. A' perago fit peractio, q̃ est pfectio. Cice. Senectus peractio ętatis est. Peragere reum significat condẽnare, sed facere reum est accusare, vnde ait iurecõsultus. Peregisse reũ nõ aliâs quis vr̃, nisi et ɔdemnauerit. Plyn. Dum peragitur reus.

Peragro, gras, pe. cor. ex p, et ago componitur, iuxta ppositionis, et agri significationem debet significare per agrum, siue per agros ambulo. Sed quia quod peragratur exprimitur, et pro actiuo ipsius verbi ponitur, agri significatio remouetur, et pro ambulo, siue inqrendo circumeo sumitur. Cice. libro. iij. offi. Et ob eam causam vrbe relicta, rura peragrantes, sępe soli sumus. Hiero. Eandem oram. Italię, quę quondam magna gręcia dicebatur, laboriosissime peragrauit. Hinc peregrinus peregrinor, à peregre dñr.

Perãno, nas, sigt p integrum annũ tps viuo. Cõponit. n. ex per, et anno, as, Macro. lib. i. Satur. scribit priscos Romanos mense Martio. et publice, et priuatim ad annã, pennamq; sacrificatũ ire solitos, vt annare, pannareq; ɔmode liceret, hoc est vitam degere incolumen per annum integrum. Sueto. ĩ Vespe. Ideoq; puella nata nõ perannauit. Perẽno vero, per e, significat diu viuo, et duro de quo infra.

Perbibo, pe. cor. perfecte bibo. Lactan. li. ij. Infecti sunt psuasione ac penitus eorũ mentes succum stulticię pbiberũt, sed hoc per metaphoram.

Per causam, siue per species, significat per simulatam causam. Liui. li iiij. Vt cum appropinquaret ianuę rex p cãm aliq̃ in angustijs substineret à tergo agmen. Idem Hi postq̃ aliqd monerent colloquendo, cum Annibale rati, nocte p spẽm venandi vrbe egressi, ad eum pficiscunt.

Percello, is perculi, perculsum, significat euerto, pcutio. Var. Alius teneram abiẽtem solus percellit. Aliquando differo. Lucil. Ad nonum hoc percellit annum.

Percipio, is pen. cor. perfecte capio. Aliquando ponitur pro intelligo, sentio, à quo Perceptio.

Percitus, pe. cor. nimis incitatus, q ira ac furore accẽsus est.

Percoarcto, ctas, ex p et con, arcto abiecta n, arcto vero frequentatiuum, ab arceo fit, et significat perfecte cogo, siue constringo. Colu. lib. ij. de foeno loquens. Tunc demum inquit, ɔuertemur, et vtrunq; siccatum percoarctabimus instringam, atq; ita manipulos vinciemus.

Percolo, pe. cor. perfecte colo, idest amo, siue veneror. Plaut. in tri. Feceris partius cęteris factis patrem tuũ si pcoles.

Percontor per o, et sine c, ante t, à conto dicitur, quo nautę vtuntur ad loca nauibus oportuna. Nam aquę altitudinẽ conto pertentant. Iuue. Esse aliquos manes, et subterranea regna. Et contum, et stygio ranas in gurgite nigras. Atq; vna transire vadum tot milia cymba. Percunctor vero p u, et c, ante t, fit à cunctus. cta, ctum, ꝙ à cunctis perquiratur, ꝙ is, qui curiosus est, per cũcta interroget, et vtrũq; significat, diligenter interrogo. Plau. Quid isthuc in mente est tibi ex me, mi vir percunctarier, idest morari quęrendo, siue per cuncta inquirere. Plyn. Percunctantiq; q̃ti licitaretur opera effecta, paruum nescio quid dixerat, Est etiam percunctari, Expectare. Teren. in Phor. Percunctatũ ibo ad portum quoad se recipiat.

Percurro, valde curro, siue currendo persenero. Pla. in Sti. Percurri, vt nunciarem nuncium exoptabile. Ter. in An. Continuo ad te properans percurro. Dona. Vide quantum properans, et percurro, vt continuationem cursus ostenderet. Quandoq; percurrere est, per aliquem locum currere, siue discurrere. Augu. Per translationem. Vt quid opus est multa percurrere, et multa vana heresũ enumerare. Quandoq; est negligentius, et cursim pertransire. Cic. lib. ij. de ora. Et multo apertius ad intelligendum, si sic construitur aliquando, ac non ista breuitate percurritur.

Percuro, ras, pen. pro. perfecte sano. Cur. percurato vulnere acrius obsidioni institit.

Perculsus participium à percello, sępius ad animũ refertur. Greg. Vna mulieris voce perculsus, dum mori timuit, vitam negauit, percussus ẽ" ad corpus refert fit à pcutio.

Percudo, is, pe. pro. perfectę cudo, et quasi frango. Col. lib. ix. Animaduertat auiarius, an pulli rostellis oua pcuderint.

Percutio, is, pe. cor. percussi, percussum, ex per, et quatio, q, in c, mutata, et abiecta a, significat ferio. Cuius compositum est. Repercutio. Amb. lib. i. offi. cum malediceretur non remaledixit; cum percuteretur, non repercussit.

Perdo, perdis, perdidi, perditum, ex per, et do, significat amitto, quasi nimis do. Qui autem nimis dat quicqd habebat amittit. Hiero. lib. i. Regum. Et de asinis, quas perdidisti, ne solicitus sis, quia inuentę sunt. Et perdere est perimere, quoniam quę amittuntur quasi mortua nobis esse videntur. Teren. Dij te perdant. Huius composita sunt. Deperdo, quod est in totum perdo. Caius scribit deperditũ dici, quod in natura rerum esse desijt, Diminutiuum, qd vsu raptum est. Disperdo, consumo, vel varie perdo. Plaut. in Tri. Pręterea aliq̃tum animi causa in delitijs perdidit.

Perduo veteres dixerunt, pro perdo, à quo perduaxo. Pla. Dij te deęq; omnes, perduaxint cum isthoc homine.

Perditus, ta, tum, pe. cor. amissus. Et perditus, qui ita alicui perturbationi, aut vitio subiacet, vt inde se eximere non possit, et qui omni vitio ɔtaminatus est, ita, vt de eo nulla spes habenda sit, perditus dicitur. Perditum enim dñt, quod ĩterijt, ac recupari nõ põt Cic. lib. ij. offi. Dũ hoĩes pditi hastam illam cruentem, et meminerint, et sperabunt.

Perditum perdamus, plus significat, q̃ pdamus solũ. Est. n. exaggeratio q̃dam. Cice. Terent. Ne puerum perditum pdamus, hoc est, ne ex infelicissimo infeliciores faciamus.

Perdite amare, est vehementer amare.

Perdix, auis nota à perdẽdo dicta. Nam, vt Amb. Ireneo scribit. Hęc auis dr̃ esse plena fraudis, et fallacię, quę decipiendi viatoris vias calleat, atq; artes nouerit, vt eum à pullis auertat suis. Certe si insistere aduertit, tam diu illudit, q̃ diu soboli fugiendi signũ tribuat, et ptãtes, q̃ vbi euasisse senserit, tunc se ipsa subtrahit, et lubrica arte deceptũ insidiantem relinquit. De hac Hiero. ad pręsidiũ. Perdix aliena oua calefacit furatis suis. Sed cũ creuerint ĩ nido pulli euolant, et ad parentes suos redeunt, mentitũ parẽtem omittentes, pdices sibi insidiant. Et si afferãt illos ad syluã q eos hñt vocem emittunt absconsi, et sic cęteri veniunt, et retibus capiuntur plus pedibus, q̃ pẽnis fugiunt aucupantes. Et si ad hoc fuerint, vt capiantur, sibi similẽ colore lapidem quęrunt, et ibi se supinos ponunt.

Perdius, ex per, et dius quod est dies, et is dicitur, qui p dieѕ vigilat, sicut pnox, qui per noctem vigilat. Gel. lib. ij. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius, atq; pnox à summo lucis ortu, ad solem alterum orienteѕ inconniuẽs, immobilis hisdemq; in vestigijs, et ore, atq; oculis ĩ eundem locum directis cogitabundus, tanq̃ quodam secessu mentis, atq; animi facto, à corpore, idest per diem, et per noctem. Sene. Id perdius pernoxq; agebat. Sic interdius intra diem, vel per diem, quia nulla vigilationis ppria significatio inest. Dius autem, pro die ponitur in compositione, et nomen est, et nominatiui casus, sicut noctu, p nocte. Plaut. in Mer. Neq; conquiescam vsq̃ noctu, neq; diu prius profecto, q̃ aut amicã, aut mortem inuestiganero.

Perdono, as, significat remitto. Augu. in interptatione Psalmi Expectans, Recedis à peccatis, perdonabit peccata.

Perduellis apud antiquos dicebatur, qui nunc hostis. Plaut. in Am. perduelles penetrant se in fugam. Ibi nostris aĩus additus est. et pduellis q p seditionẽ ĩterfecisset ciuẽ romanũ, aut arma mouisset, et ɔmisisset crimẽ lęsę maiestatis.

Perduellio crimen lęsę maiestis, aut reipu. seu is, q ita lęsit. Cice. lib. ij. offi. Nam pirata non est ex perduellionum numero diffinitus, sed communis hostis omnium. Vlpia. Pro crimine sumpsit. Qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus rempu. vel principeѕ animatus est. Antiqui perduellem dicebant, quem nunc dicunt hostem, et tunc hostis significabat peregrinum, qui suis legibus vteretur.

Perduco ad finem vsq; duco.Cice.in Cato.M.Quidem.Val. Coruinum accepimus ad centesimum annũ vitam perduxisse. Aliquando perducere est, per vim ducere.Inde pductores à Cice. in Ver.dicti sunt,qui, vt Asco.inquit in hoc differunt à lenonibus, q̄ lenones sunt scortorũ, pductores etiam inuitarum personarum.

Peredo,pe.cor.ex per,et edo,es,vehementer edo,à quo peredia,ę,ipsa comestio.

Peregre,pen.cor. aduerbium significat peregrinando , vel peregrinationẽ,seu longe à patria esse.Pla.in persa.Quia hęc peregre est.Et cõe,tam significantibus quietẽ.q̃ motum.Lactan.lib.ij. Quęro si quis imagines hominis peregre constituit contempletur sępius,vt ex ea solatiũ capiat absentis,vt peregre sum, peregre veni,peregre vado.Aug. lib.ix.conf.Frater autem meus quiddam locutus, q̄ eam non peregre,sed in patriam defungi foelicius optaret.i.in peregrinatione. A' loco vt Apud Plaut.in Am.Ita peregre veniens hospitio publicitus accipiat.

Peregrinus , aduena, et aliena loca peragrans , à peragro, peragras. Et differt ab hospite, q̄ peregrinus simpliciter eũ sigt q in sua ciuitate nõ est.Hospes,q in aliena ciuitate est an micus externus. Antiq tñ pegrinos dicebant hostes. Ambro.Aduersarios molli veteres appellatione noĩabant. Hostes enim antiquo ritu peregrini dicebantur.

Peregrina sacra dicta sunt,quę ex alijs vrbibus regiõis gratia sunt aduecta.

Peregrinor,pe.produ.deponẽ.absolutum significat,per aliena loca peragrans proficiscor.

Perendie,significat,quod vulgo dr̃,post cras.Cice. ad Atticum.Scies igitur cras,aut ad summum pendie.Hiero.ad Pam.Vt quod hodie nõ merui cras,vel perendie merear.

Perẽdinus dies dr̃,ab hinc tertius.Cęsa. Qui si per te liceat perendino die cũ pximis hybernis cõiunctim cõem,cum reliquis casum belli substineat.Hinc comperẽdino,nas.

Perennis, et hoc perenne p duplex nn, sine h,ex per,et annus mutatis literis , quasi per annos durans, idest perpetuus.Inde fit perenno,nas.

Perẽno,nas per annos duro.Col.lib.i.Sed et temperet vires clementia,cum et terribilior debet esse q̃ senior,ut obsequantur eius imperijs , et diutius perennent boues, non confecti uexationes simul uerberum operumq̃;.Idẽ.lib.iij. Rosa hoc modo culta multis annis perennat.

Perẽnitas, ipsa duratio. Idem.Nam ea cęli positio maxime frigida, et minime humida est, quę vtraq; perennitatem conditis frumentis afferunt.

Pereo,is,periui,vel perij,peritum, ſm Analogiam.Componit.n.ex per,et eo,qđ facit ictũ.Sed nunq̃ legi cũ tñ pituros habeat.Aug.sup Io.Tanq̃ essent ab illo pituri merito turbant,et sigt pire amitti. Hiero.in lib.Regum.Peperãt aũt asinę Cis pr̃is Saul. Quandoq; absumere butar via. Teren.in Adel. Nempe tua arte viginti minę pro psaltria piere. Vñ et p mori sumitur quasi in totũ ire,q̄ q perit, prorsus abit.'Ply.lib.vij.Tu q te Deũ credis, aliquo successu tumẽs,tãti tũ pire potuisti?Atq ẽt hodie minoris potes q̃tulo serpentis ictus dente,aut ẽt, vt Anacreon poëta accino vuę passę,vt Fabius senator ptor in lactis haustu, vno pilo strãgulatus.Huius ꝯposita sunt.Depeo,ẽ dispeo.

Perfodio,is,pe.cor.Vide in dictione Fodio.

Perfrico,pfricas,pen.cor. valde frico.Perfricare vero os,seu frontem significat pudorem deponere.Nam cum in pudibundo sanguis diffundatur,et corde in faciẽ, tanq̃ velamentũ q impudibundi sunt,ẽ inuerecũdi,et erubescere videri nolunt,hi solẽt os,et frontẽ pfricare ad ruborem illum digerendũ,et sanguinẽ ad interiora repellendum. Hinc facta ẽ locutio prouerbialis de inuerecũdo,vt dicat Perfricuit os,pfricui faciem,pfricuit frontẽ, p eo q̄ ẽ, pudorẽ abiecit.Cic.lib.iij.Thusc.Quid tergiuersamur,nec fatemur eam nos dicem voluptatẽ, quam tu idẽ,cum os,pfricuisti,soles dicere.Ply. Perfricui faciẽ,nec tamẽ profeci. Mar.Et si perfricui frontem,posuiq̃; pudorem.

Perfero,pe.cor. vsq; ad constitutum finẽ fero.Cic.Sed nũcius ille,q literas accepit, nõ ptulit.Alibi pro denunciare posuit,vt in Epistola ad Cęlium.In his sum locis,quo et pp longinquitatem , et propter latrocinia tardissime oĩa pferuntur,idest portantur,vel denunciatur.Aliquando patior,vt diram crucem pro nobis Christus pertulit.

Perfido,dis,pe.pro.valde fido.Ci.lib.iij.offi.Sic homines Secundis rebus effrenatos sibiq̃; pfidẽtes tanq̃ ĩ gyrũ rõnis.

Perfidus,pe.cor.qui fidem violat, siue pdit.Virgil.lib.x.Nũc pelagi nymphę classis tua pfidus, vt nos Pręcipites ferro. Rutulus,flammisq̃; pręmebat. Hinc perfidia, et pfidiose. Cic.lib.i.ad Heren.In odium adducemus, si quid eorum spurcę,ẽ supbe,perfidiose,crudeliter,confidenter,malitiose, flagitiose proferemus.

Perfidus,pen.pro.à fido,dis, pro eo,cui multum fidendum est,sicut infidus,cui non est fidendum.

Perfructus,à perfruor.Cic.ad Horten. Et amęnitate loci pfructus est.

Perfuga,pe.cor.qui ad hostes perfugit,vel transfugiẽdi morem perfecte nouit.Cic.lib.iij.offi.Cerfuga,ab eo venit in castra Fabricij.

Perfugio,gis,pen.cor.Vide in Fugio.

Perfugium,locus vtilissimus,quo nos in vexatione,aut calamitate recipe ꝯtendimus,q̃uis id non minus apud homines sit.Apul.Perfugium facinorosorũ hominũ.Liui.lib.ij. Itaq; ĩ medio propè iam victores cęsi,et usti,pars perexigua,duce amisso, quia nullum ppius perfugiũ erat Romam inermes, et fortuna,et spe supplicum delati sunt. Transfert etiam ad alia, vt literas, Cic.Itaq; vtor eodem perfugio,quo tibi vtendum censeo literulis nostris.

Perfunctorius,ria,rium,à perfungor,significat,quod cito,ẽ leniter transit.Amb.lib.de Para. Cognoscere vtiq; non sola et perfunctoria scientia est,sed in eorũ operatione,quę oporteat fieri.Hinc pfunctorie, quod est trãsitorie,ẽ inaniter.Idem lib.Hexa. De naribus quid loquar? q̃ biuio,et pcero foramine antrum , quoddam recipiendis odoribus pstant,vt nõ pfunctorie odor trãseat,sed diutius inhęreat naribus,et earum ductu cerebrum,sensusq̃; depascat.

Perga, oppidum in Pamphilia, à quo diana pergęa dicta ex,propter templum illi dicatum.

Pergamum,siue pergamus , ciuitas Asię insignis, quę diu sub attalicis regibus fortunata fuit, et postea Romanorũ prouincia facta est.Apud quam chartę vsus inuentus ẽ, quę nunc quoq; vulgo pergamena dicitur, ab Attalo, vt Helianus,vel ab Eumene,vt Plyn.ait.Ex pergamo Galenus medicus celebris,et apolodorus orator fuit qui artes conscripsit, et Apolodoriam sectam introduxit et Augusti Cęsaris magister fuit,Et discipulum memoratu dignissimũ, Dionysium ciuem suum cognomine Atticum,qui sermones, et historias conscripsit edocuit. Est et Pergamum Idę promontorium.

Pergama,pergamorũ,arces troianę,quę qm̃ altissimę erãt, oĩa alta ędificia pergama sunt appellata. Vnde non immerito vrbs Cisalpinę Gallię, ex qua ortum duxi, Pergamum dici posset,q̄ in ędito loco sita sit.Sed Plyn.authoritas non parui pendenda fuit,qui Bergomun per b,et o, scribit,et eius incolas Bergomates,appellat.

Pergo pergis,perrexi, ex per,et rego significat vado. Plyn. Mox vbi pluribus eodem modo se corijs loricauit in dimicationem pergit.Quandoq; pergo est prosequor,perseuero, siue procedo. Terent.in Adel. Nam si molestus esse pergis.Virg. O dea si prima repetens ab origine pergam. Quandoq; ago.Idem Pergite Pierides.Quandoq; Festino Teren.in Phor.Domum ire pergam , vbi plurimum est. Quãdoq; Concor.Idem in eadem Hoc vbi ego audiui,ad fores suspenso gradu placide ire perrexi.Hinc componitur expergo,quod significat expergefacio.Actius,Heus vigiles pro parte expergite pectora tarda sopore.Sipontinus cõponi putat ex per, et ago, sed vt opinor fallitur tum quia preteritum perrexi facit, secundum Analogiam simplicis

rego,non peregi,quod est,à perago,tum quid perago cõpositum habetur ab ago.

Pergrecor,aris epulis,et potationibus inseruio,quod ē grecorum ꝓpriū.Titi. Hoiem impium nunc ruri pergrecatur.

Pergula locus apertus à multis lateribus aërem excipiens aliquando extra parietem porrectus,et modo tectus,modo sub dio expositus à pergendo dicta,ꝙ in ea deambulare soleamus forumq́; , aut hortum, aut plateas,aut vias perspectare, et qnq́; cenare in pergolis perceptores discipulos erudiebant,aliiq́; artifices opera sua,velut in ꝓpatulo habebant.Vnde Sue.de Crassicio grammatico.Deinde in pergula docuit Ply.de Appelle.Idem perfecta opa ꝓponebat in pgula transeuntibus, atq; post ipsam tabulam latens vitia,quę notarentur,auscultabat.Est et pgula ordo, ac cętus ministrorum obedietium structori.Iuue.Sed nec structor cui , cedere debeat omnis Pergula.i.pergentinus ordo.Item in naui pergula dicitur excursus,per totā nauim.et alio nomine portisculus appellatur.In vineis vero topiarium opus significat. Colu. Si quę pergulę vitium generosarum à putatoribus relictę sunt , ante calendas Aprilis vtiq; deputari debent.Ply.etiam vitium generosarum pergulas pręcepit,quinquatribus esse putandas.

Perhibeo,es,pe.cor.ex per,et habeo significat dico,et firme teneo.Col.lib.iiij.India perhibetur molibus ferarum,mirabilis.Interdum perhibere est dare.Idem in eodem , Eius rei testimonium tu pręcipue Syluine perhibere nobis potes.Quandoq; pręcium denotat eo modo,quo vēdo.Plau. in Persa.Eodes mihi pręcio sal perhibetur,quo tibi.Quod significat non pluris ego te facio,q̄ tu me tanti mihi sal constat quanti et tibi.

Peri pręposition gręca , modo significat de modo vltra mō circum,à qua multa per compositionem fiunt.

Periarchon significat de principiis,siue principalibus περὶ enim significat de ἀρχῶν principiis, licet sit genitiui casus quia gręci carent ablatō.Scripsit Origenes librū Periarchon,inquit.Hiero. Qui sunt re verra aliâs obscurissimi, et difficillimi , De rebus ibi talibus disputat,ī quibus phi omni sua ętate consumpta nihil inuenire potuerunt.

Peribolus,pe.cor. latine circuitus . Dicitur et Peribolum,à περιβάλλω circumeo . Et capitur pro septo et corona domus, quę fit ne quis delabatur, quę lorica loriculaúe alio nomine dicitur vide in loricula.

Periboëton περιβόητον, gręci dīt celebrē famigeratumq́;.

Pericope,pe.cor.amputatio pcīsio dr̄.Hiero.ad Pama. Aut si tu quoq; narem contraxeris illam apostoli περικοπὴν, idest amputationem,in qua de virginitate,et nuptiis disputat,aliter differere compelleris.

Pericles, nomen viri clarissimi Atheniensis, qui Rempub. xl.annis gubernauit,ex περὶ, et κλέος gloria.

Periclimenes,nomen filii Nerei,et fratris Nestoris.

Periculum à pereo deduci videt, et salutis discrimen sigt. Virgi.Obscęnamq́; famem,q̄ prima picula vito.Aliquando dicit̄ experimentum,ꝙ rarum est tentamentum sine piculo.Ter.in Eu.Fac periculum in literis.Et sic à perior antiquo verbo,ſm Ser.deriuat,sicut à fero,ferculum.

Periculosus,sa,sum, quod est cum periculo. Cice. lib.i.offi. Grauioribus autem morbis periculosas curationes,et ancipites habere coguntur.

Periculor periculum subeo.Cato Periculatus sum.

Periclitor,pe.cor. diem, quod periculor,vt periclitor fama, capite,hoc est periculum subeo ista perdendi . Dr̄ et Periclitor siti, quia in periculo positus sum moriendi,propter sitim.Periclitari etiam significat experiri. Cic.lib.i.de ora. Subeundus vsus omnium, et periclitandę vires ingenii Plancus. Itaq; potius periclitari volui, si posset mea psentia,et Lepidum tueri, et exercitū facere meliores q̄ nimus cautus videri.Apule.Et mens simul periclitabor ingeniū.

Perihermenias,latine dicitur de interpretatione.

Perihegesis, ambitus.Ply.Posidonio,qui periplum,aut perihegesim,idest de terrę ambitu descripsit.

Perimetros,latine immensus,quasi vltra mensuram.

Perihodus,latine clausula,siue circuitus,vel ambitus,vel cōprehensio,vel circumscriptio,et continuatio. Nōnunq̄ anfractus,et terminus.Nam componitur, est περὶ circum et ὁδὸς via. Est enim, vbi plena snīa est . Vnde medici periodicas febres vocant, quę certis temporibus veniunt, et abeunt,et quodam,quasi circuitu facto,rursus redeūt, vt sunt tertianę,et quartanę.Est et perihodus genus certaminis, apud gręcos . in Gymnicis enim certaminibus perihodon vicisse dicitur q Pythia Isthmia Nemea olympia vicit à circuitu eorum spectaculorum. Et maximum decus erat vicisse perihodo.

Periodicus,ca,cum,pe.cor.Vide in periodus.

Perioecus latine contubernalis dicitur.

Peripatetici philosophi dicti sunt,à περιπατέω πῶ, hoc ē à deambulando Et περίπατον gręci vocant ambulationē, horum princeps fuit Aristoteles. Nam in Liceo inambulās docebat . Hinc cōmentationes vespertinas Aristo. δείλον περιπατὴν, idest post meridianam ambulationē appellat.

Periphrasis,latine circūlocutio,vel circuitio,vt apud Virgi. Et iam prima nouo surgebat,etc.cū diē tantū significet. Est enim oro rem simplicem circūscribens elocutione.

Peripheria,circunferentia.

Peripetasma,matis,genus cortinę, qua parietes,et aulę teguntur,seu tapetia babylonici floris varietate conspicua, quę à Lucretio babylonica dicunt,ab aliis aulea,et attalica.A' capitolino stromata,ē pistromata.A' Varrone belnata,hoc est à belnis variegata.A' Planto Peristromata.ornamenta sunt quibus sedilia,et dorsa parietum ad mensam discumbentium exornātur, vt aulea altius pendētia.

Peristroma,pe.pro. quasi circunstratum, idem,quod peripetasma. Plan.in Pseu.Itaq; ego vestra latera loris faciā vt ualide uaria sint,ut ne pistromata ęque picta sint cāpanica.Ci.lib.ij.phi.Cōchyliatis.Cn.Pōpo.Pistromatis vsiscoloribus p similes eē suorum ī cellis lectos stratos videres.

Peristonium, ut Augu. ait est ora. quę Tunicę talari, vel suebatur,vel texebatur,et hoc est,qđ gręci dicunt περιστόμιον, idest oram habens in circuitu.

Peripsema,matis,pe.pro.quod gręci περίψημα scribunt,à περιψάω quod est,vel circunlimo, abstergo, et repurgo. Vnde limatura,siue rasura,et purgamentum dici potest. Vnde apud apostolum. Tanq̄ purgamenta huius mūdi facti sumus omnium peripsema,vsq; adhuc.

Periplum,idest lustratum nauigatione circuitum.

Peripheroma,quasi supplementum. Figura est,cum particula aliqua sententię minime necessaria additur metro. Virg.Multum ille, et terris iactatus,et alto,vbi sine particula ille staret sensus,sed non uersus.

Periphoretos,pe.pro. quasi circūlatilis, quales appellari solent,qui lectica circūferri consueuerunt.

Peripneumonia, περιπνευμονία morbus, cuius pulmo totus afficitur,et tussis subsequitur. Qui hunc morbum patiunt peripneumonici dicūtur.Ply. Melles quidem natura talis est,ut putrescere corpora non sinat faucibus tonsillis anginę omnibus oris desyderiis utilissimum, aresentiq́; in febribus linguę . Idm vero peripneumonicis,pleureticisq; decoctum . Cum uehementior est difficultas spirandi et spirare eger sine sono, et anhelatione non potest asthma uocat. Orthopnea cum spirare non pōt,nisi recta ceruice spūs trahat. Dispnea cū difficultas spirādi modica est.

Periergia περιεργία latine sedulitas dicitur.

Perpeteias, et placas gręci euentus uarios appellant. Plyn. Casus mirabiles dixit in prefatione περιπετείας.

Periphones,conspicuus dr̄.Nam περὶ circū φαίνω luceo.

Peristerotrophium,locus in quo columbę habentur, latine columbarium,q̄uis columbarium proprie sit loculamētum in peristerotrophio singulis columbarus paribus pparatum . Nam peristeria columba. Inde Peristereos herba columbis admodum familiaris. Var. lib.iij.de re rust. Duo genera earum in peristerotrophio esse solent. Vnum

agreste, quod habetur in turribus, ac culminibus villę.
Peristeron, idem quod peristerotrophium. Var. Incedunt locum vnũ, quod alij vocant peristereona. Alij peristerotrophion i quo vno sępe, vel quãq; milia sunt iclusę. Peristereõ fit, vt testudo magna camera tectus vno ostio āgusto.
Periscelis, lidis, ornamenti genus, circa crura, quo mulierũ gressus componi solebãt, vt docet Porphy. enarrans illud Hora. Sed Periscelidem raptam sibi flentis. Fit autem, ex περὶ circum, σκέλος, crus. Hier. in li. nu. Ob hanc causam offerimus in donarijs domini singuli, quod in pręda an ri potuimus inuenire periscelides, et armillas, anulos, et dextralia, et murenulas, vt deprecetis pro nobis dominũ. Idem ad fabiolam scribit periscelides à latinis vocari foeminalia, seu Brachę, quibus pudenda velantur.
Perissologia, superflua locutio, vt si dicamus. Fęlix sit, et mi nime peat Cęsar. Nam περισσὰ supflua, λόγος locutio.
Peristylium, quasi circum columniũ, περὶ circum στῦλος columna. Est autem locus circumquaq; porticũ habens, vel saltem à tribus lateribus. Vict. Peristylia in transuerso tertia parte longiora sint q̃ introrsus. Inde Tetrastylos, hestylos, octostylos dñr à Victr. loca à numero colũnarũ.
Perizonium palliolum p̃cinctum, quo nudę virgines, infra papillas p̃cingunt, hoc et p̃cinctorium, et castula dicitur.
Perizoma, matis, dicitur, omne, quod circumcingit pudẽdo rum velamen, vt in Gen. Fecerunt sibi perizomata. Idem dicitur, et lumbare et bracha.
Perillus. Atheniensis faber, ingenio pręstans, qui taurum ex ęre fabricauit in quo reus clauderet, vt subiecto igne fistulis, quibusdam spiritum emittentibus, mugientis bouis vocem immitaretur, vt phalaridi placeret. Quod tamẽ ipse primus expertus est.
Peremptorius, ria, rium, quod est mortiferum à perimendo, vt venenum peremptorium apud. Apul. libro. x. Sic apud iureconsultos, Titu. de iudicijs peremptorium edictum dicitur eo, ꝙ perimat disceptationem inter litigatores, hoc est non patiatur aduersarium tergiuersari.
Peremptalia fulgura prisci appellauere, quę superiora portenta perimunt, idest tollunt.
Peremo, mis, pe. cor. ex per, et emo significat adimo, tollo. Vnde peremptus interfectus.
Perinde, ex per, et inde compositum, est aduerbium similitudinis, significat enim ita. Cice. lib. iij. Thusc. In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regẽ in luctu capillum sibi euellere, quasi caluicio męror leuaretur. Sueto. in Domi. Nulla tamen re perinde motus, q̃ responso casu Ascheterionis mathematici. Aliqñ significat pariter ęque. Ply. Iunior. Funus Rufi clarissimi, et perinde foelicissimi. Sueto. in Cęsa. Quę siquis inuestigare, et persequi vellet, quartam elementorum literam. i. d, pro a, et pinde reliquas commutet. Aliqñ multum, seu valde admodum. Idem in Galba. Quare aduẽtus non perinde gratus fuit. Et de. Aug. Coxẽdice, et femore, ẽ crure sinistro nõ perinde valebat, vt sępe etiam inde claudicaret Cice. Teren. Te, et Dolobellam perinde diligo. Aliquando ponit̃ pro tanq̃, ẽ sic plerunque habet post se, ac, vel acsi, vel atq; si, vt Fac perinde ac si tua res eẽt. Et faueo rei tuę perinde, ac meę. Aliquando significat per hunc modum. Teren. in Phor. Sexcentas perinde potius scribo mihi iam dicas.
Perisson gręci inequale atq; impar dicunt.
Perinthus vrbs Thracię, quę nunc Heraclia dicitur.
Perito, tas, pe. cor. frequentatiuum à pereo, ex per, et ito. De simplici. Gel. Ne quo ad cenã, nisi ad certas p̃sonas itaret. De cõposito. Plau. in Cap. Qui p virtutem pitat nõ interit.
Perithous, nomen viri proprium.
Periurus, qui iusiurandum violat, vel q iurando ius puertit. Virg. Talibus insidijs, periuriq; arte Sinonis. Periurius est iusiurandum violatum. Quid autem sit iusiurandus Cice. lib. iij. offi. declarat dicens, ꝙ sit affirmatio religiosa. Idem ibi. Regulus non debuit conditiones, pactionesq; bellicas, et hostiles perturbare periurio.
Perrhębi, gens epirotica. Prop. Aut cur Perrhębi tremuere cacumina Pindi.
Perlego, pen. cor. multum, siue à principio, ad finem vsq; lego, aut video. Pla. in Asi. Lege, perlege. Quint. Quod videre non est satis, sed perlegendum erit. Virg. Quin proti nus omnem Perlegerent oculis picturam.
Perlitus, pe. cor. à perlino, is, Apul. lib. i. Et lotio perlitus.
Perlucidum, et pellucidum. à perluceo, vel pelluceo, p mutationem r, in l, sicut perluo, et pelluo, perliceo, et pellicio. Et est id, per cuius medium oculos dimittimus, atq; videmus, vt aqua, laterna, vitrum. Refertur etiam ad mentes. Plau. in Aul. Is pellucet, quasi laterna punica.
Perluo, multum lauo. Colu. Cum vino perluitur, os.
Permano, as, pe pro. ad finem mano, descendo, transeo. Cic. lib. i. de Na. deo. Nec est, quod ab his, ad hominum vitam pmanare possit. Idẽ lib. iiij. Thusc. Nam cum est concupi ta pecunia, nec adhibita ptinuo ratio, q̃si quędã socratica medicina, q̃ sanaret eã cupiditatem, pmanat in venas, et inhęret i visceribus illð malũ. i. ðscẽdit. et Penetrat. Plau. i Cap. Per translationes posuit, p vulgare. Ne arbitri dicta nr̃a arbitrari queãt neue pmanet palàs hęc nr̃a fallacia.
Permaneo, nes. pe. cor. vsq; ad finem maneo. Ply. Iunior. Tunc demũ lente cunctanterq; veniunt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt. Per translationem ponitur pro perseuerare. Terent. in Ecy. Vnde ira inter eas intercessit, quę tam permansit diu.
Permitto, sino, vt Permitte me legere. Interdum dedo. Curtius lib. i. Sexaginta dierum inducias pacti, vt nisi intra eos auxilium Darius ipse misisset, dederent vrbem, postq̃ nihil inde presidij mittebatur, ad pręstitutus diem permi sere se regi. Interdum incito. Sisen. lib. iij. Et inde equum concitatum princeps ad hostium permittit aciem. Interdum pręcipito. Idem libro. iiij. Multi pręmissis armis ex fumo se permitterent. Interdus committo. Sal. Ea potestas, per senatum more Romano magistratui maxima pmittitur. Idem. M. Petreio legato exercitum permittit. Et pmittere est, quasi ad finem mittere. Colu. libro. viij. Hoc genus casei potest etiam trans maria permitti.
Permessus, fluuius Bęotię, ex Helicone proueniens, Phębo, et musis sacer. Virg. in Sileno, Tum canit errantẽ Permessi ad flumina gallum. Declinat̃ ẽt. Hic pmessus idis, vel idos. Mar. Quid tibi, cum Cyrrha quid cũ permessides vnda?
Pernę, à pede, vel à gręco πέρνα dicuntur, tam priores, q̃ posteriores partes porcinę salitę cum toto pede, quos. Mar. Petasones appellat. Ply. Castrant̃ sues post bidui medius, suspensę pnis prioribus. Quidã dñt pnã ꝑe pedẽ significare, quo vocabulo Hispani nunc vulgo vtunt̃, à quo pnę suillę. Vñ et compernę, qui sunt longis pedibus. Ab huius pernę similitudine, piscis quoq; genus perna dictus est, ex concharum genere, circa ponticas insulas frequentissimũ, ꝙ stent veluti suillo crure longo in arena defixi.
Pernio, morbus pedum eximio frigore proueniens, et calcaneũ infestans p̃cipue. Ply. Rapum domesticum perniones feruens impositum sanat, et crudum tusum cum sale pdest cuicunq; vitio pedum. Huius diminutiuum est.
Perniũculus. Idẽ pniunculos curat, et cotyledon, cũ axũgia.
Pernix, nicis, pe. pro. à pernitor. ris, qui nimium nititur. Vñ aliquando sumitur p celeri. Virg. lib. iiij. Pedibus celerem et pernicibus alis. Aliqñ pro nimium perseuerante. Idem lib. iij. Geor. de tauro ferociente. Et inter Dura iacet pnix instrato saxa cubili. Hier. ad Deme. pro vtroq; significato posuit. Equorum cursus clamore pernitior fit. Hic pnicior, et perseuerantior intelligi potest. Pernix vero Pernicis. pe. cor. à pneco, as fit, pro pernicioso. Et i foeminino genere sumitur pro morte.
Pernicitas, velocitas. Ply. alibi cauda villosa homines nasci pernicitatis eximię.
Pernicies, mors à perneco, neco autem, à nex, cis.
Perniciosus, sa, sum, quod est mortiferum.
Pernicialis, mortalis. Ply. Pernicialia, ẽ brassicę cũ vitę odia.

Perniciabilis

Perniciabilis ad necem omnia ducens. Liui. Multos exanimauit rigor niuis insolitus, multorum exussit pedes plurimorum precipue perniciabilis fuit.

Pernox generis omnis, signt per noctem, non quod tota nocte, nunquam dormiat. Ply. de luna, sic inquit. Crescens semper, aut senescens, et modo curuata in cornua, in fauces modo equa portione diuisa, modo sinuata in orbem maculosa, eademque subito prenitens imensa, orbe pleno, ac repente nulla, aliâs pernox, aliâs sera, ex parte diei lucem solis adiuuans, deficiens, et in defectu tamen conspicua. Cum enim dicat aliâs pernox, aliâs sera idem fit, quod tarda, pernox cita significare puenit, hoc est, vt ego sentio, nocte modo ad surgendum cita modo tarda. Alterum enim ex altero declaratur. Liui. lib. v. Preliumque ante lucem, sed luna pernox erat commissum est, est haud incertius diurno prelium fuit. Hic pernox, significat, quod luna per totam noctem erat sine lucebat. Hinc pernocto.

Pernocto ctas, pernoctem moror, versor vigilo, oro, quiesco, ambulo, sto, habito, dormio, vel quicquam aliud facio, siue bonum id sit, siue malum. Nō autem totā noctem insomnem duco. Hoc. n. rarissime euenit, vt quis per totam noctem euigilet. Vnde illud. Teren. in Adel. Sed si hic pernocto causę quid dicā Syrę? ita interpretor. Si hic per noctē moror, nō quod si vigilo per totam noctem quod ad rem nō ptinet, cū ille de pnoctatione sua in vrbe, qui ruri pernoctare solebat loquatur, ne pater, si rure se absentem noctu deprehēderet, suspiciosus exquirat. cur non rus redierit. Et illud in Ecy. Nam negabas nuptum filiā te tuā posse pati, cū eo, qui meretricem amaret, et pernoctaret foris. Ci. pro Cluen. Cum esset adolescens, apud mulierculam quandam, atque ibi pnoctaret. i. per noctem moraretur. Idem pro Archia. Adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium, atque solatium prebent, delectāt domi, non impediunt, foris pnoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur, idest hospitantur, per noctem morantur, versantur, stant est huiusmodi, vt pernocto sit quicquid generatim per noctem fieri possit. Idem pro domo sua pp inopiam tecti, in foro pernoctans. i. dormiens. Pompo. Pernoctare extra vrbem dr, qui nulla parte noctis ī vrbe fit. Est et Abnocto, quod significat pernoctem seu noctu absum. Ser. in lib. v. Æn. Hoc etiam illa lex iuris indicat, quod cum tribuno pl. abnoctare ab vrbe non liceret licebat tamen exire post noctē mediam, et ante mediam reuerti.

Pero, genus calciamenti rustici ex corio crudo, contra niues, imbresque, ac frigora, quod peram veteres pellem dicebant, pendentem à collo, ad lumbos. Iuue. Quē nō pudet alto, per gladē perone tegi. Virgil. lib. vij. Priscos latinos perone in bellis vsos ostendit, cū inquit. Vestigia nuda sinistri īstituere pedis, crudus tegit altera pero. Victru. vero. Ex vlna inquit, plaustri factis peronibus. Vbi quasi, pro culleo, et vtre accepet. Pero et fuit nomē Nelei filij, et frater Nestoris.

Peronatus, qui perones assumpsit. Persius. Natum si poscat sibi peronatus arator.

Perosus, pe. pro. ex per, et osus. Osus autem participium eē puto verbi odio, pro, quo defectiuum odi mansit in vsu. Vnde osor verbale. Nam sicut à prandeo pransus sum, tamen et prandi dicamus, ita et osus sum, ab odio capimus. Pro quo est odi presentis, et preteriti perfecti temporis. Teren. in Adel. Et illud rus, nulla alia causa, tam male odi, nisi quia propè est. Plau. ī Cap. Odi ego aurum, multa sepe multis persuasit pperam. Capiuntur similiter Osus, exosus, et perosus, et actiuę significationis sunt, et participia quod ostendit osurus futuri temporis. Exempla omnium proferam. Fest. Scribit. Osi sunt ab odio declinasse antiquos, testis. C. Gracchus in ea quę est de lege Minucia, cum ait, Mirum, si quid his iniurię fit, semper eos osi sunt, quod nūc quoque cum prepositione elatum frequens est, cum dicimus perosi. Col. lib. x. Neque ea curatorem fraudulentum tantum, sed etiam immundam segnitie perosa est. Quin. lib. i. Qui modo legitimam disciplinam non sint perosi. Plaut. in Am. simplici vsus est. Inimicos semper osa sum. Verbali autem in Asi. Madidum, nihil incontinentem, atque osorem vxoris suę, Exosus. Virgili. li. v. posuit. Iuppiter omnipotēs, si nondum exosus ad vnum Troianos. Exosus passiue et dicitur ab Entropio.

Perogigamus, qui admittit, vt saliat equam. Eo. n. adiutante equa alligata celerius admittitur. Var. libro. ij. de re rusti. perogitam appellat.

Peroro, ras, pe. pro. finio, perago, siue vsque in finē dico, sicut dicimus orare significare, siue dicere. Lactan. lib. v. quamquam Tertulianus eandem causam plene perorauerit in eo libro, cui Apologetico nomē est. Cic. lib. ij. de legibus, Video Platonē idem fecisse oēm, orōnem eius de legibus peroratum esse vno estiuo die. Hoc tamen verbum signt pfecte, siue quantum pfecte possum, oro. Vnde peroratio dr finis orōnis. Sed quia in hac parte vtimur plerunque affectibus. Ideo vsurpamus plerunque porare. p ipsa affectuum cōmotione. Quin. At ista legē recitat, est ī cadauer filij porat. i. īdignationē cōmouet.

Perpendo, is, propè examino. Vide in dictione Pendo.

Perpense aduerbium signt proprie examinate, ac ponderate. Ambro. lib. de Cain. Ex quo cognoscit, nec illud ociose scriptū, sed ppense, et examinate, quod legimus in regnorum libris.

Perpendiculare geometrę vocant, quod recte in aliquid incidit, vt radij solis recte ex alto in aquam descendētes perpendiculares appellantur, illos integros, hos confractos in aqua videmus apparere.

Perpendiculum, instrumentum fabri materiarij seu cemētarij, quo plumbo, à filo, et gnomone pendente rectitudo, seu obliquitas operis perpenditur, idest examinatur. Asco. Perpendiculum linea laterum equalitatem à summo, ad imum latitudine probans. Cice. lib. ij. Acade. Atque si crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. Perpendiculi inuentor fuit Dędalus.

Perpetro, as, pe. cor. ex per, et patro significat perficio, et plerunque in malam partem.

Perpetim, pe. cor. aduerbium significat perpetuo.

Perpes, petis, pe. cor. generis omnis, idem quod perpetuus.

Perpeto, tis, pe. cor. ex per, et peto significat cōtinuo. i. valde, et sine intermissione peto perago, pficio. Vnde perpetem, et ppetuum dicimus integrum, solidum, et nunquam īterruptū.

Perperi, pe. cor. Indocti stulti, praui, mendaces. Actius Describere eum miror perperos popularis.

Perperam, pe. cor. aduerbiū significat praue, peruerse. Plaut. Quid ni semper agit pperam. Exponunt pperam petulanter, seu inconstanter, vt est illud apostoli. Charitas non agit perperam. i. non est inconstans, pperos. n. grece instabilis est, et leuis, et mentis inops. Et hec in eos intendit, qui leuitate quadā et inconstantia pleraque et innouarent. Poteris et hoc pacto intelligere, non agit perperam. i. contumeliose.

Perperitudo, modo prauitatem, modo stultitiam significat.

Perpero, ras, deprauo, quasi nimis exacte prauo.

Perpetuus, tua, tuum, quod non est interruptum, vt accipiat à theologis. i. cui et principium datur, et finis, vt mūdus et homo exterior. Sempiternum, quod ex semper, et eternum componitur, id intelligitur, quod principium habet, nunquam habiturum finem, vt sunt angeli, et demones. et interior homo Æternum, quod nec principium habuit, nec item finem habiturum est, vt deus. Quę differentia nulla est apud oratores, vt ex libris Ciceronis de na. deo. et in Thusc. intueri licet. Est quando perpetuum significet continuum. Vnde perpetuam orationem dicimus continuam. Oui. Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Item perpetuus dicitur generalis, vt princeps perpetuus.

Perpetuo, tuas, perenno, continuo. Augu. lib. iiij. de ciui. dei Gaudium verum perpetuabitur, ex deo in quem flagrabat charitas, ex corde puro. Nęuius, Miserum me, cui datum est, vt hunc solus perpetuum laborem.

Perpessus, qui nimis cū labore et dolore passus ē, à ppetior fit.

Perpluere, significat per medium pluere. Quin. lib. vi. Cum cenaculum perplueret.

Perrepto,as,frequentatiuus eſt, à perrepo, ſignificat tarde, et cum labore incedo.Terent.in Adel.Perreptat vniuſq; omne oppidum ad portam,et ad lacum.

P.rrumpo, perfecte, ſeu per medium rumpo. Col.lib.ij.Sic omnes radices herbarum perruptę necantur.Liui.lib.viij. Qui aliquotiens impetu capto,perrumpere nō poterat hoſtium agmen,detraxit frenos equis.

Perſcribo ad finem vſq; ſcribo . Liui. Facturus ne ſim opę precium,ſi à primordio res geſtas po.Ro.perſcripſero.

Perſephone,pe.cor.dicta eſt proſerpina, et ſignificat virtutem ſeminum,quam olim raptam,ab Orco dicunt,quia vt inquit.Augu.defuit terrę foecunditas.

Perſequor,pe.cor.in bonam,et in malam partē accipi poteſt. In bonam,vt ſiquid, aut quem quoad poſſumus ſequamur. Et ſic ſignificat, quod cęperas perſenero exequi. Nam, vt inquit Dona. Perſeueratio nomen perſequentis oſtendit, perſequitur enim,qui non deſinit ſequi,quod eſt quaſi perfecte ſequor.Teren.in An.Hinc bellum fugiēs, meq; in Aſiam perſequens proficiſcitur . Cic. pro Deio. Spem infinitam perſequi volui.Ply. Qui mihi oēs ſuaderent,vt ceptū opus ꝑſequi feſtinares. In malū ſigt īſector vlciſcor.Plau.Quid me miſerā, atq; innocentes ꝑſequaris Sal.Et accepta iniuria ignoſcere,q̄ perſequi malebant.

Perfero,ris,ex per, et fero, ſignificat perfecte fero.Plaut.poſuit pro diſſemino quum ait.Inde veniſſe perferit.

Perſeuero,ras,pe.cor.ex per,et ſeuerus componi puto. Non enim ſeuero legitur,et ſignificat cum conſtantia animi,et quaſi , quadam ſeueritate continuo . Speuſippus autem ſic deffinit . Perſeuerantia eſt affectio quę proficit quodcūq; elegerit.i.tollerantia aduerſus,laboris habitus in cōcuſſus.Hinc perſeuerantia,quę eſt in ratione bene conſyderata ſtabilis,ac perpetua permanſio.

Perſes, nomen fuit regis perſarum, ſeu macedonum,q ab Æmylio ductus eſt in triumphum Romam, cum filijs, perijtq; in carcere animi męrore cōfectus,vel,vt alij tradunt vigilijs maceratus.

Perſeus,ſei,et ꝑſes,is,vel ꝑſi,ſicut Achilles,is,achillis,et Achilleus,lei, eſt nomen proprium viri cantatiſſimi , de quo multa pręclara geſta narrantur.Hic fertur Cephei gener, ꝙ Andromedam cęto propoſitam liberatam , à periculo vxorem duxerit, qui nobilitatis,et virtutis cauſa,ad ſydera dicitur perueniſſe . A' quo Meduſam,vt eſt in fabulis harpe vulcania, quę ex adamante facta fuerat, interfectam eſſe conſtat.Cice.lib.ij.de na.deo.Cepheus paſſis palmis ſubſequitur ſeptentrione. Hūc antecedit Caſſiopea ad pedes Andromadę Perſeus deſcribitur.

Perſia,ſię,ſeu perſis,ſidis,et ꝑſida, dę,oriētalis regio,à Perſe,ſeu à Perſeo rege ſic dicta,cuius populi.Perſę dicti ſunt Proper.Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbē, item Perſ.Luc.lib.x.Ex Pharijs. Perſiſq; fuit macedumq; tyrannis. Hęc regio,ſicut Ptol.ſcribit lib.v.à ſeptentrione medis terminat,ab occaſu Suſiana,ab ortu ſolis duabus Carnanijs,à meridie parte ſinus perſici. Eius oppida ſunt Axima perſepolis, dioſpolis Ibi primum inuenta eſt ars magica.Ad eam Nembroth gigas poſt confuſionem linguarū abijt ꝑſasq; ignē colere docuit.Primus in ea rex ſicut refert Iuſti.lib.i.fuit Cyrus in ea lapilloꝝ multa copia, et primā ſibyllā in ea natas ferunt, quę hęc de Chriſto prenunciaſſe traditur.Panibus, ſimul qnq;,et piſcibus duobus hoīum milia in eremo qnq; ſatiabit, et reliqas tollens duodecim cophinos implebit in ſpem multorum.

Perſicus,ca,cum,pe.cor.qꝺ ex perſia eſt,vt regnū perſicum. Iuue.Nec Crꝑſi fortuna vnq̄,nec perſica regna. Sufficerent animo. Dicimus etiam perſicum ſinum, qui ab oriente eſt maris rubri,q vero ex aduerſo eſt,arabicus dicitur.Ponitur quandoq; perſicus pro diuite,et opulēto, à perſarum, ſcilicet diuitijs,luxuq;.Hora.Perſicos odi puer apperatus.Plau.pro peracuto poſuit.

Perſica,poma dicta ſūt, ꝙ ex ꝑſia primo adducta fuerūt.

Perſideo,des,pe.cor.ex per,et ſedeo.

Perſpicio,ad plenum video,cognoſcoue.Cic.in Lel.Quidam ſępe in parua pecunia peſpiciuntur,q̄ ſint leues,qdā vero,quos res parua mouere non potuit cognoſcunt in magnis. Hinc perſpicientia. Idem lib.i.offic.Sed oē quod eſt honeſtum,id partium quatuor oritur ex aliqua.Aut.n. in ꝑſpicientia veri ſolertiaq; verſatur.i.perfecta cognitiōe.

Perſpicuum dicit̄ ꝑ cuius medius videmus, ſed magis ad īcorporalia ꝑtinet,pellucidū ad corporalia.Ply.Tā claras, ꝑſpicuaſq; ſnīas.Sic dicimus ꝑſpicuā oronē.i.claram, atq; apertam.Perſpicuitas ſplendor, ac facilitas.

Perſpicax conſyderatus, acutus. Perſpicacitas,conſyderatio, (et acumen.

Perſoluo,is,perfecte ſoluo.Decius Brutus. Tantum me tibi debere exiſtimo,quantum ꝑſoluere difficile eſt.Eſt.n.proprie,propter debitum, vel ꝑpter alicuius virtutes,ē beneficia erga aliquem.Lac.lib.vij.Vt vnicuiq; pro merito , aut pręmium perſoluat , aut pęnam Virgil. Perſoluant grates dignas,et pręmia reddant.

Perſono,nas,pe.cor.Vide in dictione ſono,nas.

Perſonam diffiniunt philoſophi eſſe naturę rationalis indiuiduam ſubſtantiam. Tria igitur neceſſaria ſunt,vt aliquid ꝑſona dicatur.s.ꝙ ſit indiuiduum,non.n.in vniuerſalibus, ſed ſingularibus tantum ꝑſona dici pōt,ꝙ ſit ī genere ſubſtantię.Nam accidentia,cum ꝑ ſe non exiſtāt, nec ꝑ ſe agant ꝑſonam conſtituere non poſſunt.Et ꝙ ſit quid rationale,qm̄ id eſt perſonans,quantum ad ipſam actionem, quo in ſe habet , ꝙ poſſit agere, vel non agere.Et hoc habent ſolum rationalia.Ideo de ratione perſonę eſt, quod ſit quid rationale.Non ergo lapidis, vel arboris,vel irrationalis animalis, ſed,vel dei, vel angeli,vel hominis perſona dicitur . Perſona etiam dicitur facies conficta à grecis πρόσωπον vocata.Nam caput,vt Baſſus inquit,et os cooperimento perſonę tectum vndiq; vnaq; tantum vocis emittendę via apertum, qm̄ non vaga,neq; diffuſa eſt in vnum tantummodo exitum coactum vocem et magis claros, canoroſq; ſonitus facit,ob ea cām perſona dcā o,litera,propter vocabuli formam productiore.Vn̄ perſonati dicuntur, qui huiuſmodi perſonis tecti ſunt.Et proprie hiſtriones atellanici ſunt, perſonata quoq;,fabula dr̄, quę agitur à perſonatis hiſtrionibus.Hanc iuniores laruā vocant.Hinc per tranſlationē perſona ſumitur, ꝑ qualitate,qua alius ab alio differt, tum in aīo,tum in corpore, tum in extra poſitis,quę à rhetoribus,numerant̄ in attributis ꝑſonę. Animi,vt quo ſtudio ſe exerceat literarum,ne an militaris diſciplinę.Et iracundus ne ſit, an mitis,luxurioſus,an temperans.Corporis,vt adoleſcens,ne ſit,an ętate adultus pulcher,an deformis.Extra poſitorum vt diues, an pauper clarus,an obſcurus . Vnde in ſcęnis hiſtriones perſonas accipiunt,hoc eſt facies,aut ſerui,aut ancillę,aut militis,aut paraſiti.Et in vno homine multę poſſunt eſſe perſonę,vt perſona iracundi,mitis,lęti.Item perſona ꝓcep toris,mariti patris. Hinc grammatici perſonas conſtituunt perſonam ſecundam,et tertiam.Perſona etiam genus herbę de qua. Colu.lib.vij. Venenum viperę depellitur, ſuper ſcarificationem ferro capta herba,quam vocant ꝑſonam, trita,et cum ſale impoſita.Exigua, quoq; fiſtula ex ęre,ſiue marmore, aut alia materia,ex qua aqua exilit è fonte, et propter ſigna quę fieri in ea ſolent, perſona quandoq; vocatur.Sipunculus proprie dicitur.

Perſonatus,ta,tum,perſonis,hoc eſt laruis indutus. Perſonata foelicitas dr̄ à Seneca non vera , ſed ſimulata quę forinſecus eſt decora intus vero deformata īſtar hiſtrionum. qui inducta perſona ſimulant,et immittātur quemcunq; velint. Perſonatus pater dicitur ab Horatio comicus pater inductus in comędia ſub perſona hiſtrionica Scribit Cice.ꝙ Roſcium perſonatum non magnopere laudabāt, Perſonatę,quoq; fabulę hinc nomen mutuant̄,ꝙ agunt̄ à perſonatis hiſtrionibus. Perſonata vulnera ſunt quę latent. Deniq; generali vocabulo perſonatus dici poteſt q̄s quis foris aliud oſtendit,et intus aliud ſentit,et machinatur. Perſonati proprie Attellani vocantur, qui ius eſt his.

non cogi in scena ponere personas, quod ceteris histrionibus pati necesse erat.

Personatus, us, ipsa in personis actio. Vnde dicimus histrionem personatum agere in scenis.

Personale, quod ad psonam pertinet. Vnde personalis actio, quę in personam fit, personale vero, quod verbum p psonas distinguitur, cuius contrarium est impersonale.

Personata, genus herbę, quam gręci forte petasiten vocant Ply. Folio personatię nullum est latius.

Persolata, etiam herbę genus, quam, vt. ait Ply. Gręci vocāt Arction, et aliqñ prosopiten, maiora etiam folia habet cucurbitis. Dicta persolata à persola, quod nomen apud veteres, vt Placidus grammaticus inqt, sigñabat psonam.

Persto, as, permaneo, persenero. Gel. Hoc modo perdius pernoxq; perstabat. Lactan. lib. i. Vt in perpetuum vanitatis illorum monumenta perstarent.

Persisto, is, Vide in dictione Sisto.

Perstino, nas, pe. cor. Vide in dictione Destino.

Perstringo, is, valde stringo, seu breuiter, aut sūmatiꝫ stringo, dico, vel scribo. Hiero. Hęc à me perstricta sunt breuiter. Perstringere vero est obtenebrare, obtundere, vt cum oculi nimia luce, et aures nimio sonitu perstringunt. Lactan. lib. ij. Horum pulchritudo, ac nitor perstringit oculos. Hora. lib. car. Iam nunc minaci murmure cornuum perstrigis aures. Iam litui strepunt vide infra.

Persuadeo, nō ab actu, sed ab effectu psuasionis significationem habet, vt sit persuadere, suadendo inducere. Sed distinguendum est, nam aut id fit, vt quis inducatur ad id credendum, aut ad id faciendum, si ad id credendū, ē dicam persuasi hoc tibi, tunc sic exponerē, hoc tibi suadendo credere feci. Vel sic. Dūꝫ hoc tibi suadeo, credidisti. Aug. lib. i. de ciui. dei. Nam scio, quibus viribus opus sit, vt persuadeatur superbis quanta sit virtus humilitatis. Ci. lib. i. ad Her. Si animus auditoris persuasus fuerit. i. ad credendum inductus fuerit, quod ipse Cice. sic exponit, licet per alia verba. i. si oro aduersariorum fidem fecerit auditoribus. Sin ad faciendum. Tunc sic, Persuasi tibi, vt hoc faceres. i. suadendo tibi in animum induxi, vt hoc faceres. Etiā in pręsenti, vt Cęs. cō. iiij. Idoneum quendam hominem, et callidum delegit gallum ex illis, quos auxilij causa secum habebat. Huic magnis pręmijs, pollicitationibusq; persuadet, vt ad hostes transeat, et quid fieri velit, edocet. Qui vbi ad eos venit timorem romanoꝝ pponit psuadet. i. suadendo inducit in animum. Quod ostendit ex effectu, qm̄ gallus ex suasione pręmioꝝ inductus transiuit ad hostes. Quod tm̄ nō est alienū à vocabuli significatione, qm̄ perfecte suadere, est maxime suadēdo in animum inducere alteri, vt id credat, seu faciat, quod cum perfecte fit, is, cui hoc suadetur, quodammodo id credere, aut facere perpellitur. Ideo persuadeo hoc modo, non pfecte suadeo significare dicitur, sed quasi suadendo in animum perfectę induco, vt ab effectu, qui sequitur perfectę suasionis magis, q̄ à significatiōe vocabuli sensus capiatur. Simili modo fit in exoro, cum significat orans impetro. Et excogito, quod est per cogitationem inuenio, eo, ꝙ exorando. i. perfecte orando impetratur, qđ orat, et excogitando. i. pfecte cogitando inuenit, qđ quęrit. Nec hmōi significationes ꝓe sumūtur ex ui pręposition ū, ē verboꝝ, quę non ꝓgrediunt, nisi quantum significatio eoꝝ ꝓtenditur, quę in psuadeo est pfecte suadeo. Exoro pfecte oro. sed ex effectu rei, quę ex eis consequitur, et perficit. Verum non eatenus ipsa à propria eoꝝ significatione recedere dixerim, quin significare possint perfectam suasionem. Nā persuadeo perfecte, siue maxime suadeo significare docet Teren. in An. cum ait Ipsus mihi Dauus, qui intimus est eorum consilijs dixit. Et is mihi persuadet nuptias. q̄tum queam, vt maturem. Idem in Phor. Sed vbi nam Getam inuenire possim, vt rogem, quod tempus conueniendi patris me capere persuadeat. Hic psuadeat, maxime suadeat, sigt. Similiter. Lactan. lib. vi. Quid. M. Tullius in suis officialibus libris nōne hoc idem persuadet, nō esse omnino largiendum, idest maxime. Quod est contra eos, q volūt persuadere tm̄ in effectu esse suadere in actu, vt est Sipōtus, qui ait suadere est hortari in aliquem ad id, quod tendimus. Persuadere est suadendo, aut dissuadēdo aliqd, hominem in opinionem nostram inducere.

Pertedeo, des, dui, à quo pertedesco, quod est tedio vehemēter afficior. Vel. Iamq; omnes finem cuperent, verbisq; eius defatigati perteduissent.

Pertesus, sa, sum, participium sine verbi origine, vt inquit. Ser. Et regit accusatiuuꝫ. Sed potest esse à pertedeo. Sue. in Cęsa. Et quasi pertesus ignauiā suam, ꝙ nihil tm̄ à se memorabile actum esset. Amb. li. Hexa. Turtur vbi iugalis proprij fuerit amisfione viduata, pertesa thalamos, et nomen habere ꝯiugij, eo, ꝙ primus amor fefellerit eā. Virg. lib. iiij. Æn. gtō iunxit. Si nō ꝑtesuꝫ thalami tędęq; fuisset.

Pertēpus, sigt oportune. Teren. in Ecy. Pertēpus accedamus.

Pertendo, ad finem tendo. Augu. lib. xvi. de ciui. dei. Quoto quisq; anno vitę suę filium genuerit ad istuꝫ generationum ordinem pertinentem, qui pertendit ad Abraam.

Pertimesco significationem sui primitiui habet. Non enim retinet significationem passiuam mutatam. Lactan. li. iij. Quare non est, ꝙ philosophis tantuꝫ honoris habeamus vt eorum eloquentiam pertimescamus.

Pertineo, nes, pe. cor. ad finem vsq; teneo. Hie. ad Ocea. Tūc me tenebat eremus, atq; vtinam pertinuisset. Aliquando pertinere est pertingere, Cęsar. com. i. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Et pertinere attinere. Nam ea pertinere ad nos dicimus, quę domini nostri sunt, et ea, q̄ aliquo iure possidemus, q̄uis non sint nostri dominij. Item ea, quę in nulla nostra causa sunt, sed esse possunt. Hinc aliquādo pertinere ad me accipimus pro eo, quod est officium meum esse, siue onus mihi incumbere. Et pertinere ad nos, de aliqua re, est nos curare, et magnipendere eam rem. Hiero. lib. ij. Reg. Siue enim fugerimus non magnopere ad eos, nobis pertinebit, siue media pars ceciderit è nobis non satis curabunt.

Pertento, as vehementer tento, valde experior. Virgi. Latonę tacitum pertentant gaudia pectus. Teren. in An. Sed ea gratia simulaui, vt vos pertentarem. Alibi leniter tento, vt blanda vicissum gaudia pertentant. Sunt eniꝫ multa, quę pro locis intelliguntur, vt impotens, et satis, et minus, et nihil potens. Aliquando ꝑtentare est sępe tentare. Vir. li. iij. Geor. Nōne vides, vt tota tremor ꝑtētet equoꝝ corpa.

Pertinax, pe. cor. qui nimis tenax est, à pertineo. Plaut. in Cap. Quid tu ais? tenax. ne pater eius ē? Et ille immo ędepol, pertinax. Pertinaces igitur sunt, qui id vehementius tenent, quod tenere non debent. Aliquando ponitur, pro perseuerante in bonam partem, cum plerunq; in malaꝫ legatur. Et sic à pertendo sit. Nam, vt inquit Var. In quo non debet pertendi, et pertendit pertinacia est. In quo vero oporteat manere, si in eo perstet, perseuerantia vocat. In bonam partem. Vale. maxi. lib. i. Non mirum igitur, si pro eo imperio augendo, custodiendoq;, pertinax eoꝝ indulgentia deorum semper excubuit, ꝙ tam scrupulosa cura, paruula quoque religionis examinari videntur. Sene. lib. vij. de benefi. Vicit malos pertinax bonitas. Liui. Vicit tm̄ oīa ꝑtinax virtus. Hinc pertinacia, q̄ vt inqt. Cic. pseuerantię finitima est, et tam in bonum, q̄ in malū sumit. Sue. in Cęs. Ne patientia, et pertinatia hostis animi suorum frangerentur. Actius, Pertinaciam indocti possident.

Pertexo, xis, pergo, perficio. Translatio à textoribus, q primo telam ordiunt, et orsam deinde texunt. Ci. lib. i. de ora. Et pertexe modo Antoni, quod exorsus es. Proprie tamen pertexere, est valde, vel ad finem texere.

Perturbo, valde turbo, à quo perturbatio, q̄ est aduersa ratione ꝯtra naturā animi ꝯmotio. Author Ci. li. iiij. Thusc.

Peruagor, et peruago, pen. cor. per aliquem locum vagor. Cice. lib. iij. ad Heren. Sed illud facere oportebit, vt identidem primos quosq; locos imaginum renouandarum cā

celeriter animo peruagemus. Liui. li. i. Nunc errabundi domos suas vltimum illud visuri peruagarentur.

Peruello, las, vellico, et pūctiunculis torq̄o. Cice. li. iij. Thusc. Quid meres? cur succūbis, cedisq̄; fortunę, q̄ peruellere te. forsitā potuerit, ē pungere, nō potuit certe vires frāgere?

Peruenire significat ad finem venire.

Peruentores authore. Aug. sunt qui ad potentum quorumlibet, tanq̄ inaccesibiles amicos conuenientium psonarum interpositione, ambitione, ac arte pertingunt.

Peruerto modo conuerto, modo deprauo significat.

Peruersi, vt inquit. Hiero. qui de recto declinant ad peruersitatem, vt diabolus, iudas, et heretici, et superbi omnes.

Peruestigo, pe. pro. non solum quero, sed querendo inuenio, vel acqro. Vestigo autem quero, tractum à vestigijs, tanq̄ à signis īdicijsq̄;, qbus ad rei noticiā puenimus. Ci. lib. ij. de ora. Nosse regiões ītra q̄s venias et puestiges, qđ q̄ras.

Peruicax, pe. cor. durus ꝯtentiosus, nulli cedēs, q vt porphyrio ait in contentione vsq; ad peruincendum perseuerat xi. Terē. in Ecy. Adeon peruicaci esse animo vt puerum ꝑoptares perire? Hinc peruicacia duricies, obstinatio.

Peruigilo, vsq; ad finem vigilo, vel totam noctem insomnem duco. Mar. Nā vigilare leue est, peruigilare graue.

Peruigilium, multa vigilatio, et custodia. Ply. lib. xi. Peruigilio, quidem vincuntur cibi. Et peruigilium, sacrū nocturnum, quo vigilię indicuntur, vt per totam noctē vigilet Liui. li. xxiij. Castra campana, vt peruigilio neglecta, simul omnibus portis inuadit. Sueto. de Cali. Nec alia de causa videtur eo die, quo perijt peruigilium indixisse, q̄, vt initium in scęnam prodeūdi lumina temporis auspicaret.

Peruius, uia, uium, p qđ iri potest. Sic dicimus virgines esse cęli peruiam. Aliquando dr̄ penetrabile, sed ad idem tendit. Oui. lib. ij. me. Domus est imis in vallibus huius Abdita, sole carens, non vlli peruia vento.

Peruolo, las, pe. cor. vsq; ad finem volo.

Peruolo, peruis, peruult, pe. cor. valde cupio. Liui. Peruelim scire vtrum, q discedūt, an q retinentur, de me querantur.

Perusia, Æthrurię ciuitas, à qua perusinus, na, num. Proper. Si perusina tibi patrię sunt nota sepulchra.

Peruinca herba vulgo nota, quę in longum crescit obuia queq; vinciens ac peruinciens, folia habet lauro silia, lōg; Chamędaphne hoc est parua laurus appellatur, florem facit violę similē, et coronamentis adhibetur.

Pes, dis, ima, pars corporis, de quo supra in dictione pedes Hinc deducuntur per compositionem multa, vt vnipes, bipes, tripes semipes, sonipes, cornipes, flexipes, planipes, loripes, solidipes, alipes, cornipes.

Pessulus, pe. cor. quasi paruus pes. Instrumentū quo ostiū clauditur. Cadenacius vulgo dr̄, claueq̄; mox subdita reseramus. Apul. Tum myrmex tandem claue pessulis subiecta, pandit fores. Item. Subdita claui pessulos reduco. Hier. In Cā. Pessulū ostij mei aperui dilecto meo. Vñ oppessulata ianua. i. pessulis firmata. Fest. Obices sunt pessuli ferei. dictus pessulus, ꝙ ne pessum detur ostium affigi solet, et annecti, vel ꝙ pessum, idest in imum, scilicet limen committatur. Huius diminutiuum est pessellus.

Pessulatę fores dicuntur pessulis clausę minuteq̄;. Et pessulata ianua pessulis firmata.

Pessum aduerbiū sigt, modo retrorsum, mō deorsum, quasi ad pedes vel sub pedibus. Ply. li. iiij. Pessū iere vite ꝑtia, oēsq; à maximo bono liberales dictę artes ī ꝯriū ceciderē.

Pessundo, das, pedibus conculco, reprimo arceo, et pessum eo, hoc est cedo, vel retrocedo.

Pestis, pestilens, pestilentia, ē pestilitas in vna significatione accipiuntur. Lucre. lib. vi. Hęc igitur subito clades noua pestilitasq̄;. Cice. lib. i. de fato. Inter locorum naturas, q̄tū intersit videamus, alios esse salubres alios pestilentes.

Pestilentiosus, sa, sum, quod pestilentiam affert. Aug. lib. ij. confess. Iamq; pestilentiosum, et imposterum periculosum sentiebat cohęrere termino coniugalis affectus, si resecari ad viuam non poterat.

Pessi foeminarum medicamenta, quę in molli lana naturalibus coràm conduntur.

Pessinus, nuntis, oppidum in phrygia, et Emporium à simulachro deę cybeles cęlitus elapso in eum locum. Nam πεσεῖν, dicitur quod nos cadere dicimus, vel quia pmulti illic, vtrinq; ceciderunt. Apud pesinunta colebant orgia matris magnę, quā et Iden vocant vnde pesinuntia dea dicta. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est et templo, et porticibus ex albo lapide romani celebre reddiderunt educta inde statua.

Petala, pe. cor. à gręcis dicuntur arborum frondes, πέταλον latine folium. Vñ petalion, foliatum, Vide in dictione folium. Et bracteas antiqui petalia, à tenuitate noīabant Cariotarum quoq; petalia vocantur Calendis Ianuarijs missitari solita. De quo Oui. et Mar.

Petasites à Dioscoride surculus herbę quę est maior vlna, digiti magni crassitudinis, cuius folium petasotes ingens inhęret, vt fungus.

Petasus, pe. cor. capitis tegmen. Galero persimile siue ipse Galerus. Fitq̄; à gręco πετάννυμι, quod est extendo, cuius aoristos est epetasa. Vnde petasus, quod alio nomine schiadion dicunt, hoc est vmbellā. Vnde apud Plaut. legitur, ꝙ psendulus ipse à Carino quęrit. Sic etiam opus est chlamyde, de machęra, et petaso ꝙ hęc tria eēnt militaris hominis ornamentis. Hinc petasati, qui galero, et capitis ornamento vtuntur. Suet. de Augu. Æstate apertis cubiculi foribus ac sepe in peristylio saliente aqua atq; etiam vētilante aliquo cubabat. Solis vero ne hyberni quidē patiens, domi quoq; non, nisi petasatus subdio spatiabatur. Per translationē vero petasus dr̄ quiddā in galeri formā ędificijs superpositum, extensum, et explicatum, in metę formam se ꝯtrahens. Ply. lib. xv. Supra in quadratū pyramidis stant quinq;, quatuor in angulis, et in medio vna, in vno latere pedum quinum septuagenum, altero centenum quinquagenum, ita fastigiatę, vt in summo orbis ęneus, et petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinabula, quę vento agitata longe sonitus referant. Sunt qui petasum accipiant, pro pinna, quam gladiatores in galeis habebant. Sed non cōgruere videtur. Alij accipiunt petasum pro quodam calciamenti genere, allegantq̄; Plautum in Amp. dicentem. Ego has habeo vsq; in petaso pinnulas. Et apud Lactan. accipitur petasus, p alato mercurij calciamento. Sic enim ait petasus alatum calciamentum Mercurij, et quicquid eodem modo longius explicatur vt ēt à vēto agitari possit hoc noīe nuncupatur ἀπὸ τοῦ πετάσαι. Idē quoq;. Plau. in Am. Itidem habet petasum, cū serui pileum habere non possent, nisi cum facti fuissent liberi.

Petaso, pe. cor. caro porcina, quam alij coxam, alij eā partem suis dicunt, quę ab alis incipit, et costas comprehendit, qbusdam, veluti virgulis pinguibus distincta. Frustū de perna ꝑscidit, et sale obrutā, deinde in fumo suspēsū asseruat. Mar. Musteus est propera caros ne differ amicos. Nā mihi cū vetulo sit petasone nihil. Huius diminutiuus petasunculus. Iuue. Siccus petasunculus, et vas Pelamydū.

Petaurū genus ludi, et machina quędam lignea. Quo qdē ludi genere hoīes. per aëra rotarū pulsu iactabant. Mar. Quā rota transmisso totiēs impacta petauro. Dici ēt pōt petaurū, supra quod homines agilitate corporū insignes ludunt, vt hastę circa quas se voluant. Funes, supra quos etiam reciproci ambulant. Circuli, per quos se more pisciū transmittunt. Tabulę è quibus in aëre pendent Vno brachio se sustinētes. Gręci dñt petaurum esse laqueū, et asseres, quibus domos tegunt Iul. pullux existimat caueā esse in quam se cortis alites cubitum iturę conferunt.

Petauristę, qui ita ludunt, et leuioribus saltibus mouētur. Var. lib. ij. de ui. pau. Nec minus aliquo in genere sunt ludi velitis, galli germani petauristę. Qui ē petauri dicūtur, à πέτασθαι volare.

Petaminarij sunt q agilitate corporis quasi volare videātur. Vnde

tur. Vnde et nomen grece enim πέτομαι significat volo.

Peto, is petiui, vel petij, petitum, significat oro, siue obsecro vel volo. Petere, vt inquit Var. proprie est aliquid suppliciter, et precario postulare. Et sic vnus tantus exigit actm. Cic. Te aut pro vetere nostra necessitudine, et, atq; etiam peto, vt eius filios, q in tua potestate sunt, mihi potissimu condones. In malus. Sal. in Iug. Ipse acer, bellicosus, at is, quem petebat, quietus imbellis erat. Sic in bonum dicimus, pater salutem filij petijt seruus beniuolentiam domini. In malum, vt hic petit caput alterius aut famā, hec enim in hominis perniciem petuntur. Aliqn petere est instanter poscere. Vnde petulcus, et petulans. Liui. lib. i. Iam. Horatius ceso hoste victor secundam pugnam petebat. Aliquando insidias tendere. Plancus. In quo casu hanc capio voluptatem q certe, quo magis me petiuerunt, tato maiorem his frustratio dolores attulit. Aliquando violēter aggredi. Cice. pro Liga. Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie pharsalica gladius agebat, cuius latus ille mucro petebat. Aliquando manere, expectare. Virg. lib. ix. Troianos hec monstra petunt. Aliquando cupere, vt apd eundem li. iiij. Geor. Pulchramq; petunt p vulnera mortem. Aliquando percutere. Liui. lib. xxij. Hispano punctum magis, q cesim assueto petere hostem. Aliquando inquirere. Virg. Euādrus petimus. Aliquādo eligere, vt idez. Principio sedes apibus, statioq; petenda. Aliquando pficisci. Sue. in Vespa. Et cutilas, ac reatina rura, vbi estiuare quotannis solebat petijt. Aliquando influere, vt Cāpum petit amnis. Quando vero construitur, cum ablatiuo instrumētum significante, pro instrumēti diuersitate diuersa significat siue in rem, siue in personam referatur. Nam petere manu est ducere. Virg. Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit. Petere pedibus, est ire. Apul. Dum pedibus iter faciens propinquum ius peterem. petere gladio, aut veneno, aut lapide, aut cornu, et huiusmodi est inuadere, ferire, et saluti insidiari. Idem. Iam cornu petat, et pedibus, qui spargat arenam et Malo me Galathea petit lasciua puella. Sueto. in Tybe. Missum in arenam aprum iaculis desuper petijt. Petere cursu, adipisci, optinere. Virg. Que proxima littora cursu Contendunt petere. Petere blādicijs, est blandiri. Quintil. Nouercam blandicijs petijt. Petere muneribus osculis, precibus est conciliare. Apule. Cum me lachrymis, precibusq; petisset. Petere oculis est cōtemplari. Petere auribus audire, petere naribus olfacere petere tactu, palpare. Iungitur interdum huic verbo ablatiuus. Cice. Audes quicquam ab istis petere? Nunquam vero, vel raro duos accusatiuos habet. Huius composita sūt Apeto, competo, expeto, impeto, oppeto, perpeto, prepeto, repeto, et suppeto, que habent penul. cor.

Petitio, postulatio aliquando etiam gladiatorum impetus. Ci. Quod ergo tuas petitiones ita piectas, vt vitari nullo modo possent parua quadam declinatione concutiunt.

Petesso, is, antiquum verbum idem, quod peto sicut impetrasso, reconciliasso, commōstrasso leuasso q̄lia apud Plautum plurima. Cic. lib. ij. Thuscu. Qui hanc gloriam petessunt nullum fugiunt dolorem. Plau. in Tri. Vtram potius harum mihi arcem expetessam.

Petigo, pe. pro. morbi genus, qui et impetigo dicitur, q vicina petat, sese late summa cute diffundens occupat plerunq; totum vultum oculis exceptis.

Petimia vlcera i humeris iumētoꝝ, q ima. i. pfūda petāt.

Petulans, pe. cor. improbus, à quo petulantia, improbitas, cum alios per contumeliam petimus. Cicer. Desine bonos petulantissima insectari lingua. Quādoq; ponitur pro superbo. Idem. Petulanter diues. Quandoq; pro lascino Oui. Quinetiā, vt posses verbis petulantius vti. Nos semel ebrietas est simulata mihi. Et generaliter petulantia est lasciuamentum siue effrenatio immodica, ad quod libet vitium à petendo dicta.

Petulcus, lasciuus. Virg. Hediq; petulci. Vn meretrices quoq; petulcas veteres dixerunt à petendo.

Petilus, p. c. leuis, exilis. Lu. Insignis varijs cruribus ē petilis.

Petilia vrbs metropolis lucanorum Virg. Parua philotectas subnixa petilia muro, à Philoctete cōdita ἀπὸ τοῦ πετάσθαι, idest volare, quia ex anguriato locum delegit.

Petilansura significat vngulam equi albam.

Petoritum, pe. cor. genus vheiculi. Hora. li. i. Ser. Atq; caballi pascendi ducēda petorita nūc mihi curto, Ire licet mulo.

Petilis flos colore albo dictus, vel à paruitate foliorum, vel ab vrbe lucanie petilia.

Petra lapis tenerior. mitiorq;, ac minor. Vnde gemme lapides, non saxa dicuntur. Hinc petrosus, sa, sum, quod est petris abundans. Est et petra Arabie oppidum. quod Nabathei incolunt. Vnde pars ea Arabie vocatur Petrea.

Petrea. pars Arabie, à petra oppido vocata. Et petrea mulier, que pompam in colonijs, aut municipijs immitabat anum ebriam q pedes in petras frequenter impingeret.

Petrelcon oleum, quod ex petris nature sponte fluit.

Petronius nomen viri proprium. Quo nomine vocatus fuit author non ignobilis.

Petronia nomen vxoris Vitelli, de q̄ apud Sue. Et Petronia nomē fluuij, in Tyberim defluētis dicti, q p petras fluat.

Petrones rustici dicti sunt à veteribus, à petrarū asperitate, et duritia. Hinc Plautus. Petronem veruecem duriorem eleganter dixit, vbi ait in Cap. Qui petroni nomen induunt verueci sectario, ego si in via petronem publica pspexero et petronē, et dn̄m reddas mortales miserrimos.

Petroselinon, quasi petrarum apium, nas inter lapides melior nascitur. Est herba nota, que inter apij genera numeratur, componiturq; ex petra, et σέλινον, apium.

Petalium: foliatum, seu nardinum vnguentum preciosus mire suauitatis.

Pexus, xa, xum, quod est exornatum. Hora. Si forte subucula pexe trita subest tunice, idest elegans preciosa, concinna, Vnde pexe vestes, que pectine contexte. Et pexati, qui pexis vestibus sunt, induti. Mar. Pexatus pulchre rides mea Zoile semper. pexa dicuntur que concinna sunt. vt depexa que lacera. Quintil. Pexus doctor accipitur p eleganti, terso. et exculto. Ply. lib. viij. Lanas histrie vestibus pexis alienam esse pexum autem vestimentum opponitur trito, tāquām pciosum abiectissimo. Sunt qui dicūt pexas vestes esse pilosas contrarias rasis, que pilis carent. In quem sensum accipisse. Videtur Hierony. contra Iouinia. cum ait. Ante nudo eras pede, modo non solum calciato, sed et ornato. Tunc pexata tunica, et nigra subucula vestiebaris sordidatus, et pallidus, et callosam opere gestitans manū, nunc lineis, et sericis vestibus, et atrebatum, ac lodicee indumentis ornatus incedis. Ibi enim pexas tunicas puto intelligi rasam, et quasi laceram Nam vbi persius dixit. Pexumq; togaq; recenti. Probus barba inquit, tonsure genus ē, quo iuuenes sic tonsi. pexibarbi appellant. Nos prepositionem addimus depexa. Teren. Depexum Dabo. Vbi grammatici exponunt depexum pro laceratum. Sed Philippus Beroaldus, vir nostra etate latinissimus, īquit. Hieronymum non recte dixisset, q longe aliud sit depexa vestis, aliud homo depexus. De enim modo auctiua est, mō priuatiua vt Depexū dicat pexo contrarium, sicut dedecet contrarium decet, q̄uis, depexum dici possit pro expollito, sicut hodie quoque ī comuni vsu loquendi dicimus minitantes. Ego coinam tibi pectam, quāmuis contrarium intelligatur.

Pexibarbi, vt author est probus sunt Iuuenes barbā tonsi.

Pexo, as, freque. à pecto, is. Vn̄ pexatus, de q̄ ī dictione pexus.

Pezite fungi, qui sine radice, aut pediculo nascuntur, quasi pedestres dicti, q non tollant se altius à terra πεζὸς pedes etiam in ludo sacchorum πεζὸς.

P ANTE H

Pheacum, ciuitas in planicie est, que ab vtraq; parte habet duos editissimos vtices in quibus adhuc sunt arces. Pheaces vero populi fuerunt Corcyre. Vnde et Corcyra Pheacia dicta ē, q̄ litore in maris Ionij ē. Scribit in pria, cū g,

diph. Hic phęacium, da, cium, et phęacus, ca, cũ, vna syllaba minus. Prop. lib. iij. Nec mea phęacas ęquant pomaria syl(uas.

Phaëthõ dictio trisyllaba. Nã aë diuisas syllabas habet et aspiratur. Dictus ἀπὸ τ̃ φλέγειν, sol dicitur, vt inquit. Ser. in lib. v. Æneí. Idem lib. vi. à luce ardoris sui.

Phaëtusa fuit vna ex filiabus solis.

Phęstus, vrbs in Creta à qua Phęstius quidã dictus est quẽ adiutorem condendis legibus Solonis fuisse tradit Plutarchus. inclytum vaticinio et rerum diuinarum peritia.

Phęcasius calceus. Vnde phęcasios sacerdotes et deos vocamus. Seneca ad Lucilium. Si quem palliatum aut phęcasiatum conspexeris.

Phędrus nomen viri proprium, quo significatur clarus, alacer.

Phęstus mons, seu promontorium Cretę Feminino vero genere ciuitas in eo.

Phagedęna. cum diph. in pe. Nam gręce φαγέδαινα scribit, ἀπὸ τ̃ φάγειν, hoc est ab edendo, et est exulceratio vsq; ad ossa celeriter depascens, cum inflammatione saniẽ male olentem emittens, et ad mortem perducens. Author Iul. Pollux. Ply. lib. xx. vlcera, quę phagedęnas vocant folia, ẽ radix recens cum melle sanant. Et apud Colu. putatur esse morbus, quem in iumentis vermem appellant. Idem apibus tribuit lib. x. Sępe etiam inquit vitio, quod gręci φαγέδαιναν vocant intereunt.

Phagus us, et phagi latine vorax phago comedo arbor glãdifera. Hinc fagus ꝙ olim glandibus vescerentur homines ἀπὸ τ̃ φάγειν. comedere. Virg. in Culi. Vmbroseq; manent phagus, hederęq; ligãtis brachia. Hĩc phagineus, nea, neũ, et phaginus, na, nũ pe. cor. ꝑ materiato, ex ea arbore. Oui. lib. viij. Meta. Illic. Phagineus dura clauo suspẽsus ab ausa. Virg. Post valido nitens sub pondere phaginus axis.

Phageus, gea, geum, phagus, vt Phageus lacus apud Ply.

Phalisci populi Hetrurię, quorum oppidum phalerij vocabatur. Sunt qui arbitrentur Phaliscos vocari, quos nunc corrupte montem Falconem appellant.

Phalachron. gręci caluum dicunt. Vnde corui aquatici phalacrocoraces dicuntur, inquit. Ply. Hinc loca satis, fructibusq; nuda phalachras appellant, quasi calueta, vt quę nihil ferunt. Apud Colu. Glabretra dicuntur.

Phalara ciuitas, à Phalaro amne Ithome Minerue ꝓxio.

Phalarica, à phalis. i. turribus dicta est, qa turres defendat uel à Phalari siculo tyranno, vt Amianus inqt. Hęc ut Veget. Scribit ad modum hastę ualido ꝑfigitur ferro quod in longitudine habet pedes tres, ut cuꝫ armis corpus trãsfigat, inter cuius tubam, ẽ hastile fulphur, risina bitumẽ, stupa ꝯuoluuntur, infuso oleo, qđ ĩcẽdariũ uocant balistę impetu destinata ꝑrupto munimine ardens, figit ligno, turritamq; machinã incendit. Est ãt magna, ẽ parua phalarica. Vnde Luca. dixit phalaricam neruis mitti, tortilibus. Vir. vero ait. Turnum manu iaculari potuisse. Vñ li. ix. Sed magnũ strĩdẽs ꝯtorta phalarica venit, fulminis acta mõ.

Phalaris, idis, pe. cor. nomen proprium Agrigentinorum regis crudelissimi, cuius extant epistolę

Phalerę quorum ornamenta, ἀπὸ τ̃ φάλος dicuntur, seu à verbo gręco, quod illustrare significat. Virg. lib. v. Primus equum faleris insignem victor habeto. Et non tm̃ equorum sunt q̃ equitum et nobilium. Ply. lib. vij. tradit comitia flauij ędilitia tm̃ habuisse indignitatis, vt pleriq; nobilium aureos annulos ẽ phaleras deponerent. Et lib. xxxiij. refert Olim ab ordine equestri phaleras fuisse positas, ex indignatione. Inde phaleratus, ta, tum. i. ornatus. Sue. ĩ Clau. Crassus fungi equo phalerato, et in veste palmata. Apud. Teren. Phalerata dicta leguntur pro ornatis.

Phalera, portus Atheniensis celeber.

Phalęcium carmen dictum, à Phalęco inuentore. Constat spondeo, et dactylo, et tribus trocheis, hoc et hendecasyllabum à syllabarum vndena mensura vocatur.

Phalęnę quidã pisces in mari. Amb. Quid gladios loquar, aut serras. aut canes mariticos, aut phalenas, aut Zigenas balenã dicũt eẽ. Etiã sũt bestiolę alatę, q̃ ad lucernã volãt.

Phalangę sunt quibus baiuli ferendis oneribus vtunt, quas σκευαφόρια Plato appellat. Ply. li. vii. Phalangę fustes sunt nodis carentes quibus Aphri pręliũ contra Æhyptios primi fecerũt. Iul. Pollux phalãges inqt. Phalangia dñr ligna, qbus subiectis naues trahi solent. Sic Nonius scribit phalangas sigãre fustes teretes quę nauibus subijciuntur scribit. Hero. Æthiopas vicenos dentes, elephantoꝝ grãdes ẽ è materia ebeni centenas phalangas, tertio, quoq; anno tributi vice regibus pẽdere solitos. Latine palangę dñr, à quo fit palãgo, gas, qđ est onus aliqd hmõi fustibus trãsueho. Affra. Et capreã vnã semilacerã q̃terni simul palãgabãt.

Phalangarij, siue palãgarij, q aliqd oneris phalãgis transuehunt, qui modo tetraphori, modo hexaphori dicuntur. Item phalangarij appellati sũt milites, q erãt ĩ phalãge, quales habuit ad imitationẽ Alexãdri Magni Alexander syrius Romanorum imperator, vt author est Lampridius.

Phalangium genus aranei, ꝙ omnibus internodia terna sint in cruribus. Sũt q phalangij nomine omnes araneos intelligant. Dicitur et phalanx.

Phalanx, langis, dictio macedonica, quo non proprie legio, sed quadrata acies, ẽ cuneus militaris intelligitur, quãdo. s. pes, pedi, clypeus, clypeo, vir, viro, in acie conserebatur. Et hoc peculiare fuit Macedonum institutum, vt author est. Liui. et meminit Curtius, cuius hęc sunt verba. Macedones phalangem vocant peditum stabile agmen, vir viro, armis arma conserta sunt. Cęsar. Milites nostri è loco superiore pilis missis facile hostiũ phalangem ꝑfregerũt. Vnde proculdubio accipitur phalanx pro armorum connexione, atq; textudine. Hinc per trãslationem à satyrico poëta dictum est. Iunctęq; vmbone phalanges. Item Phalanx est regula continens lances, idest libram. Et phalanx, ab Aristotele genus aranei, quod et phalangium, licet phalangij vocabulo, q̃ phalangis veteres vtantur. Arist. n. ait Ichneumones dissidere cum phalange Pręterea phalãges populi sunt Montem phalangię habitantes author Ptole. Item phalanges digitorum internodia dicuntur.

Phalereus demetrius phus dictus est à phalereo portu, siue à phalerea prouĩcia phanostrati filius et Theophrasti auditor athenis prefectus fuit à Casandro macedonũ principe cum esset ciuis, qui vt author est Stra. non mõ popularem non destruxit potentiam sed etiam Melius reformauit. Verum tm̃ inuidia valuit, vt post Casandri obitũ in Ægyptũ fugere coactus sit, et eius inimici statuas plures trucẽtis disiectas ꝯflauerĩ, hic tandẽ morsu aspidis ꝑijt. cuꝫ multa apud Ptole. in calamitoso ocio scripsisset.

Phasellus, et phaseolus, quem vilem Virgil. appellat à phasello insula dictus est non ꝓcul à mõte olympo vt Apul. ait genus, leguminis quod vim calidam et humidam habet aluum lubricat vrinam monet pectori, ac pulmoni prodest licet caput perniciosis humoribus repleat.

Phaneus mõs in ꝓmõtorio Chij à phaneo rege dictus.

Phanesij populi in insulis Oceani septentrionalibus, q (vt So. ait) hñt aures adeo effusas, vt reliq̃ viscera ꝯtegãt illis.

Phantasię imagines rerum insidentes animo.

Phantasma, atis, visum, quę species vna et nomen est eorũ quę dormientes videre sibi videntur.

Phantasticus, imaginatiuus.

Pahnaticus, dicitur, q diuino spiritu afflatus est ẽ, cui multę vanę apparitiones sunt, quales insanientem Aiacem percitum fuisse poëtę ferunt. Hunc morbum errorem vocauit Hora. Aut phanaticus error, et iracunda Diana.

Phaneta, pe. pro. φανήτα gręci apparentẽ dicũt deum, qm̃ quum adhuc nihil esset primus ex infinito apparuit.

Phanio nihil aliud significat, q̃ boni pedis hominem, idest cuius aduentus afferat aliquid foelicitatis, sicut solemus dicere secundo pede introisse, cuius introitum prosperitas aliqua sit consecuta, vel melius, quoniam φανίζω est appareo, idest apparitorem vulgariter dicerent, qui ex voto, et desyderatus tandem appareat.

Phanum templuꝫ, qa phanum apertum significat et om-

nibus adeuntibus aperta sunt templa.
Pharmacum,pe.cor.Greci φάρμακον mediū verbum,qđ p veneno,et p medicamēto accipi pōt.Vnde Caius iuriscon. Qui pharmacum dicit,debet addere bonum,vel malū.
Pharicon,genus veneni est,qđ Athenęus phariacō noiat.
Parmacopola.pe.pro.dici potest vnguentarius,q pharmaca.i.venena,vel medicinas venditat,quales sunt,q vulgo herbarij vocant.cōponit.n.ex pharmacon,ē πωλέω vēdo.Hora.in Ser. Ambubaiarum collegia pharmacopolę.
Pharmacotrophi significat veneris alt solitos populi sunt Pōpo.Gandan paricani Bactri Susiani pharmacotrophi.
Pharmacodes,odor medicamenti.
Pharmatusę sunt duę insulę exiles iuxta Atticas regionē in mari salaminaco,in quarum altera,vt inquit Stra.li. ix.sepulchrum Cyrces visitur.
Pharaones appellant Ægypti reges, quod cognomen fuit dignitatis,vt scribit.Euse.Et vt docet Ioseph. lib.viij.antiqui. Pharaonis nomen secundum Aegyptios significat regem.Et reges cum primum perueniebant ad imperiū, hoc nomen accipiebant.
Pharmaceutice, Grece φαρμακευτική medicina, q̃ medicamentis curat.Nam veteres tria medicinę genera fecerūt. Empiriticem,q̃ solum experimentis constat, ἐμπειρίαν.n. greci experientiam uocant. Latraleptic en,q̃ vnguentis,et clinicen,q̃ victu,et venenis corporibus medetur.Sunt tamen qui clinicen in duas partes diuidant. Vnam Dieticen,quę victu medetur. Alteram pharmaceuticen.
Pharę numero plu.vrbs in Creta,à Misenijs condita.Habētur alię in missenia,et alibi.
Pharmaceutria dicitur q̃ nos sagam dicimus veneficas pharmatio venetatio medicamenta.
Pharmacus veneficus pharmaceno veneno in canto.
Pharmacō theon medicamentū diuinū q̃le est reubarbarū.
Pharia, à Ptolemeo,Plynioq;,à Strabone vero Pharus insula ꝑtra Dalmaciā,et Iaderā,quę nunc vulgo Lisna illyrico sermone dicit. Est et vrbs in ea,à qua Pharienses populi.
Pharos olim insula Aegypti oblonga,paruaq;, contra Nili ostia nunc continenti coniuncta,quę portum Alexandrię efficiebat.sic appellata, à nauclero Menelai, ibi sepulto, cum fuisset ibi ab aspide interemptus.Luc.Pharos insula quondam.In medio stetit illa mari.In ea turris ingens in petra posita,quę mari circumluitur,albo lapide octingētis talentis à Philadelpho Ptolemęo rege . Sostrati Gnidi architecti Alexandrinorum amici opera posita fuit,ob salutem nauigantium,quę nomen ab insula accepit. Scribit Solinus ab hac pharo turri Pharos vocari machinas in portubus ad prelucendi ministerium fabricatas,quoniam ex hac Pharo Alexandrina dirigebantur nocturnis facibus accensis.Papi.Lumina noctiuagę tollit pharus ęmula lunę scribit Egesippus li.iiij.à grecis latinisq; Pharon appellari ex ipsius rei vsu,eo,ꝙ longe videatur à nauigantibus,tanquam phanos,quod significat lucidus immutata litera pharos dicatur . In hac Alexander nouam vrbem condere statuit,sed cum magnę sedis capax non esset,ex illius aduerso condidit Alexandriam Hinc pharius,ria,rium,Et phariacus,ca.cum,ut sistra phariaca.
Pharisęus nomen sectę Iudeorum religiosę,erāt enim apud iudęos tres sectę.Pharisęorum,Saducęorum,et Essenorum, A' phariseus fit.
Pharisaicus,ca,cum,possesiuum.Hiero.contra Vigil.Quasi sepulchra pharisaica foris dealbata.
Pharsalici, campi Thessalię in quibus ciuilium bellorum detonuerunt procellę à Pharsallo oppido appellati, quod situm est in ripa fluminis Oenipei, à quo pharsali dicti. Sunt q pharsaliam prouinciam dicant,à pharsalo duce, q̃ prio Æmathia ab Æmathio postea Thessalia à Thessalo,deinde à Macedone Macedonia . Postremo à Philippo rege campi philippici.
Pharnax,acis,pe.cor.nomen proprius Mithridatis filij.Luc. Nec pharnacis arma relinquas, Tigranemq; meis. Hic à Cęsare,vt.L.Florus scribit uno,et non toto prelio more fulminis obtritus est.
Pharetra,pe.cor.vbi sagittę reponuntur,à φέρω καὶ τραῦμα Et qui eam ferunt pharetrati dicuntur.
Pharusij, populi in Africa uersus oceanum occidentalem.
Phase hebraice,latine transitus dicitur,quia tunc ex Ægypto in patriam remigrauere iudęi.
Phassę,per duplex ss,à grecis palumbi dicuntur.
Paseolus,phasilus,siue phaselus genus leguminis.Col.lib.ij. Ab hoc recte phaselus terrę mandabit, uel in ueterano, uel melius pingui, et restibili agro. Idem Phaseoli modij quatuor obruuntur totidem operis.
Phasellus.Vide in dictione Fasellus.
Phasma,matis, latine apparitio , monstrum uisio dicitur.
Phasis,is,vel idis.Colchoꝝ ꝑgrandis fluuius orit ex monte armeno de q̃ Luc. Colchoꝝ q rura facit ditissima phasis. Hic,vt.Amb.lib.Hex. scribit, de septētrionali pte caucaseis montibus fusus, cum pluribus alijs in Euxinum se ꝑcipitat mare.Ply.lib.vi.Nauigat phasis q̃libet magnus naui gijs.xxxviij.M.d.p. Inde minoribus longo spatio pontibus centum viginti peruius.Phasis ēt vrbs est et lacus nō ꝓcul vt.lib.xi.scribit Stra.Grece etiā phasis,latine fama dr̄. Phasis ēt auis beni saporis q̃ vulgus phasianus appellat. Hiero.in Esa.Phasidesq;,et turtures mulsus meꝝ vxorum pulchritudinē examina liberoꝝ dominus aīe pollicetur.
Phasiani,aues notę,à Phasi fluuio,ad nos traducti ab argonautis . Namq; ex ea regione in Greciam transportatę sunt.Mar. Argoa primum sum transportata carina ante mihi notus nil, nisi phasis erat.In hanc auem Itim Terei filium mutatum Mythici fabulantur.
Phasianarius,qui phasianos pascit.Paul.Iurecons.Phasianarij autem,et pastores anserum non continentur.
Phaulię sunt oliuę , quę minimo succo corpore grandissimę pusilloq; nucleo.
Phedon Atheniensis in conuiuio à triginta Atheniensium tyrānis necatus fuit.Huius filię virgines erant,q̃,vt virginitatem seruarent morte,inuicem se cōplexę in puteū se ꝑcipitauerunt.Fuit et alius hoc noīe philosophus Eliden/sis Socratis auditor ingenio liberali.Qui,vt qdam scripserunt,seruiuit lenoni perinde, quasi meritorius puer quęstuarumq; mancipium eū cebes socraticus emisse dr̄,habuisseq; in phum disciplinis , atq; is postea phus illustris fuit. Cuius nomini Plato librus de immortalitate animę dedit,et alio nomine Phedon inscribitur.
Phedros,latine pulcher.
Phelandrios herba q̃ in palustribus nascit folij apij cuius semen pp calculos ē vesicę, incōmoda bibit, à Dioscoride helosellion hoc est,vt Theodo.vertit paludapium vocatur.
Phegor lĩgua hebrea Priapus appellat,vt ingt Hie.ꝯ Ioui.
Pheneum oppidum in Arcadia . Pheneus vero amnis in Alpheum defluens.
Pherę vt ait Stra. Pelasgicoꝝ cāpoꝝ terminus ad Magnesiam,q vsq; ad Pelium montē porrigunt.Emporiū Pherę habent Pagasus,quo ex loco Pelios Iasonem,ac naues Argo emisit.Vn̄ Pagaseus, et Pheręus appellatus fuit.Fuit tn̄ alius Iason pheręus tyrānus. Sed ꝺ Thessalo Iasone intellexit.Ci.lib.i.offi. cū dixit pheręum Iasonem cęteris anteponunt.dr̄ etiam phera singulari numero.
Pherecides, pe.cor.phus et poeta tragicus, ex Syro insula. Floruit regnante Seruio Tullo apud Romanos , vt Ci. lib.i.Thusc.refert. Hic primus dixit aīos hoīum esse sempiternos primus scripsit soluta orone,vt Apul.in flor.author est,repudiato versuum nexu, quem Pythagoras magistrum coluit. Perijt phthiriasi, hoc est pediculari morbo.De quo Sere.Sed qs non paueat pherecidis fata tragedi.Qui nimio sudore fluens animalia terra eduxit.Turpi miserum quę morte tulerunt.
Pheretrum.Vide in dictione Feretrum.
Phernę, φερνή, latine dos dicitur, vnde parapherna et paraphernalia de quo supra.

Pherenice nomen mulieris. De qua Aelianus lib.x.de varia hiſt. Duxit ad olympicum certamen filium ſuum pherenice ſemina prohibentibus eam ſpectare que preſidebāt Licere id ſibi perſuaſit quę patrem et fratres tris haberet olympionicas ſpectauit et victorem filium reduxit.

Phiala,pe.cor,vas vini,vel aquę plerunq; ex auro conflatū. Omnia enim vini,vel aquę vaſa phialę dici poſſunt. Vñ Iuue. Aureas vocat phialas dicēs. Byrro tenet phialas, tibi non committitur aurum, hoc eſt vaſa aurea quę Byrroni cōmendata ſunt Greci ἀπὸ τοῦ πίνειν τὸ εἰς φ.i.à bibendo.

Phycus,ſiue pycis genus piſcis,dicitur,quia piſcium ſola nidificet ex alga.et eſt inter ſaxatilia vt apud Ply.

Phidias ſtatuarius clariſſimus, q mineruę ſtatuam,egregie fabricauit,amplitudine cubitorum.xxvi.quę ebore ē auro cōſtabat. In cuius ſcuto amazonū prelium cęlauit ē deorum gigantumq; dimicationem. In ſoleis lapitharum et centaurorum. A' Plynio dictus eſt artifex, nunq̄ ſatis laudatus. De quo Quin.lib.xij. phidias dijs q̄ hominibus efficiendis melior in ebore vero longe citra ęmulum,vel ſi nihil,niſi Mineruā Athenis, aut olympiū ī Helide Io(uem feciſſet.

Phidiacus,a,um,pe.cor.Prop.Phidiacus ſigno ſi Iupiter ornat eburno.

Phidicia,cęnationes lacedęmonij,ſeu conuiuia nominabāt ſiue ꝙ philias,ideſt amicitię cā inſtituta ſint,ſiue potius à parſimōia,φείδομαι.n.ſignificat parco et abſtineo,φειδὼ parcitas, et parcimonia, φειδωλὸς parcus.Vñ et phidicia conuiuia parca,et frugi.Cice.lib.v.Thuſcu.Quid victum lacedęmoniorum in phidicijs nonne videamus? Cōuenie bant.n.ad phidicia ꝯferentes ſinguli farinę modiū, vini choros octo, caſei quinq; minas,ficum qnq; ſemis minas.

Pheidoma metra.φειδώμια,ideſt parca et auara,quaſi ἀπὸ τοῦ φείδεσθαι, Veteres modo per ei diph.talia ſcribebant mō per e,modo per i,productum.

Philos latine amor,ſiue amicus.Philetus amabilis.

Philanthropos,pe.ꝓ.latine humāus.i.amās hoīs.Quo noīe dictū eſt lapę genus,qđ veſtibus hoīum adhęrēs eos ama(re videt.

Philanthropia humanitas.i.amor erga homines.Hāc ſic Diffinit.Speu.φιλανθρωπία,ē humanitas et affectio amicitię hominum conciliatrix.habitus hominibus beneficus gratiarum redditio gratitudo benefica.

Philadelphus, amator frīs philadelphia frīnitas,amor frīs.

Philadelphiā nomen ciuitatis in Myſia regione Aſię,terrę motibus concuſſa cuius incolę in agris magna ex parte degebāt.In hac fuit Vna ex ſeptem eccleſijs.Supra Philadelphiam orientem verſus exuſta regio patet ſtadijs lōga qngentis,quadringentis lata,vbi nullę arbores,pręter uitem inueniuntur,quę exuſtum vinum fert,ita elegans,vt nulli cędat.Summa campoꝝ facies cinerulenta eſt,montana,petroſa.et nigra.Quidam ex crebro fulminum ictu id contegiſſe arbitrantur,nec dubitant, quę de Typhone dicuntur hoc in loco fabulari. Sed credibilius eſt ſubterraneum ignem, qui poſtea defecerit regionem exuſiſſe.

Philandros,latine amans virum dicitur.

Philaretus,proprium nomen viri,et latine amator.virtutis dicitur.Grece enim ἀρετὴ virtus dicitur.

Philargyria, ex argyrion, qđ apud gręcos argentum ſigt componitur,et auiditas argenti,ſiue auaritia. transfertur.

Phylargyrotatos,ideſt auariſſimus mortalium.

Philalethes,veri amator latine dicitur.

Philocalus dici poteſt amor boni,vel mundus politus,elegans.Philocalia amor pulchritudinis.

Philomela nomen mulieris Pandionis filię Athenienſis regis et ſororis Prognes,quę cum à Tereo compreſſa fuiſſet tandem,vt eſt in fabulis,deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa fuit,quę et Luſcinia dicitur,quoniā de luce canit.Nec ceſſat deflere cantu dulciſſimo iniuriam,quam paſſa eſt,et interpretatur amabilis.

Philortius ſęmine propriū, ꝑ amatoriā adulationē dictā.

Philo,philoſophus hebreus, q de ſapientia librum ſcripſiſſe dicitur,fuit et alius philo biblius,vt Euſ.lib.Euan.Prepa ratōis teſtat,hos Por.lib.iiij.magnis laudibus decorauit.

Philoſophia amor ē affectatio ſapiētię,ſophia ſapientia dr. Hęc ſcientia diuiditur in tres partes, in moralem naturalem,et rationalem.Prima componit animum. Secundā rerum natura ſcrutatur.Tertia proprietates verborum exigit,et ſtructuram.Moralis grece ethice dicitur.De qua Seneca Philoſophia animum format, et fabricat vitam diſponit,actiones regit agenda,et omittenda demonſtrat.Sine hac nemo ſecurus eſt.Hęc ampliſſima artiū dicit.Apule.diſciplinam regalem appellat,tam ad benedicendum, q̄ ad bene viuendum repertam. A' Philoſophia fit phus amator ſapiētię.Et Philoſophicus,ca,cum,

Philoſophaſter philoſophorum imitator.

Philoſophor,philoſopharis philoſophiā exerceo. Cice.lib.i.de na.deo.Et cū minime videbamur tū maxīe phābamur.

Philefius,cognomē Apolinis Gręci φιλήσιον, amabilē dñt,q lumē eius exoriēs amabili veneratiōe oculoꝝ ꝯſultamus.

Philippus,nomen viri proprium,et latine equorum amator.i.bellicoſus dicitur.Quo nomine dictus eſt Alexandri magni pater alius fuit romanorum impator,qui primus ex romanis impatoribus Chriſtianus fuiſſe perhibetur.

Philippi ciuitas Thracię, q̄ Datos ante dicebatur Cremda olim appellata ꝯdita eſt ciuitas in pręrupto quodā colle, quam Philippus Macedonum rex ędificauit, et à nomine ſuo Philippos noīauit.Virgil. Romanas acies iteꝝ videre Philippi.Hinc philippicus,ca,cum,vt campi philippici.In cāpis philippicis primo Cęſar, et Pompeius Poſtea Auguſtus, et Brutus,cum Caſſio dimicauerunt.Hinc etiam philippenſis,et hoc philippenſe,vt Philippenſes.ciues et philippenſe bellum,quod apud Philippos geſtum eſt.

Philippei,ſiue philippi ſunt aurei nummi preçioſi quorum apud plautum frequens mentio eſt,vt in penu.Hic ſunt numerati aurei trecenti nummi,qui vocantur philippei.

Philocrematos pecuniarum amator.

Philoſarca amator carnium.Hiero.Nos ſimplices, et philoſarchas,ideſt amatores carnium.

Philologus,amator verborum vel ſtudij.

Philolaus nomen viri proprium,ē latine amor populi dr.

Philoponus, amator laboris.Philoponia amor laboris.

Philoſomatos,amator corpis,σῶμα gręci dicunt corpus q̄ſi σῆμα ideſt anime ſepulchrum,tanq̄ ibi ſepulta ſit.

Philopsychia,cupiditas vitę philopsychus cupidus vitę.

Pilotimos honorum cupidus.

Philetęrus amans amicos.

Phileleutheros,amator libertatis.

Philcremus,amicus ſolitudinis,pe.pro.

Philocharis carus amicus.

Philogathus,nomen viri propriū,quo ſignificat benignus.

Philocampus,amator iactantię.

Philodeſpotus nomen proprium compoſitum ex duobus dictionibus gręcis qđ ſignificat dñi, ſiue dñę amatorem.

Philoctetes,tis,vel tę,pe.pro.nomen Pęantis filij,et Herculis comitis, quaſi amoris poſſeſſor. Proper. Tarda philoctetę ſanauit crura Machaon.

Philomathes diſcēdi cupidus.Philomathia amor diſcendi.

Philopolites,amator patrię.

Philoſtorgus,amicus beneuolus,neceſſarius. Philoſtorgia indulgentia amor parentum.

Philonicus,iurgioſus,contentioſus.victorię amator.

Philtra,latine amatoria genus veneni amorē,ē vt plurimū inſaniā ingerentis, φίλτρον .n. apud nos amatorium dr. Oui.li.ij.de arte philtra nocēt aīs,vimq; furoris hēnt. Iuue.Hic Theſſala vēdit philtra, qbus valeat mentem vexare maritī.

Philo plis hebręus,q ſapiētię libꝝ ſcripſiſſe credit fuit et alius eo noīe Academię princeps, cui ſe totum tradidit.Cice.vt ipſe in Bruto teſtat,admirabili, quodam ad philoſophiam ſtudio concitatus,cum ille in bello mitridatico domo fugiſſet.Romamq; veniſſet.Hos duos philones.Porphyrius lib.iiij. Magnis laudibus decorauit.

Philohiſtoricus,amator hiſtoriarum. Hier.ad Pauli.Quartus inter

bus inter quatuor prophetas temporum conscius totius mundi philohistoricus lapidem precisum de monte sine manibus claro sermone pronunciat.

Philozous, grece φιλόζωος, nimis cupidus vite.

Philenus, vinosus amator vini, potator.

Philoxenus, hospitalis. Philoxenia, hospitalitas.

Philodulus, pe. pro. amator seruorum.

Philopes, puerarius, pedico, amator puerorum.

Philopolemus, bellicosus, nã φιλέω ῶ, amo πόλεμος, ου, bellũ.

Philocrates, pe. cor. amoris tenax, κρατέω teneo.

Phimosis dr̃, cum glans membri virilis ita tegitur preputio, vt nudari non possit.

Phison nomen fluuij, qđ (teste Iosepho lib. i.) sigt̃ inundationem, q eductus in Indiam in pelago, late diffunditur, qđ Geta nũcupat̃ à grecis. Hic circuit oẽm terrã Eiulath, vbi est aurum terre, vbi carbunculus, et lapis preciosus.

Phillon per duplex ll, latine foliũ dr̃, vna lr̃a detracta. Hinc pẽtaphillon, melamphillon, platiphillon, & hmõi multa.

Philon per simplex l, significat gentem, genus, nationem.

Philarchus, latine princeps gentis.

Philyra, pe. cor. proprie arbor, quã latini Tiliã vocant, q̃uis alij dicãt esse membranã tenuissimã, iter corticẽ, & lignũ tilie. Ex hac arbore fiebant corone, q̃ in magno honore, apud antiquos fuerũt. Hora. li. i. car. Displicẽt nexe philyra corone. Oui. li. Fas. Ebrius icinctis philyra puina capillis. Ply. vero lib. xxiiij. accipit phyliras p capillamẽtis, filisq; tenuissimis, phylira inquit croci nimiũ salẽ cibis eximunt. Et lib. xiij. Preparant ex papyro charte diuise acu in ptenues, sed quã latissimas phyliras. Martia. lib. de nupt. philologie accipit phylirã, pro membrana tenuissima. Cuius hec verba sunt. Libri in phylire cortice subnotati.

Phylura, idem, quod phylira, scilicet membrana, et tenuissimum capillamentum.

Phylaca, penul. cor. locus custodie, hoc est carcer. Plaut. Illic est abductus recta in phylacam, vt dignus est, phylacista carceris custos.

Pyhllis, nomẽ Lycurgi Thracũ regis filie q̃ Demophoónta Thesei filium, ex Troiano bello redeuntem amauit, & in coniugium suum rogauit. Ille ait ante se ordinaturꝫ res suam, et sic ad eius nuptias reuersurꝫ. Profectus itaq; cũ tardaret. Phyllis et amoris impatiẽtia, et doloris impulsu, ꝙ se spretã esse credebat, laqueo vitã finiuit, & ꝯuersa est in arborẽ Amigdalum sine folijs. Postea reuersus Demophoón cognita re eius amplexus est truncũ, q velut spõsi sentiret aduentũ, folia emisit. Vnde ẽt phylla sunt dicta à Phyllide, q̃ ante petalia dicebant̃. Est et phyllis amnis Bythinie, à quo Phylli, phylliensesq; dicunt̃, vt inqt Strabo.

Phima, atis, genus tuberculi mollis furunculo rotundioris planiorisq;, quod in pus cito conuertitur.

Physis latine natura dicitur, à quo physicus naturalis.

Physica, orum naturalia, vt physica Aristotelis. Vñ et metaphysica supernaturalia.

Physiologus, de naturis differens. Hier. contra Iouin. Legamus physiologos, et reperiemus turturis hanc esse naturam, vt si parem perdiderit alteri non iungatur.

Physionomia nature regula. Nam id verbũ significat mores naturasq; hominum coniectatione quadam de oris, & vultus ingenio sciscitari.

Physetor, oris, penul. pro. genus piscis marini admirabili magnitudine, φυσάω spiro, vel sufflo. Vñ ruffus in Arato Delphinos virides, et physetoras anhelosi.

Phygethlon, vt inquit Corne. Cel. Tumor est, non altus, latus durus, rubicundus, cum vehementi inflãmatione pũctioneq;, ac membrorꝫ distentione, neq; materia magnopere in pus conuertitur.

Phyton, sine h, in secunda pciũ, quod capit̃, pro re locata, vulgus fictũ appellat. Inde emphyteosis, phyton ẽt latine planta. Phython cum th, in vltima sigt̃ serpentem.

Phlanates populi sunt, à quibus nomen finui est inditum quem modo naute, quernariũ appellant. Alij carnariũ, propter naufragia pcelloso fermè semper transitu. In recessu eius Senia vrbs, cuius à tergo specus sunt, vnde vehementes nulla ferè non hora venti perflant, eaq; res infamem sinum eum reddidit. Dicti phlanates ab oppido Phlano, vnde sinus omnis hic phlanonicus vocatur, qui à Pola colonia, Iaderam, vsq; diffunditur.

Phlebotomia, incisio vene, que fit ad sanguinem minuendum, sedandi feruoris gratia, φλέψ, enim latine vena. Phlebotomum ferrum, quo vena secatur.

Phlegmon latine inflammatio, siue collectio quas rerum, et ipetũ vocãt, quotiẽs sanguis vtilis, & mediocriter crassus fert̃ subitus in aliq̃ corporis partẽ, sed flegma pituita.

Phlegethon fluuius iferualis, flammis estuantibus rapidus, φλέγω ardeo. Virg. Que rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus phlegethon, torquetq; sonantia saxa. Hinc flegethonteus, a, um.

Phlegma, atis, pituita. Inde phlegmaticus, q ex phlegmate laborat. Phlegma, vt inqt Aug. lib. xi. de ci. dei. In capite domicilium habet.

Phlema, dr̃ cum ex labore vie sanguis defluit circa talos.

Phlegonitis lapillus, ꝙ i eo flãma q̃dã, itus ardere videat̃.

Phlegyas Martis filius, rex Lapitharum in Thessalia pater Ixionis, & Coronidis, à quo Phlegye populi Thessalie sunt cognominati.

Phlegrei cãpi duo fuere, alter i Grecia à Phlegra Thessalie valle, vbi gigantes, cũ celestibus pugnauere. Vel ἀπὸ τοῦ φλέγειν quod est vrere, atq; inflãmare, qm̃ terra preliorũ concitatrix est dum ibi gygantum bellũ exarsit. Alter in Cãpania propè Cumas in quo Hercules, cũ his prelium commisit. De quo Stra. lib. v. scribit. Fortunatus erat et cãpus nomine phlegreus, in quo non à gigantibus gesta fabule diuulgant. Ita dictus à colle, q olim plurimũ ignis euomebat quem Vesuuium scriptores appellant. Ex hoc Hercules existimat̃ sicut Diod. meminit, gygantes fugasse.

Phlegmones inflammationes, siue collectiones, quas et impetus nostri vocant.

Phlysias genus spongie dictũ ꝙ nunq̃ lauet̃ q̃si illotaria.

Phlox, apud Ply. et flammam et genus floris significat.

Phleos herba palustris ad nexus vtilis ex qua phloine vestes ab Herodoto etiam dicuntur.

Phlyctena latine pustula, quarꝫ tria sunt genera. Exanthemata, q̃ Plyn. eruptiones pituite, et papulas appellat. Psydracion paulo durius est, ac subalbidum, et acutũ. Epinyctis, que tertium discrimen est.

Phlius, iuntis, est vrbs i medio Sycionij, Arginiq; agri, ubi religiosissime colebat̃ Hebe. castellum Phliũ noĩat Plyni.

Phoca piscis bos marinus à sono mugitus. Virg. lib. iiij. Et turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio et pilis tectus parit in terra pecudum more, canuꝫ modo coit. In somno mugit à quo precipue vituli nomen accepit. Fuit et nomen Imperatoris Romanorum.

Phoce, es, oppidum Beotie.

Phocea vrbs minoris Phrygie, vt inqt Ptole. Atheniensiũ colonia, vnde profecti sunt, q Massiliam apud gallos, nõ procul à Rhodano condidere. Dicta Phocea, ꝙ vituli marini magno numero comparuissent vrbes condentibus. Est et in Caria Phocea monti Mychale apposita. Ab hac phocenses, vt à grecorum Phocide Phocenses. Ab vtraq; phocaicus. Vnde muricem phocaicum. Ouid. posuit à phocea non procul A Sardibus.

Phocaicus, a, um, qđ est ex phocea. Vnde murex phocaicus.

Phoces populi Ionũ, q primi lõgis nauibus, ẽm Herodotũ (usi sũt.

Phocis parua grecorꝫ regio, vbi oraculũ delphicũ. Luca. lib. v. Massilieq; sue donat̃ libera Phocis. In ea enim est oppidum Delphi sub Helicone monte. Fons Castalius, & Cephisus amnis et mons Parnasus, in quo. Apollinis templuꝫ. Hinc phocides, et phocei dicti sunt, q Massiliam condiderunt. Hos Varro scribit trilingues esse ꝙ grece, et latine, et Gallice loquantur.

Phocion Atheniensis vir clarus, cognomento bonus paup.

Fuit enim semp pauper cũ ditissimus esse potuisset,pp fre quentes ei delatos honores.Hic neq; ridere,neq; lachryma re ab vllo vnq̃ ẽ visus.Et in ↄtione cũ qs dixisset.Cogita bundus videris ó Phocion. Recte iudicas. Cogito enim si qua valeo in his breuitate vti, q̃ apd Athenienses dictu rus sum. Huic cũ legati Philippi Macedonũ regis ingẽ tia munera offerrent, hortarenturq;,vt ea acciperet,q̃uis enim ipse facile his careret,liberis tñ eius essent necessaria qbus difficile foret in summa pauptate ad p̃nam glo riam peruenire.Si mei inqt,similes erunt,idẽ hic agellus alet illos, q me ad hanc dignitatem perduxit.Si dissimi les nolo meis impensis illorum ali,augeriq; luxuriam.

Phębus epitheton Apollinis quasi lucidus,q Ionis,et Lato nę filius fuit eodẽ partu,cũ Diana genitus,q̃ et ipsa Phę be vocitata est diuinationis,et sapientię deus à poëtis exi stimatus,et medicinę repertor,q̃m sentiendi vis oĩs à sole nobis est.Dictus phębus,quasi φώσβιος, ab φῶς, et βίος.i. lux vitę. Vel à specie et nitore.Nam gręci φοῖβον purum dicunt et splendidum.

Phębas,adis,fatiloqua, ꝙ phębei numinis concepto afflatu fureret et agitaret in bacchantis imaginem.Sido.Nec sic intortũ violatę phębados vltrix In danaos fulmen iecit.

Phęnix Agenoris filius,Cadmi frater,q phęnicibus impera uit , à quo Phęnicia, et phęnix arbor palma,et color ru ber, à quo phęniceus,cea,ceum, vt color phęniceus qđ et phęniceũ dr̃,idest purpureũ.Siliter phęnix auis à purpu reo pennaꝝ colore dicta, toto orbe celeberrima in Ara bia nascens, aqlę magnitudine, q̃ annis sexcentis,et sexa ginta viuere dr̃,vt Mani. ait capite honorato in conum plumis extãtibus cristatis faucibus circa colla fulgore au reo,cętera purpureus absq; cauda in qua roseis pẽnis ce ruleus iscribit̃ nitor,generis,tam masc. q̃ fœminini.Hie. in expositione symboli. Quid miꝝ videt̃, si virgo ↄcepe rit,cũ orientis auem,q̃ phęnicẽ vocant,in tm̃ sine ↄiuge nasci,vel renasci ↄstet,vt semp vna sit,et semp sibi ip̃a na scẽdo,vel renascẽdo succedat.Idẽ ad Presidiũ.Phęnix auis est ĩ India,et p.ccccc,annos,de lybano iplet se aromatibus et sic nidificat,et indicat sacerdoti Heliopolitano mensẽ famenoth,aut farmurth.Implet aram sacerdos sarmẽtis,et ibi ↄfert phęnix aromata,et electrũ arę imponit.Et prĩo solis ortu phęnix qdẽ mouet pennas.Solis vero calore ac cendit̃ electrũ,et sic exurunt aromata et ip̃a phęnix in cendit̃.Crastina die de cinere gignit̃ vermis, scđo pennas affert,tertio ad antiq̃ redit naturã,et sic ad sua loca reuer tit̃.Amb. in lib.Hex.Phęnix auis ĩ locis arabię perhibetur degere,atq; ea,vsq; ad annos qngentos lõgęua ętate ꝓce dere,q̃ cũ sibi finẽ vitę adesse aduerterit, facit sibi thecas de thure,et myrrha,et cęteris odoribus,in q̃ impleto vitę suę tpe intrat,et moritur de cuius carnis humore vermis exurgit,paulatimq; adolescit,et ꝓcessu statuti tpis induit alaꝝ remigia atq; ĩ supioris auis spẽm,formamq; repara tur.Est et phęnix nomẽ fluuij ĩ Thessalia,ĩ Asopũ fluẽtis. Et phenix q ex phęnicia est populus,ques Iosephus scribit inenisse gręcas lr̃as.Vñ Lucil.Phęnices primu(famę si cre ditur)ausi Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Phęnices παρὰ τὸ φονεύειν dicti sunt ꝙ initio cuiuscunq; ge neris appulsos hoĩes ꝓ victimis ferebãt inde q phęnici bus ꝓximi colũt, vulgo phęnissare dicũt cęde maculare. Sed Euse.lib.de temporibus,phęniceus inqt color et vna mutata lr̃a puniceus ab inuentore nomen sortitus est q bythiniã ↄdidit et phęnicibus elementoꝝ notas dedit.

Phęniceus,cea,ceum,quod est purpurei coloris à purpura q̃ prima cõmendatione in tyro tingebat̃ apud phęnicas quos mutatis syllabis pęnos appellamus vnde punicios,et puniceus deriuatur.

Planula, à cõplanãdo dicta est, pro instrumẽto fabrili, quo assamenta leuigant, et poliunt? Nã dolabra ideȝ vr̃ eẽ, qꝺ ascia, vt inqt Do. qui ait Dolare est ascia cedere. Et planulę sunt, quas nos lamas vocamus. Fores. n. cum planulis ferreis pietibus cardinibus ꝯiũgunt, ẽ sup illos deuoluunt.

Planipes, qui pedes planos habet. Vnde comędię, siue fabulę genus dicitur planipedia, vbi nullo procedebatur cultu ꝙ actores pedibus planis. i. nudis proscęnia introirent. Diom. scribit Planipedem gręce mimum significare, ꝙ actores planis pedibus. i. nudis intrarent proscęniuȝ, nõ vt tragici actores, cum cothurnis, neq;, vt comici cuȝ soccis, sine.

dis, siue, quod olim non in suggestu scęnę, sed in plano orchestrę positis instrumentis mimicis actitarent.

Plācę tabulę planę, à planicie ita appellatę. Ply. lib. viij. Nec pōtes asini trāseāt, p̄ raritatē plācaꝝ trāslucētibus fluuijs.

Planci, qui supra modum pedibus plani sunt. i. qui pedes imos graciles habent, planosq̄; ęqualiter, quasi tabellas, quę plancę vocantur. Quo nomine dictus est Romanus, quidaꝫ ciuis, cuius extant epistolę luculenter scriptę. Qui (teste Eusebio) cum Galliam comatam regeret. Lugdunum ꝯdidit, quę ciuitas Senecę temporibus deflagrauit incendio. Hi etiaꝫ ploti dicuntur. Vnde Plautus dictus est primo plotus, propter huiusmodi pedes. Deinde Plautus.

Planta, cum de pedibus dicitur, significat totam partē inferiores digitosq̄;, et vngues. Virg. in moreto. Cruribus exilis spatiosa prodiga planta. Si vero de arboribus ea est, q̄ transferendi gratia, vel de arboribus rapta, vel ex seminibus est orta, et de herbis quoq; dicitur. Virgi. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum. Deposuit sulcis.

Plantaria ipsę plantę in terra natę, quę cū radicibus trāsferuntur, de vno loco, in aliū. Virg. Siluarumq̄; alię pręssos propaginis arcus Expectāt, ē viua sua plantaria terra. Plantaria etiam dicuntur plantarum loca. Plyni. lib. xvij. Quędam in plantario insita eodem die transferuntur.

Plantarius, a, um, quod plantari debet, seu quod est aptum vt plantetur. Colu. lib. vi. Ipse autem arbusculę, hoc modo possunt transferri, anteq̄ plantarias arbusculas effodias solo, rubrica notato partem eius, quę meridiem spectet.

Plantaris, et hoc plantare, quod est plantę pedis. Sta. lib. i. The. Summa pedum propere plantaribus alligat alis.

Plantiger, plantas gerens. Vnde plantigere arbores, quę ex sese pullulando plantas emittunt. Ply. Siliqua plantigera est in imus partibus.

Planto, as, notę significationis, vt homo quidam plantauit vineam. Huius composita sunt deplanto, quod est contrarium suo simplici. Nam deplantare significat, quod plantatum erat euellere. Ply. Sed vtraq; infirmissima, et quę corticę nitunt tantuꝫ vel leui aura ocyssime deplantant. Col. lib. ij. Ne aut cornu bos ad stipitem vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibret, ramumq̄; deplantet. Explanto significat, idem quod deplanto. Idem. Vt sit, quę teneri adhuc pampini capulis suis illigent, ne vētis explantentur. Et li. vi. Anteq̄ explantes arbusculaꝫ. Supplanto subtus planto, de quo alibi.

Plantago herba, cuius duo sunt genera. s. maior, ē minor.

Planetę ab errore dicti sunt, ἀπὸ τῆς πλάνης πλάνητης, idest erraticus, et vagus, vel à verbo gręco πλανάομαι erro. Latini ab incessu vocant errantia, et erraticas stellas. Nigidius errones appellat. Nam vt ait Ser. Interdum in austrum interdum in septentrionem, plerunq; contra mundum nonnunq̄ cum mundo feruntur. Vnde Virg. ꝺ Mercurio. Quos ignis cęli Cyllenius erret in orbes. Sunt autem septē planetę Saturnus, Iuppiter, Mars. Sol. Venus. Mercurius. Luna. Sed quinq; contra munduꝫ feruntur et cum mūdo quandoq; retrogradi sunt Sol, vero, et luna semper contra mundum.

Plango, is, xi, ctum, fleo. Vnde planctus, et plangor est planctus proprie vocum, ploratus tantum lachrymarum fletus ad vtrunq; pertinet. Sed confunduntur plerunq;. Aliquando plāgere est percutere. Lucil. Plangunt litora fluctus. Ouid. Plangebant pectore terram. Hinc planctus, et plangor pro percussione. Luc. Exigit ad sęnos famularum brachia planctus. Syl. Linētia planctu Brachia. Catul. Procedunt, leniterq̄; sonant plangore cachinni.

Planctus, ta, tum, participium est, vt apud Ęzech, c. xxvij. Planctus est et plangunt.

Planctus, nomen vt conuertisti planctum in gaudium.

Plasis gręce, latīe formatio dr̄, hīc plastes, plasma, ē plasmo.

Plastes fictor, qui figlinam artem exercet, qui ē figulus dr̄. Hiero. Mollis cera, et ad formandum facilis, etiam si artificis, et plastę cessent manus, tamen virtute totum est quicquid esse potest.

Plastice fictoria, vel figlaria, ars figlina, qua fingūtur imagines ex argilla ἀπὸ τοῦ πλάττειν, quod ē fingere, vnde et pro plastice dicitur ars faciendi typos idest formas, qbus formandis figlini vtuntur. Dicitur etiam proplastice pro ipsa forma, quaꝫ ad formanda alia opera adhibent. Ply. Archesilai proplasticen pluris venire solitam ꝓstat, ab artificibus ipsis, q̄ aliorum opera.

Plasma, atis, et plasmatum figmentum, quod, et figlinum opus dicitur quod formatuꝫ est. Item plasma emplastꝛꝫ, à πλάττω fingo, componoq̄;. Pers. Liquido cum plasmate guttur mobile colluent. Antiqui eniꝫ nonnulli emplastꝛꝫ ex pluribus liquidioribus commixtis vocem adiuuantibus faciebant. Cato de plasmatis bibendis.

Plasmo, mas, figmentum aliquod efficio.

Plasticus, idem, quod plastes, qui figuras ex terra, vel marmore fingit Firmicus. lib. vij. Si enim quis sic fuerit inuenta faciet pictores, plasticos aurifices.

Platos gręce, latine dicitur latitudo. Vnde Plato, platea, Platanus, multa alia.

Platyophthalmus, quasi dilatans oculos, πλατὺς enim latus ὀφθαλμὸς oculus. Quo nomine dictus est lapis spumę candidę, nitentisq̄;, quod stimi appellant, alij stibin, alij alabastrum, alij turbasin. Nam dilatat oculos, et eorum fluxiones, exulcerationesq̄; inhibet.

Platea, pe. pro. secundum Dona. Nam gręci πλατεῖαν, dicūt, nos plateam, sicut μηδεῖαν, medeam, σπονδεῖον. spondeus. Hora. tamē in epistolis corripuit, cum ait. Purę sunt platę nihil, vt properantibus obstet. Et est via latior fereq̄; militaris pretoria consularisq̄;. Aug. Platee perpetuę ac latiores ciuitatum vię, sunt iuxta proprietatem linguę gręcę à latitudine nominatę Platy enim latum dicitur. Qn̄q; capitur pro area in qua conuenire populus solet. Lampri. in Helio. Plateas in palatio strauit lacedęmonijs, et porphyreticis saxis. Est ē nomen auis, quę ad ea volat, quę in mari merguntur et capita eoꝝ morsu corripit, donec capturam extorqueat. Dicta platea à latitudine corporis.

Plateę numero plurali ciuitas in bęotia sub citherone mōte non longe à thebis dicta à latitudine remoꝝ vt, inqt Stra. Nam gręce πλάτη remus πλάτος latitudo inde platea quia lata hic pausanias et Aristides Mardonium Xerxis ducem et consobrinum superauere.

Platanus, pe. cor. arbor late spargentibus se ramis, à πλατὺς latum. Petronius arbiter. Nobilis ęstiuas platanus diffunderat vmbras. Est autem, tam mascu. quàm fę. ge. et tam quartę, q̄ secundę decli. Virg. in Cul. Nam primum prona surgebant valle patentes Aërię platanus. Idem in Ge. Et steriles platani malos gessere valentes. Hinc platanetuꝫ et platanon, pro loco platanis consito.

Plato philosophus, ab humerorum, latitudine dictus. Hic antea, ex aui paterni noīe Aristocles vocabat. Fuit egregio corporis habitu et in palestra se exercuit, apud aristoneꝫ palestriten, à quo primus cognominatus est. Plato. Natus est Athenis eo die, quo apud Delon Apollo studuit picturę, et tragędias, poemataq̄; ędidit. Adeo autem in omni disciplinarum genere, et pręsertiꝫ in philosophia excelluit, vt diuinus Plato ē philosophoruꝫ Homerus vocatus sit. Ci. ī li. Thus. quęs. Platonice maiestatis maximus ē buccinator adeo, vt ipsuꝫ deū appellet, quē Labeo inter semideos commemorandus putauit. Cui defūcto Magi, vti deo īmolauerūt. Fuit varius multiplex, ē tātę eloquētię vt Ionē si gręce loqui voluisset platonice, locutuꝝ philosophi dicerent, de quo Quin. Quis dubitet platonem esse pręcipuū siue acumine differendi, siue loquendi facultate diuina q̄daꝫ et homerica, vt mihi non hominis ingenio, sed quodam delphico videatur oraculo Dei institutus.

Platicerotes belnę lata cornua habentes.

Planti, à planis pedibus, qui et ploti noīantur, soleas quoq; dimidiatas quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent semiplotia appellabant.

Plaudo,is,ſi,ſum, Eſt autem plaudere, quotiens alicui pro re bene geſta congratulamur,lętitiamq; oſtendimus.Ambro.li.ij.De Virg.Quę pompa illa?quanta angelorum lętitia,plaudentium,ꝙ habitare mereatur in cęlo,quę cęleſtem vitam vixit in ſeculo?Seneca,Vnam rem adijciam et fauere,ac plaudere te iuuabit.Fit etiam quãdoq; in deriſum,vt eſt apud Ezechielem,pro eo,quod plauſiſti manu, et percuſiſti pede et gauiſa es ex toto affectu ſuper terram Iſrael ſignificat, et plaudo percutio et aliqñ plaudo excito Sta.lib.iiij.theba.Plaudit equos.Huius compoſita ſunt applaudo quod eſt alicui plaudo.Hiero.Quamq̃ labia torqueatis,trahatis capillum, applaudatis pede fidem eccleſię apertisſime confitebor.Supplando,de quo alibi,replaudo,repercutio.Eſt et plaudeo,es.Hiero.in eccleſi.Caput ſuum mouebit,et plaudebit manu.

Plaudeo,es,idem,quod plaudo,is,vt apud Eſa.xxxiij.c.laxati ſunt funiculi tui,ſed non plaudebunt.

Plauſus,us.Cice. in Cato. Quibus cum à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus.

Plauſibile,fauorabile,iucundum,populare,quod plauſu populi excipi poteſt.Cice.Quoniam plauſibilia hęc nõ ſunt vt in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinãt.Sic orõ plauſibilis dicta eſt quę placet,ẽ plauſum populi meretur.

Plauſtrum currus,quod ex omni parte ſit palam,quod in eo vehitur,vt inquit.Var.

Plecto,is,xi,ctum,ſm Priſc.vel xui.ſm aliquos,xum.ſig.punio,ferio ἀπὸ τοῦ πλήττω ferio.Hiero.in li.Iudi.Si ſeptem crines capitis mei licio plexueris, et clauũ hunc circunligatũ terrę fixeris infirmus ero.Aug.lib.de ci.dei. Nam ſi omne nunc peccatum manifeſta.plecteret pęna nihil vltimo iudicio reſerua putaretur.Huius pasſiuũ eſt plector.Ter.in Phor.Tu iam lites audies.ego plectar pendens.i.feriar, vt inquit Do.Hinc plectrum,et plagę.

Plector deponens,non eſt in vſu,ſed habet compoſita amplector,complector,circumplector,implector,vnde implexus,quod eſt implicatus.Grego.Sed cum ex lectione alia redemptoris noſtri ſentẽtia ad mentem reducitur,ex huius nobis lectioni verbis queſtio valde implexa generatur.Perplector perfecte ligo.Hie.ad Paulinum.Tenent ſe mutuo ſibi perplexi ſunt,et quaſi rota in rotam voluitur. Terẽ. in Eunu.Pergin ſceleſta mecum perplexe loqui.Dona. Ideo perplexe,quia ſtatuerat vitium cęlare virginis. Hinc perplexor,qđ eſt valde ligo,ſeu in dubio pono.Plau.in Aul. At ſcio,quo vos ſoleatis pacto perplexarier.Pactum nõ pactum eſt, non pactum, pactum eſt, quod vobis Iubet. Idem in Aſi.Neq; vllum verbum faciat perplexibile,ideſt ambiguum multum.

Plectilis,pe.cor.quę plexa eſt.Plau. in Bacch. pro galea ſcaphium pro inſigni ſit corolla plectilis.

Plectrum inſtrumentum citharędi,quo fides plectuntur.i. percutiuntur,à πλήττω percutio.Mar.Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat. Exornent docilem garrula plectra lyram à noſtris dicit qñq; pecten.Virgi.Iam pectine pulſat eburno.Plectrũ etiam quãdoq; calcar ęneũ,quod olim gallis gallinaceis addebatur dum inter ſe pugnarent.

Plebs,bis,vel plebes,bei, idem, quod vulgus. Hoc eſt vilior pars populi Gel.Plebs,in qua gentes ciuium patricię nõ inſunt.Ply. Tanta plebei conſternatione,vt primo pulſus ex ea regione,mox,ẽ interemptus ſit.Huius diminutiuum eſt plebecula.

Plebiſcitum plebis ſtatutũ.Siſcere enim ſtatuere eſt.Scita vero plebis appellatur ea quę plebs ſuo ſuffragio,ſine patribus iusſit, plebeio, magiſtratu rogante, vtpote. Tribuno in populo enim omnis pars ciuitatis,et oẽs ordines continentur,in plebe,neq; equites ſunt,neq; patricij.

Plebeius,a,um,quod eſt plebis,vt plebei ędiles.

Plegma,atis,rete,crines intorti,hoc eſt tricę,et omne textũ.

Plemmyrium fluuius Sicilię, qui per agrum ſyracuſanum labitur,à πλημμύρω, quod eſt exundo.

Plenus,a,um,qđ eſt vacuo ꝯtrariũ,hoc eſt,in quo nihil eſt vacui,ſed intergũ atq; ꝑfectũ eſt.hinc plenitudo ꝑfectio.

Penilunium vide in dictione Luna.

Pleonasmos,latine cumulatio,ſiue adiectio.Figura quoties ſuperflua addunt,vt Sic ẽ ore locuta πλεῖος.n. plenus dr̃.

Pleo,es,q̃uis non ſit in vſu,habet,tñ cõpoſita.Compleo,expleo,impleo,à quo adimpleo,oppleo,repleo,et ſuppleo Lac. li.vij.Et replebuntur montes cadaueribus,oſſibusq̃;.

Pleiades ſtellę,quę taurum perficiunt,pręter caput,quod ortu ſuo primę nauigationis tempus oſtendit. πλειάδες, latine vergilię dicuntur,à verni temporis ſignificatione quo oriuntur.Nam vere exoriuntur,ẽ circa ęquinoctium earũ ortus matutinus eſt.Hygi. Inter huius tauri finitionem, et caudam arietis ſtellę ſunt,quas noſtri. Vergilias, greci pleidas dixere . Fuerunt Athlantis filię ſeptem ex pleione nympha,cum quibus Iupiter concubuit.Vnde et pleiades dictę,et ex hoc relatę ſunt in numerum ſyderum. Vulgo pulcenaria dicuntur. Vel à pluralitate πλείονες. Pleones enim gręca lingua plures dñr. Plures autẽ ſimul apparere certum eſt.Pherecydes tradit ſeptem ſorores fuiſſe Lycurgi filias ex Naxo inſula.Et quia liberũ educauerunt,à Ione,inter ſydera fuiſſe relatas.Harum nomina putantur. Electra,Alcinoe,Celeno,Merope.Aſterope, Taygeta,Maia, quarum ſeptima vix cerni poteſt.Oui.li.iiij.Faſt.Pleiades incipiunt humeros releuare paternos.Quę ſeptem dici,ſex tamen eſſe ſolent.Seu ꝙ in amplexu ſex hinc venere deorum, Nam ſteropem Marti concubuiſſe ferunt . Neptuno Alcinoen,et te formoſa Celeno, Maian, et Electrã,Taygetamq̃; Ioui. Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit. Pęnitet,et facti ſola pudore latet.Siue ꝙ Electre Troię ſpectare ruinas.Non tulit,ante oculos,oppoſuitq̃; manum.Fit autem quandoq; hęc dictio tetraſyllaba.Proper.Non hęc pleiades faciunt,nec aquoſus Orion.Aliquando abijcitur e,et dicimus pliades.Sta.lib. i. ſyluarum. Nec par Ægeae hyades pliadumq̃; niuoſum Sydus, et olenijs dignum petijſſe ſub aſtris.

Plethron quidam pro iugero accipiunt . Alij duo plethra ſingulis ꝯtineri iugeribus exiſtimãt,vt Hero.mathematicus in plethro pedes centũ in iugero ducẽtos et.xl.in lõgitudiẽ dimi.ĩ latitudiẽ ex dimẽſiõe qntiliãi ꝯtineri ſcri.

Pleuritis,idis, dolor laterũ,grece πλευρὰ τῆς πλευρᾶς (bens. latus dicitur.Hinc pleureticus, qui hunc morbus patitur. Sunt etiam,qui hunc morbum pleureſin vocent.Macer. Coſtarum,quam pleureſin attica lingua.

Pliſtonicus,nomen authoris de quo Atheneus. Fuit et apion quidam,cognominatus Pliſtonicos non multo tempore.Plynio ſuperior, vt idem vltimo volumine teſtatur. Qui et pliſtonices quandoq; ſcribitur,ſicut olympionices.

Pleſtyriaſtas πλησυριαστάς gręci vocant licitatores.

Plethynticos,latine pluratiue dicitur.

Plico,as,aui,atum,et plicui,plicitum.A quo quatuor compoſita,applico,complico,explico,et implico,ſimuliter duplex pręteritum, et duplex ſupinum habent. Reliqua ſolum in aui,atum,terminant,vt duplico triplico,quadruplico,multiplico,replico,ſupplico.Sigt aũt plicare.nectere, et veluti rugas facere.Tractum à gręco πλέκω, quod eſt necto.Cõplico ſimul plico,cumulo.Hie.ĩ Prol.Iob.Si fiſcellam iunco texerem,aut palmarum folia complicarem,vt in ſudore vultus mei comederem panem meum.Lac.li. v.Quid leno,niſi vt bonis exuat?qd fur, niſi vt plura cõplicet?Implico innecto inuoluo.Salu.li.iiij. Hiſto. Implicitę rates,myſteria prohibebant.Lactanti.lib.ij.Nam cum bello ciuili Brutiano implicitus graui morbo abſtinere è prelio ſtatuiſſet. Aliquando implicare,ornare. Plau. Implicat ad ſpeculum caput.Circumplico.Gel.Surculo compari,quem habebat capite ad finem proinde,vt debere fieri ſciebat circumplicabat.Replico diſſoluo.Plau. Replica tricam,atq; extende.Et replicare, rurſus explicare dicere . Hierony. ad Lucinum bethicum. Hęc et ipſe intelligis,quo animo replicem. Ply.Quum ſępius ille replicaſſet.tandem perſuaſit.Duplico,à quo conduplico,multipli

eo,et supplico,de quibus alibi.

Plicatile, quod plicatur,vt nauis plicatilis,cum facta est ex corijs.Et plicatilis crista vpupę.

Plodo,is,si,sum,significat quatiendo,siue collidendo,et manibus pedibusue sonum aliquem facio. Cuius composita sunt.Applodo,quod est iuxta,seu ad aliqd plodo.Qui. Complodere manus scęnicum est pedes applodere interis licet.Fest.Sunt qui appludam sorbitionis liquidissimum genus putent,ꝙ flatu deijciatur,et q̃si applodat.Applodere per transla.est fauere,ac testari honorē illo motu. Cõplodo,explodo,diplodo,et supplodo,de quibus in explodo.

Ploro,as.Vide in dictione Fleo. Eius composita sunt comploro,simul ploro.Liui.li.i.Tum demum palam facto,et comploratione in regia orta.Seruius Pręsidio firmo munitus primus iniussu populi voluntate patrum regnauit. Deploro,exploro,et imploro,de quibus locis suis.

Plostrum,idem,quod plaustrum.Nam au,in o,sępe conuertitur.Huius diminutiuum est plostellum.Augu.lib.de ci. dei.Nam hoc turpe membrum,per liberi dies festos, cum honore magno plostellis impositum, prius rure in compitis,et vsque in vrbem postea vectabatur.

Plotę,vide in dictione Flutę.

Ploti,qui planis sunt pedibus,exiguam,et ferè nullam in medio concauitatem habentes.

Plotina Traiani Cęsaris coniunx sanctitate probitate & omnibus, quę in muliebrem sexum cadunt virtutibus celebrata,hęc tonso capillo virum mentita,coniugem comitata in exilium euntem imperterrita,et quędam quasi virago tollerans ęrumnas acerbas.

Pluma mollior,et exigua penna.Hinc plumeus.a, um,vt lectus plumeus.Implumis,ē hoc īplume,q̃d ē sine pluma, vt Auis īplumis.Sũt qui dicant plumã quorundã lingua significare acũ.Vñd plumarius,a,um,vt opus plumariũ.

Plumula diminutiuum,parua pluma.Col. lib.ix.Plumulę sub cauda clunibus detrahendę, ne stercore coinquinatę durescant,et naturalia pręcludant.

Plumarius,a,um,q̃d ex pluma est.Vnde plumariam culcitram dicimus,quę pluma plena est. Et plumarium dr̃ opus acu factum , quod gręci à liciorum multiplici varietate polymitarium appellant.Hier.in Exo.Decem cortinas de bysso retorta variatas opere plumario facies.

Plumarius,qui acu depingit.Vnde ibidem legit̃,ꝙ A' chisamech fuerit optimus lignorum artifex, et polymitarius, atq; plumarius.Cato de libe.educan.Etenĩ,nulla, quę non didicit pingere,potest bene iudicare,quod sit bene pictus plumario aut textore in puluinaribus plagis.

Plumatile, pe.cor.q̃d ex plumis factum est.Plau.Cumatile, aut plumatile plumis implere.Nonius clauatum interpretatur,aut ex pluma factum.Clauum inquit nomen habuit ob vilorum longitudinem quasi plumę videantur.

Plumo,as, plumam facio. Vñ plumatus pennatum dicimus.Gel.lib.i.Auicula est parua,nomen est cassita,habitat nidulaturq̃; in segetibus,id fermè temporis,vt appetat messis pullis iam plumantibus. Et plumare est acu pingere.Flauius Vopiscus Laneas tunicas purpura micantes,et plumanti difficultate pernobiles.

Plumesco,is,à plumeo, is, fit et significat pennatum fieri. Augu.lib.iij.con.Aut quid tum oberat paruulis tuis longe tardius ingenium,cum à te longe non recederent,Vt in nido ecclesię tuę tuti plumescerent.

Plumbum duplex est album.s.et nigrum, album stannũ dicitur Nigri plumbi duplex origo est.Aut enim sua spõte nascitur vena,nec quicquam aliud ex se parit,aut nascitur cum argento,mistisq; venus conflat.Primus liquor, qui in fornacibus fluit album plumbum,et stãnum vocatur.Secundus argentum quod remansit, galona dicit̃, et latine plumbago.

Plumbeus a,um,q̃d ex plũbo est,vt imago plumbea. Aliquando dicitur nigrum.Vnde Plaut . plumbeum hominem appellat liuidum. Per translationem quoque plumbeum ingenium,obtusum dicitur,et quod penetrare cogitando non potest.

Plumbago,cõis vena plumbi,et argenti.Plyn.Frequens et his plumbago,hoc est,vt ĩ sole plũbei videant̃.Est ē hoc noĩe herba quędam,quę à gręcis Molibdena dicitur.

Plumbarius,a,um,quod ad plumbum pertinet, vt plumbaria officina.Plyn.Psimmythium quoque,hoc est cerussam plumbarię dant officinę.

Plumbarius,rij,qui ex plumbo facit opera.

Plumbo,as,ferrumino.Ply.Neq; argentum ex stanno plũbatur,qm̃ prius liquescit argentum. Hinc replumbo,q̃d est resoluo.Iureconsul.digest.de auro,et argẽ. legato emblemata vasis.et lapidibus ĩclusa replũbari posse sigñat.

Plumbatura,modo ferruminationem significat modo q̃cunq; coniuncturam plumbo factam.

Plumbatę dicuntur pilę plumbeę,quas veteres peregrino vocabulo.Manobarbulos vocabant.A' quo et milites,qui his vtebantur manobarbuli appellati sunt.

Plus,pluris,ge.neu.In obliquis vero,et nu.plu.trium generum est.Et secundum Prisci. Comparatiuũ est sigatione tantum,non voce,ab eo,quod est multum.At Gel.lib.v. non comparatiuũ,sed absolutum dicit. Vnde Ambro. in diua Agne. Formauit comparatiuum,cum dixit. Cuius parentes,dum requisisset,cępit offerre plurima et pluriora promittere, vbi etiam comparatiuum supposuit superlatiuo,quod fieri consueuit.Oui.li.ix.Met.Sed quę,cum tibi sit iunctissima,iunctior esse expetit. Dicimus ãt plus hac re, et plus hanc rem.Teren.in.Eu.Non plus triduum. Vic.li.vij.Asseres directi disponantur inter,nec plus spatium habentes pedes binos.In plurali plura,et pluria.Do. Antiqui,hoc complure,et hęc compluria,quod nostri cõplura dicunt.Cice. in protagora. Confirmanda genera compluria.Credo,quia veteres hic,ē hęc pluris,ē hoc plure,non hoc plus dicebant.Gel.vero refert Capitonem docuisse pluria latinum esse plura vero barbarum. Nunc autem de vsu,et pluria. et plura dicimus. Vnde et complura,et compluria.Teren.in Phor.Multa aduenienti,Vt sit noua hic compluria.Sed differunt ab inuicem plura, et complura, ꝙ plura possunt esse duo , complura duo esse non possunt.Illud comparatiuum hoc minime,iõq; non regit casum complurimus non reperitur, sed tantum plurimus.Est etiam plus aduerbium ē plus satis dicimus pro eo,quod est maxime,et plusquam satis.Teren.in Eu. Accede huc ad ignem,iam calesces plus satis,Componitur quandoque plus,et dicimus per plus.Ab eo fiunt deriuatiua.Pluralis,et hoc plurale,et pluratiuus,tiua, tiuum,vt pluralis,vel pluralitiuus numerus.

Plurifariam aduerbiũ significat pluribus modis, siue pluribus locis.Sue. de Tybe. Cubicula plurifariam disposita tabellis, ac sigillis lasciuissimarum picturarũ adornauit.

Plusculus,a,um,dimi.à plus, q̃uis plus à masculino, vel fęminino non veniat.Et significat paruũ plus,vel aliquãto plus.Teren.in Phor.Tum plascula suppellectile opus est.Idem in Ecy.Primum dies compluscuos.

Plurimus superlatiuum à multus, quod etiam quandoq; pro longo ponitur.Virg. Iamq; ascendebant collem, qui plurimus vrbi imminet.Vnde apud eundẽ nux plurima, idest longa,qua significatur amygdalum.

Plutarchus cheronensis philosophus floruit sub Traiano ē Hadriano imperatoribus,nã Traiano libros Apophthegmaton dedicauit,vir eruditissimus, et multiiuga eruditione mirabilis facundus,huius nepos fuit sextus philosophus de quibus Euse.in chronicis meminit.

Pluteus,machina ad expugnandos muros ad similitudinẽ cassidis.Contexitur è vimine,et corijs protegitur,ternisq; rotulis,quarum vna in medio,duę in capitibus apponũtur in quancunq; partem voluens admonet . Hos obsidentes muris admouent,applicantq;,et eorum munitione sagittis,seu alijs missilibus defensores de propugnaculis exturbant,vt scalis ascendi pręstetur occasio, vt inquit

Vege.Cęsar,semperq; hostibus spes victorię redintegretur, eo magis,quod densitos pluteos turrium videbant nec facile adire apertos ad auxiliandum animaduertebant,postea vero etiam tabulę, qbus aliquid psepiretur eodem nomine dictę sunt.Liui. Cratibus pluteisq;, et linteis contectus.Sueto.in Cal. Accipere videtur pluteum, pro fulcro tori discubitorij, cum inquit. Quosdam summis honoribus functos cęna modo ad pluteum,modo ad pedes stare succinctos linteo passus est.Mart. Nam pluteo vindice tutus erat.Librorum quoq;,et tabularum,signorum repositoria,plutei appellantur.Iune.Et iubet archetypos plute ū seruare Cleanthas.Hinc plutealis,et hoc pluteale. Vnde à Cicerone sigilla plutealia imagunculę pluteis, idest tabulis inclusę.Tabula insuper qua vtuntur hi,qui literis dāt operam,et scribunt,pluteus literalis dicitur.Persi.Nec pluteum cedit,nec demorsos sapit vngues. Pluteum etiam dicebant spacium id,quod inferiores colūnas à superioribus per longitudinem in fronte dispescebat.

Pluto Saturni filius,ex opi.coniuge,et frater Iouis,atq; Neptuni ab opibus nomen habet, quę oēs in terris esse intelliguntur, nam sicut diuitię ab hoc dite dr̄r, ita grece plutos opulentia vnde pluto dictus.Qui cū ad regni diuisionem venissent plutoni, q natu minor erat,et Agesilaus vocabat,pars occidētis obtigit secus inferū mare.Ioni plaga oriētalis.Neptuno īsulę. Hinc datus est locus fabulę,vt Ioui imperium cęli.Neptuno maris.Plutoni inferoꝝ obtigerit.Pluto aūt Sumanus,dis,orcus,vragus ab vrgēdo.Vedius Iupiter dictus fuit, ac Veionis. Idem quietalis, est appellatus,quasi mors quies sit erumnarum.

Pluo,is,plui,plutum,qn̄q; suppositū hēt,sed non appositū. Hier.in Gen̄.Non.n.pluerat dn̄s super terram.Et iterum. Ego pluam super terram.Aliqn̄ id,quod pluit ponitur in ntō.Tibu.Multus et in terris deplueretq; lapis.Val.Max. In piceno lapides pluisse ait.Augu.lib.iij.ciui.dei. Sed cū pluit terra,cum pluit creta, cum pluunt lapides non vt grādo appellari solet, hoc nomine,sed omnino,vel terrę, vel cretę,vel lapidum pluuia.Qn̄q; ablatiuum appositū habet.Liui.li.vi.de bel.Mace.Terracinę,et Amiterni nunciatum est aliquotiens lapidibus pluisse. Quandoq; actm̄, vt deus pluit aquam pluit manna. Quandoque id super quod pluit in nominatiuo ponitur.Hie.in Eze.Tu es terra immunda,et non compluta in die furoris. Quint.li. vi.cum cęnaculū eius perplueret.Apule.in Flor. Totum istud spacium,quę pluitur,et ningit.Huius cōposita sunt. Appluo.Ply.Nisi appluat,exanimatur.Compluo.Var.Quo impluebat dictum impluuium.Sursum, qua compluebat compluuium.Depluo deorsum pluo.Impluo, intus, siue supra pluo.Colu.lib.ij. Tremellius quidem asseuerat priusq̄ implueris ab auibus,aut formicis sata edi,vbi ęstiuis serenitatibus ager aret.Perpluo,per medium pluo,qd̄ vernaculo sermone dicimus strapionere.Plau.in Tri.Bene,facta benefactis alijs pertegito ne perpluant.Quintili. Cum cęnaculum eius perplueret.

Pluuia,uię,est iugis,et lenta aqua dum pluit.

Pluuius,a,um,vt aqua pluuia,quę pluta est.Ply. Teriturq; in mortarijs admista aqua pluuia.Hora.lib.i.Car.Ventos pluuios vocat,hoc est pluuiam inducentes.Colu.ver pluuium nominat,in quo sępe fit pluuia.

Pluuialis,seu pluuiatilis adiectiua eiusdem sigationis,cum pluuius.Fest.Compluuiū,quo de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum.Col.li.x. Infossi lacus figulino ↄstruuntur,qui receptā pluuialem aquam contineant.Et dies pluuiales ab eodem dicti sunt, in qbus pluit.

Pluuiosus , sa, sum, vt Annus pluuiosus, in quo fuerunt frequentes pluuię.

P ANTE N

Pneuma,atis,spiritus,flatus.Pneumaticus,spiritualis. Vnde pneumatica organa dicuntur spiritalia.Ply. lib.xix.E puteo perticis,pneumaticisq; organis tollendo. Dicitur et in musica ratio pneumatica.

Pneumō latine pulmo,qd̄ à πνέω spiro descēdit.Vn̄, πνευμονία.Pneumonia,qd̄ et Peripneumonia,inflāmatio pulmonis,cū ex alijs causis,tū ex distillatione vehemēti, vel synancha,vel suspirio,vel pleuritide ↄueniens,vt sanguis īde copiosus excreari soleat.Hinc Pneumonici, q laborāt ex pulmone, qui latine dici possunt Pulmonarij, sicut à Colu.ouis pulmonaria dicta est cuius pulmo afficitur.

Pneumatoseis πνευματώσεις inflationes.

P ANTE O

Poculus,proprie vas,quo bibit,à potione dictum.Augu.li. xix.de ci.dei.Non enim calix,et potio,quam continet calix simul dicitur poculum,sed calix solus,sic tn̄ ꝙ potioni cōtinendę sit accōmodatus.Sumitur tn̄ quandoq; pro eo,qd̄ bibimus.Virg .Pocula si quando sęuę infecere nouercę. Cypri.pro vase,ē mulier illa ferens poculum aureum,in manu sua,idem pro eo,qd̄ bibit,si hausto poculo moreretur ille q biberat, venenum scires esse,qd̄ ille potauit.

Pocillum dimi.paruum poculum.Ply.lib. iiij. L.Papyrius imperator aduersus.Samnites dimicaturus votum fecit,si vicisset.Ioui pocillum vini.Plau.in Asi. Tecum vna postea tecum ęque pocilla potitet.

Pocillatores,epincernę,q ministrāt pocula mēsę ingerētes. Vn̄.Ganymedes,q à dijs raptus fert,vt Ioui pocula ministraret pocillator appellatus ē . Hic ēt ad cyatum stare dr̄.

Pocęnium dicitur quod fit post cęnam.

Podagra,pe.cor.pedū dolor, πούς,et ἄγρα, atrocitas,vel ab eo qd̄ gręci pus podos pes pedis,et agra venatio,cū tanq̄ venatio humeroꝝ in pedes delabit si qdem cū oppilatōis īcommodo stomachus cibū non ↄcoquit ītranea quoq; reliqua exardescāt necesse est venę arterięq; obstruant frigiditate nimia epatis,splē.oblanguescit,venter turget aut Calore nimio bilis īcendit, arquatus ↄsurgit morbus, ac ex vtraq; iecoris qualitate ischiadici efficimur cū ī ischia humor descendit incoctus tostusq;,cū in pedes podagra, cum in manus chiragra,cū per dorsi spinam, q proprio noīe dr̄ reticularis.Mar. Litigat,et podagra.Diodo.Flaccę laborat.Oui.lib.ij.de pon.Soluere nodosam nescit medicina podagram. Podagra, morbus peregrinus est. Nam si Italię fuisset antiqtus, latinum nomen inuenisset . Non enim Roma,cum sudando, et laborando viuebat hoc malū cognouit.Est aūt podagra rubens, hoc est calida. Est frigida,est multiplex,de qua apud medicos. Podagra etiam dicitur pedica,laqueus,quo capiuntur animalia.

Podager,podagricus,et podagrosus, qui podagra laborat. Enni.Nunq̄ poëtor nisi podager.Plau.in Mer.Sed tandem si podagrosis pedibus esset enthicus.

Podalirius,proprium nomen Æsculapij,filij ē fratris Machaonis,medicinę artis pręclari,qui cum gręcis ad Troiam ob medicinam profectus est. A' pedum magnitudine sic appellatus. Medicinam autem diuinam profecto videri oportet,si illud qd̄ in prologo pronosticoꝝ scribit,his verbis gręce Hippocrates fuerit adiunctū quacūq; via posset futuri habere rationem, ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἐνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι καὶ τουτέου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν οὕτω γὰρ ἂν θαυμάζοιτο δικαίως τε καὶ ἰητρὸς ἀγαθὸς ἂν εἴη.

Poderis,pe. cor.talaris tunica duplici syndone, vt inquit. Hier.Quam Iosephus byssinam vocat.Hęc adhęret corpori,et ita arcta est,et strictis manicis vt nulla omnino in veste sit ruga,et vsq; ad crura descēdit.Solent milites hr̄e lineas,quas camisias vocant sic aptas membris, et astrictas corporibus,vt expediti sint,vel ad cursus, vel ad p̄lia dirigendo iacula tenendo clypeum,ensem vibrando, et quocunq; necessitas traxerit. Ergo et sacerdotes parati in ministerium dei vtuntur hac tunica,vti habentes pulchritudinem vestimentorum nudorum celeritate discurrant.Dicta poderis à ποδῶν, idest à pedibus .

Podex,posterior pars corporis pudēda,ꝙ ex ea pedes fluere videantur.Iuue.Et podice leui cęduntur tumidę,medico ridente,mariscę.

Podia funis in naui,quo tenditur velum.

Pondium.

Podiū, locus ad spectandū habilis à pede nomen habens, siue q pedis modo proiectura illa, quo podiū facit, procedat, siue q ad pedes ędificiorū strui, cōsueuisset, siue q in eo pedibus hęreamus. Nūc vulgo dr̃ Męniana. Solet enī fieri extra domus parietē, locus porrectus instar pulpiti, mutilis è marmore suppositis. Iuue. Omnibus ad podium spectantibus. Sue. de Nero. Cęterū accubans primū paruis foraminibus, deinde toto podio ad aperto, spectare consueuerat. Sed et asseres tornatos in cōclauibus, et alijs locis, supercilij modo parietibus suffigi solitos in quibus candelabra, et poma, ē codicilli sustinentur, podia maternus sermo appellat. Huius dimi. est Podiolum.

Pęcilę fuit porticus athenis in q̃ stoici philosophabant. latine dici pōt varia siue variegata, à multiplici pictura quę illic visebat. Gręci enim ποικίλον variū dicunt ποικιλίαν varietatē. Vnde pyropęcilos vocatus est lapis similis à varietate rubentiū macularū, seu q pūctis ignei coloris variegatus sit, et Gemma syderopęcilos quę ferro similis est guttis variantibus. In hac porticu Zeno philosophus discipulos docebat. Vnde et stoica secta nomen accepit, et philosophi stoici nuncupati, qui antea Zenonij ab ipso doctore appellabant. στοὰ enī gręce porticus dicit. Ply. li. xxxv. Hic et athenis pinxit porticū, quę pęcile vocat gratuito. Fuit et in Helide porticus pęcile, quę à Plynio heptaphonos appellatur, quoniā septies eadē vox in ea reddebatur.

Poenus Carthaginēsis, à Phęnix, sed aspiratio detrahitur, et oe, in u, mutatur in deriuatiuo. Punicus, ca, cū, non pęnicus Vide infra in dictione Punicus.

Poenulus, dimi. est à penus. Vn̄ Plautina fabula nomē sumpsit.

Poena, suppliciū à pendendo, vt Var. inquit, quo qs ob delictū afficit. Aug. pęna proprie lęsio dr̃ quę punit ē vindicat quod commisisse dolet. Alij à gręco, quod est ποινή.

Poenarū vero octo genera. Cic. commemorat. Damnū vincula, verbera, talionem, ignominiam, exiliū, seruitutē mortem. Hinc punio, quasi pęnio, pęna afficio

Poenā pendere, est mulctā soluere, q hoc pēso ęre fiebat.

Poenalis, et hoc le. qđ ad pęnā pertinet, vn̄ et pęnalis actio.

Poenitet, ebat, tuit, quasi pęna tenet. Pęnitere dicimus, cum quę ipsi fecimus ea nobis post incipiūt displicere, ē moleste esse. Cice. Nam qđ obiectū est de impudicitia, quodq̃; omniū accusatorū, non criminibus, sed vocibus, maledictisq̃; celebratū est, id nunq̃ tā acerbe feret. M. Cęlius, vt eum pęniteat non deformē esse natū. Quoniam vero his etiam, quę nobis, aut tedio, aut pudori sunt pęna quędam eē videt, fit vt pęnitet aliqn̄ pro tędet pudet, seu dolet accipiatur. Liui. li. i. Nec me eorū sententię esse pęnitet. Cice. in Cato. Num igitur, si ad centesimum vixisset annum, senectutis eum suę pęniteret. Accipit interdū pro parum videtur, ē à penuria deduci sentit. Gel. Ter. Me quantū hic operis fiat, pęnitet, idest parū videtur, quod à seruis fit. Cice. li. i. offi. Tamdiu autē velle debebis, quoad te quātum proficias nō pęnitebit. Inuenitur etiam pęniteo, tes, et pęniteor deponens. Nam sicut pęnitet me dicimus, idest pęna tenet me, ita pęniteor passiue, hoc est, pęna teneor. Hiero. in Eccle. Fili sine consilio nihil facias, et post factum, nō pęnitebis. Et in actibus apostolicis, Pęnitemini igit, et conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Hinc fiunt participia. Pęnitens, pęniturus, et pęnitendus. Acci. Neq; te, neq; quemq̃ arbitror pęniturū tuę laudis. Colu. li. ij. Itaq; hic Ager, siue exercetur, siue cessat, collono est pęnitendus, ac, tanq̃ pestilens refugiendus.

Poenitentia, et pęnitudo in vno significato accipiuntur, et à poenitet, quo ad primum significatum fiunt. Hiero. in li. Reg. Triumphator in Israel non parcet, et pęnitudine non flectetur, nec. n. homo est, vt agat pęnitentiam.

Poenitudo idem, quod pęnitentia. Aug. li. de ciui. dei, vt videtur imminens exitium pertimescentes, à delictorum pęnitudine reuocarentur.

Poëta, ἀπὸ τοῦ ποιέω. quod est facio, effingo, quasi fictor est enim, qui eleganti carmina fingit. Apud grecos autem poëtę, per excellētiam quinq; sunt, vt his verbis scribit interpręs. Oppiani de piscibus, ποιηταὶ κατ᾽ ἐξοχὴν εἰσὶν ὅμηρος, εὔπολις, ἡσίοδος, ἀντίμαχος, νικάνδρος, καὶ πανύασις.

Poëma, matis, et poëmatum, et poësis, poëtarum opus, est figmentum, siue fictio. Plau. in Asin. Nam nec fictū vnq̃, nec pictum in poematis. Sunt tamen, qui distinguāt, inter Poëma, et poësim, q illud sit inuētio parua, quę paucis verbis exprimit et pars est vt comędia tragędia, quā forma dr̃ psaltria cantrix. Hęc vero textus ipse scriptorū, ē opus totū, vt ilias ęneis thebais. Luci. Itē quę vis nō magna ps poëma ē, poësis opus totū, totaq̃; illa sūma ē vna.

Poëticus, ca, cum, quod ad poëtam pertinet. Hinc poëtice aduerbium, quod est more poëtarum.

Poëtice, pars, ipsa, sicut grammaticę, et rhetoricę.

Poëtria, ę, et poëtris, idis, per modum patronymici femi. vt Sappho, ē Corinna. Per. poëtridas picas cantare credas pegasęū Melos Cornu, poëma, vel poëtriam componentes.

Poëtor, aris, in poëtica exerceo, siue poëtam ago. Ennius. Nunq̃ poëtor, nisi podager.

Pogonia dici potest barbata, genus cometę. πώγων enim barba. Ply. li. ij. Pogonias vocant, cuius inferiore ex parte in specię barbę longę ponitur iuba.

Polis gręce, latine ciuitas, et vrbs dicit. Vnde Neapolis Constantinopolis heliopolis.

Politicus, a, um, quod est ciuile. Cice. Sed quę potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillis à valentissima bestia laniatur.

Polichnion latine ciuitatulam dicimus πολίχνιον.

Polypiron, sepes fertiles multi frumenti.

Polion πώλιον significat pulli asinini fimum, quem equa initio partionis, ante fętum effundit, vt inquit Aristo. Plyni. Vero polean vocat.

Polio, is, iui, vel polij, itum, significat orno, et quasi politico more compono. Hinc Politum dicimus, cultum, ornatū. Et politiones agrorum, cultus diligentes, sicut politiones vestimentorum, mundicię, et cultus. Cice. Pub. Lentulo. Nunc, vt Apelles Veneris caput, et summa pectoris politissima arte perfecit. Huius composita sunt Depolio expolio, et perpolio, quę perfectionem actus denotant. Festus, Depolitum perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiōes appellabant. Cice. li. ij. ad Heren. Difficilimum est inuentum expolire, et expedite pronunciare. Idem. L. Luceio. Tu interea non cessabis, et ea quę habes instituta, perpolies. Repolio, rursus polio. Colu. libro. ij. Sin protinus vsui destinantur, scilicet frumenta, nihil attinet repoliri, satisq; est vmbra refrigerari.

Pola vēditor sed frequentius in cōpositione vt Bibliopola.

Politia, à polis, quę est ciuitas, latine ciuilitas interpretatur Hier. Scotorum natio vxores proprias non habet, et quasi platonis politiam legerit, et Catonis sectetur exemplum nulla apud eos coniunx propria est, sed vt cuiq; libitum fuerit, pecudum more lasciuiunt. Aristo. lib. Rhet. Diffinit politiam hoc modo. Politia est principatus et consuetudo rerum s̃m quam viuere vnuniquemq;, et conuersari decet tres autē sunt politię, q aut vnus regnat, aut plures, aut omnes, si vnnus et ille bonus hic regnum cōstituet si malus tyrannidem, at si plures regnant et boni hi Aristocratiam. Si mali oligarchiā faciēt, si omnes ē hi boni democratiā, si mali oclocratiā efficiunt vide ibi multa.

Policies, mundicies, et ornatus dicitur.

Polimenta testiculi porcorum cum castrantur, q ad similitudinem vestium poliantur.

Polleo, es, per duplex ll, possum, valeo. Cice. in Para. Nec est vlla res, quę plus apud eum polleat, q̃ ipsius volūtas atq; iudicium. Liui. lib. i. Multum illi terra, plurimum mari pollent, et pollere, splendere. Plyni. lib. xxxvi. Ex oleo et aqua cilicię cotes pollent. Huius composita sunt Prępolleo, quod est vltra alios polleo. Liui. lib. i. Ardeam Rutuli habebāt gens (vt in ea regione, atq; in ea ętate) diuitijs pręepollens. Repolleo, à quo repollesco, quo vsus est

Col.lib.v.Plurimarum ſtirpium natura ſic commodat,vt circa cicatricem nouellis frondibus repolleſcat, ideſt repulleſcat.Aequipolleo,ęquiualeo.

Pollentia, potentia. Plaut in Ru.Nec ineptorum potior ſit pollentia.Et pollētia,dea potētię, quę à Romanis colebat. Item pollentia Plynio authore, oppidum fuit in maiore Baleariū. Fuit et altera pollētia iuxta Alpes inclyta lanarū nobilitate.De qua Sil.li.viij.Fuſciq; ferax pollētia villi. Fuerunt et pollentini in piceno, in qnta regione Italię, nō multū diſtantes à Tolēti natibus,vt īdicat Ply.lib.iij.

Pollex,digitus groſſus manus,ꝙ ui,et poteſtate, inter cęteros digitos polleat,nec in ſiniſtra ceſſat,nec minus,q̄ tota manu ſemper in officio eſt. Vnde et apud grecos ἀντίχειρ antichir vocatur,quaſi ꝓmanus,et quaſi altera manus videatur. Alio noīe appellatur Hallux, ἀπὸ τ̃ ἅλλομαι ſalto,ꝙ conſtricta manu proximum digitū ſolus ſcādat.

Pollicaris, et hoc re, adiectiuum à Pollex.Ply.Digitorum hoīs longitudo illis et interis falcata pollicari latitudine.

Polliceor verbum cōmune, ſm Priſc.Naꝫ in ſignificatione paſſiua vſus eſt.Oui.de arte.Pollicitis diues qlibet eē pōt. Eſt autē polliceri vltro,ſeu ex pactione aliqd promittere. Compoſitum ex pol particula affirmatiua, ſiue à porrò, ſiue à poly, quę multum ſigt p exceptionē,et liceor.Hinc fit pollicitor frequentatiuum,à quo pollicitatio.

Polemon,pe.cor.philoſophus Athenienſis Philoſtrati filius. Qui cum in iuuentute petulans eſſet, et aliqn̄ ebrius, et coronatus.Xenocratis ſcholaꝫ ingreſſus fuiſſet, eius oīone (quę tūc d̄ pudicitia erat)adeo mores īmutauit,tātumq; in phia profecit vt Xenocrati in ſchola ſuccederet.

Pollis,nis,vt ait Cariſius,vel polin,inis,vt Probus Cęſarq; à polleo deduci videtur,flos tritici.Ply.lib.xviij.Ex Africo iuſtum eſt è modijs redire ſemodios, et pollinis ſextarios qnqꝫ.Ita eniꝫ appellant in tritico,quod florē in filigine.

Pollinarius,ria,rium,quod ad pollinē pertinet,vt Cribrum pollinarium,quod de lino, nō de ſetis equoꝝ fit ad pollinē purgandū.Nā cribra,quę ad excutiendā farinā fiūt, excuſoria dn̄r. Ply. in eodeꝫ Cribroꝝ genera Galli è ſetis equoꝝ inuenere.Hiſpani è lino excuſoria ac polinaria.

Pollinter,curator piſtrini, qui farinā facit et pollinē quoqꝫ pollinario cribro pollinem excutit à polline farina deductum nomen Cato. Operarium mercenarium pollintorē diutius eundem ne habeat die.

Pollincere eſt farinam in piſtrino lucrifactam diuidere, et pollincio,ipſa diuiſio.

Pollinctor, cum c accurator funerum, et redemptor dr̄.i.q funera morientium curat,quaſi pollutoꝝ vnctor.i.cadaueꝝ curator. Vn̄ pollinctum funus dictum à pollinctoribus vnctum.Pollincere,eſt curare, vngereq; cadauera. Apul.Pollinctor eius funeri duꝫ vnctionē parauit.Hunc Feſtus polluctorē pronunciare vr̄ Quas inquit, pollucere merces liceat,etc.Plau.in Aſin. Ecquis currit pollinctorem accerſere. Pollincere, ad pollinctum emere, ſiue corpus mortuum curare.Pollinctus us, ipſa curatio cadaueris. Plau.Carthaginenſes fratres duo fuere,eorum alter viuit, alter eſt mortuus,propterea apud vos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit,q cuꝫ pollinxerat.Hinc pollinctura ę,ipſa accuratio,hoc eſt idem quod pollinctus. Idē in Sti. Hodie pollinctura eſt.Libitinarius dicebat,q neceſſaria funeribus vendebat, et qui rationibus pręerat libitinę, in cuius templo, quę ad ſepulturam pertinebant vendebantur ſicut docet. Plutar.in Proble. Seneca lib.vi. de benefi.Vota libitinariorum eſſe, vt mortes plurimoruꝫ optent,quod illis queſtuoſiſſimum eſt.

Polluceo,es,xi.verbum ſacrificale,et reddentium libamenta deis. Significat enim pollucere,multum dedicare, vel deuouere,ex poly multum,et luceo,ꝙ is,q talia facit multum luceat ob lumina ſacrificiorum.Vel pollucere,eſt libamenta Herculi in aram porrigere,et ſacrificium herculis polluctum,ꝙ Herculi decima data fiebat,quod erat ſplēdidum.Plaut.in Sti.vt decimā parteꝫ Herculi polluceā.i. ſplendide dedicem. Hoc verbo vſi ſunt authores,quę tiem opiparas dapes velut in ſacrificium dei,et in primis herculis facturi erant,cui deo decimas oīum rerum Romani voto reddebant.Vnde Macro.Catillones eos proprie dicit, qui ad polluctum Herculis vltimi cum venirent,catillos liguribant ad polluctum, hoc eſt ad magnificum epulum,quale Herculi ſolebat fieri,pollucibilis cęna dicta eſt opulenta,et lauta,pollucibilitas lauticia, et epularum magnificentia. Hinc pollucibiliter,ſplendide,et laute.Pla. in Mus.Paſcite paſitos,obſonate pollucibiliter.

Polluo,is,lui,lutum, quaſi porrò lauo, ſed per contrarium ſępenumero ponitur, ꝓ inquno,ſiue per antiphraſim, ſiue ꝙ ea, quę inquinantur madefieri neceſſe eſt.Lact.lib.iiij. Omnia ſcelere ac libidine polluebamus.Hinc nocturnam genituram ſomno ſparſam pollutionem appellant.

Pollubrum,vas trulleum,quo manus lauamus,vulgo bacile dicit.Liui.Argenteo pollubro,et aureo gutto.Fabius pictor. Aquam manibus dato,pollubrumm ſiniſtra manu teneto dextra vaſum cum aqua.

Polus, quaſi cęli cardo. Duo autem ſunt poli.ſ.Arcticus.i. borealis,et Antarcticus,auſtralis.Et ab altero in alterum protenditur axis, à quibus ſuſtinetur. Borealis altiſſimus his, q ſunt in noſtro hemiſphęrio.Auſtralis,imus,et depreſſus, et qui à nobis videri non poſſit. Dictus polus,à πολῶ verbo gręco,quod verto ſignificat,et circumago.

Polenta cibus fuit antiquus gręcię peculiaris. Et vt ait Ply. lib.xviij. videtur tam ignota Italię q̄ puls gręcię. Hęc fit pluribus modis. Gręci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte vna,ac poſtero die frigunt, deinde molis frāgunt. Vicenis aūt libris pernas ſeminis liui et coriādri ſelibras miſcent. Hęc ſeruari ſolebat in multos dies. Vn̄ legit in Ioſue. Et comederunt de frugibus terrę die altero et azymos panes et polentam eiuſdem anni.Et tam neu.q̄ foe. gen.eſt Oui.Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta. Fęmi.vſus eſt.Apul.cū ait.Dum polentę caſeatę mordicus ſecurius offulā grandiorē ī ꝯuiuas ęmulos ꝯtruncare geſtio,vbi placētam caſeatā vocat veluti caſeo īdito ſubactā.

Polentarius,ria,rium,quod pertinet ad polentaꝫ,ſeu quod eſt ex polenta.Plau.in cur.Eijciam polentarium crepitū.

Poly ſignificat multum, cum quo multa componuntur.

Polyandros,latine dicitur multos viros habens.Poliādrium locus,vbi ſunt multa ſepulchra publica.

Polyanthropon procelloſam ciuitatem dicunt.

Polyarnas multoꝝ agnoꝝ. Var.li.ij.d̄ re ruſti.Veteres poëtę alios vocāt poliarnas, alios polymelas alios polybutas, ideſt multorum agnorum multaruꝫ ouiū,multoꝝ bouꝫ.

Polycarpus, nomen viri proprium,quaſi multi fructus ſiue fructuoſus, καρπὸν enim fructum dicunt.

Polycrates, pe.cor.nomen propriuꝫ tyranni,qui regnauit in Samo inſula.Hic et opibus,et foelicitate apud hiſtoricos inclytus eſt,qui quoad vixit,non tam fortunę alumnus dici potuit,q̄ parcus.Sed mors infamis,et ęrumnoſa docuit neminem ante obitū merito dici poſſe foelicē.Fuit enim ab Orgite ſatrapa perſarum captus,ſuſpenſusq;.

Polycletus,pe.pro.ſtatuarius eximius,diligentia et decore ſupra cęteros,vt inquit.Quin.Nam ex ęre ſigna fecit nobilitas ſcriptorum pręconio, cum primis fecit aſtragalizontes,hoc eſt talis ludentes, quo opere nulluꝫ abſolutius iudicant,fuit ſytonius,et diſcipulus Ageladę.

Polychronius,diuturnus,longęuus et multi temporis, ſicut oligochronius,qui parum viuit.Vnde cornices dictę ſunt polichronię,quoniam nouem ętates viuere dicuntur.

Polyceros,pe.cor.latine cornutus ſiue multa cornua hn̄s.

Polydeuchia.Caſtoris et pollucis numina.

Polybius gręce πολύβιος, nomen authoris gręci geographi.

Polydamas,pe.cor.nomen proprium viri troiani,et latine dicitur valde domans. Perſi.Non mihi Polydamas, nec troades Labeonem Prętulerint.

Polydorus,pe.pro. nomen filij priami, et latine ſignificat. multa donans, Polydoria,munificentia.

Polydorus,

Polydora, inſula propontidis.

Polyęgas, inſula à caprarum multitudine.

Polygrammos, qui habet plures lineas.

Polygalō, herba palmi altitudine ĩ caule ſummo, folijs lenticulę, quę pota lactis vbertatem inducit, vnde et à lactis abundantia nomen accepit.

Polygoatō, herba ſine folijs aſparagi caulę ĩ cacumīe acu(leũ habens.

Polygenneton, quaſi mulctorum generum.

Polygonius pe.pro. multorum angulorum.

Polygonũ, pe.pro. herba à geniculorũ multitudine, q̃ nos ſanguinariã vocamus, folijs rutę, et gramini ſimilis Succus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinē. colu.li.vij. Sanguinalis herba, quam gręci polygona appellant. Hoc nomen veteres vſurparunt, pro ſęcundo.

Polygnotus nomen pictoris declariſsimi patria Thaſij, qui nonageſima olympiade floruit. Hic primus mulĭeres lucida veſte pinxit. Delphis ędem pinxit, et Athenis porticum poecile gratuito.

Polylogus, pen.cor. multiloquus, polylogia multiloquium.

Polynemon, quaſi multarum tibiarũ herba cunilę ſimilis ſemine pulegij, ſurculoſa, multis geniculis.

Polymedia, Troadis oppidum Helleſponto adiacens.

Polymnia, ſeu polymneia, nam πολυμνεια, ας, à gręcis ſcribitur, ſed latini Polymnia dicunt, pe.cor. Hora. li.i. Carmi. diuiſit diphtongum. Euterpe cohibet nec polymnëia. vbi etiam y, ſequentibus m, in n, more gręco corripitur. Fuit vna ex muſis ſic dicta quid tantũ ſuauitate poëtas reddit gloria immortales, ab πολὺ multum, μνεία memoria. Vnde et pręeſſe rhetoribus dicitur quibus opus eſt multa memoria. Sunt qui à πολὺ, ē hymnos deducũt, qđ eſt laudatio, qꝫ laudatiõibus pręſit ē ſcribunt polyymnia, vt apđ Oui. lib.v. Faſto. Diſſenſere deę quarum polyymnia cępit.

Polymitus, ta, tum, pe.cor. à poly, et μίτος filum quod nos licium dicimus, à liciorum multiplici varietate. Vnde veſtis polymita, quę multis liciis contexta eſt, ſicut Monomita dicuntur quę vno licio conſtant. Dimita, quę duobus. Trimita, quę tribus. Ply. Plurimis vero liciis texere, quę polymita appellant Alexãdria inſtituit. Hinc polymitarius, a, um, vt Opus polymitarium, quod et plumariũ dicitur Quandoquidem. Hiero. Plumarios, et polymitarios artifices, pro eodem ferè poſuit. Polimitarij enim dicuntur, qui artẽ polymitariam exercent dr̃ etiã polymitũ in neutro genere et ſubſtan. Hiero. in Eze. Et veſtita es, et polymito.

Polymyxos, lucerna, quę multos habet angulos, ē ĩ his funiculos illuſtrã iis ꝯuiuijs accõmodata. Marc. illuſtrē cũ tota meis ꝯuiuia flãmis. Totq; gerá myxos vna lucerna vo(cor.

Polymorphus, multiformis. μορφὴ enim forma.

Polyhiſtor, latine multiſcius dicitur polygraphotatos, qui multa ſcripſit.

Polypharmacus, pe.cor. venenis, vel medicinis abundans.

Polyphemus, pe.pro. Cyclops Neptuni filius ex Thoa Phorci filia, ingenti corpore, qui vnum tantũ oculum in fronte habuit. Quo nomine garrulus illuſtris ſignificatur.

Polyphagus, pe.cor. qui multum comedit, et latine dici poteſt manduco et multi cibi capaciſſimus, ſicut Pamphagi populi cuncta comedentes.

Polypodium herba, dicta ſiue, ꝙ radix eius, veluti cirros ad ſimulitudinem polypi piſcis habeat, ſiue ꝙ farina eius indita naribus polypum conſumit. Hanc herbam noſtri filiculam nominant. ſimilis eſt enim filici piloſa radix.

Polypus, pe.cor. genitiuum facit polypi et polypodis piſcis eſt ex molliũ genere, à multis pedibus appellatus, ex poly. et πούς pes, quaſi multipes. Vñ à nonnullis octo pes dicit. Huius piſcis ingenium (ſicut ſcribit. Amb. li. Hexa) fraudulentum eſt, qui vadoſo in litore petram nactus affigitur ei, atq; eius nebuloſo ingenio colorem ſubit, ꝙ ſimili ſpecie terga obductus, plurimos piſcium ſine vlla ſuſpitione fraudis allapſos, dum nota non pręcauent, et ſaxũ opinantur, caſſibus furtinę artis includit, et ſinu quodã ſuę carnis intercibit. Ariſt. li.iiij. animalium polypus ſuis brachijs vt pedibus ac manibus vtit, qppè qui duobus ſupra os poſitis cibum admoneat natat obliquus pedes in eam porrigens partem, quod capitis nomine appellatum eſt, atq; ita efficitur, vt cum natat proſpiciat in aduerſum, nam oculi ſupra ſunt conſtituti. Et à polypo piſce dictus eſt polypus narium morbus, cum caro interiora naſi occupat intumeſcens, maxime eflãte Euro, à ſimilitudine marini polypi, ꝙ eius carni ſimilis ſit. Tunc enim caro radices agit plurimas, quę tanq̃ pedes ſunt. Cato de re ru. Et ſi polypus in naſo introierit, braſſicã, erraticã, aridam, tritam, in malũ conijcito, et ad naſuꝫ admoneto. Hic polypoſus, q eo morbo laborat. Mar. Naſutũ volo, nolo polypoſum. Magnus vero Baſilius. ὥσπερ φασὶ τὸν πολύποδα τὴν χρόαν πρὸς τὴν ὑποκειμένην γῆν οὕτως αὐτὸς τὴν διάνοιαν πρὸς τὰς τῶν συνόντων γνώμας μεταβάλλει.

Polyptoton, pe.pro. quod multiplicem habet caſum, ex πολὺ qđ eſt multiplex, et πτῶσις. Figura qua diuerſis caſibus ſnĩa variat, vt Ex nihilo nihil in nihilũ nil poſſe reuerti.

Polypiron, per y, ſignificat multi frumenti.

Polyplusios latine bene nummatus dicitur ſiue vbertim diues nam polys, multus et pluſios diues.

Polycrematos idem ꝙ polypluſios.

Polypętes Perithoi, et Hippodames filius.

Polysyndesmon, pe.cor. ab πολὺ multis σύνδεσμος coniunctum quaſi multipliciter ꝯiunctum. Figura, cum ſermo multis coniũctiõibus ꝯcathenat. Vir. Tectumq̃; laremq̃; Armaq; amycleumq̃; canem, creſſamq̃; pharetram.

Polysyntheton, pe.cor. figura cũ ſententię multoꝝ articulorum conuenienti copia continentur, vt ille hunc pęna cõſtrictum trahebat, hic autem vociferabat, concurſus vero nõ mediocris erat cum tñ omnes opitulari vellent, ſed nemo auderet, neq; ibi magiſtratus, aderat, nec circũſpicientes, quo potiſſimuꝫ confugeremus, reperiebamus.

Polytrichon, quod multitudinem capillorũ faciat, τρίχες enĩ capilli dñr vulgo capilli Veneris vocant ꝙ muta habeãt capillamẽta. Appellat et à quibusdã polytrix, et calythrix. Ply. Polythrix in vino data morbo regio medetur.

Polytrupus, pen.cor. multimodis prudens. Quo noĩe dictus eſt Vlyſſes ab Home. à varietate morũ ingenioq̃; v̄ſatili.

Polyxena, pe.cor. priami filia. Oui. Placet achilleos mactata Polyxena manes. Gręce dicit multorum peregrina ſeu, ꝙ amor peregrinari faciat mentes, ab ingenio ſuo, ſeu ꝙ apud multos libido, vt peregrinabunda vagetur.

Polytes, pe.pro. alter priami filius ex Hecuba.

Pomęrium quidam ſcribunt, cum ę, diph. et compoſitum volunt à poſt, quaſi poſt merium, hoc eſt murum. Nam męrus murus dr̃. Virg. li.x. Atq; ipſis, pręlia miſcent aggeribus męrorum, vt pomęrium, tam ĩtra, q̃ extra murum dicatur. Quidam non à poſt ſed à ponè prępoſitione, aut à pro componi exiſtimant, vt ſit terrenum, qđ circa męnia in orbem eorum, cũ ędificio intrinſecus, et omni cultu extrinſecus, vacuũ ſinebatur. Vnde Liui. lib.i. Aggere, et foſſis et muro circundat vrbem, pomęriũ profert. Ideꝫ. Pomęrium eſt circa muruꝫ locus quem in condendis, quõdam Ethruſci, qua murũ ducturi erant certis circa terminis inauguratò conſecrabãt Et hoc ſpacium, quod neq; habitari, neq; arari fas erat, non magis. ꝙ poſt murum eſſet, q̃ ꝙ murus poſt id, pomęrium Romani appellauerunt, et in vrbis incremento quantum męnia proceſſura erant tantum termini hi conſecrati proferebãtur. Feſtus. Pomęrium, quaſi pro murum, ideſt proximum muro.

Pomeridianus, a, um, à poſt, ē meredie, quod poſt meridiẽ fit. Augu. li.viij. Conſe. Cũ imperator pomeridiano circenſium ſpectaculo teneretur exiſſe deambulatuꝫ in hortos contiguos. Dicitur et poſtmeridianus. Quin. lib.iij. Poſtmeridianis ſcolis Ariſtoteles pręcipere arteꝫ oratoriam cępit. Sic dicitur Antemeredianus. Augu. li.ij. Acade. Quod cum factum eſſet, ē in eo penè totum antemeridianum tẽpus conſumptum videremus redire domum inſtituimus.

Pomiliones, et pomilij nani, ideſt hoĩes paruę ſtaturę pau

lum ſupra terram extantes.Habent quandoq; membra enormia, qualem.Mar.deſcribit in illo diſticho,cui nomē eſt pomilius. Si tm̄ ſpectes hois caput.Hectora credas.Si ſtantem videas Aſtyanacta putes.Scribit ēt à nōnullis p̄ u,pumuliones.Col.Scribit pumiles anes,niſi quem humili tas eaꝝ delectat, nō ꝓbo. Huius ſęmininum eſt pomilia.

Pomilius ſiue pomilius idem quod pomilio.i. nanus.

Pompa,omne ſpectaculum et apparatus ſolēnis cum oſtē/tatione, et ſpecie quadam triumphi, tam in aduerſis,q̄ in proſperis,et lętis,à gręco πέμπω mitto . Dicitur enim pompa nuptiarum,pompa ſacrorum,pompa funeruꝫ.Cic. Sed iam ē pompa in veram aciem deſcendamus.Significat etiam longum incedentium ordines in ſupplicatio/ne,quam nos hodie proceſſionem appellamus.

Pomum generale nomē eſt oīum fructuum, qui ex arbo/ribus eſui apti proueniunt,ſiue mollium,ſiue durorum. Nuces vero ea dumtaxat poma vocantur,quę duro ope/rimento ſunt.Dictum pomum(vt docet Var.)quaſi po/tomum,ꝙ in eius inſitione potu.i.aquatione indiget. Nam illi per ſiccitatem aquam addi opus eſt, vt ſtabilia matureſcant ſiue ꝙ vicem potus in cibis prębeat.

Pomarium, locus arboribus pomiferis conſitus,quod lati/ni etiam Viridarium appellant,gręci paradiſum.Proper. Nec mea Phęaces ęquāt pomaria ſyluas. Oui.li.iiij.Meta. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Athlas Męnibus.Ali/quando pomarium dr̄ locus vbi reponuntur poma. Vñ Plyn.docet pomaria contabulari in loco ſicco et frigido in quibus ſint feneſtrę ſeptentrionales , q̄ ſerenis diebus pateſcant . Hinc conſtat falſum eſſe,quod à Ludi magi/ſtris docetur. Pometum pomos,pomaria poma reſeruāt.

Pomona,pomorum dea,ſicut Mellona mellis dea.

Pomponius,nomen geographi,q de ſitu orbis ſcripſit.Fuit et alius vir Romanus atticus cognominatus,ad quē.Cice. Epiſtolas ſcripſit.

Pomponia,nomen matris Scipionis.

Pompilus piſcis genus, vt li.xxxij.refert.Ply.Qui ſemp̄ imi/tatur nauigioꝝ curſus hunc, Ælianus vocat pomphilon.

Pōdus dr̄, quod graue eſt,vt in Euāge.Nos q portauimus pondus diei,et ęſtus.Item pondus,quod librando ad ſta/teram ponderat.Hier.in lib.Reg.Ponderabat capillos du centis ſiclis pondere publico.Interdum ponit ꝓ numero, hoc eſt multitudine.Var.E' gręcia cōportaſſe magnū pō/dūs oīum artificum. Interdum pro authoritate.Cic. Ap/pio.Sed idem ſcribit meas literas maximuꝫ apud te pon/dus habituras. Hinc ponderoſus,ſa,ſum, quod eſt graue.

Pondero,ras,libro Plau.Duꝫ nummularius ponderaret ar/gentum.Aliqñ ſigt̄,quod vernacula lingua dicimus ven/der à peſo,vt in lib.ij.Reg. Semel, in anno tondebat,q; granabat eū cęſaries, ponderabat capillos capitis ſui du/centis ſiclis pōdere publico.Per trāsla ponderare eſt exa/minare,conſyderare. Lactan.lib.iij.Mors ex pręteritis ui/tę actibus ponderanda eſt.Hinc componitur pręponderо, quod eſt prius pondero,ſeu prius examino.Cic.lib.iij.offi. Neq; ea volunt pręponderari honeſtate.

Pondo indeclinabile, et generis omnis,ē tantum plurali/ter vt hęc pōdo,nō enim dicimus vnum pōdo, licet.Pla. in Aſi.centum pondium dixerit,et modo pro libra poni tur.Nam pondo,et libram ideꝫ fuiſſe.Feſt. innuit,cū in/quit. Duo aſſes ſinguli libram et pondo efficiebāt.Modo ſigt̄ pōdus.xij.libraꝝ.Liui.Argēti pondo bina,ē ſex libras in militem pręſtaret.Modo ponitur ꝓ hoc nomine pon/dus.Hiero.lib.Nu.Fueruntq̄; in ea acetabulū argēteū pō do centū triginta ſicloꝝ. Et apud Liuiū ſcribit coronam aureā librę pōdo Ioui dicatā fuiſſe nec caret ſingulari,vt qdā exiſtimauit,cū Col.dicat pōdo libram,et quadratam abijci oportere, Pondo igitur ita duodecim libras ꝯtinet, ſicut aſſis duodecim vncias.Et dicimus Duapōdo,et Tre/pundo.Quin.lib.i.teſtat. Ab his Dipondiū. Tripondiuꝫ,et Aſſipondium , pro vnum pondo,ꝙ id erat librę pondus.

Pono,is,poſui, et poſiui poſitum.Plaut, Nunc ut apud ſe/queſtrum vitulum poſuimus. Eſt autem ponere,collocare conſtituere.Virgil lib.i.Æne.Vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis.Cice.Primum enim ſtante Rep.facere ſoleba/mus,vt in agendo plus,q̄ in ſcribendo opere poneremus. Aliquādo deſinere , qm̄ cum ceſſamus ab operę collocare quodam modo,ac reponere videmur id quod agebamus. Virg.lib.vij.Cum venti poſuere,omniſq̄; repente Reſedit flatus.Aliqñ arigere,ędificare. Idem poſuitq̄; immania tē pla . Vnde in antiqs marmoribus legimus Bene merenti poſuit.Aliqñ deponere.Idem.Ponuntq̄; ferocia pęni corda volente deo. Aliquando apponere.Mar.Nolo mihi ponas rhombum, mullumue bilibrem . Hinc poëtę fabulas,et ſcripta ſua ponere dicebantur,ꝙ in ſcęna hęc ſpectatori/bus quaſi in cōuiuio apponebāt. Iuue.Pone Tigillinū.i. affer in ſcęnam aliquid ,de Tigillino ſcriptum.Aliquādo pingere.Hora. ſolers nunc hominem ponere, nunc deum. Nam de ſculptore,et pictore loquit̄ Huius verbi compoſi/ta ſunt.Appono,quod eſt aliquid antepono.Ply.Nihil ei, pręter ſecundarium panem oleraq̄; appoſuit. Interdum ſubiungo.Vnde appoſitum dr̄ caſus,qui verbo ſubiungi/tur. Item Apponere, eſt iuxta,vel ad aliquid ponere.Cice. lib.ij.artis vete.Gladium propè appoſitum,e vagina edu xit,et illum alterum occīdit. Antepono pręfero.Compono circumpono,vt in Euange. Circumponentq̄; calamo. De/pono,diſpono,ordino,quaſi in diuerſis locis pono.Hier.in lib.Reg.Audiuit famam ſeruus tuus, ꝙ diſponat Saul ve nire in Ceilam.Hinc diſpoſitio, quę eſt rerum in ordinē collocatio.Diſpoſitum,decretum,conſtitutum.Vnde ex di/ſpoſito dicimus.i.de induſtria, et quemadmodum à no/bis conſtitutum eſt.Macr.An altius quiddam,cui remotis arbitris opus ſit cogitaturi ex diſpoſito conueniſtis.Expo/no,impono,interpono,oppono,prępono,propono,Poſtpo/no quaſi retropono. Cice. Tironi. Omnia poſtpoſui,dum/modo pręceptis patris parerem . Repono,ſepono,ſeorſum pono,remoueo.Suppono,ſummitto.Apul.Suppoſuitq̄; hu/meros oneri . Aliquando ſignificat adulterinum loco veri ſubijcio,à quo Suppoſitus partus dicitur , quando foetus alterius matris non verę matri ſubijcitur.Ply.Nam filius patris teſtamentum ſuppoſuiſſe dicebatur. Superpono,et ſuprapono , vt in Euange . Et lapis ſuprapoſitus erat ei. Tranſpono,vltra pono.Et omnia habent,pe.pro.

Poſitio eſt,quam gręci Vocant θέσιν .

Poſitus,us,idem, quod poſitio, ſiue ſitus.Oui.in Fas.Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in ęquor.Trinacris à po/ſitu nomen adapte loci.

Poſitiuus,ua,uum,quod primo poſituꝫ eſt,nec aliunde de/riuatū,à quo grāmatici poſitiuuꝫ à cōparatiuo, et ſupla/tiuo diſtinguunt,ꝙ illud ſit quaſi fundamentū iſtorum.

Poſitura,nota,qua ſenſus in oratione,diſtinguitur.Item di citur ſitus ſiue poſitio Gel.Vt animaduerteret,quo habi/tu,quaq; forma, quaq; poſitura ſtellarum aliquis naſce/retur.Sic ſyllabam dicimus eſſe longam poſitura.

Ponè, quando grauem accentum habet prępoſitio,vel ad/uerbium eſt, et ſignificat propè,vel poſt.Virgil.Ponè ſu/bit coniunx, ferimur per opaca locorum.Vale.Maxi.lib.i. Mox humani ingenij prona voluntate vetita ſcrutandi ponè reſpiciens animaduertit immenſę magnitudinis ſerpenteꝫ concitato impetu omne quicquid obuium fue/rat proterentem , cum accuſatiuo. Apule.lib.i.Meta.ecce ponè lanceę ferrum.

Pons à pendeo,ꝙ veluti in aëre pendeat. Et ſignificat oē, per quod ſuper aquas tranſimus.Vnde ē pro ſcala naui/um , quandoq; ponitur. Virgil. Interea Æneas ſocios de puppibus altis pontibus exponit.Hinc Depontanus.Vnde ſenes depontanos appellatos eſſe legimus à pontis deie/ctione,hoc eſt ferendi per pontes ſuffragij ademptione.

Ponticulus dimi. paruus pons. Cice.lib.v.Thuſc.Et cū foſ/ſam latam cubiculari lecto circumdediſſet,eiuſq̄; foſſę trā ſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet.

Pontones, naues quibus in traijciēdis amnibus loco pon-

tium

ftium vtimur. Papinia. Quia via confirmari solet, vel ciuitate tenus, vel vsq; ad viam publicam, vel vsq; ad flumẽ, in quo pontonibus traijciatur. Apul. Et si vado non poterunt, pontonibus transibunt.

Pontifex, sacer magistratus (vt inqt Scęuola) à posse, ẽ facere dictus. vel (vt inquit Var.) à ponte, qa sublicius põs à põtificibus factus est, primũ, et restitutus sępe. Erant ãt maiores, et minores pontifices, inter quos summus, q pontifex maximus dictus est, ꝙ maximarum rerum, quę ad sacra et religionem pertinent iudex, sit, et vindex contumacię priuatorum magistratuum, Numa enim pontificem fecit, eiq; sacra omnia attribuit, eiusq; scitis, sacra oia priuata, et publica subiecit, instituitq;, vt idem pontifex non cęlestes modo cęrimonias, sed iusta quoq; funebria, placandosq; manes edoceret author Liui.

Pontificatus, us, pontificis dignitas, sicut consulatus.

Pontificius, cia, cium, quod est pontificis, vt Ius pontificius, quod ius cannonicum dicitur.

Pontificalis, et hoc le, quod ad pontificem ptinet. Vnde põtificales libri, in quibus sacrę cęrimonię continentur.

Pontus gene. masc. Nerei filius, ẽ Neptuni, vt Eusebius lib. i. Pręparati. scribit. Vnde pontus mare dici videtur. Alij põtus dici existimant mare, à ποτίζω, quod est mergo. Vel à πένος, qui est labor, qa sit laboribus plenus. Ridicule per contrarium dici arbitrantur, ꝙ careat ponte. Proprie autem id mare põtus appellaẽ, quod à palude Męotides vsq; in Tenedum protenditur. Pontus Fęminini generis, insula est, de qua Virgil. Virosaq; Pontus castorea. Est et prouincia Asię minoris, à Ponte rege sic cognominata, nobilis crudelitate Medeę. Hęc (vt Stra. refert) ab occidente Haly flumine clauditur, ab oriente Colchide A meridie minori Armenia. Ptole. Vero aliter lib. v. Ait enim ab occasu ore ponti, et thracio bosphoro. A meridie regione, quę proprie Asia dicitur. A septentrione parte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates sunt Calcedon, Nicomedia, Nicea, Hic regnauit Mithridates Eupator et Pythodoris regina. Ex ponto fuit. Aqla veteris testamẽti translator et interpres. Et Marcion hęresiarches, qui q̃uis xp̃ianus videri vellet, alium tamen creatorem omnium rerum esse dicebat, q̃ xp̃i patrem, illumq; maiores aiebat. Ponticus, tica, ticum, Hiero. contra Ioui. Compelle Phrygem, et Põticum, vt locustas comedat, nefas putabit.

Pontigonus, idest in ponto genitus.

Põtina palus. Volscorum palus iuxta forum Apij, haud lõge à Terracina, distatq; ab vrbe. xx. Passuum milibus, de qua Lucil. lib. iij. Et q̃ pontinas via diuidit vda paludes.

Põtia insula nõ longe à Palmaria in sinu Caietano, in q̃ turtures, ac coturnices, cũ ad Italias veniunt, prima volatura reqescendi cã paucos dies moranẽ. Author Var. Est etiam pontia vrbs, ad quam pontonibus traijciebatur.

Popa victimarius q victimas habet venales, et q ligabat eas ad altare ferebatq; Spar. in Geta. pcussit hostiam popa, nomine Antonius, vt ĩde Persi. Ventres popã dixerit p helluone voratoreq;, cũ ait Ast. illi tremit omento popa Siliter Prop. li. iiij. Succinctiq; calent ad noua sacra popę. Hinc Popana pinguia vnguenta dixerunt veteres Iuue. Ridendaq; multo pane tumet facies, aut pinguia popana spirat. Et hinc miseri viscantur labra mariti.

Popanum, pe. cor. placenta lata, quas dijs veteres offerebãt. Sed ẽ pro quocunq; libo capitur. Iuue. Scilicet, et tenui popano corruptus Osiris.

Popina, p. pro. à popa, locus, vbi publice obsonia, caroq; cocta, ac delicate confecta venditatur, comediturq;. Vel priuatum, vbi gulosa familia extraordinarię ligurirę, et helluari consueuit, siue ipse, qualem dixi cibus. Hora. Fornix tibi, et vncta popina Incutiunt vrbis desyderium.

Popinones, vel ij, quos nunc Tabernarios, vel luxuriosi, qui se popinis dedunt.

Popinatio nuncupaẽ à Gellio, q̃ alio noie diciẽ Heluatio, q̃ Gręci Asotiam vocant. Fit autem popinatio à popinari, quod sigt̃ helluari, et ĩdulgere popinis. Iulius Capito. Dus Galienus popinaẽ, et balneis, ac lenonibus reputat vitam.

Popinalis, et h̃ le, qđ ad popinã spectat. Colu. li. xi. Tunc celebres erãt delitię popinales, cũ ad mare deferebanẽ, vi

Poples, itis, pars opposita genui, q̃ curuaẽ, dicta, ꝙ (uaria. post pliceẽ. Colu. lib. vij. Si dolore neruoꝶ claudicas, oleo, et sale genua, poplitesq;, et crura cõplicanda. accipiẽ qñq; pro tota illa parte neruosa. Liui. lib. xxij. Quosdam et iacentes viuos succisis foemoribus poplitibusq; inuenerũt.

Poppysmata, proprie dñr ea vocis blandimenta, quę fiunt equis indomitis, cum tractatione manuũ. Vnde ẽ quę fit manibus palpatio interp̃tari põt, vt apud. Iuue. Pręebebit vati crebꝶ popysma roganti. i. crebram manũ tractationes cũ quadã vocis adulatione, Nã fit ab ποππύζω, qđ est sibylo, vel adulor. Quare et pro sibylo quandoq; poniẽ, q in re obscęna fieri ꝯsueuit. Mar. Quis ridere põt fatui popysmata cũni? Cõsonat hic q non mentula, meriq; cadit Velut vitium notauit in Galla popysma, vtpote insulsus coeuntiũ crepitũ. Est et ποππύζειν, vt qdam exponũt, illisis manibus inter se, et palma cũ palma collata plausus edere, qđ est applodere. Vñ ẽ popysmus. Ply. lib. xxviij. Fulgetras popysmis adorare, ꝯsensus gẽtium est.

Poppyzon dicitur qui vel manibus plaudit, vel sibilat Gręci enim ποππύζω dicunt sibilo.

Populus, pe. cor. singulari numero, vnius ciuitatis multitudinem significat. Virg. Hinc populum late regem. Populi vero diuersas ciuitates. Idem Litoraq;, et latos populos. Est autem populis multitudo hominum, iuris consensu, et cõcordi communione sociata.

Popellus diminutiuum paruus populus persius. Ante diem blando caudam iactare popello.

Popularis, et h̃ re, quod est populi. Hora. et populares vincentes strepitus, et natum rebus agendis. Interdum popularis dicitur charus, et gratus populo, q sibi populi fauorẽ ꝯciliat. Cice. Nihil tam populare, q̃ bonitas. Liui. Et quo nihil popularius est, qbus artibus petierat magistratus ijsdẽ gerebat. Interdũ dr̃ plebeius, vilis, et ignobilis. Pla. Pręstat diuitẽ eẽ, ac populares, q̃ nobilẽ, et mendicũ. Et popularis dr̃, q est eiusdem ꝯdõnis, generis sortis, ẽ fortunę. Teren. in phor. Amicus meus summus;, et popularis Geta. Erat enim, et ipse seruus. Et popularis dicitur ciuis.

Popularia sacra (vt Labeo inquit) sunt, q̃ oẽs ciues faciũt, nec certis familijs attributa sunt, vt Fornacalia, palilia. Laralia, sic dicta, ꝙ populo grata essent cum in populum missio fieret ab his, qui gratiam plebis quęrebant. Et hoc duplici modo. Aut de Repu. bene sentiẽdo, ẽ ea, quę ad populi salutem spectant recta cum ratione agendo. Aut largiendo, et adulando, vel alijs corruptelis beniuolentiam captando. Item popularia dicebantur loca vbi plębs sedebat. Vide in dictione Equęstria.

Popularitas, affabilitas, humanitas, blanditię, et gratia in populo. Hier. Popularitatẽ tuã, qua mihi inuidiã apđ simplices niteris concitare, perspicua ratione compescui.

Populariter. affabiliter, humaniter, et cuꝫ gr̃a populi. Iuue. Et verso pollice vulgi. Quemlibet occĩdunt populariter.

Popularia, nugatoria, puerilia. La. popularia agimus p ludũ.

Populosus, sa, sum, quod est plenum populo, vt oppidum populosum.

Populatim, modo sigt̃, per populos. Apul. Populatim ab ol prouincia reuocatus. Modo cateruatim, et in vniuersum. Cecil. Ego perdidi te, q omnes seruos perdo populatis, quęso ne addas malum ad hoc malum.

Populo, las, amorem populi ꝯcilio. Pac. Atq;, vt ꝑmerui pẽ mihi patriam populauit meam. Aliquando populare est p̃dari, quod et populor dr̃. Virg. Quisq; suum populatus iter. Idem. Populatq; ingẽtem farris aceruum. Hinc depopulor, p dep̃dor, passimq;, ẽ quasi populatim diripio.

Populatus, ta, tum, participium, quod significat dep̃datus, vt Quisq; suum populatus iter populatus vero nomen significat populosum, vt vrbs populata, idest populo plena.

Populonia,et populonium dicitur,vrbs Ethrurię,à populorum multitudine, quę in eius agro est.Vel à populando, quod frequentibus pyratarum populationibus pateret Hãc nunc plumbinum,sermo,vernaculus appellat.

Populus,antepe.pro.genus arboris,à frondium multitudine sic appellata.Vir. hic cãdida populus antro.Imminet. Ply.lib.xxiiij.Virgam populi in manu tenentibus,intertrigo non metuatur. Colu.lib.vi. Cui rei maxime videtur idonea populus.Ea est arbor Cerro similis.

Populeus,a,um, quod est materiatum ex ea arbore. Virg. in Geor. Qualis populea męrēs philomela sub vmbra.

Populnus,na,num, idem quod populeus. Plautus in Cas. Num isthęc,aut populna sors, aut abiegna est tua.Dr̄ et populneus,nea,neum,in eadem figtione.Colu.lib.vij.Probat maxime vlmea, post fraxinea,et ab hac populnea frons.

Populetum locus populis consitus.

Porculena.Plau.in Mili.Nisi huic veri affertur merces non hic suo foemineo; quamq; porculenam partiturus est.

Porca animal, quę alio nomine dicitur Sus,in agro vero porca est terra elata inter duos sulcos, à porrigendo, vt inquit.Varro quod ea seges porrigat frumentum. Vel à porcendo, quod vltra se iaci semina prohibeat,vel quod à quas porceat, hoc est porrò arceat prohibet enim aquã frumentis nocere. Nam crebriores sulci lumi solent vocari. Colu.lib.ij.Liras rustici vocant easdem porcas,cum sic aratum est, vt inter duos latius distantis sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis p̄beat. Sed et.xxx.pedum latitudinem.cxxv. longitudinem porcam vocabant eodē authore.Cãpani hodie porcas vocant puluinos,siue hortulos, in quibus, veluti sulcatim, sua cuiusq; generis olera seruntur.Id genus,et Areę dicuntur apud Col.

Porcus domesticus, aper ferus, sus vtriq; cõe est.Marc.Iste tibi faciat bona saturnalia porcus. Inter spumantes ilice pastus apros.Dictus porcus, quia porrecto rictu pascatur et terrã dum herbarum radices rimat latius porrigat.Scribit Var.porcum gręcum nomē esse antiquũ,sed obscuratum, quod eũ nunc vocant χοῖρον Hinc fiunt diminu.Porculus, et porcellus.Amb.Sicut gluto amat porcellum. Sueto.in Nerone.Iterum,ac sępius recoctum porcello abiecit.

Porcarius,porcorum custos.

Porcinus,na,num,quod ex porco est,vt caro porcina.

Porculationem antiqui porcorum nutricatum vocauerunt Var. In nutricatu,quam porculationem appellabant,binis mensibus porcos sinunt cum matribus.

Porcius,cognomen fuit Catonis Censorij,tractus, à porco. Cognomina.n.(vt inqt Var.)hñr à maiori,et à minori pecore. A' maiori, vt Equitius,Taurus.A' minori.vt porcus caprillus.

Porcia,nomē mulieris Romãę.Fuerũt antē duę maior et minor. Porcia minor,cũ laudaret,apud eam,q̄dã bñ morata,quę secundum hēbat virum, respondit Felix,et pudica matrona nunq̄,pręter semel nupsit.

Porcetra,porca, quę semel tm̃ peperit, scropha,q̄ sępius Si miscet se porca domestica,cum fero, foetus hibrida dicet.

Porceo,ces,p̄hibeo.Lucil.lib.vi.Non te porró procedere porcent.Componiturq̄; ex porrò,et arceo,quasi procul arceo, syncopatum videtur,et obsoletum est.

Poria gręce, latine facultas, abundantia dicitur. A' quo fit verbum Aporior, aris.

Porricio,is,pe.cor.quasi porro iacio.i.Valde porrigo,qđ verbum solēne sacrificantibus erat.Nam exta porrici dñr qñ porrigunt dijs. Vnde apud Macro.hostia porrecta, quasi sacrificata. Plaut.Nam si sacrificem summo Ioui.atq; in manibus exta teneam,vt porriciam interealoci, si thuri, quod detur,potius rem diuinam deferam.

Porrigo,is,pe.cor.xi,ctum,ex porrò,vel por particula,et rego,nõ aũt ex porrò et ago,vt putauit sipõtinus cum p̄teritũ faciat in xi,et nõ ĩ gi.Et est porrigere,extēdere. Ply. Facilius qppe radices,porrigunt solo subacto. Quãdoq; offerre.Vnde Augustus cũ ei qdam libellũ trepidus offerret et mõ proferret manũ,mõ retraheret.Putas te inqt,stipē elephanto porrigere.Et hoc qm̃ offerendo aliqd protendimus manũ.Rursus qa,q̄ interficiunt,ĩ terra extēdunt, factum est, vt porrigere sit p̄sternere, iterficere.Marti.Et volucrem longo Porrexit vulnere pardum.Huius compositum est. Ex porrigo, seu exporgo, per syncopam,quod est extra porrigo.Ter.in Adel.Da te hodie mihi. Exporge frontē.i.exhilara. Huic contrariũ est contrahere frontes.

Porrigo,inis,ri syllaba p̄ducta genus morbi, à porrigendo.i.extendendo. Crescēdo.n.porrigit.Nascit,vt Cel.lib.vi. scribit,in capillo,barba et supcilio, vbi acute inter pilos q̄dam,q̄si squãmulę surgũt.Lucil.li.xxx.Tristē,et corruptũ scabię,et porrigine plenum. Hinc Porriginosus,q porrigine infestat. Est et porrigo minutus furfur. Hor.lib.ij.Ser. Vngere si caules oleo meliore,caputq̄; Cęperis impexa foedum porrigine quare.Hũc morbũ gręci appellant lepida.

Porrum plurali porri. Gręci prason dicunt genus oleris. Marti.Mittit p̄cipuos nemoralis Aricia porros. In medio virides stipite cerne comas. Porrorum alij sunt Tarentini, qui et sectiui dñr.Alij Aricini qui et capitati.

Porraceus,cea,ceũ.Ply.Heliotropiũ nascit in Æthiopia Africa,Cypro porracei coloris,sanguineis venis distincta.

Pori,pe.p̄.p simplex r,appellant tophi.Ply.Minus ponderosus est, q porus vocat,marmori pario silis. Pori vero,pe. cor.significant meatus.Ply.li.xx.de malua, et althęa Succus decoctę pori meatus suaues facit.Est etiam porus iter, per quod genitura in vrine vias defertur.

Porocela,pe.p̄.à poro topho,nomen habet,quasi ramicem tophaceum appelles,de quo in dictione Enterocela.

Porro aduer.sigt certe.Cic.pro Plan.Nihil porro,tam inhumanum,tam ĩmane,tam ferum,q̄ cõmittere,vt beneficio nõ dicam indignus, sed victus esse videare. Quandoq; sigt longe ante.Virgil.Hinc maxima porro accępit Roma,et patrium seruauit honores.Sic dicimus.Lycurgus nõ porro ab Homeri temporibus fuit. Quandoq; sigt à longe,vt sit aduerbium loci.Liui.lib.viij. Et haud eadē,qua te ĩsinuaueris retro via repetenda, aut si ire porro pergas,per aliũ saltũ artiorem,impeditoremq̄; euadendũ.Quandoq; significat postea,deinde in futurus.Cic.Marcello. Non est porro tuum vno sensu oculorum moueri. Ter.Dehinc,vt qescãt porro moneo.i.in futurum. Quãdoq; vltra.Liui.li.i. Ex loco ĩfesto agere porrò armentũ occępit.Quãdoq; coniunctio est.Et pro autē ponit,locaturq̄; in principio orõnis.Quin.Porrò qui confessum defendit, nõ absolutionē sceleris petit,sed Iniam.Quãdoq; ponitur pro coniunctione expletiua. Ter.in An.Adeon me ignauũ putas adeon porrò ĩgratum,aut ĩhumanũ,aut ferũ vt neq; me cõsuetudo,neq; amor,neq; pudor,et cętera πρὸ ἐ ωτñ gręcũ ē.

Porphyrius nomen viri proprium. Quo nomine dictus est philosophus Christianis inimicissimus.

Porphyra latine purpura.Vñ porphyriacus,ca,cum,pe.cor. pro purpureo.Oui.Et porphyriacis figere labra genis.

Porphyris,idis,pe.pro.in nominatiuo uestis purpurea.

Porphyris,pe.cor.insula ĩ laconico mari sita,qnq; milibus passuũ à Maleę p̄montorio distans. Eadē postea Cythera dicta est,ob memorabile templum Veneri sacrum.

Porphyretes,lapis in Ægypto rubens candidis interuenientibus punctis propterea leucosticos appellatus, quod leucos albũ dicimus στίζειν pungere.Hinc porphyreticus,ca,cum, quod factum est ex porphyrete.

Porphyrio,auis,quę sola morsu bibit, cuius crura pręlonga rubent et rostrum. Hęc à nõnullis Pelicanus dr̄. Fuit et nomē gygantis.Mar.Nomē hēt magni volucris tam parua gygantis. Et nomē prasini Porphyrionis habet.Hoc et noīe vocatus fuit,qui in Horatium commentatus est.

Porsena,pe.p̄.p̄priũ nomen regis.Mar.Hanc spectare manum porsena nõ potuit.Virgil.vero p̄duxit positione duplicis nn,Necnõ Tarquinium eiectum porsenna iubebat.

Porto,tas,non tantum corpore, sed etiam animo,et tam bona, q̄ mala. Teren.in And. Dij boni, quid boni porto. Et portare dicimur cum iumentis aliquid nobiscum ducimus.

ctimus.Hinc verres legimus amicam è prouincia portaſſe,et Pompeium deportaſſe triumphum. Huius compoſita ſunt Apporto, Aſporto ,quę contraria ſunt. Comporto, ſimul porto.Hiero.lib.ij.Regum.Et comportauerũt ſuper eũ aceruũ lapidũ magnũ nimis.Exporto extra,ſeu ex loco porto,auferoúe.ĩporto,ĩtro porto.Reporto,retroporto.Vir. Hęc triſtia dicta reportat . Deporto ſupporto,et trãſporto.

Porta,à portando,dr̃ oĩs exitus ex quo,põt ĩportari,vel exportari aliqd,vel ab aratri portatione,vt ĩqt Do.Quia ĩ deſignatione vrbiũ ſubiunctis,vacca,et tauro q vrbem deſignabat aratꝶ mãu ſuſpẽdebat, ne ſulcũ quẽ primogeniũ dicunt faceret,vbi aditus ciuitatis erant relinquẽdi . Hic fiunt diminutiua portula, portella,et porticula, porta decumana,et porta prętoria de caſtris dicitur.

Portus dr̃ locus ꝯcluſus,q̃ importanť merces,ẽ ĩde exportanť,et vbi naues hyemãt.Naꝫ antiq domos ꝑtim portus ꝑtim ĩſulas vocabãt à portãdo, vñ ẽt porticus dictę ſunt.

Porticulus,paruus portus. Sumitur quandoq; pro malleo,

Portiſculus,hortator remigũ,q eã virgulã,q̃ portiſculus dr̃, in manu tenẽs hortať remiges, vrget,et cuncta ꝓ libito moderatur.Plaut. in Aſi.Tute habes portiſculum.Ennius in annalibus.Portiſculus, cum ſignum dare cępiſſet.

Portorium,naulu3,et merces,quę datur portitoribus,hoc ẽt dicitur naulu3,et porthmeon.Iteꝫ vectigal,quod portitori ſoluit.i.telonario ſcripturario,et ſcripturę magr̃o,ex portu,vel fluminu3,vel lacuu3,vel ſtagnoꝶ.Luci. facit idẽ,qđ illi,q inſcriptum è portu, exportãt clanculũ ne portorium dent.Plau.in Aſi.Iaꝫ ego hũc portitorẽ priuabo portorio.

Portitor,pe.cor.qui vectigal portus,ſiue portę.i.portorium datiu3 conduxit.Do. portitores ſunt qui portus obſeruãt. Plau.in Tri.vtrunq; complexus eſt.Solutum ẽ portitori iã portorium.Quos gręci telonarios.Cic. Magiſtros ſcripturę et portitores appellat.Nam ad Atticum ſic ſcribit . illa cã publicanoꝶ q̃taꝫ acerbitatem afferat ſocijs intelleximus ex ciuibus,q nuper in portorijs Italię tollendis,non taꝫ ꝺ portorio,q̃ de nõnullis iniurijs portitoꝶ q̃rebanť.Et portitor dr̃ q portat vehitq; nauigio accepto portorio.i.mercedula ꝓ trãſuectione vt charõ portitor, quem gręci porthmea appellãt alias portitor dr̃ gerulus , qui aliqd portat. Sta.li.i.The.Lãguet.hypborei glacialis portitor vrſę. Am. ſuper Luc.Audito dei verbo ſteterunt acerbi illius funeris portitores,abuſiue portitor,qui portatur ſicut Vector.

Porthmus.pe.cor.latine dr̃.transfretator, q nauigio vehit, et qui exigit portorium. πορθμὸς.n.fretum dr̃.Iuue.Iam ſedet in ripa,fretumq; nouitius horret Porthmea. i.portus freti portitores. Porthmis,idis,nauis ad traijciendu3.

Portunus deus à portu dictus,q portubus ꝑeſt.Gręce Palemõ dr̃.A q̃ opportunus ẽ ĩportunus.Hic ẽt Melicerta eſt (Inoos filius.

Portunalia ſunt dies portuno deo dicati,

Porticus,q̃ pp repẽtinos imbres, ẽ vmbraꝶ,ac deãbulatõis gratia ędificanť.Oui.de porticu.Põpeiana. Tu mõ põpeia lẽtus ſpaciare ſub vmbra . Cum ſol herculei terga leo (nis adit.

Portio,q̃ſi partio,ſig̃t ꝑtes.Huius dimi.eſt portiuncula.Apul.Qui cũ à me portiunculam poſceret.Hinc fit proportio,q̃ eſt duaꝶ reꝶ inuicem facta comparatio.

Portendo,dis,porrò,hoc eſt ante tendo,prędico , ſignifico. Virgil.Hunc illũ fatis externa ab ſede profectũ portendi generum.Plau.in Cur.Aecaſtor nobis periculum magnũ, et familię portenditur dementi ſi expectemus mortem.

Portentum,à portendendo.i.ꝑoſtendẽdo,ꝙ portẽdat aliqd futuꝶ,q̃uis aliqñ dicanť portenta iania q̃daꝫ,ẽ irridẽda. Ci.li.i.Thuſcu.Aut qd negocij ẽ,hęc poẽtaꝶ et pictoruꝫ portẽta ꝯuincere.Hie.ꝺ dijs ait portẽta magis. q̃ nũina. Portentũ, tñ ex augurijs,et auſpicijs antiqui ſig̃ationem accipiebãt.Vñ apes ille ex ore Ambroſij prodeuntes quaſi portentũ fuerũt ꝙ de longe viri ſapientiaꝫ portenderũt.i. ſignificauerũt.Et Vir.li.viij. ꝓ bono omine poſuit cũ ait. Ne q̃re ꝓfecto,quę caſuꝫ portẽta ferãt.Vbi Ser. Mõ bona omina,q̃ victoriã portendũt.Et dicta ꝓphoꝶ ſunt, quaſi portenta ꝙ porrò.ĩ eſt de longe tendebãt.i. futura diuinabãt Vñ Sal.Ex libris ſibyllinis regnũ Romę tribus Cornelijs.portendi.Portẽta q̃ꝫ fieri dñr, cũ ĩſolita corpꝫ raro ſe oñdunt,vt cometę turbines,barathra,et ſereno cęlo facta tonitrua.Vnde Var.In cęlo ĩqt memorabile extit portentum.Nam ſtellã veneris nobiliſſimam.Plau veſperuginem.Home. heſperõ appellat pulcherrimã dicens Caſtor ſcribit tm̃ portentũ extitiſſe,vt mutaret colorem . Hęc ãt portẽta dñr eẽ ꝯ naturaꝫ,ſed nõ ſunt cũ dei voluntate fiant.Quę quidem voluntas,cuiuſq; rei conditę natura ẽ, inquit.Augu.lib.xxi.de ciui.dei. Portentum ergo fit,non contra naturam,ſed contra quam eſt nota natura.

Portentoſus,ſa,ſum, quod portentum facit.Plyni.Portentoſum eſt,quod de ea traditur.

Portulaca(quam gręci Peplion dicũt) herba eſt frigida,et humida,vt ĩqt Auicenna,quę dentium tollit ſtupore3.

Poſca,vinu3 in torculari aq̃tu3,qđ apud Ply.Varronemq;, et alios Lora dr̃.Quidã poſcã dñt eẽ potionis genus quã gręci Oxycratõ vocãt,q̃ ex aq̃,acetiq; miſtura ꝯficiť. Ply. lib.xxx.Tormina ſanat palumbus ferus expoſca decoctus.

Poſculentũ,nõ poculẽtu3 dici debere ſcripſit Hermolaus vir nunq̃ ſatis laudatus, q̃q̃ à poſca ẽt poſculentu3 dici poſſit.

Poſco,poſcis,popoſci , ſignificat rem debitam, et honeſtam peto.Var.poſcere eſt quoties aliquid pro merito noſtro deposcimus.Cui Dona.concordare videť,cum inquit Poſcere,eſt imperio rogare.Aliquando prouocare.Virgil.Haud acrem dubites in pręlia poſcere Turnum.Cicero.Poſcunt maioribus poculis.Aliquando petere,ſeu vendere.Plau.in Merca. Tanti, quanti poſcit.In qua ſignificatione. etiam ſumitur vocare.Iuue.bis quingenta dedit,tanti vocat ille pudicam. Huius compoſita ſunt Appoſco,quod eſt iuxta debitum,et im poſco ſeu volo.Teren.in Heau.Minas quidem iam decem habet à me filia, quas pro alimentis eſſe nunc dico datas.haſce ornamentis conſequentur alterę. Porrò hęc talenta dotis appoſcent duo .Depoſco,expoſco, multum,ſeu cum inſtantia,aut publice poſco.Liui. lib.i. Pacem precibus expoſcunt.Virgili.lib. iij.Sed votis precibusq; iubent expoſcere pacem. Repoſco, quod mihi debetur reddi,peto.Amb. Suſceperat in ſenectute filium , per repromiſſionem, repoſcenti domino negandum ad ſacrificium,quamuis vnicum non putauit.Virgil.Parthosq; repoſcere ſigna.Et repoſcere eſt vehementer poſcere.Plau. in Cur. Quam tu virginem me repoſcis.

Poſcinũmius,a,u3,qđ poſcit numos vñ baſia meretricia poſcinũmia dici pñt.Quippè q̃ nihil aliud q̃ nũmos poſcũt.

Poſtulo,as.ſignificat quodammodo requiro,volo,vt Res locus,perſona,tẽpus cauſa poſtulat.In q̃ ſignificatione qñq; ablatiuo iungitur mediante prępoſitione.Cic.in Lel.Neq; quicq̃,vnq̃,niſi honeſtum, et rectum alter ab altero poſtulabit.Aliqñ actõ ſolum.Idẽ ꝓ liga.longiorẽ or̃one3 cã forſitã poſtulat,tua certe nã breuiorẽ. Nonnunq̃ duobus accuſatiuis.Sed tũc ſumiť ꝓ oro.Hie.i Geñ.Oraui ẽ dedit mihi dñs petitionẽ,quã poſtulaui dñm qđ tñ raro repiť. Nã cũ ꝑe vti poſtulo voluit,abltõ iunxit,vt ĩ li.Re.Vocauit nomen eius Samuel eo ꝙ à domino poſtulaſſet eum. Quandoq; ſignificat rem debitam, et iuſtam peto . Aliqñ ſig̃t accuſo ſeu q̃relam dico de altero apud alteru3.Sue.in Ceſa.Cęterum Corneliũ Dolobellã ꝯſulare3, ẽ triumphale3 viꝶ repetũdaꝶ poſtulauit.Idẽ ꝺ Augu.Affuit ẽ clientibus ſicut ſcutario cuidã euocato quondã,q poſtulabat iniuriã. Interdum poſtulare eſt cupere velle expectare. Terenti.in Adel.per oppreſſione3,vt hanc mihi eripe poſtulet. i.velit, aut ſperet.Item poſtulare,ſicuti docet. Vlpi.eſt deſyderium ſuum,vel amici in iure apud eũ q iuriſditioni ꝑeſt exponere,vel alterius deſyderio ꝯtradicere. Solet diſtingui inter poſtulare,poſcere petere,obſecrare,et flagitare,quia poſcimus,imperioſe,petimus precario,poſtulamus iure,obſecramus.i.ꝑ ſacra rogamus.Flagitamus,non ſine ſtrepitu verboꝶ addendo ꝯuiciu3.Ci.Quamq̃ cã poſtulat,non tñ flagitat.Curtius Poſtulabat ãt magis,q̃ petebat.Expoſtulare eſt,cum querimur iniuriam apud illũ, à quo accepi

mus,ē habet in ſe reprehenſionē.Sed de expoſtulo alibi.

Poſſum,potes,potui,ex pos,et ſuu componit,quaſi potens ſum.Vnde ēt qñq; cū abltō conſtruitur.Liui.lib.x.Pecunia deinde,qua multū poterāt freti,ſocios ex hoſtibus facere. Gallos conant. Sunt ēt q hoc verbū cōponant ex porrò valde, ꝙ ſum, et valde eſſe videant.q potentes ſunt.Hēt qñq; appoſitum, vt cum dicimus. Deus oīa poteſt,vnde ſit omnipotens. Quandoq; eſt ſine appoſitione.Plau.Non hic vt posſit edit,ſed poſſe cupit,vt edat.

Posſibile dr̄,quod fieri pōt.Cuius cōtrariū eſt imposſibile.

Posſideo,pe.cor.ex pos,ē ſedeo.Pos autem,quod in vſu nō eſt idem, et quod potens, vt ſit posſideo,quaſi potens ſedeo.Hinc poſſesſio,poſſesſor,et posſeſſiuus,ua.uum.

Poſideon dicitur menſis qui,à,latinis dicitur December.

Poſſeſſio,ꝓprietas,et vſus,ſiue actus poſſidēdi agri,aut ędificij, non ipſe fundus aut ager.Cice.in parad.Et enim ſi iſti callidi ęſtimatores prata.aut areas magni ęſtimarent ꝙ ei generi poſſesſionum nemini nocere poteſt.Aliquando tamen ſumitur pro ipſis bonis immobilibus.

Poſſeſſor,qui poſſidet,cuius fœmi.eſt poſſeſtrix.

Poſſeſſiuus,ua,uum, quod poſſidetur , vt Euandrius enſis, ędes regię,quę regis poſſesſio eſt.

Poſſidonius,phs Apam enſis,ex Syria,vt Stra.li.xiiij.author eſt,ſed Rhodius exiſtimatus, quia Rhodi vixit, ac pḃatus eſt.Sicut et Apollonius Molo dictus eſt Rhodius cum eēt Alabadenſis . Vtrunq; audiuit Cice. Hic cum aliquando morbo articulari laboraſſet grauiſſime fertur ſępe dixiſſe (Erat enim ſtoicus) Nihil agis dolor , q̄uis ſis moleſtus, nunq̄ te eſſe confitebor malum.

Poſt prępoſitio compoſita, ē ſeparata inuenitur. Separata ſignificat meta gręcam ꝑpoſitionē, qñ ordinē demōſtrat ſiue loci,ſine tpis,ſiue alicuius alterius rei, ꝑuit actō.Vir. Poſt montē oppoſitum.Idē.Poſt aliquot mea regna vidēs mirabor ariſtas.Hora. O' ciues ciues q̄renda pecunia primū Virtus poſt nūmos Cōpoſita vero reperit,cum multis dictionibus, vt poſthac poſtmodū Quādoq; tñ ponit loco aduerbij poſtea, et hoc qñ nulli caſui ſeruit, aut qñ iungit abltō.Virg.poſt mihi nō ſimili pęna ꝯmiſſa luetis. Sal.Vbi periculū aduenit,inuidia, atq; ſupbia poſt fuere. Cū abltō.virg.lib.vi.Ille admirās venerabile donū Fatalis virgę longo poſt tpe viſum. Quod ſi per ſe ꝓferat,vel ꝑpoſtere habet accentū,in verſu vero grauem.

Poſtq̄ aduerbium tpis. Sal.Poſtq̄ cōſulueris,mature opus eſt facto.Interdū ponit pro qm̄.Ter.in Adel.Poſtq̄ poëta ſenſit ſcripturaſ ſuaſ ab iniquis obſeruari. Virg.Poſtq̄ nos Amaryllis habet, Galathea reliquit.Nec mirum,quia, vt Dona.ait,eius reciprocum eſt qm̄ pro poſtq̄. Plaut. in Aul.Is quoniam moritur,ita auido ingenio fuit.

Poſtea componitur,ex poſt,ē ea,unde, et ꝓducitur à,ſicut alia cōpoſita.Interea,ꝑterea,ꝓpterea.Sal.Poſtea Piſo in citeriorē Hiſpaniā quęſtor ꝓ prętor miſſus ē, ſiliter poſteaq̄ vna dictio eſt,ſicut & poſtq̄.q̄ cōnexiuę particulę ſunt. Ci.Planco. Et abſui ꝓficiſcēs ī Grędā. et poſteaq̄ de meo curſu Reip. ſum voce reuocatus,nunq̄ p.M.Anto.quietus fui.Sic.n.dictis ſequentia copulantur.Aliquando inter poſtea, ē q̄ interponitur vero,et ſignificat,ſed poſteaq̄.Idem Appio.Poſtea vero,q̄ ita cępi.

Poſterus,ra,ruꝫ,pe.cor. quod aliqd ſeqtur,vt Poſtera dies.i. ſequens.Virg.lib.iiij.Poſtera phębea luſtrabat lāpade terras.Aliqñ Poſterus dr̄ qui poſt nos futurus eſt. Vñ poſteri et poſteritas.Sene poſteroꝝ negociū ſic dicit.Huius comparatiuum eſt poſterior,ē ſuperlatiuū poſtremus.i.vltimus.

Poſteripedes,q poſt primos ſunt.Hinc componit Prępoſterus,quaſi ꝑuerſus,ē inuerſus.Cic.Caſſio.Prępoſteros habes tabellarios,et ſi me qdē nō offendunt,ſed tñ cū à me diſcedunt,flagitāt lr̄as, hoc eſt, q poſt alios venire debent, priores alijs q ꝑmiſſi fuerant,veniunt.Quin. Prępoſtera res occidere,deinde erubeſcere.Prępoſtera libido dr̄ vitiū ſodomiticum.Et ꝑpoſteros hoīes libidinoſā cupiditate vocat,Iul.Firmicus,qui & pędicatores vocantur.

Poſterius,tardius, vel ſecundo.Quādoq; etiaſ minus vilius, abiectius.Cice.in Piſo.Nihil ſcito te eſſe luxurioſius nihil libidinoſius,nihil poſterius,nihil nequius Plaut.in Aſi.Poſterius iſta dicis,q̄ credo tibi.

Poſteriora dñr,q̄ à vultu auerſa ſunt. Vnde eſt illud.Poſteriora mea videbis.

Poſteritas ſiḡt poſteꝝ ſeculum ſiue homines , qui poſt naſcentur.Ci.in Lel.Quo in genere ſperare videor.Scipio,et Lelij amicitiam notam poſteritatis fore.

Poſtremo aduerbiū,ſignificat finaliter,vltimo loco,tandē.Sal.Poſtremo omnibus modis pecuniam trahunt. Dr̄ ē ad poſtremum . In poſterum vero ſiḡt in futurū tp̄s. Quin.lib.i.Multa linguę vitia,niſi primis eximant ānis inemendabili impoſterum prauitate durantur.

Poſtfero,pe. cor.poſtpono.Ply. lib.ij.Gebēna, et vrbibus et agrorum cultu virorum,morumq̄; dignatione,amplitudine opum nulli prouinciarum poſtferenda.

Poſthac,dictio compoſita ſicut Antehac,ē ſignificat deinceps,in futurum, ſiue poſt hoc tempus. Teren. in And. Poſthac,quas facies deintegro comędias.

Poſthabeo,poſtpono.Teren in Phor.nam omnes poſt habui mihi res,ita,vt par fuit.

Poſthumus, pe.cor.ex poſt,et humus componitur,qui poſt mortem parentis natus eſt,quaſi poſt humatum,et ſepultum.Plau.in Aul.Poſt mediam ętatem, qui mediam duxit vxorem domum,ſi eam ſenex anum pręgnantem fortuito fecerit, qui dubitas, qn ſit paratum nomen puero poſthumus.Dr̄ et poſthumus,a,um,pro futuro,ſequenti, ē poſtero Sido. Poſthumā ętatem dixit pro poſtera, et ſequente. Apul.lib.iiij.Poſthumam ſpem dixit quaſi ſerotinam et tardaſ nimis. Virg.lib.vi. Tua poſthuma proles. Fuit,ē Poſthumus nomen viri. Hora.lib.Car.Heu heu fugaces poſthume Poſthume labuntur anni.

Poſthumo,as,ſiḡt vltimo loco eſſe,quaſi poſt humationes anteceſſoꝝ.Tertul.ī Apolog. Cęteri quoq; ꝓphę etſi Moyſi poſthumant.i.Moyſe poſteriores ſunt.

Poſticum,et poſticus,pe.pro.à poſt,et ſtando,pro hoſtio in poſteriore parte ędium. Plau.in Tri.Aliud autem poſticum ędium noſtrarum.Veteres tñ ēt vicinum habitantem ad poſteriorem partem ędium ſic appellarunt.Hora. Atria ſeruantem poſtico falle clientem . Et oſtium ipſum poſtica fœmi. genere dr̄. Apule.lib.ix.Annunciat ſuo domino canem rabidam per poſticam impetu miro facto ſeſe direxiſſe. Ammianus.Per poſticam ingreſſus refertam inueni cōfluēte ex finitimus virili,et muliēbri.ſexu. Poſtica ēt Auguꝝ eſt.Nā ut inqt Ser.Augures deſignāt ſpacia lituo ē eis dāt noīa,vt pr̄ia pars dicat Antica, poſterior,Poſtica.Dexteraꝫ quoq;,ſicut ſcribit Fe.Anticā,ſiniſtrā poſticā dicimus. Sic ēt ea cęli pars, q̄ ſole illuſtrat ad meridiem Antica noīat,q̄ ad ſeptētrionē.Poſtica.Rurſus,q̄ diuiduntur in duas partes oriētem,atq; occidentem.Antica,et poſtica dñr . Item poſtica,linea in agris diuidendis quę ab oriente in occidenteꝫ ſpectat. Oīa deniq;,q̄ poſt nos ſunt poſtica dñr , et quę ante nos,antica.Inuenitur ēt poſticus, ca,cum. Perſi.Poſticę occurrite ſannę,hoc eſt irriſioni.factę à parte poſteriore.Auſo.Poſtico vulnere foſſor.

Poſticula dimi.à poſtica pro poſteriore parte ędium.Apul. lib.ij.Per q̄dam breuem poſticulam intro vocat me.

Poſtero,ras,Palladius. Oliua,cum varia cępit eē colligitur. Nam cum tota nigreſcet, quod ſpeciei merito poſterauit fundendi vbertate compenſat.

Poſticulum dimi.Plau.in Tri.Poſticulum hoc recępit,cum ędes vendidit . Poſticula diminutiuum à poſtica, de quo in dictione poſticum.

Poſtis,gene. maſc.à poſt deducit,et ſignificat valuā oſtij, ſiue latus portę dictus, ꝙ poſt fores ſtet.Virg.Hęrent parietibus ſcalę poſteſq̄; ſub ipſos Nituntur gradibus.

Poſtilena,à poſt,et ſtando,ꝙ ſtet à parte poſteriori, vel ꝙ poſteriores iumenti partes teneat.Eſt.n.incuruum lignū ſiue craſſius lorum,quod ſub iumenti cauda ponit.Plau.

Ita te à

Ita te à gerunda aqua curuum faciam, vt postilena posfit ex'te fieri. Hinc per contrariū antilena, qua pectus cingit.

Postliminum, à post et limina componit, et cū extra limina, hoc est terminos, puinciç i captiuitate detētus rursus ad propria limina reuertatur, is, iure postliminij in statū pristinum restitutus esse dicatur. Paulus. Iurcon. Postliminium est ius amissę rei ab extraneo et in statum pristinum restituendę inter nos ac liberos oēs populos regesq; moribus ac legibus constitutum. Nam quod bello amisimus aut ēt circa bellum, hoc si rursus recipiamus dicimus postliminio repetere idq; naturali ęquitate introductum est vt q per iniuriā ab extraneis detinebat, is vbi in fines suos rediisset, pristinum ius suū reciperet. Gallus de verboꝝ sig. Postliminio rediit qsqs captus ab hostibus ad patriam remeauerit. Nam dum captiuitatem hostium patit ius ciuium amittit omnia aūt iura recipit si postliminio reuertatur. Itaq; postliminij vocabulo quędam reuersio significatur. Sunt qui ex aduerbio post vim nois interpretant reliquā vocabuli partem solum additamentum ostendētes tanq̄ liminium nihil, significet sicuti Tullium supplementum est in meditullio. Postliminio qetis apd Apule. sigt post qetem. Nam reuersio qdā postliminij vocabulo sigtur qa semp post id qd retro relinquitur. Postliminio mortis. i. reuersione à morte et postmortem.

Postmitto. Cic. pro Celio. Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in insidijs doctissimi hominis dissimulandum putaret.

Postmodum, pe. cor. ex post, et modum, significat postea siue postremo, quasi post modum rei datum. Liui. lib. i. Sępe ex iniuria postmodum exortam gratiam. Dr ē postmodo. Idem lib. iiij. Si Ardeates sua tempora expectare velint, arbitriumq; senatui leuādę iniurię suę permittant fore, vt postmodo gaudeant se irę moderatos.

Postomis, idis, instrm ligneum, seu ferreum, quod ad cohibendam equoꝝ tenaciam naribus, vel morsui imponit. Lucil. Postomides huic de naribus ingentes pendent.

Postridie, et pridie composita sunt, ē diuersa. De Pridie Gel. lib. x. Die pristini eodem modo dicebatur, quod significabat die pristino. i. priore, quod vulgo pridie dr conuerso compositionis ordine, quasi pristino die. Fest. vero (cui magis accedendum puto) compositionem pridie antiquā esse inuit, cuꝫ ait. Priuignus dictus est, ꝙ anteq̄ mater secundo nuberet est progenitus. Pri. n. antiqui. pro prę dixerunt. Pridie igitur, ex prę, et die compositum prior, siue pręcedenti die siue vno ante significat, postridie vero postero die syncopatum n. est Lactan. lib. v. de vtroq; exemplum posuit, et loquitur de Carneade. Is cum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, disputauit de iusticia copiose audiente Galba et Catone censoribus, maximis tūc oratoribus. Sed disputationem suā postridie ꝯtraria subuertit, et iusticiā, quam pridie laudauerat, sustulit. Plaut. in Sti. Qui potest mulieres vitare, vitet, vt quotidie pridie caueat ne faciat, qd pigeat postridie. Pridie igit priori die, siue pręcedenti die sigt, vt ēt apud Catonem lib. de re rust. Siquem purgare voles, pridie ne cęnet. Postridie vero posterodie, nec post tres dies vllo mō sigt, vt Catonis exemplum apertissime demonstrat, q eodem lib. sic ait. Oleum viride sic facito. Oleam q̄ primum ex terra tollito, si inqnata erit tollito à folijs, et stercore purgato postridie, aut post tertiū diē, q̄ lecta erit, facito. Nō. n. adiecisset diem tertium, si postridie, post tres dies sigret, nisiq; postridie secundus, seu sequens dies esset eius diei, qui pręcesit, quod ostenditur ēt ex hoc, ꝙ eius diei appositum tam pridie, q̄ postridie inuenitur. Cic. Lentulo. Ad duodecimum Kalen. Februarij, cum in senatu pulcherrime staremus ꝙ iam illam snīam Bibuli, de tribus legatis pridie eius diei, fregeramus. i. pcedenti die eius diei, hoc est duodecimi. Cęsar. lib. ij. cō. Postridie eius diei Cęsar pręsidio vtrisq; castris, qd satis esse visum est, reliquit. i. seqnte, siue postero die eius diei qui precessit. Aliqn eis gtūs iungit, vt Pridie, siue postridie Kalēdaꝝ nonaꝝ, iduū, et possessiue iungit. Nōnunq̄ actūs apponitur. Cic. Appio Pridie nonas Iunias cum essemus Brundusij. Et resoluit die pręcedēti nonas, siue die ante nonas. Liui. Etiam postridie Idus rebus diuinis supersederi iussum, quo item non postridie Kalē. dr. i. die post Kal. Etiam aliter actō iungunt. Cice. ad Atti. Pridie cōpitalia memēto. Interdum pridie, et postridie seqtur, q̄ vt pridie. q̄ intres pr̄ias, sacrificiū facito. Liu. li. ij. Naꝫ cū pridie, q̄ legati ad tarqnios ꝓficiscerent, et cęnatū forte apd Vitellios eēt, ꝯiuratiq; ibi remotis arbitris multa iter se de nouo, vt fit cōsilio egissent, sermonē eoꝝ ex seruis vnus excepit, q iam antea id senserat agi. Quod sic exponit. Die pcedēti, anteq̄ legati ad Tarqnios ꝓficiscerentur. Siliter illd. Sue. in Cęsa. Et pridie, q̄ occideret i ꝑmone nato sup cęnaꝫ apud. M. Lepidū, qsnā eēt finis vitę ꝯmodissimus, repētinū, inopinatumq; ꝓtulerit. Quo ēt mō itelligit illud i Canone missę. Qui pridie, q̄ pateret. i. q pcedēti die anteq̄ pateret, nō aūt q̄, sicut Valla interꝑtat, eo ꝙ sniē repugnare videret. Siliter postridie, q̄ pr̄ mortē obijt epulū feci. i. postq̄ pr̄ mortē obijt postridie epulū feci, v dies mortis, luctui ꝓuiat, postera vō epulis. Nō aūt postridie quo pr̄ mortē obijt epulū feci, qd neq; orōni, neq; sensui ꝯuenit. Nā postridie aliū diē exigit pcedentē. In isto vō exēplo nullus aliꝯ dies pcessit. Ergo q̄ ꝓ postq̄ exponēduꝫ ē, vt Postridie sequat ipm, quo pr̄ mortē obijt. Siliter Postridie, q̄ vxorē duxero, nauigandū ē mihi. Si q̄ ꝓ quo sumat, nō recte fiet iterꝑtatio. Igit necessario, q̄ ꝓ postq̄ nō pro quo sumendū est, nisi q̄ pro q̄ hoc mō sumamus nō tn̄, vt capiamus eo postridie epulū scdm quo pr̄ mortē obijt, neq; eo postridie, quo vxorē duxero nauigandum est mihi. Sed sic postridie i. postero die, ab eo, quo pr̄ mortem obijt epulum feci et postridie ab eo, ꝙ vxorē duxero nauigandū est mihi. Et valla forte ita intellexit. Hoc modo sumenda sunt pleraq; Liuij exēpla, vt. li. iij. Anno. ccc. altero, q̄ ꝯdita Roma erat, iterum mutat forma ciuitatis, à ꝯsulibus ad decēuiros. Et lib. iiii. Dictator exercitu victore domū reducto die octauo, q̄ creatus erat. Hic q̄ ꝓ quo exponit. i. ab octauo die ab eo quo creatus erat. Et illud q̄ ꝯdita Roma erat. i. ab eo, quo ꝯdita Roma erat. Quod ēt ꝓ postq̄ sumi pōt. Pn̄t tn̄ Vallę exēpla breuius exponi vt q̄, pro cū sumat. Hoc mō q̄ ꝓ cū pr̄ mortē obijt, Epulū feci postridie. Et q̄, ꝓ cum vxorem duxero nauigandū est mihi postridie. Illud āt Cice. ad Tironem. Menandrius postridie ad me venit, q̄ expectarē ꝓ cū ōino sumit non pro postq̄, neq; ꝓ anteq̄ neq; ab eo, quo. Hoc mō Menādrius q̄. i. cū, die pcedēti eum expectarē venit ad me postridie. Vn̄ recte seqtur. Itaq; habui noctē plenā timoris. i. noctes q̄ ipsius diē pcedentē isecuta est, et itercessit iter postridie, hoc est sequētem diem et ipm diem pręcedentem.

A pridie fit Pridianus, a, um, qd est pridie alicuius diei. Suet. in Caio. Marcente adhuc stomacho pridiani cibi.

A Postridie postridianus qui est postridie alicuius diei, sicut postridianus, qui post idus est. Sed abutimur pro postridianus crastinus, pro pridianus hesternus.

Pullicenus dimi. à pullus, ē est qui ex gallinaꝶ ouis nascit. Helius Spartianus, siue Lampri. de Alexandro seuero. Et ne earum pastus grauaret annonam seruos habuit vectigales, qui eos ex ouis, et pullicenis, et pipionibus alerent.

Pullinus, na, num, quod est pulli. Vnde pullini dentes, quos primum equi iaciunt.

Pullarius, qui pullorum curam habet. Liui. lib. x. Nam cum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mētiri ausus tripudium solistimum nunciauit consuli.

Pullarij dnr̄ feles à Lucilio, ꝙ pullos gallinaceos ingrant.

Pullacio apud Col. accipitur pro fętura pullorum, quę et pullicium dr̄. Pullcies, ipsa pullacio. Col. lib. ix. de turture. Huius auis ętas ad saginam non tam vetus est idonea, q̃ nouella. Ita circa mensas, cum iam confirmata est pullicies eligitur. Idem de apibus, cum primo vere in eo vase nata est pullicies, nouus rex eliditur.

Pullipremones dicuntur pedicones à premendis pullis. i. pueris tenerę ętatis prisci pullum dicebant puerum ab aliquo amatum, hos lucilius suppilones, et subulones, alij subactores. Auso. Postico vulnere fossores.

Pullus, la, lum, quod est natiui coloris idest nõ plene obscurũ, atrũ, leucopo contrarium, ꝙ pulli ouiũ ferè eo colore nascuntur. Virg. Ne maculis infuscent vellera pullis. Tibul. Concidit ad magicos hostia pulla deos. Vnde vestis pulla dr̄ fusca, atra, qua q̄s in luctu induit. Cic. in Vati, Atq; etiam, et à te scire cupio, quo consilio, aut qua mēte feceris, vti ī epulo. Qu. Arrhij familiaris mei, cũ toga pulla accumberes? Sunt tñ, q dicant hunc colorē hispanum, siue bethicũ dici, à quo pullati ēt beticati dnr̄. Mar. et beticatus. simul, atq; leucopeatus. Cuius esse rõnem dicunt ꝙ natiuus color in Hispania subnigrior ē. Ideoq; minus vilis. Hic enim color ad nigredinem tendit alicubi plenior. alicubi, dilucior. Huic proximus color est niger, qui et fuscus dr̄, et ater. Similiter pullus color dr̄ impluuiatus, q̃si fumo ex stillicidio implutus. Plau. Impluuiatus facit vestimentis nomina. Item suasus, vt apud eundem. Sordida, ē Suasa amictus togula. Ponitur tamen pullus pro nigro. Col. Atq; oleris pulli radix, hoc est oleris atri.

Pullatus, pulla veste indutus. Hoc est lugubrē habitum ferens ex parentum morte, q, et atratus dr̄, q mos à Lydis ceptus fuit. Cice. in Vati. Quis vnq̃ cęnauit atratus, cum ipse epuli dominus. Qu. Arrhius albatus esset? Quandoq; pullatus accipitur, pro viliori persona, siue rudi, et imperi-

ta.Suet. de Aug.Militem secreuit à populo,multis ex plebe ꝓprios ordines assignauit,ꝑtextatis cuneũ suũ et ꝓximũ pędagogis, sanxitq; neq; pullatoꝝ media cauea sederet.Quint. Ferire pectus,frontẽ cędere mire ad pullatũ circulũ facit.Hoc est ad cumulũ rudiũ,atq; imperitoꝝ hoĩm.

Pulligo,idem,quod pullus color.Plyn.Fuluas oues Tarentum habet,et alias suę pulliginis.

Pullegium,genus herbę, seu fruticis medicinalis.Est.n.calida,et sicca in tertio gradu.Amb.Ad Felicem Non mediocrem sumpsi ad conualescendum gratiam, quasi quodam tui alloquij pullegio refotus.Hier.Pulegium apud indos pipere ꝑciosius est.Col.lib.ix.Pullegij circulis fumigentur.

Puluis generis masc.ẽ foemi.Proper.Sit mihi perpetuę puluis Ethrusca dolor. Dicitur autem puluis,vt qdam putãt à pellendo, ꝙ pellat̃ ui venti.Apud antiquos etiam puluer dicebatur . Sed ab eo , quod est puluis,genitiuus erit puluis,à puluer vero pulueris.Verum in vsu tantum est puluis in tecto pulueris in obliquis.

Puluisculus,et puluisculum diminutiua sunt , à puluis et vtroq; mõ inuenit̃ apđ authores. Et gñaliter de oĩ puluere dici põt.Apul.Nisi.vt pesti mũditias dẽtiũ nitellas oris ex arabicis frugibus tenuẽ candificũ nobilẽ puluisculum complanatorẽ gingiuę.Hier.Nescio qd puluisculũ Proprie aũt sigt puluerem illum,quo vtunt̃ puellę, q et cinis dr̃ ad cuius differentiam alius cinis immundus appellatur. Virg.cinerem immundum iactare per agros.Hinc.

Puluereus,rea,reũ,quod est ex puluere,ẽ Puluerulentus,ta,tum,quod est plenum puluere.

Puluero,ras,puluerem redigo.Col.lib.xiij.Priusq̃ vineę pulnerentur.Hinc pulueratio,q̃ est gñs culturę.vt inqt Ser. Quo imminutę glebę vitibus applicantur . Puluerett.Pla. Dixit pro puluere plenum fit.Ait.n.exi,tu,Dane,age,sparge mundum esse hoc vestibulum volo Venus ventura est nostra.Nolo hoc puluerett.

Pulueresco in puluerem redigor,quod à puluereo fit.Vnde et dispuluereo,pro dissoluo.

Pulex,animal notum,dictum, quod ex puluere generetur. Quo nomine etiam dictus est vermiculus herbis,et pręcipuę brassicis infestus.A' pulex fit pullicinus, sicut à musca muscinus à formica formicinus.

Pulicosus pulicibus plenus.Col.lib.viij.Pulicosę cani remedia sunt sume ciminum tritũ pari pondere cum veratro, aquaq̃; mistum,et illitum,seu cucumeris anguinei succus. Vel si hęc non sunt,vetus amurca per totũ corpus ĩfusa.

Pulmo, est vnum ex visceribus de natura sui spongiosus,et ideo spũs capax,q diuidit̃ in similitudinem vngulę bouis, et duę illę partes fibrę vocantur, sicuti in oĩbus visceribus. Respiramus aũt pulmone.Vñ Persi. Quod pulmo animę pręlargus anhelet. Attollit̃.n.spũs attrahendo,et emittẽdo deprimitur.Ex pulmone nascitur tabes,quã gręci Phtisim vocant.Tunc enim pulmo tabescit Oui.Cernis,vt è molli sanguis pulmone remissus. Ad stygias certo limite ducat aquas . Apud veteres pluraliter tm̃ pulmones dicebant, sicut et ceruices.Pla.in Cur.Pulmones distrahuntur, cruciatur cor.Cic.lib.ij.Thusc.Quę lateri inhęrens morsu lacerat,viscera,vrgensq̃; grauiter pulmonum haurit spũs.

Pulmonarius,ria,rium, quod laborat pulmonis morbo.Vt ouis pulmonaria,apud Col.q̃ lib.viij.Ait curari similiter vt suem inserta ꝑ auriculam, quam veterinarij ꝯsiliginẽ vocant.Dr̃ ẽt pulmonarius de morbo,quẽ gręco vocabulo pnemonicũ,et pneumaticũ appellant.Et herba pulmonaria vocat̃ à medicis, q̃ est folijs mollibus,albo maculatis.

Puluinar,pe.pro.quasi pluminar, est quod capiti dormituri supponimus ad pluminorum similitudinem. Iuue.Fęda lupanaris tulit ad puluinar odorem.Quo etiam nomine dicitur lectulus, qui in templis sterni consueuit numini dicatus.Vnde lectisternium nuncupatur,sicut docet Aug. lib.iij.de ciui.dei.Liui. Curatum lectisternium,et per triduum habitum decemuiris sacrorum curantibus,et puluinaria in conspectu fuere Ioui,et Iunoni,alterũ Neptuno,et Minernę,Tertium Marti,et Veneri.Quartum Apollini,et Dianę.Quintum Vulcano,ac Vestę Sextum Mercurio,et Cereri.Videtur autem dici puluinar, à pluma,qua fulcitur.Abusiue tamen puluinaria pro templis dicunt. Inde apud Liuium legitur, ad omnia puluinaria sacrificatum fuisse videntur etiam accipi pro illis puluinis, in quibus simulachra deorum recumbentia collocant. Acron puluinaria dicebantur,aut lecticę diuorum, aut tabulata in quibus stabant numina,vt eminentiora viderentur.

Puluinus, seu puluillus,à pluma, quasi pluminus, ꝙ plumis pullorum fiat. Ceruical, seu plumatius.Hier.in terra pro puluillo capiti supponebant . Quandoq; accipitur ꝓ lecto.Cice.in Ver.acti.vij.Nam vt mos fuit Bithynię regibus lectica aperta foro ferebat̃ in qua puluinus erat perlucidus melitensi rosa farctus. A' Pul. Quatuor Eunuchi ꝯfestim puluinis complurib9 vento tumentibus pluma delicata terrestrem nobis cubitum perstruunt.Item puluini vocant̃,q scabellis subimponunt̃, q̃ mollior sit sessio. Hoc est lectuli, quidam exigui lana,vel pluma , vel alio genere pleni vulgo cusini, qui etiã capiti supponunt̃ cum dormire volumus.Plau.in sti.Mane puluinum.i.expecta, vt puluinum tibi subiciamus q̃ sedeas. Cice. Afferri iussit puluinos,et omnes in suis sedibus sederũt.Iuuen.De puluino surgat equester. Et puluini areolę terra elata inter duos sulcos in hortis q̃ porca à porrigendo in agris appellat̃.Habet.n.veluti puluinoꝝ,in qbus sedemus, similitudinem,propter,quod et torus à qbusdam dr̃.Plyn. Areis distingui,easq̃; resupinis puluinoꝝ toris ambiri singulis tramitum sulcis,qua datur accessus hominis catebrisq̃; decursus.Col.lib.xij.Vlpicum habet,velut allium plures cohęrẽtes spicas.Hę q; cum sint diuisę liratim seri debebũt, vt in puluinis positę minus infestentur hyemis aqs Idem libro.iij.Omnium autem gentium ramos circa Kalendas martias in hortis per puluinos arearum disponere conuenit . Item puluinus arena durior,quę in modum saxi lapidescit. Victru.lib.v. Puluinus firmissime struatur.Ab hoc puluino arenario videtur.Plau.in Cas.per transla.dixisse.Ibo intro subducam nauim rursum puluinarium. Item puluinus,machina,qua naues in portũ subducunt̃. Oui.Collaq̃; prelorum nostra ferenda dedi.

Puluinatus,ta,tum, quod est ad similitudinem puluini, molle,ac connexum.Ply. Lanuginoso,ac puluinato calice.

Puls victus antiquissimus, ex farina , aqua melle,seu caseo ouo decocto factus, quo pro pane veteres vtebantur. Dicta ꝙ ita sonet cum aqua feruenter aspergiter.

Pultarius,à pulte,accipitur pro Vase pultis.Cor.Cel.Si cętera defecerint caliculus, aut pultarius oris compressioris, ei rei commode aptatur.

Pulmentũ ipsa puls,vel aliud cibarium ad modum pultis fcm̃.Apul.Ius porcoꝝ,pulloꝝ,pisciũ,et ius pulmentorum largissimas epulas. Dictũ pulmentũ,ꝙ pulset vel à pulpa,vel vt ait Var.ꝙ edebat cũ pulte ab eo pulmẽtum vo(carunt.

pulmentarium ẽt dicit̃, quod inter cibos sumitur in similitudinem pultis factum. Hoc est quod pulmẽti vicem pręebet.Iuue.Veniet qui pulmentaria condit. Ply. Primum in latio cibum pultem fuisse, non panem scribit argumentoq; ad id esse, ꝙ pulmentaria,pro cibis sua etiã ętate dicerentur . In Euangelio quoq; legimus. Nunquid pulmentarium habetis? Posset etiam dici pulmentarium pulmenti repositorium.

Pulmentariũ testuaceum dicitur torta,quę coquit̃ sub testa.

Pulticula dimi.à pulte.quo vsus est.Ply.lib.xxvi.

Pulpa quandoq; dr̃ neruus ille , qui ab aliquibus dicitur ἴνιον à Theophrasto ἶνα. Inter pulpas inquit Ply. et venas discrimen facile,venę latiores,candidioresq̃; sunt.pulpę fissilibus insunt, et pulpa dr̃ caro ꝙ dentibus pulset̃.

Pulpamentum,à pulpa dictum est, et accipit̃ pro cibo lautiore.Teren.Lepus tu te es et pulpamentum quęris.

Pulpitum locus,ante scęnam ęditior,in quo omnis comędia recitabatur.Gręce λογεῖον . Ponitur ẽt ꝓ suggesto.i.ꝓ

quocunq;

quocunq; loco edito, vnde sermo habetur ad populum.

Pulso,as, frequentatiuum à pello significat sępe percutio verbero. Cice. de suppli. Lictores consistunt valentissimi ad pulsandos, verberandosq; homines exercitatissimi. Ter. in Adel. Sed quis hoc ostium pulsauit. Transfertur et ad animum. Amb. Dehinc terroribus pulsat. Plau. in Epi. Id ego experior, cui in vnum multa confluunt quę meum pectus pulsant. Interdum pulsare est, violare, lędere. Virg. lib. xij. Pulsatos referens infecto foedere diuos. Interdum sonare, vt pulso lyram. Pertinetq̃; pulsare ad homines sonare ad instrumenta, vt sonat campana. Vnde dicimus. Pulsatum est ad tertiam, non autem sonatum. Cum autem dicimus pulso cythara, idē est quod cano, vel ludo. Virg. Iam pectine pulsat eburno. Huius composita sunt. Expulso, quod est valde pulso. Aug. mortuus est, qui q̃tumlibet expulses, q̃tumlibet lanies, q̃tumlibet vellices, non expergiscitur. Propulso, de quo supra.

Pulsare, vocaliter ē pulsando hostiū, cū clamore forinsecus.

Pulto, tas, idem, quod pulso, fitq; à supino pultum, quo antiqui vtebantur. Plaut. Pultando confregi fores. Terē. Cesso iam pultare ostium.

Pulsus est ille, vbi coniungitur manus lacerto. Ply. Arteriarum pulsus in cacumine membrorum euidens maxime index morborum in modulos, legesq̃; metricas per ętates stabilis, aut citatius, aut tardius. Idem alibi pulsum percussum appellat. Nam vitę gubernacula tenet, et ictu crebro, aut languido valitudinem indicat. Nam lib. vij. sic ait. Venarum inęquali, aut formicante percussu, sed hoc ex arterijs est.

Pulsatiles venę sunt qbus pulsus explorat q̃s antiq arterias vocāt, sūt āt arterię spūs semitę, sicut venę sanguinis riui.

Pultiphagonides. i. pultis deuorator.

Pumex, lapis cauernosus, qui ad corpora leuiganda laudatissimus est. Virg. lib. xij. Vt cū latebroso pumice pastor Catul. foe. genere ꝑtulit. Pumices pręcipui sunt ī Æolis īsulis. Probatio eorum est in candore, ac minimo pōdere, et vt maxime spōgiosi, atq; aridi sint, ac teri faciles. Nec in fricādo arenosi, à gręcis pumex dr̃ Cisseris, cis, vermiculo.

Pumicosus, sa, sum, quod pumicis, vel naturam, vel similitudinem habet. Et pumicosus dr̃ locus pumicibus plenus.

Pumico, cas, pe. cor. pumice polio, leuigo. Tibul. Pumicet et canas tondeat ante comas. Vñ pumicatū pumice politus.

Pumilis, pe. cor. paruus, nanus. Col. lib. ix. pumiles aues nisi quem humilitas earum delectat, nec propter foecunditatem nec propter alium redditum nimium probo.

Pumilus etiam et pumilio authore placiade mollis, ē eneruis dr̃.

Punctus, qđ nisi deprauate, barbareq̃; dr̃ i neutro. Sene. Punctum est, et adhuc puncto minus, qđ incolimus. Ply. lib. ij. Nō aliud est terra vniuersa, q̃ mundi pūctus. Tradunt Geometrę punctum esse corpus indiuiduum, in quo, neq; longitudo, neq; latitudo, neq; altitudo deprehenditur, et ob incomprehensibilem breuitatem sui in partes diuidi non posse, quod protractum lineam efficit idest corpus vnius dimensionis longum enim est, sine lato, et duobus pūctis ex vtraq; parte solam longitudinem terminantibus continet. Hanc lineam si geminamus, alterum corpus efficitur, quod duabus dimensionibus extruit longo latoq;, sed alto caret, punctis autem quatuor continet, per singulas. s. lineas binis. Et hoc gręci ἐπίπεδον nostri planum, siue superficiem vocant. Aug. de q̃titate animę punctum vocatur, quod nullam diuisionem patitur, cum medium tenet figurę, si autem principium linęę est vel linea, aut etiam finis, vel cum omnino aliquid notat, quod sine partibus intelligendum sit nec tamen obtineat figurę medium signum dicitur, est ergo punctum nota medium figurę tenens, signum nota sine partibus. Quandoq; tamen punctum sumitur pro temporis, vel horę momento. Cice. Cecinnę. Itaq; nec punctum quidem temporis in ipsa fortuna fuisse. Quandoq; pro minima cuiusq; rei particula. Item pro Plancio. Nam ꝙ quęstus es plures testes te habere de volitina, q̃ quot in ea tribu puncta tuleris. Quandoq; ꝓ suffragijs, ē fauore, quoniā veteres suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Vnde expuncti dicebant viles eiecti sine fauore priuati. Hora. Oē tulit pūctum q miscuit vtile dulci, hoc est solus suffragia iudicum tulit, q et vtile, et dulce scripsit, qm̃ ꝓdesset, et delectaret.

Punctim aduerbium, significat per punctiones, infectionesq̃; gladij, siue pungendo.

Pungo, gis, pupugi, vel punxi, punctum, non solum de ferro sed de quacunq; alia re dr̃. Var. Admota aspis, cum pupugerit, si non occidat, sciat ex psyllorum esse stirpe. Hier. ad Marcellā. Nudiustertius ꝺ beatę memorię in ea aliqua dixeramus, illico pupugit aīum. Huius cōposita sunt. Cōpungo, quod est totum pungo, ferio, seu signo. Cice. lib. ij. offi. Ad eā ex epulis in cubiculū veniens barbarus, et eum qdem, vt scriptum est, cōpunctum notis thracijs, districto gladio iubebat anteire. i. signatum vel ꝑcussum. Vñ sequit. O miserum, q et barbarum, et stigmaticum fideliorē putaret, quā coniugem. Expungo foras mitto. Persi. Quem ꝓximus hęres in bello expungas. Cornut. Proprie expungam. i. foras mittam. Tractum à militibus, qui expuncti dicuntur, dum è militia mittuntur. Repungo, de quo alibi.

Punio, nis, iui. itum. Quod et poenio dicitur, quasi poena afficio. Hinc impunitus, nō punitus. Salu. Impunitos eos dimisere inde etiam. Impunitas.

Punicus, ca, cum, pe. cor. quasi poenicus, à penus, qui à phenicia detracta aspiratione. Virgil. Punica regna vides. Et punicus color, siue puniceus, qui est coloris rubentis, qui gręce phęnicos dr̃. Hora. Puniceis inuecta rosis. Nam exuperantiam, ruborisq̃; splendorem, teste. Gel. significat. Punica mala granata, quę hoc cognomen sibi circa Carthaginem vendicarunt, vbi et multa, et insignia nasci phibentur. granata dicuntur à granis, quibus sunt referta.

Pupus, puer paruulus tenerior, pupa puellula. Var. Mammam Lactantis suggentem pascere pupum. Auso. Barbara, quę lacias vincis alumna pupas. Mar. Pupam se dicit Gelia cum sit anus. Et à similitudine, pupa quoq; paruula puellaris imago dicitur, Var. in Orig. Ita ꝙ breui tempore magna pars in desyderium puparum, et sigillorum veniebat. Moris autem fuit veterum puellarum paruula q̃das puellaria simulachra ex linteo insuere, deinde tomento infarcire, tum vestibus amicire. Has virgines pueritiam egressę, Veneri tanq̃ virginitatis suę insignia cōdonabāt, vt faustum futurum matrimonium cederet. Vnde Persi. Dicite pontifices in sacro quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donatę à virgine puppę.

Pupulus et pupula diminutiua à pupus et pupa. Catul. Deprehendi modo pupulum puellę.

Pupillus similiter à pupus deriuatur, pro impube, qui desijt esse in patris potestate, vel morte vel emancipatione Hiero. Pupillus dicitur, qui non habet patrem. Orphanus qui nec patrem habet, nec matrem.

Pupilla, à pupa dimi. sicut et pupillus pro mare. Et pupilla, siue pupula pars oculi parua, qua continetur vis vidēdi quam. Lactan. Scintillam luminis appellat, ꝙ per eam mens intendit, vt videat, transmittitq̃; vim visibilem, ꝑ oculos quasi per quasdam fenestras. Et sic est dimi. à pupa. Oui. Suspicor, et fama est oculis quoq; pupula duplex, et Ply. lib. xi. scribit absolutam vim speculi in oculis, vt tā parua illa pupula totam imaginem reddat hominis.

Pupula Vide in dictione Pupilla.

Pupulum vrbs est à latere meridionalis Sardinię.

Puppes, et puppis, vtroq; modo dicitur pro naui. Ouid. de pon. Dum mea puppis erat valida fundata carina.

Purpurissum, color factitius, quo genas oliniunt muliēres porphyra, à gręcis à nostris purpura. Hinc porphyriacus Purpureus. Oui. Et porphiriacis figere labra genis.

Purgo, gas, mungo, quasi purum ago, hoc est educo. Col. lib. iij. Itaq; cauatum foramen, cum purgauerimus, vndiq; adrasos surculos inserimus. Teren. in Adel. Pisces cęteros purga Dromo. congrum istum maximum in aqua sini/

to ludere paulisper. Per tranſlationem purgare ſignificat excuſare. Idem in Eun. Sed heus tu purgen ego me de iſtac Thaidi ꝙ eam me amare ſuſpicata eſt. Purgari rationes dicuntur, qñ decidunt ſuperflua, aut obſtantia, collatione facta accepit et expenſi. Huius verbi compoſita ſunt. Depurgo, expurgo, perfecte mundo, ſeu palàm excuſo. Col. lib. ij. Cũ rurſus amplior meſſis prouenerit, quicqd exteret capiſterio expurgandum erit. Idem lib. v. dolabella conuenit expurgari quicqd emortuum eſt, deinde falce radi viuotenus. Teren. in Ecy. Quod accuſat nunc vir ſum extra noxam, ſed non facile expurgari ita animum induxerunt ſocrus omnes eſſe iniquas.

Perpurgo, valde purgo. Cato de re ru. Aluum mouebit et poſtridie perpurgabit ſine periculo. Repurgo, rurſus purgo. Lac. lib. iiij. Pollutos, et aſperſos maculis repurgabit.

Purgamen, ſeu purgamentu; ſordes quę ex re aliqua immunda, et lurida tergitur, et repurgatur. Gręce peripſima dicitur. Col. libro. i. Sterquilinia quoq; duo ſint. Vnum ꝙ noua purgamenta recipiat, et in annum conſeruet, et alterum, ex quo vetera vehantur.

Purus, ra, rum, mundũ, ſine ſorde. Hinc pura veſtimenta à veteribus dicebant q̃ ſacerdotes ad ſacrificia ſumebãt. i. nõ obſita, nõ fucata, nõ maculã hñtia. Et pure lautũ, qđ aq̃ pura lotu; erat. Et purꝶ aurꝶ qđ expurgatũ, coctumq́; eſſet. Vlp. Purꝶ locu; eſſe diffinit, q nec ſanctus, nec ſacer, nec religioſus eſt. Huius ꝯ̃riũ eſt impurus, quod modo ſordidum, ꝯtaminatumq́; ſigt. Cic. Quam multis illũ ingenuis, q̃ multis matribus familias in illa tetra, atq; impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? Modo improbum. Ter. Mei loci, atq; ordinis hominem haud impurꝶ.

Puritas, et munditiam, et ſimplicitatem ſignificat. Cuius cõtrarium eſt impuritas, turpitudo, ſeu improbitas.

Puro, ras, rũ facio, quaſi purꝶ extraho, à quo depuro, pe. ꝑ. Vñ depuratũ dicimus mundatũ. Suppuro, de q̃ loco ſuo.

Purulentus, ta, tum, quod ſanie plenum eſt.

Purulentia, tię, ipſa puris plenitudo, vel vulnus plenum pure. Hiero. in Eſa. Linteola quę ad exſicandum ſanie; ẽ purulentias iniciuntur vulneribus.

Purpura, piſcis ex conchaꝶ genere, annis ſeptem viuens. Congregatur verno tempore, mutuoq́; attrito lentore; quẽdam veluti cerę emittit. Sed nobilem illum ſuccum ad tingendas veſtes in medijs faucibus habet. Reliquo tempore ferè ſteriles, cum vita ſuccum emittit. Et ideo viuas capere oportet. Hinc purpureus color dr̃, qui nigricantis roſę ſplendore ſublucet, cęteroꝶ omniũ colorum gratiſſimus, et tingẽdis veſtibus maxime expetitus. Hinc purpureę veſtes dictę ſunt tyrię à loco, vbi purpura fit purpureus tñ niger color eſt pręcipue de mari, quod ex altitudine nigrum accipimus. Virg. lib. iiij. Ge. In mare purpureum violentior influit amnis. Inde purpuraſcit. i. purpureũ fit. Cic. lib. ij. Acad. Quid mare nonne cęruleũ, aut eius vnda, cum eſt pulſa remis purpuraſcit. Amb. Quid igitur deſcribam purpuraſcentes violas candida lilia, rutilantes roſas. Sciendum autem eſt, ꝙ vt Vict. inquit. Purpura ꝓ ſolis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem procreat Africa, ideſt, quaſi violaceum colore; Tyros autem rubeum. Purpura in violę colorem tendens violacea dicitur. Cor. Nepos. Me iuuene violacea purpura vigebat. Accipitur quandoq; purpureus pro pulchro. Virgil. Et pro purpureo pęnas dat Scylla capillo. Purpura à pelago, pelagia, appellatur.

Purpureus, rea, reũ, qđ eſt totũ ex purpura. Purpuratus, ta, tum, qđ eſt purpura ornatu;. Vñ purpurati legunt hi, q apud principes dignitate anteirent. Cice. lib. i. Thuſc. Iſtis queſo inqt, iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Hier. ad Saluinã. Deinde purpuratoꝶ ꝓpinquus ſocius ꝯſobrinus ijsdem, cum ambobus ſtudijs eruditus non eſt inflatus in ſuperbiam, nec cęteros homines adducta fronte cõtempſit. Inuenitur tamen, quandoq; purpureus, pro purpurato. Horat. lib. i. Car. Et purpurei metuunt Tyranni.

Purpureus, color eſt niger rubore quoda; admiſto et qñq; dr̃ cęruleus quando de mari, vel flumine dr̃. Virgil. lib. iiij. Geor. In mare purpureum violentior influit amnis. Vnde ſuperius dixit Violę ſublucet purpura nigrę. De purpureis Coloribus quomodo varij ſunt ſecundum ſolis tẽperiem in diuerſis locis. Vide Vict. in pe. Et vlti c. lib. vij.

Purpurarius, ria, rium, quod ad purpuram pertinet, vt officina purpuraria in qua purpura fit. Ply. Alterum genus eius eſt in purpurarijs officinis.

Purpuriſſum genus coloris facticij, quo vtunt pictores, et cum purpuris pariter tingitur. Ply. lib. xxxv. Et reliqs coloribus quos à dominis dari diximus propter magnitudinem ꝑcij ante oẽs eſt purpuriſſum è creta argentaria cũ purpuris pariter tingit, hoc gręci vocant Andricelon.

Purpuriſſa color, q bombyci mixtus mulieꝶ genas tingit.

Purpuriſſo, ſas, purpuriſſa inficio. Plaut. in Tru. Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habens.

Pus, puris ge. maſc. ſanies eſt, et quunq; humor in putredinem, verſus. Hinc purulentus, purulenta, purulentu;, quod eſt ſanie plenum. Hiero. ad Oceanum. Quotiens lauit purulentam vulneꝶ ſaniem, q̃ alius aſpicere nõ audebat.

Puſio, paruus puer. Veteres. n. puſum, et puſam, pro puero, ẽ puella vſurpabant. Cic. pro Cęlio. Et ꝑꝑ nocturnos quosdã manes metu tecum ſemper puſio, cum maiore ſorore cubitauit. Capitur tamen ferè ſemper pro maſculo ſcorto.

Puſtula eſt ſpecies occultę vomicę, ſiue tuberculũ, in ſummitate cutis naſcens. Mar. Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat. Exornet docilem garrula plectra lyram Gręci puſtulas vocant phlyctenas, quaꝶ tria ſunt genera. Exanthemata, q̃ Ply. Eruptiones pituitę, aliqñ papulas vocat, Psydracion paulo durius eſt, ac ſubalbidũ, et acutũ. Epinyctis puſtula ſubliuida, modice humeſcẽs, et plana ſanguinis ĩ tybijs, ẽ pedibus ferè noctu maxĩe ĩfeſtãs, à q̃ nomẽ.

Puſtulatũ argentum, à Puſtulis dr̃, q̃ in argento cęlato in aſpredine; quandam exciſę viſunt, ſicut puſtulę in corpe oriunt ſimiles illis puſtulis, q̃ ex ṽuca, vel ſudorẽ naſcunt.

Puſula eſt tumefactio illa leuis, q̃ in coquendo pane ſolet aſſurgere, quam Feſtus hetan quoq; vocari ſcribit, ꝙ pro re nullius precij ponitur. Puſula etia; morbi gñs, qui alio nomine dicitur ſacer ignis. Col. lib. viij. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam vocant paſtores. Hinc puſuloſus, qui eo morbo laborat. Idem ibi. Viuam pecudem, quę fuerit puſuloſa, reſupinam obruamus.

Puſillus diminutiuu; eſt à puſio, ideſt paruulus, à quo fit aliud diminutiuum puſillulus.

Puſillanimis, qui eſt puſilli animi, quem gręci micropsychon dicunt à quo puſillanimitas.

Puteal ꝑtoris tribunal, vel ſubſellium dicit. Hora. Forum. putealq́; libonis mandabo ſiccis. Perſi. Si puteal multa cautus vibice flagellas. Et puteal quo cooperitur puteus.

Puteus, qui perpetuas habet aquas, vt docet Aug. et de viuo fonte manantes. Dictus, ꝙ puteat, dum cauatur. Ciſterna eſt, quę refrigerat aquas ſuas externas, et aduẽticias poſſidet. Huius diminutiuum eſt puteolus.

Puteoli, ciuitas Campanię, ab aquę calidę putore dicta vt inquit Feſtus, licet alij putent à multitudine puteorum, earũdem aquarum gratia factoru;. Hęc etiam vocata eſt. Dicarchia, à iuſticia administrationis, et gubernationis à Samijs condita vt voluit Euſe. eo tempe, quo Tarquinij à Bruto ſunt expulſi. Hinc fit puteolanus, na, num. Cicero. Thermo. Cluuius puteolanus valde me obſeruat.

Puteanus, na, num, qđ ex puteo eſt. Vnde aquã puteanam dicimus. Ply. lib. xiiij. Deinde quantu; expreſſere adijciũt vinaceis, aquę puteanę, vt et ſecundarium paſſum faciant.

Putealis, et hoc le, eiuſdem ſignificationis. Oui. Vt quo dux penus merſit putealibus vndis.

Putearius, qui puteos fodit. Ply. depreſſis puteis ſulphurata, vel aluminoſa occurrentia putearios necant.

Putor, foetor.

Puteo, es, tui, foeteo, et mali odoris sũ, ꝓducitq́; ꝑmã syllabam.

bam.Hora.Putet aper rhombusq; recens.Per. Nec inuidias, ꝙ multa fidolia putet in locuplete penu.Hinc puteſco, mali odoris fio.

Putidus,a,um,pe.cor.et putulentus,a, um, quod eſt mali odoris.Cic.Putidas,ac pecunioſas aures.Nonius. Putidum non ſolum ab ore fętido,et graui,quod naribus probat, ſed etiam, quod auribus triſte,inſuaue,auſterum,rãcidus, putidum dici poſſe anthoritas vetuſtatis admiſit.Hinc putidiuſculus.dimi.Cice.Cęſari.Sumus enim putidiuſculi , q̄ per te vix licet,verũ,vt video licebit.

Putris,et hoc putre,quod eſt corruptum,ac reſolutum.Vir. lib.xi.Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.Idem lib.i.Geor.Et zephyro putris ſe gleba reſoluit. Super quo Ser.Putris gleba ſolubilis.Col.li.i.Idẽ pinguis, ac putris, quia cum plurimum reddat, minimum poſcit. Et quod poſtulat,exiguo labore,atq; impenſa ꝯficit.Hinc putridus,a,um,quod eſt corruptum.

Putredo,inis,corruptio,reſolutio.

Putredo,es,marceo,ẽ in pus ſoluor.Pacu.Quamq̄ annis ẽ ętate hoc corpus putret.

Putillatum aurum,ideſt purgatum. Apud Iureconſultos,putum enim purum dicebant veteres.

Putreſco,is,putridus fio.Col.li.ij.Vt herbarum culmis,cęteriſq; rebus immiſſa putreſcant , quod vernacula lingua dicimus maſarare.Idem in eodem.Totum ſterquilinium raſtris permiſceri oportet, quo facilius putreſcat et ſit aruis idoneum.Huius compoſita ſunt computreſco.Hiero. in exo.Et computreſcent aquę . Imputreſco, intus reſoluor.Col.li.vij.Nam animal ipſum oleo merſum necatur, et cum imputruit,conteritur.

Putrefacio,reſoluo.Col.li.iiij.Per aptã vitis medullã,nimius humor trahit,ideq; truncũ cauat,vñ formicis, alijſq; aĩalibus,quę putrefaciũt,crura vitium latebrę prębentur.

Putiſco,putidus,vel mali odoris fio.Ci.li.v.de fini.Non inſcite illud dictum videatur,inſuauem animum illi pecudi datum pro ſale ne putiſceret.

Puticuli ſunt appellati,à puteis, ꝙ ibi cadauera in puteis obruerent,vel ab eo, ꝙ in his corpora putreſcerẽt.Romę vltra exquilias fuit locus publicus,dictus puticuli,quoniã illic erat commune ſepulchrum miſerę plebi.

Puto,as,proprie ſignificat falſa,ſuperflua,et infructifera,ex quacũq; re à veris,et fertilibus reſeco,ẽ purgo,et depuro. Hinc putari arbores dñr.Colu.li.ij.Neq; arent neq; vites, aut arborẽ putẽt.Vñ arborũ purgatores putatores dñr.Et putari ratio dicitur in qua ſententia pura ſit. Hinc factũ eſt,vt putare,pro cogitare,et conſyderare capiatur. Cogitando enim reſecamus mẽte,quę falſa,aut inutilia ſunt. Et quod verum,ac bonum eſt,huic cogitando hęremus. Vnde putare rem dicitur, quod eſt diſputare de re, et declarare, quid res ipſa velit . Teren. Mitto maledicta omnia, rem ipſam putemus . Interdum ſumitur putare pro colligere,conferre.Plaut.in Aul.Putatur ratio,cum argentario.Interdum aptare.Titi.Da penſam lanam, qui non reddet tempori putatam recte facite , vt mulctetur malo. Interdum ęſtimare,iudicare. Teren. in An.Recta putas. Amb.Subrepunt etiam fabulę frequenter de ſeculo ac voluptatibus,claudere aures non potes,prohibere putatur ſuperbię.i.attribuitur ſi caſus datiui eſt,vel ęſtimatur, ſi genitiui.Compoſita ſunt amputo,à quo peramputo,computo,deputo,diſputo,exputo. Imputo, quod eſt quaſi intus annumero,conpenſo. Hieronymus in leui. Si plures fuerint anni,qui remanent,vſq; ad iubileum ſecundus hos reddet,et precium,ſi pauci ponent rationem,cum eo iuxta annorum numerum,et reddet emptori,quod reliquum eſt annorum,quibus ſeruitutem ſeruiuit mercedibus imputatis.Et imputare eſt à ſcribere,atribuere, et culpas dare.Idem in prolo. Thob. Arguunt enim nos hebręorum ſtudia,et imputant nobis contra ſuum canonem latinis auribus iſta transferre.Aug.Quod pręſtat ventri,imputat pietati.Imputatus vero,a,um,pro non amputato ſumitur.Interputo in medium puto.Col.li.iij.Roſam fruticibus,ac ſurculis diſponi per pluſculos pedales conuenit, per idem tempus,quo et viola, ſed omnibus annis fodiante.Cal.Martias,et interputari oportet.Hoc mõ annis multis perrennat.Opputo,circumputo.Ply.lib.xvij. Opputatur autes quicquid ꝓximo tulit fructum.Perputo,perfecte puto,declaro,et vti dici debet.profero.Plau.in Caſ.Nunc operam date,vt ego argumentum hoc vobis plane perputẽ. Reputo rurſus,ſeu ſępe puto,retracto, quod dicimus cogito,ſeu multum conſydero ac mecum voluo.Lactã .Cogitãti mihi, et animo meo ſępe reputanti priorem illum generis humani ſtatum, et mirum pariter et indignum videri ſolet.Salu.Cum ſententias nonnullorum ipſe mecum reputo Liui.li.i.Qui ſis non,vnde natus ſis reputa.i.bene conſydera.Et reputare eſt computare.Vlpi.Item ſumptus litis tutor reputabit,et viatica, ſi ex officio neceſſario habuit aliquo exire, vel proficiſci. Supputo calculo numero. Hiero.in prolo.li.Reg.Quomodo igitur vigintiduo elemẽta ſunt per quę,ſcribimus hebraice,omne,quod loquimur. et eorum indicijs vox humana comprehenditur, ita vigintiduo volumina ſupputant quibus literis, et exordijs in dei doctrina tenera adhuc , et lactens viri iuſti eruditur infantia,ideſt numerantur.Idem Salomonis quoq; in fine prouerbia eiſdem alphabetis , vel inciſionibus ſupputantur,ideſt conſcribunt,vel exprimuntur.Aliqñ Supputare examinare.Idem ad Heli. Ædificaturus turrim futuri operis ſumptus ſupputa.Et omnia habent pe.cor.

Putamen,rerum purgamentum.Nam quicquid ex aliqua reproijcitur,putamen appellatur.Plau.in Capt.Nucleum amiſi reliqui pignori putamina.Cypri. Imperitus eſt medicus,qui tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat,et in altis receſſibus viſcerum virus incluſum,dũ ſeruat,exaggerat.Aperiẽdum vulnus eſt,et ſecandũ,et putaminibus amputatis medela fortiore curandum.Vociferet,et clamet licet,et cõqueratur ęger impatiens per dolorem,et gratias agit poſtmodum, cum ſenſerit ſanitatem.

Putus,a,um,idem, quod purus.Vnde putum argentum.i. purgatum.Iuue. Pauca licet portes argenti vaſcula puri.

Putitius pro ſtulto à Plau.ponitur.

P ANTE Y

Pycnoſtylon,ędificium in quo ſunt denſę columnę.

Pyctatium apud Lampri.in Alex.Vita, dr̄ album hoc eſt tabulla dealbata in qua nomina,iudiciũ ſelectorum deſcribebantur.Sic enis inquit,Deniq; cum inter militares, aliquid ageretur multorum dicebat, et nomina.De ꝓmouendis etiam ſibi annotabat,et perlegebat cuncta pyctatia,et ſic faciebat diebus etiã pariter annotatis, et quis,et qualis eſſet inſinuante promotus.

Pyctas gręci vocant pugiles.Lampri. in Heliog.Gladiatores,anteconuiuiũ pugnantes ſibi,et pyctas frequenter exibuit.Hinc pyctale pro certamine.Serui.Pyctale certamen appellat pugnam ceſtuum.Hinc Col.lib.ix.Gallinaceum in certaminibus gallorũ pugnacẽ pycten vocat.Nõ rixoſarũ auium laniſtę , cuius plęrunq; totũ patrimonium pignus aleę victor gallinaceus pyctes abſtulit.

Pyga dictio gręca ſignificat extremam partem, tam anteriorem,q̄ poſteriorem.Hinc eſt, ꝙ et membrum, et nates ſignificat.Trunci.n.extremũ vtrunq; eſt.A' quo fit verbũ πυγίζω. Vnde apud Mar. Vetus legitur epigrammatis inſcriptio philopygiſta, quę voces pluribus verbis aperiendę non ſunt ab eo,qui ſe religioni dicauerit.

Pygiſtę dicuntur puerarij,et emaſculatores,qñ libido prępoſtera virilem aĩum ęffeminat,à contrectandis natibus ſic appellati qui et pęderaſtę,et puerarij à latinis vocantur et emaſculatores et pullipremones.

Pygargus, caprea quędam ſylueſtris,nõ diſſimilis damis. Nam inter caprearum genera ſunt quędam habentes, nates albicantes πυγή nates ἀργός album.Ply.lib.x.pro quodam aquilarum genere accipit. Secundi generis inquit pygargus in oppidis,ẽ in campis albicante cauda.

Sunt qui putent eſſe herodiorum genus, quę ales adeo coitu infeſta eſt, vt cũ vir, cum muliere coire velit acri dolore oculorũ vtrunq; ſoluant, ac morientiũ penè ſimiles abeãt.

Pygmachia cęſtum pugna, πυγμὴ enim cęſtus dicitur.

Pygmachus, pugil.

Pygmęi, vt li.vij. Scribit. Ply. Populi in extrema pte mõtium Indię habitantes ſalubri cęlo, ſempq; vernãte qui ternos dodrantes non excedunt, πυγμὴ .n. cubitus dr̃. Aug.li.xvi. ď ciui.dei. Alios ſtatura cubitales. quos pygmeos à cubito gręci vocant, pugnant cũ gruibus, ſed vincuntur. Horum mulieres quinto anno pariunt, et ſeneſcũt octauo, ď Pigmeis. Iuue. loquitur ſaty. xiij. Ad ſubitas Thracum volucres nubemq; ſonoram. Pigmęus paruis currit bellator in armis. Impar mox hoſti, raptusq; per aëra curuis vnguibus, ac ſcęna fertur grue, ſi videas hoc gẽtibus in noſtris, riſu q̃tiere, ſed illic, Quamq̃ eadem aſſidue ſpectent pręlia, ridet Nemo vbi tota cohors pede non eſt altior vno.

Pylęmenes dux Paphlagonum, qui ad auxilium troianorũ, profectus eſt. Et pylęmeneus à poëtis dicitur.

Pylene, Ætolię oppidum. Papi. Senſit ſcopuloſa pylene. Fletaq; cognatis auibus meleagrea pleuron.

Pylos oppidum iuxta Theſſaliam à neleo conditum. Vnde Neſtor dictus eſt Pylius. Oui. Illius attactu pylius iuueneſcere poſſet. Sunt alię duę ciuitates hoc nomine.

Pyr, latine ignis, à quo multa per compoſitionem fiunt. Et pyr oliuę nucleus, ꝙ facile ignem concipiat.

Pyra lignorum congeries. Virgil. Innumeras ſtruxere pyras In his cremare corpora antiqui conſueuerunt.

Pyrrha, Deucalionis vxor, de qua Iuue. Et manibus nudas oſtendit Pyrrha puellas. Eſt et hoc nomine Carię ciuitas iuxta Myrtoum pelagus.

Pyrrhus, latine flauus, ſiue rufus. Quo nomine dicti fuere Achillis filius, et Epirotarum rex, qui bellum cum romanis geſſit eo, ꝙ rufi eſſent.

Pyrus arbor, pyrũ fructus dictum, ꝙ ad ſimilitudinẽ pyramidis, è lato tẽdat in acutũ, flãmę ſimilitudine reddens. Cuius diminutiuũ pyrulũ ꝓtulit. Aug.li.i. cõ. Nã hęc ipſa ſunt, quę à pedagogis, ẽ magr̃is à nucibus, ẽ pyrulis, ẽ paſſeribus, ad pręfectos, et reges aurum, pręđia, mancipia.

Pyros etiam latine frumentum dicitur.

Pyratium, genus potionis, quod ex pyris factum creditur, et loco vini ſumebatur. Hie. contra Ioui. Timotheo dolenti ſtomachum vinum ſuadet bibere, non pyratium.

Pyrrhica, cę, ſiue pyrrhice, ces, ſaltatio gręcanica, quam Pyrrhus in Creta primus inſtituit. Stra. lib.x. docet Pyrrhicam repertam fuiſſe à pyrrhico pro iuuenibus ad diſciplinas militares exercendis. Plato. lib. vij. de legibus Motus Pyrrhicos imitator flexus corporum, quibus tela plageq; vitantur. Sueto. de Cęſa. Pyrrhicen ſaltauerunt Aſię bithynięq; principum ludis.

Pyrrhicarij dicuntur ſatatores Pyrrhicę.

Pyrrichius, genus pedis, qui conſtat ex duabus ſyllabis breuibus, dictus, à Pyrrho, q primus victoria potitus frequẽtibus pyrrhicijs laudatus ſit.

Pyrauſta, apud Ariſto. vermiculus eſt, ques et cleron vocat aranei ſpecie nocentem fauis.

Pyralis, pẽnata beſtiola magnitudie muscę ex igne ꝓueniens. Vñ et nomẽ à qbusdam pyrauſta appellaſ, q̃din ẽ ĩ igne viuit, cũ euaſit lõgiore paulũ volatu, tunc emoriſ.

Pyramis, idis, moles maxima quadrata, ita conſtructa, vt è lato in acutum tendat in formam flammę, quę latior ſurgens, in acutum definit, quales Romę adhuc extant duę iam vetuſtatę fatiſcentes, dicta pyramis, ꝙ flammę ſimilitudinem habeat, vel à lapide pyropecilo, qui ẽ thebaicus, ex quo ędificabatur, ab ignea quadam varietate. πῦρ enim ignis dicitur ποικίλος varius. Pyramidem noſtri metam vocant, ꝙ termini eorum, qui à metiendo, ideſt menſurando metę dicuntur, forma pyramidum ędificari ſolent, atq; ea figura pyramidalis vocaſ. Erant pyramydes in Ægypto ſtructę, quadratis lapidibus admirandę faſtigiatę, vltra omnem excelſitatem, quę manu fieri poſſet vt ſcribit Solinus. Et ſub eis ſepulti reges. Excogitatę primum à regibus Ægypti, ne plebs eſſet ocioſa, vel ne pecuniam ſucceſſoribus relinquerent.

Pyramus, pe. cor. proprium adoleſcentis memphitici nomen qui Thiſbes amore ardens ſeipſum interemit. Hoc nomine etiam dictus eſt fluuius inſtar Nili, limum deferens, q magnam Cilicię partem adiecit. De quo extat illud oraculum. Tunc erit vndiſonus late cum pyramus olim Littora perfundens Cyprum labetur in almam.

Pyroboli, pen. cor. ſunt tela ignita, et ardentia, quę cum flamma mittuntur. Vnde Plutar. in Dione ſcribens pyrobolorum incendio complures extinctos, hinc pyrobolarius.

Pyrobolarij ſunt iaculatores pyrobolorum.

Pyrrho, nomen ꝓprium philoſophi, à quo philoſophi Pyrroni dicti, quos gręco cognomento σκεπτικός, ideſt conſyderatores appellant. Nihil enim decernunt, ſed in quęrendo ſemper conſyderandoq; ſunt. Ac ne videre quidem planè quicq̃, neque audire ſe putant. Aiuntq; veritatem incomꝓhenſibilem videri. Idem ἀπορητικοί, ideſt ambigentes dicuntur, quoniam nihil affirmant, et de omnibus ambigunt. Hic patria. Elienſis fuit Primo pictor, deinde Anaxarchi diſcipulus, qui pręter. Virtutem nihil appetendum reliquit. Vixit annis fermè nonaginta.

Pyropecilus, gn̄s lapidis, ď quo ĩ dictione pyramis dcm̃ eſt.

Pyreus, Athenienſium portus cui vrbs coniungebatur muro protracto ex oppido, in modum duorum crurum, ob aduentãtium multitudinem ſemper feruens, vel à Pyreo promontorio, quod radijs ſolis exuritur. Pyręus vero cum i, latino nomen eſt viri proprium.

Pyrous, nomẽ vnius ex equis ſolis. quaſi ardens. Nam quatuor eſſe perhibentur. Pyrous. s. Æthon, Phlegon, Eous Sũt qui declinent. Pyrois, entis, ſicut Simois, entis.

Pyragmon, ἀπὸ τοῦ πυρός, καὶ ἄκμωνος. Nam pyr, ignis, ἄκμων incus, qui vnquam à calenti incude diſcedit.

Pyrolabes, ꝙ ea, quę ignita ſunt, capiat.

Pyrodus. Cylicis filius, qui primus è ſilice excuſiſſe ignem dicitur, quemadmodum aſſeruaſſe in ferula prometheus.

Pyrobolla, malleus, ꝙ ignita percutiat.

Pyrene, pe. pro. nomen puellę Bebrycis filię in Pyreneo mõte, ab Hercule compreſſę, atq; à feris laniatę, ẽ ibi ſepultę. Qui mons quoq; à poëtis Pyrene nuncupatur Sil. Pyrenę celſa nimboſi verticis arce diuiſos Celtis late ꝓſpectat Iberos. Tibulus. Non ſine me eſt tibi partus honos tua bella pyrene. Teſtis, et Oceani littora ſantonici. Hic mõs Hiſpanię, Galliã, ab Hiſpania diuidit Ab exortu ęquinoctiali, in occaſum brumales porrectus, à crebris fulminũ ignibus, vel ἀπὸ τοῦ πυρός, ideſt igne. Nã (vt ſcribit Diodo. li. vi.) Syluę in pyreneo frequentes iniecto à paſtoribus igne priſci temporis, flagrauerunt. Hinc pyreneus Syl. à pyrene puella pyreneum ſaltus dici autumat. Dicitur autem mons ipſe pyrene, et pyreneus mons. Pyrene etiam fontis nomen fuit, vt inquit probus in helicone muſis conſecratus. Stra. aũt pyrenen fontes ſub acrocorintho monte nominauit. Cuius meminit Perſi. et Plau. in Aul. Interbibere ſola, ſi vino ſcateat Corinthienſem fontem pyrenea poteſt Stra. lib.i. Syl. Nec conſcia detur pyrene largos potius mihi gurges in hauſtus. Eſt et pyrene regio allata mari cuius pars auſtralis ad columnas vſque herculis reliqua allantico ad ſeptentrionale latus, cuius regionis longitudo, vt Stra. inquit maxima circiter ſex milium ſtadiorum latitudo. v. milium. Ibi inter pyreneum montes Dubedas Iberus fluuius labiſ ambobus ęq; diſiunctus mõtibus et amnibus exundans in ipſum fluentibus.

Pyrenes, pe. pro. ſunt ceraſorum oſſa, ſeu baccę, vt apud Aris lib. iij. meteorum in fine, vbi ſic legitur. γίγνεσθαι τὴν ἔκθλιψιν ὥσπερ οἱ πυρῆνες οἱ ἐκ τῶν δακτύλων πηδῶντες.

Pyria, vrbs inſulę Leſbi Pyriaſis latine fomentum dicitur.

Pyrgus, latine turris dr̃ ꝙ fulgureis, ignibus feriri turres ꝯſueuerũt ἀπὸ τοῦ πυρός ꝙ tẽdat in acutum. A cuius ſilitudine

dine

dine pyrgus ēt vasis genus dr̄ à cauitate sessili, quo piecti tali, agitatiq; mittuntur, anteq̃ in alueolum emittantur. Hor. Mitteret in pyrgū talos, cuius effigies instar turriculę est, vnde nomen mutuatur. Mar. Turricula latino vocabulo vsus est. Persi. Orcaz dixit. Scire erat in voto damnosa canicula quantum raderet angustę collo non fallier orcę. Hęc eum illa turricula, siue pyrgus, quę alio nomine fritillus dr̄ à poëtis. Vnde Porphyrio dicit pyrgum significare, quod nos fritillum dicimus, in quo coniectę tesserę, agitatęq̃; mittuntur. Iuue. Parnoq̃; eadem mouet arma fritillo. Quibus verbis clarum fit de turricula dictum esse non de tabula lusoria, quę lata, et spaciosa esse consueuit, et quę alueus, siue alueolus, siue latrūcularia tabula dicit. Pyrgus etiam militaris ordo dicitur, et turma equestris.

Pyrga, testiculorum bursa.

Pyrgum Thuscię oppidum, quod et pyrgi numero plurali dicitur. Virg. Et pyrgi veteres intempestęq̃; Grauiscę.

Pyrgobaris turris, vel domus in modum turris ędificata.

Pyrgoteles, pe. cor. proprium nomen gemmarum sculptoris nobilissimi adeo, vt Alexander Macedo edictum fecerit, ne imagines suę ab alio, q̃ à Pyrgotele sculperentur.

Pyretra, herba medicinalis, quam vulgo nunc draconem vocant, linguam adurens, et mordicans. Eius folia in acetarijs probantur radice vtuntur pigmentarij. Pyretrum macer vsurpat. Est pyretrum calidus, siccumq̃;, et quartus in illo. Est gradus, Excutiat dentes si frigidus humor Masticet hęc patiens, teneatq̃; diutius ore.

Pyretis, febris ab incendio appellata quemadmodum, apud nos febris à feruore.

Pyrites lapis, quod plurimus illi ignis sit, hunc nos ignariū dicimus, quidam etiam viuum vocant, quia clauo, vel altero percussus lapide scintillas edit. Augu. lib. xxi. de ciui. dei, Pyretem lapidem persicum tenentis manum, si vehementius prēmatur, adurere, propter quod ab igne nomen accepit. Pręterea lapis molaris pyrites vocatur ꝙ in eo, quoq; ignis conspiciatur. Est et alius pyrites ęris similitudine in Cypro reperiri solitus, et circa A' carnanias cuius vsus in medicina non paruus est.

Pyromantia cum accentu in pe. genus diuinationis, quę fit per ignem, vide in magia.

Pyricauta latine ambusta dr̄, h' est adustiones, et adusta.

Pythagoras, nomen philosophi, de quo dictum est mente deos adijt, et quę natura negauit. Visibus humanis, oculis ea corporis hausit. Hic in Italia in ea parte, quę magna Gręcia dicta est maximam iuuenum multitudinem philosophiam docuit vbi vice numinis cultus est Ex quibus Archita Tarentinus, Alcmęon Crotoniata Hipposis Metapontinus. Phylolaus Crotoniata maxime floruerunt, qui dicti sunt pythagorei, et Italica philosophia, quę à Pythagora defluit. Dictus Pythagoras, ꝙ vera pythio non minus loqueretur. Venit aūt in italiaz Tarquinio supbo regnum obtinente. Ferunt pythagoram, ab Ægyptijs sacerdotibus cerimonias, potentiasq̃; numeroꝝ admirādas vices. Geometrię solertissimas formulas, a, Chaldeis sideralem scientiam, planetarum, ē stellarum status, ambitus effectus, in genituris hominum didicisse. Cui bragmanes Indorum philosophi plęraq; philosophię documenta contulerunt. Hic leges dedit Italis apud Crotoniatas, et Metapontinos cuius non minus sexcenti discipuli erant, q nocti ad eum audiendum confluebant.

Pythagorei dicti sunt qui sectam Pythagore tenent.

Pythagoristę, qui vitam Pythagorę sequuntur.

Python, serpens, πυθω, quod putredo, quoniam ex putredine terrę post diluuium Deucalionis natus sit. Et est taz masc. quàm foemi. generis. Claud. Cęruleus tali prostratus Apolline Python. Tibul. Vbi delphica python Hinc Apollo Pythius. Est ē python vt Solinus inqt locus ī Asia ī cāpis patētibus vbi prio aduētus sui tpe aduolāt cyconię.

Pythius, cognomen Apollinis à pythone dracone, quez ipse in prima infantia sagittis interfecit. Iunonis nutu immissum secundum poëtarum fabulas. Alij ἀπὸ τ̃ πυνθάνομαι, quod est interrogare, et consultare. Inde vaticinātes Phębades Pythię cognominantur, vt scribit Strabo. lib. ix. Alij ab πυθεῖν putrescere, ꝙ nunq̃ sine ui caloris efficit. potest etiam dici phythius.

Pythia, orum, ludi Apollinares, qui in Apollinis honorem sunt instituti. Oui. lib. i. Meta. Instituit sachos celebri certamine ludos Pythia perdomitę serpentis nomine dictos.

Pythopolis ciuitas est in Asia, parte eius, q̄ Mysia vocatur.

Pitylisma, matis, genus exercitatiōis et maxime quę velox quidem sit, sed citra intentionem violentiamq̃; sit ð hac exercitatione Galenus sic īquit. Est pitylizin. seu pitylissare cū quispiā summis pedibus ingrediens manus ptendit, ocyssimeq̃; mouet alterā retrorsuz alterā prorsuz, quo potissimū gymnasij genere ad parietes exercent vt si cubis lapsentur apphenso mox pariete facile resurgant atq; ita exercētiuz lapsus fallūt ē ipsa fit exercitatio ībecillior.

Pytisma, pytismatis, lenis sputi irroratio, ab πυτίζω, quod est sputo leui, et crebro irrorare. Sunt q scribant pitysma cum y, in secunda, ab πτύζειν spuere. Iuue. Qui lacedęmonium pitysmate lubricat orbem. i. q lubricat anulū sputo.

Pyxis, pyxidis gręcuz nomen est, à buxo, quod gręce pyxon, latine buxolum, vasculum è buxo, q̃q̃ et ex alia materia dici possit, quoniam ex eo ligno fieri cępit. Nam, vt docet. Quint. lib. viij. Pyxides cuiuscunq; materię sunt quarum vsus varijs rebus est accōmodatus. Plyn. lib. xviij. Primori inest pyxis ferrea. Apule. de Asi. lib. i. Arcula quędam reclusa pyxides plusculas inde depromit. Huius diminutiuum est pyxidicula, in qua aromata continentur. Cor. Celsus. lib. vi. Liquidum collyrium pyxidicula seruatur. A' pyxide etiam pyxidatus dicitur significatq̃; ad effigiem pyxidis in commissura formatum. Ply. lib. xxxi. Commissuris pyxidatis. Ita vt superior intret calce viua ex oleo leuigatis.

Pyxachanta, idem, quod lycium, medicamentum, quoddaz à buxo cui similis est folio, pyrachantha vero nomen est herbę apud Diosco.

Q LITERA Muta est, supuacua dr̄, sicut et K, quoniā c, potest implere earum vocabuluz, et propter nihil aliud scribenda videtur nisi vt ostendat sequens, u ante alteram vocalez in eadem syllaba positam perdere vim literę in metro. Et vt pinguior, per eā sonus habeatur, q̃ per c, haberi possit. Quod sanè terminatio ipsius q, et necessaria consequentia alterius u, post illud, et ante alteram vocalem iudicare potest. Nunq̃ enim in eadem syllaba vocalem post q, ponere possumus, quin inter q, et vocalem interponamus u, vt qualis, quęror, sequitur, loquor, quum, vt Victorino placet, quamuis, hoc nonnulli per vnum u, scribi velint. Transfertur autem q, in c, vt loquor, locutus, sequor, secutus. In s, vt torqueo, torsi. In x, vt coquo, coxi.

Q ANTE V

Quà aduerbium, modo significat, per quem locum. Virg. Dic mihi, qua sit iter, modo inquantum. Sene. Hominem qppè, qua animal est moueri sensu oportet. Modo partis Ply. Medium tempus distentum, impeditumq̃; qua officijs maximis amicitia principum egisse. Apule. lib. ix. Qua pugnis, quà cubitis, qua morsibus etiā de via lapide correpto totam faciem manusq̃; eius et latera conuerberat.

Quadrantenus, pe. cor. vsq; ad quandam partem.

Quadra, quadrę, mensariū instr̄m et stanno, vel argēto, super qð dapes scindunt, siue apponunt scissę ꝙ quadrata forma fieri soleat, veluti rotunda repositoria orbes dicimus, q vulgo incisoria dr̄. Fitq; aliqñ ēt ex pane. Virg. li. ij. Æne. patulis nec parcere quadris. Iuue. Vt bona summa putes aliena viuere q̃dra. Sūt q dicāt quadrā panis fragmētum, siue frustū eē ꝙ olim apð Romanos q̃drati pāes dicerent. Mar. Cōmittis turdū mihi, q̃dramq̃; placētę,

Quadrata statura dicitur, quę non est nimis longa, et quę

mediocritatis temperamento decora. Vnde Suet. Scribit Veſpaſianum fuiſſe ſtatura quadrata.

Quadrus,dra,drum, quod eſt quadratum. Quadratū vero figura eſt rectas, atq; ęquales lineas quatuor, et quatuor rectos angulos habens.

Quadratura ipſa quadratio. Vnde Archimedes ſcripſit de quadratura circuli.

Quadro,dras, in quadrum redigo.Hora.in Epiſto.Et quę pars quadret acervum. Per tranſlationem quadrare ponitur,pro conſentire,et ex omni parte conuenire.Tractum à lapidibus quadris, qui inter ſe optime conueniunt. Virg. Arboribus poſitis ſecta via limite quadret.Apule.Vt omnia ad calamitatem quadrarent.

Quadrans, genus nummi, ꝙ ſit quarta pars aſſis,hoc eſt vncię tres.Iuuena.Nam ſi piena quadrans tibi nullus in Arca oſtendatur.

Quadrantal, figura eſt, quę omni ex parte quadrata ſit, quales ſunt cubi et teſſerę, quibus in alueolo luditur.In quancunq; enim partem incubuerint. immotam habēt ſtabilitatem.Eſt et genus vaſis,pedem quadratum habens et continet.xlviij.ſextarios.Plau.Anus hęc ſitit.Quantillum ſitit? Modica eſt capit quadrantal.

Quadrageſima abſolute dicitur pro quarta parte. Sueto. de Calig.Pro litibus,atq; iudicijs vbicunq; conceptis, quadrageſima ſummę de qua litigaretur,exigebatur.Sic dicimus decimam vigeſimam, quinquageſimā centeſimas.

Quadrifidus,da,dū,pe.cor. qđ ī quatuor partes findi pōt. Vir.li.ij.Geor.Quadrifidasq; ſudes et acuto robore vallos.

Quadrifariam aduerbium,quadripartito.Varro, Et ea quę ad mortales pertineant,quadrifariam diſpertiuerim.

Quadriforme,quod habet quatuor formas.

Quadrangulum,quod habet quatuor angulos.

Quadriga,pe.pro.quaſi quadriiuga,à quatuor equis quibus iungebant,appellata eſt.Gel.Quadrigas Cęſar ēt ſi currus vnus equoꝝ quatuor iunctoꝝ agmen vnū ſit pluratiuo ſemꝑ numero dicendas putat. Aliqñ quadrigaꝝ noīe intelligunt equi, q quadrigas agunt. Col.li.iiij.Vnde ſacrorum certaminum ſtudio perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt,et ſpem futurā victoriaꝝ cōcipiunt propagata ſobole generoſi armenti.

Quadrigarius,q q̄drigā agit. Eſt et nomē ꝓpriū authoris.

Quadriiugi,ſiue quadriiuges,pe.cor.equi quaterni ad vnū iugum alligati, ſic biiugi, triiugi, et ſeiugi,cum duo,vel tres,vel ſex equi ad vnum currum adhibentur.

Quadripartior,in quatuor partes diuido.Vnde quadripartitum in quatuor partes diuiſum. Quadripartito aduerbium ſignificat in quatuor partes.

Quadrantaria dicitur per contemptum, vt mulier quadrātaria, hoc eſt, quę ex quadrantibus nummis haberi poſſit,vel ex labore vel ex concubitu.

Quadrupes,quod quatuor pedes habet.

Quadrupedus,da,dum,pe. cor. adiectiuum à quadrupes. Am.lib.Hex.Demerſa magis quadrupedo corporis greſſu, et velut affixa terris videas eſſe,q̄ libera.

Quadrupedo, das,pe.cor. quatuor pedibus gradior. Vnde quadrupedantia animalia quadrupedia dñr.Virg. de eqs Perfractaq; quadrupedantum pectora pectoribus rumpunt.Plyn.lib.viij.Theſſaloꝝ gentis inuentum eſt,equo iuxta quadrupedāte cornu intorta ceruice tauros necare.

Quadruplus,pla,plum,quod eſt quatuor à quo quadrupliciter et quadruplico,quadruplicas.

Quadruplatores,à quadruplo,plas, vel à quadruplor.Plaut. in Perſa. Quadruplatores appellat delatores, ꝙ damni quartam partem bonorum indipiſcebantur.Aſco.

Quadruplatores delatores erant criminum publicorum in qua re quartam partes, de proſcriptorum bonis,quos detulerant,conſequebantur.

Quadruplor,aris, delator fio,et damnati quartam partem accipio.Plau.in Perſa.Neq; quadruplari me volo.

Quadrilaterum,quod habet quatuor latera.

Quadrimus,ma,mum, quod habet quatuor annos,à quo fit diminutiuum Quadrimulus,la,lum.

Quadrinoctiū,q̄tuor noctes,ſicut binoctiū duas noctes ſigt.

Quadriremis, penul. produ.nauis. quę quatuor remorum ordines habet.

Quadriſyllabum,quod ex quatuor ſyllabis conſtat.

Quadriuium dicitur,vbi quatuor vię conueniunt.

Quadi populi ſunt.Hier. Sarmatę. Quadi Vādali,et innumerabiles alię gētes equoꝝ,et vulpiū carnibus delectent.

Quę nomen relatiuum, cum ę,diph.ſcribitur, vt differat à q; coniunctione cum omnibus compoſitis, ut quęq; quędam,quęuis,quęcunq;,quęlibet,et cętera huiuſmodi.

Quęcunq; vim relatiui in ſe cōtinet,vt feci quęcunq; iuſſiſti. Aliqñ ſimpliciter, et ſigt oīa.Cice. Quamobrem, quęcunq; à me ornamenta vitę proficiſcentur elaborabo, vt oēs intelligant, à me habitam eſſe rationē tuę dignitatis.

Quęro,ris,quęſiui, itum et quęſtum per ſyncopam,ex quę et res cōponi videtur. Nam proprie quęrere eſt quę ſit res aliqua īueſtigare.Et dicimus,Quęro te hāc rem.Quęro te de hac re,et Quęro hanc rem abs te.Quęro rem,inueſtigo veritatem. Ter. in Adel. Quęre rem immo extorque. Item q̄rere eſt lucrari. Vnde Augu.lib.xviij.de ciui.dei.In latina lingua, hoc verbum q̄rit accipit prępoſitionem, et acquirit dr̄, q̄q̄ et ſine additamēto ꝑpoſitionis,q̄rere intelligatur acquirere, ex quo lucra vocant,et q̄ſtus. Huius verbi cōpoſita muttant e,in i,productam,q̄ ſunt.Acqro, anqro,circunqro,cōquiro,qđ eſt vndequaq; q̄ro. Lac.li.ij. Eiecit hominem de paradiſo, vt victum ſibi labore conquireret. Diſquiro, q̄rendo diſcerno. Augu. lib.ij.de ciui. dei. Vnde poſtea nobis erit in dei veri domini voluntate diſquirendi, ac differendi locus exquiro,inquiro, inueſtigo, quaſi bene intus q̄ro. Lact. lib.iij. Nam ſiquis mores eorum diligenter inquiret inueniet, iracundos cupidos. Perquiro,inueſtigo.Requiro de quo infra.

Quęrito,as, frequentatiuum,ſignificat inſtanter quęro.Et proprie de his dicitur,qui quotidie inquirendo vix victū inueniunt,vt inquit Donat. Teren. in Adel.lana,ac tela victum quęritans.Plaut. Qui inops et ſordidus,quęritādo alit familiam, ideſt oſtiatim quęrendo victum, quod mendici faciunt, qui et rogatores dicuntur.Plaut.vt rogator oſtiatim petam panem.

Quęſſere ab antiquis ponitur pro quęrere.

Quęſtio, à quęſtum ſupino ſit, et quandoq; ſignificat dubitationem,ſiue interrogationem,vt q̄ſtio eſt,an mundus ęternus ſit.Plau. in Cap.Ne tibi quęſtioni eſſemus.i.ne eēt ꝙ nos quęreres. Eius dimi.eſt. Quęſtiuncula.Hiero. Quęſtiunculam propoſuiſti quid ſit villicus iniquitatis Gręce quęſtiones zetemata,ē problemata appellantur.Quādoq; ſignificat controuerſiam,vt apud rhetores.Quādoq; Torturam, et corporis dolorem qui datur alicui facinoroſo ad eruendam veritatem ſicut in iudicijs.

Quęſtionor,ris,perquiro,examino, à quo quęſtionariū ius.

Quęſtionarij ſunt inquiſitores, examinatoreſq;. Vnde de diuo Anaſtaſio legitur maximum pondus argenti quęſtionarijs clanculum filij leſdim obtulerunt.

Quęſtor prępoſitus pecunię publicę, qui curam ęrarij habet. Cice.lib.ij.artis vete.Rhodij quoſdam legarunt Athenas legatis quęſtores ſumptum quem oportebat dari nō dederunt.Hic vrbanus dicebatur,qui etiam vectigalia exigebat à prouincijs. Vnde Lentulus, quęſtor ſenatui ſcribit.Et q̄primum ad meum officium reuertendum mihi exiſtimaui, et vt reliqua vectigalia exigerem, et q̄ poſui pecuniam,colligerem quicquid ex ea correptum eſſet,aut quorum id culpa accidiſſet cognoſcerem.

Quęſtor,quoq;,qui imperatoris vice fungitur in exercitu. Cice.in Cato.Sed tamen hoc queo dicere, non me,qdem his eſſe viribus,qbus aut miles punico bello aut q̄ſtor in eodē bello,aut ꝯſul ī Hiſpania fuerim.Et hic erat primus honoris gradus apđ Romanos.Et ꝑtorē q̄ſtori ſuo parentis loco eē oportebat.Item q̄ſtor,q preeſt iudicijs exercēdis,et

maleficijs puniendis, quẽ maleficioꝝ iudicẽ appellare ſolemus qui, et quęſitor vocatur. Virg. Quęſitor Minos vrnã mouet. Claud. Quęſitor in alto ↄſpicuus ſolio ꝑ tentat crimina. Minos. Dictus quęſtor à quęrendo, qui conquireret publicas pecunias, et maleficia, quę triumuiri capitales nunc conquirunt. Ab his poſtea, qui quęſtionem, et iudicia exercent, quęſtores dicti.

Quęſtura, quęſtoris dignitas, ſicut à prętore prętura. Cice. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia, inde à quęſtura mea ſiciliēſi.

Quęſtorius, ria, rium, quod ad quęſtorem pertinet. Cice. Caninio. Quod ego officio quęſtorio.

Quęſtorius, quęſtorij, qui quęſtor fuit, vt vir quęſtorius.

Quęſtus, quęſtus et quęſti. Plau. in Aul. Nam hic apud nos nihil eſt quęſti. Datiuum, et ablt͞m plurales facit quęſtibus ſignificatq̃; lucrum nummarium. Eſt enim lucrum etiam amicorum, et glorię, et ſcientię. Interdum ponit̃ ꝓ actione ipſa, atq; artificio lucrandę pecunię. Cice. Nam de artificijs, et quęſtibus, qui liberales habendi, ſunt, qui ſordidi. Quint. Nã, vt lingua primus eſſe coepit in quęſtu.

Quęſtuoſus, ſa, ſum, idem, quod lucroſus, vt quęſtuoſus homo, qui lucri cauſa audior vndiq; lucella quęritat. Colu. lib. vij. In ruſticatione, vel antiquisſima eſt ratio paſcendi pecoris, eademq̃; quęſtuoſisſima.

Quęſticulus diminutiuum ſignificat paruum lucrum. Cic. lib. ij. de ora. Aut quid fiſcum rhetoris cum lucello meo, aut meus quęſticulus, cum cęlo, terra, rerumq̃; natura.

Quęſtuarius, qui quęſtus gratia, artem aliquam exercet, et quęſtuarię artes, quę lucri gratia exercentur.

Quęſo primam perſonam indicatiui tm͞ habet, q̃uis quęſere apud Salu. et Ciceronem legatur. Mõ quęſo, ac quęſumus dicimus ꝓ rogo, ſunt tamẽq declinent. Quęſſo quęſis, quęſi, quęſum, vel ſecundum probum, quęſiui, quęſitũ. Luc. lib. i. pręſenti vſus eſt. Ni diuum pacem votis adit, et prece quęſit. Salu. li. i. Hiſto. Curionem quęſiuit, vti adoleſcentior, et à populo ſuffragijs integer ętati concederet Mamerti. Huius frequentatiuum eſt.

Quęſito, tas, Priſcia. Quęro, quęrito differentię, cauſa facit, quia à quęſo quęſito fit.

Quercus dicit̃, ꝙ id genus arboris graue ſit, ac durũ, et ꝙ in gentẽ euadat amplitudinẽ tã ſecundę q̃ q̃rtę declinationis eſt. Cice. lib. quercorum rami ad terram iacent.

Quernus, na, num, quod eſt quęrcu. Virg. lib. i. Geor. Sed tamen et quernas glandes.

Querceus, cea, ceum, idem, quod quernus, na, nũ, Ser. Querceam coronam accipiebant, qui in bello ciuẽ ſeruaſſent.

Querneus, nea, neus, ſimiliter poſſesſiuũ. Colu. li. vij. Probatur maxime vlmea, poſt fraxinea, et ab hac populnea, vltima ſunt, ilignea, et quernea, et laurea.

Quercus, ca, cũ, idẽ. Sue. ĩ Cal. Prĩo die Phalerato equo, inſigniq̃; q̃rcea corona, et cetra, et gladio dureaq̃; chlamyde.

Querquetum ſiue quercetum, locus vbi conſitę ſunt quercus. Var. ſi ad limitem quercetum habet, non posſis recte ſecundum eam ſyluam ſerere oleam.

Querquetulanę dictę ſunt q̃dã nymphę q̃rqueto ꝑſidẽtes.

Quercerus, ra, rum, pe. cor. quod eſt frigidum, cum tremore. Lucil. Iactans me, vt febris quercera. Gel. lib. vlti. An tu forte morbum appellari hic putas ęgrotationem, cum febri rabida, et quercera. Et Feſtus ait antiquos querceram dixiſſe grauem, et magnam.

Qualis relatiuum qualitatis eſt, vt qualis pater talis filius. Ponitur et interrogatiue, vt Quale ei reſponſum dediſti? Interdũ infinite, vt noui q̃lis ſis. Rñdet q̃nq; ſequẽti ſubſtantiuo, et q̃nq; antecedenti. Hor. in Epo. Sed incitat me pectus, et mammę putres Equina, quales vbera.

Qualitas eſt, ſecundum quam quales dicimur, vt albedo, nigredo aduocatio, procuratio legatio paternitas, filiatio. Qualitates ſunt, ꝙ ſecundum eas albos nigros aduocatos, procuratores, patres filios dicimus.

Qualus genus vaſis viminei, per quod vinum guttatim deſluit̃ cum calcat̃ vua, à colando, reliqua vero materia exire prohibet. Virg. Tu ſpiſſo vimene qualos, collaq̃; prelorum fumoſis deripe tectis. Ponitur etiã ꝓ ciſtula in qua mulieres ponebãt pẽſa lanę. Hora. li. car. Tibi q̃lũ cytherea puer ales. Apud Apul. Accipit̃ ꝓ caniſtro, q̃ panis ſeruat̃.

Quaſillus, et quaſillum dimi. à qualus. Fes. Calathos gręci nos dicimus Quaſillos. Cice. ĩ Phili. An non inter quaſilla pendet aurum. Et corripit primam syllabam q̃uis quallus illam ꝓducat. Tibul. Sit tibi cura togę ꝑctior pręsſus, atq; quaſillum. Romani veteres quaſillum talasſionem appellarunt, vt author eſt. Var. Vnde tallaſij nomen in nuptijs frequẽtabant ad lanificiũ nouas nuptas ĩuitãtes.

Quam coniunctio diſcretiua, vel electiua, vt diues opto eẽ, quam pauper. Aliquando ponitur pro poſt q̃, ſiue ex quo. Lact. lib. vi. Iuppiter, atq; dij omnes hęc dederunt vt. T. Quintius dictator oppida nouem caperet die. xx. q̃ creatus erat. Aliquando pro anteq̃. Sue. in Cęſa. Et pridie q̃ occideretur, in ſermone nato ſuper coenam, quisnam eſſet finis vitę commodisſimus repentinum inopinatumq̃; prętulerit aliquando pro cum. Cice. Tironi. Menandrius poſtridię ad me venit, q̃ expectarem. De his etiã in poſtridie dictum eſt latius. Aliquando ſumit̃ ꝓ quantũ, et tã poſitiuo q̃ cõparatiuo, et ſuplatiuo iungit̃, ↄtra Sipontinum q vult q̃ pro q̃tum ſolum poſitiuo iungi, vt q̃ bene marmorei directa eſt ſemita pontis. i. q̃tum bene. Cice. Quam moroſi ſint, qui amant, ex hoc potes intelligere. Quin. lib. i. Quam in his quoq; libris erunt oĩa compoſitiora, et q̃ nos poterimus elaborata. i. q̃to. Var. lib. ij. De canibus loquens ait. Quam paucisſimo, tam optimi in alendo fient. Cato. Quam acerbisſima olea erit, et oleum facies, tam oleum optimum erit. Vbi etiam ipſum q̃tum frequentisſime ponitur. Cice. Niſi ꝙ tanta eſt inter eos q̃ta maxima poteſt morum ſtudiorumq̃; diſtantia. Aliq̃n pro valde. Sicq; tam poſitiuum, q̃ ſuperlatiuum reqrit. Cice. Cum quo ſemper q̃ familiarisſime vixerat. Curtius. Collemq̃; traiecto q̃ celerrime flumine, occupat. Cęſar. lib. iiij. Vt q̃ celerem, atq; inſtabilem motum haberet. i. valde celerem. Cice. in Lel. Quam multa enim quę noſtra cã nunq̃ faceremus, facimus cauſa amicorum. Apu. lib. iiij. Arreptum me loro q̃ valido ad anſulam q̃dam deſtinatum, ideſt validisſimo. iungitur etiam comparatiuo. Idẽ. lib. v. Thu. Abacosq̃; q̃ plures ornauit argẽnto, auroq̃; cęlato. Sene. Epiſto. lxxviij. Conuocauit, q̃plures amicos. Iungitur etiam in hac ſignificatione his dictionibus ꝑ. Ply. Perq̃ ſcire velim. Teren. Perpol. q̃ paucos reperies meretricibus fideles euenire amatores, quod ſic reſoluitur. Pol ꝑq̃ paucos. Saneq̃. Gel. Saneq̃ vtile eſt. Cice. Nam quod Pompeio Caninius ait Saneq̃ refrixit. Admodumq̃. Gel. Voce admodumq̃ ſuaui, oppidoq̃. Idem oppidoq̃ libens audiui. Aliquando q̃ comparatiue ponitur licet non ſit comparatio. quando. s. res rei comparatur. Plau. in Ru. Tacita bona ſunt mulier ſemper q̃ loquens. Et in li. Iob. Duplo accepit q̃ perdiderat.

Quandudum, interrogantis. Iamdudũ reſpondentis. Plau. Quandudum è foro aduenisti domum? Non ita dudũ.

Quandiu, quanto tempore. Cuius relatiuũ eſt tandiu. quãlibet, quantumuis, q̃tumlibet, idem ſignificant. Ply. Impudica mulier, quamlibet facinus audet.

Quamobrem, componitur cauſatiue, tam plurali reſpõdet, q̃ ſingu. Suguları ſic, vnum eſt q̃obrem te amandũ putem. i. ꝑp quod vnum. Plurali ſic. Quatuor ſunt q̃obrem imperator maxime laudetur. i. propter quę quatuor. Cice. Apio. Multaq̃; mihi veniebãt in mentem q̃obrem iſtũ laborem tibi etiam honori putarem fore.

Quampridem ſignificat multo tempore ante. Cice. Quampridem nomen Fannij detuliſti.

Quamprimum tota vna dictio ſignificat valde cito. Cum primũ vero duę partes ſunt neceſſeq̃; eſt eis iungi duo verba. Et ſignificat ſtatim. Virg. Cũ primum paſti repetẽt pręſepia tauri. Siqua tui Coridonis habet te cura venito.

Quamuis, ē q̃q̃ coniunctiones aduersatiuę. Virg. Quanquã animus meminisse horret. Interdū tamen quamuis ponitur pro quantumuis, idest valde. Plau. in Mene. Quamuis ridiculus est, vbi vxor non adest. Terenti. in Adel. Ne tam quidem quamuis maneo hic ociosus.

Quammox, significat quàm cito valde cito.

Qñ aduerbiũ temporis sig̃t quo tempore, acuiturq̃; in prima. poniturq̃; modo interrogatiue, vt Qñ venies. Mõ relatiue, vt Qñ eram iuuenis lr̃is opam dabã. Et correlatiuũ est tunc. Sicut enim tot, quot talis, qualis tantus q̃tus. ita, tunc qñ dicimus. Infinite, vt Qñ veniã, te alloquar. Ponitur interdum pro aliqñ, pręsertim cũ pręcedit, num, vt Num qñ me audisti. Quę interrogatio facit hoc significare. Num aliqñ. In quem modum aliqui accipiunt illud Lucę. Num quando vos misi, sine sacculo, et pera, et calciamẽtis quid nobis defuit? Interdum pro siquidem, vel qm̃. Et sic ē ꝯiunctio cãlis hẽtq̃; accẽtū acutũ in vltima. Vir. Hic tibi fabor. n. qñ hęc te cura remordet. Ter. ĩ Adel. Postremo qñ conscia sum, à me culpam hanc esse procul.

Quãdoq; significat aliquo tẽpore, sic aliquando, ē siquãdo.

Quandoquidem, coniunctio causalis, pro siquidem, seu qm̃. Virg. Quandoq̃dem ausonios non fas contingere portus. Colu. li. viij. Nam nisi procedat stare debet quando quidē pastoris officium sublime celsissimam oculorum veluti speculam desyderat.

Quantus refertur ad numerū, ad pondus, et ad mensurã. Et mõ interrogatiuum est, modo relatiuum, modo ĩfinitum. Cuius composita sunt. Aliquantus, quantisper, quãtuscunq;, quantusquantus, et quantuslibet. Quantitatū vero alia continua, alia discreta. Continua est, vt linea, superficies, corpus discreta vt oratio numerus.

Quantulus, et q̃tillus diminutiua sunt, sicut à tantus tantulus, et tantillus. Et sig̃t q̃ exiguus. Hinc fit quantuluscunq;. Aug. lib. xiij. de ciui. dei. Nam ideo dr̃ immortalis, q: mõ quodã quantulocũq; desinit viuere atque sentire.

Quantuscunq;, idest quàm magnus, vel etiam quot. Nam quantus interdum pro quot legimus.

Quantuslibet, idem qđ q̃tuscunq;, vel significat vnū q̃tū tibi capere licet, nõ oẽ, vt Quantũlibet spacium non oẽm q̃titatem spacij, sed vnã, quã tibi capere libet. Aug. lib. xij. de ci. dei. Quãtuslibet finitus numerus fuisset animarum infinitis retro seculis sufficere non valeret. i. q̃tuscunque.

Quantusquantus, quantuscunque. Teren. in Adel. Tu quãtusquantus nihil nisi sapientia es.

Quapropter aduerbium, significat propter quod.

Quantisper, sig̃t quanto tp̃e, sicut Tantisper tanto tempore.

Quaqua significat per quemcunque locum. Plau. in Epi. quaqua tangit.

Quaquauersus, siue quaquauersum, significat in omnem partem. Aug. li. viij. de ciui. dei. q̃ longe lateq̃; potuit peregrinatus est quaquauersum eum alicuius, nobilitatę scientię percipiende fama rapiebat.

Quarto, et q̃rtum aduerbia, inter se differunt. Nā quarto consul, sig̃t locū consulum, vel ordinem, hoc mõ. Marcus fuit quarto ꝯsul. i. ꝙ tres consules ab origine, ē institutione, et ordine consulatus ante fuerũt, q̃ Marcus fuisset cõsul q tenet nunc quarto consulatum, quartū autem cõsul significat personam, ꝙ quater fuerit consul.

Quartarius, mulio mercenarius, ꝙ quartam partẽ questus capiat.

Quartanarius, qui quartanam febrem patitur.

Quatenus p. c. ꝑe significat q̃tum sicut Eatenus tm̃. Cic. in Lel. Videndum est, q̃tenus amicitię tribuendum sit. Idẽ li. i. Thuscu. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit, nec docuerit quatenus esset quicq̃ curandum. Augu. lib. ij. solilo. Profecto cernis q̃tę inquisitionis indigeat, quatenus ista ꝓgredi debeãt, ne in quasdā inexcusabiles turpitudines decidat. Aliqñ sig̃t, quo fine, vt verberaui filiū, quatenus sit bonus. i. ad hoc vel ad hunc finẽ, vt esset bonus. Aliqñ sig̃t quoniam. Ply. Et quatenus negatur nobis diu viuere, relinquamus aliq̃d quo nos vixisse testemur. Docet ẽt Acron esse aduerbium loci. Interdum ponitur ꝓ quõ. Lac. lib. iiij. q̃to terrori sit dęmonibus hoc signum sciet q viderit quatenus adiurati per Christum de corporibus q̃ obscederint fugiant. Idem plerique vias sibi deuias per pręcipitia condiderunt per quę plebem incautā ad mortem deducerent quod quatenus accidat exponam.

Quatinus cum i, cor. ꝯiunctio est, et significat quia. Iuue. Quatinus hic non sunt, nec venales elephanti.

Quatuor nomen numerale, binarium numerum in se cõtinens, à quo quater aduerbium quartus, quaternus, q̃ternarius, quaternario. Quadruplus, quadruplum quadriennium. Quadrimus, quadratum, quadrum, quadrantal quadrans, et multa huiusmodi.

Quaternus quatuor. Plyn. Quaterni renes cornis sunt in brileto.

Quaternio quatuor chartarum, siue alterius cuiuscunq; rei compositio. vt in actibus apostolicis Tradensq̃; quatuor quaternionibus militum custodiendum.

Quatriduum spatium quatuor dierum, à quo Quatriduanus, na, num.

Quasi aduerbium similitudinis, significat ita, vt Imaginẽ n. ĩuuit, vt irasceris, q̃si canis. Quę orõ resoluit, ꝑ verbū repetitũ. h̃ est irasceris sicut canis irascit. Et nõ solũ imaginẽ, sed ipsā planè. veritatē sig̃t, vt tu pr̃ nõ amas me, q̃si filiũ. Hẽt ẽt quiddā proprium, quale est. Tu obijcis, ꝙ vxorem repudiauerim, quasi tu idem non feceris.

Quatio, tis, quassi, quassum significat moueo concutio. Lac. lib. ij. Mentes furoribus quatiunt. Hiero. ad dama. Qui à deo recedit, statim fluctibus sęculi quatitur. Liuius Carthaginis męnia, nunc quatit ariẽte. Aliquando ponit quatere pro molestare. Virgi. lib. ix. Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello. Aliquando proijcere. Terenti. in Eu. Nimirum homo quatietur certe, cum dono foras, composita eius mutant q, in c, et abijcitur a, vt Abscutio, quod est amoueo. Concutio, totum commoueo. Lactan. li. vij. Ac primum concutiet terram, quam validissime, et à motu eius scindentur montes Syrię. Decutio, discutio, excutio, incutio, percutio, recutio, iterum quatio Succutio, subtusquatio. Augu. lib. viij. confes. Tria horum verba complexus. Quanto proprius admonebatur, tanto ampliorem incutiebat horrorem, sed non recutiebat retro, nec auertebat, sed suspendebat retinebant nugę nugarum et vanitates vanitatum, et succutiebant vestem meam.

Quasso, as, frequentatiuum. Plau. in Tri. Quid quassas caput? Aliquando quassare rumpe. Virg. Quassatas ventis liceat subducere classes. Hinc ꝯquasso. Cice. lib. iiij. Thuscu. Ita illa duo morbus, et ęgrotatio, ex totius valitudinis corporis conquassatione, et perturbatione gignuntur.

Quassus, a, um, idẽ est qđ q̃ssatus fractus. Ply. li. xviij. Añlucanis ferramẽta acuere, manubria aptare, quassa sarcire.

Quaxo, as, proprium ranarum est. Festus. Quoaxare ranę dicuntur, cum vocem emittunt.

Quę, absq; diphthõgo coniunctio modo copulatiua, vt Arma virumq̃; cano. Modo causatiua, pro quoniam. Cicero. Non solum nobis nati sumus, ortusq; nostri partem patria vendicat partes amici. Modo expletiua, quando, scilicet ornatus tantū causa ponit. Propertius. Deiphobumq̃;. Helenumq̃;, et Polydamantas in armis. Quandoq; ponitur pro idem. Plau. Rudis est, nescitq̃; quid expediat. Quádoque pro etiam. Apuleius. Id ei serioq̃; loquenti non crederem, idest etiam serio loquenti. In compositione aũt semper postponitur, ac coniunctionis vim admittit, sed vim syllabice obtinet, vt namque, quoque, atque, itaque, vndique, vterque, plerique. Componitur etiam, cum quis, qui, quę, quod, vel quid, vt, quisq;, quiq;, queq;, quodque, quidque. Et adiecta, cum, vt quicunque, quęcunque, quodcunque, et prępositione abs, vt absque Cum aduerbio, vt neque Cum coniunctione, vt atque, Differunt autem, inter se, quę, ac, et, atque. Quia quę postpositiua

est et

eſt et incletica. Ac, ſemp̄ prępoſitiua. Atq; tam prępoſitiua, quam poſtpoſitiua. Sciendum quoq; eſt ꝙ q; aliquando producitur. Virg. lib. iij. Liminaq; laurusq; dei, quę hac ratione defendi poteſt. quia omnia monoſyllaba ad artem non ptinent, et his licenter vti poſſumus, aut certe omne μόριον .i. particula q̄ ſui ſubſtantiā non hȝ mēbꝝ ſupioris, putaf dictionis, vel oronis q̄ȝ ſi ē. Liminaq; q̄ſi vna oronis ſit ps, ē pōtq; finalitatis rōne ,pduci, vel corripi.

Quemadmodum dictio compoſita, ex quem, et ad, et modum ponitur ,p aduerbio ſimilitudinis, vt fiat miſericordia tua ſup̄ nos quemadmodū ſperauimus in te, Ponitur nonnunq̄ interrogatiue, ,p quo mō, ſiue ad queȝ modū. Amb. lib. i. offi. Nā licet interdum honeſta loca, ac ſuauia ſint, tñ ab eccleſiaſtica abhorrēt regula. Quoniam q̄ in ſcripturis nō repimus, ea quemadmodū vſurpare poſſumus? Et lib. de paradiſo. Si igit viro culpę author eſt mulier quemadmodum pro bono videtur adiecta.

Queo, is, iui, vel q. quitum, ſigt poſſum. Salu. Sed neq; precio neq; gratia impelli quiuit. Dictū queo, vt qdam putant, q̄ſi q, eo. Vñ antiq nequeūt qñq; ,p nō, eunt, dicebāt, cuȝ tñ nequeo ſigēet non poſſum. Teren. autem qtus, ta, tum, à queor dixit in Ecy. Nā cū cōpreſſa eſt gnata, forma i tenebris noſci nō qta ē. Sed antiqua, vt ait Do. dixit.

Queror, ris, queſtus lamētor. Salu. Sępe de luxuria, atq; auaritia noſtroꝝ ciuiū queſtus ſuȝ habetq; pe. cor. vt differat à queror paſſiue verbi quero. Dicimus autē queror illud. Et queror de te cum illo, vel illi. Cic. Quorum pleriq;, aut queruntur ſemp̄ aliqd aut etiā exprobrant. Idē Lentulo. Multa de mea snia queſtus eſt Cęſari. Aliqñ abſolute, vt apud eundē. Quid multa ꝯq̄ſtus ē grauiter. Cuius cōpo.

Queſtus, q̄rti ordinis, ſed tantūmō plurali numero, pro lamentatione (ē ꝯqueror. p. cor. Cuius datiuus, et ablatiuus eſt queſtubus, per u, ſicut portubus.

Querela querimonia, et queſtio eiuſdeȝ ſignificationis sūt. Colu. Quoſdaȝ etiam p̄dictas querimonias, velut ratione certa mitigātes. Cice. Sępe īterfui. querelis meoꝝ equaliū.

Querulus, la, lum, q̄ȝ ꝯquerit, ſiue q̄ȝ querelis plenū eſt, licet quandoq; à poëtis ,p canoro ponat. Virg. lib. iij. Geor. Et cantu querulę rumpent arbuſta cicade. Ser. Querulę cicadę canorę. Ho. Sub cantu querulę deſpice tibię.

Querimoniarius, qui querimoniam exponit.

Queribundus, lamētabilis. Cice. Humiliter, ac q̄ribūda voce.

Querquedula, auis ſemper in aqs natans. ſicut Anas quaȝ, qualiam dicimus à voce.

Quis, q, q̄, quod vel qd qñq; īterrogatiue ponunt. Mar. Nā tantos rogo, qs ferat labores. Apul. Quinam hic nouus eſt hoſpes. Gel. Quęnam malum eſt iſta intemperies. Plau. Quod facinus admiſi tantum. Idem Quid ad illas artes optes, ſi optio adueniat tibi. Aliquando īfinite. Ply. Tum mihi neſcio qs in aurem inſuſurrauit. Idem morbus neſcio q ante eā ętatē incognitus noſtris. Cice. Cum Pręcepta neſcio q̄ diſcipulis ſuis palam tradidiſſet. Plau. Nec mihi quod facinus ꝯſcirē, īueni Sene. Paulum neſcio, qd viſus eſt balbutire. Qui, q̄ q̄ȝ relatiue ſępe ponunt. Referunt. n. antecedens. Quis vero, ē qd nunq̄. Vnde notandū, ꝙ q quę q̄ȝ relatiuę poſita, qñq; diſſentiūt, à ſuo antecedente. Cice. Oēs tenues atq; humiles, q̄ maxima in populo multitudo eſt, ſibi p̄ſidium paratum putant. Salu. Eſt locus in carcere, quod tullianum appellat. Nonnunq̄ qs ponit, ,p aliqs. Plau. Si quē ſeruorum domi habes. Nam q pro aliqs in ntō caſu raro, p̄terq̄ apud vetuſtiſſimos inuenit. Cic. Sique ſunt in hac re difficultates. Eteniȝ nō, q ſed qua pro aliqua dicimus. Mar. Siqua fides veri p̄ſerri maxime Cęſar. Plau. Si quod poſt hac verbum fecero. Vir. Spero eqdē medijs, ſiquid pia numina poſſunt. Supplicia auſurum ſcopulis. Ponitur item quis admirantis, pro qualis, vt Quis globus ò ciues. Et tam maſculino, q̄ foe. ge. proferri poteſt. Plau. in Aul. Dic mihi ſi audes qs ea eſt, q̄uis ducere vxorem. Virg. Qui cum partiri curas, de ſocia Camillę loquit, ideſt cum qua, ga, vt Augu. ingt Antiqui hic, et hęc quis ablō ab hoc, et ab hac q, ſicut facilis, facili. Interdum qs et qd pro raro accipiuntur. Author. Hiero. Necnon ,p impoſſibili, vt qs ſapiens ē intelligit hęc. Et qd prodeſt ſculptile, quia inſculpſit illud fictor ſuus, in hoc. n. impoſſibilitas demonſtratur, in illo raritas. Inuenit ēt qs in dtō, et ablatiuo pluralibus. ſed vltima producitur cum in ntō ſingulari corripiatur. Luca. lib. ij Profata qs ille, qs fuit ille dies. Hora. in Ser. Quis humana ſibi doluit natura negatis. Quod autem adiectiuum eſt, ideo ſemper ſubſtantiuo iungitur. Quid vero ſubſtantiuum. Pręterea q quę, quod frequenter accipiuntur, pro tātus, ta, tuȝ, Et h̄ tribus modis. Nā et cuius humanitatis, es dicere poſſumus, et qua humanitate es. ē q̄ tua eſt humanitas? Pro tātę humanitatis es. Tāta humanitate es. Tāta tua ē humanitas. Quiti. Hoc ſi ſciſſes p̄r affirmo promitto, cuius pietatis ē nemo te anteceſſiſſet. Idē. Quę tua pietas ē. In eundē ſenſuȝ accipiunt. Is ea, id, vt eius pietatis es. Ea pietate. Et ea tua eſt pietas. Cōpoſita à quis ſunt. Siqs, aliqs, nequis, quisqs, qsq; à quo vnusqsq;, quisnam, quiſputas, quisſpiam, quisquam.

Quisquis, quicunq;, quisq;, idem ſignificant. s. omnes.

Quisquam vero, et quispiam, idem quod à liquis.

Quisnam interrogatiuū eſt. i. aliquis? quiſputas. i. qſcredis.

Quisquā tā maſculino, q̄ foe. generi iungit. Terē ī Eu. Qñqdē illaꝝ neq; te qsq̄ nouit. Virg. li. iiij. Geor. Nō illis qsq̄ cūctātibus altū ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna.

Qui cū ſit relatiuū ſubſtātię ponit tñ aliqñ aduerbialiter, ,p qūo. Cic. Qui fieri poterat, vt eius dolore nō angerer, q mecū sp̄ familiariſſime vixiſſet. Aliqñ ,p quēadmodū, q̄uis ī idē ferè recidat. Terē. in An. Nūc ſi qd potes, aut tu, aut hic Birria facite fingite īuenite, efficite, q det tibi. Aliquādo ſumit ,p ꝙ, ſed tūc ſubiunctiuo iungit. Virg. Tiriā q adueneris vrbē. i. qa adueneris. Plau. aut q ꝯfidentior iuuentutis mores q ſciat q hoc noctis ſolus ambulē. Aliquando ſumit ,p vt. Terē. in An. Nō q argumentū narret, ſed q veteris poëtę maledictis rñdeat. Aliqñ ,p vtinā. Idē in Phor. Qui illū dij oēs p̄dant. Aliqñ ,p Vnde. Idem in Ecy. Nec qui hoc mihi eueniat ſcio. Et in An. Nam q iſthęc tibi incidit, ſuſpicio? Aliqñ ,p cur, quā ob rem. Cic. lib. v. Thuſc. Qui enim beatior Epicurus, ꝙ in p̄ria viuebat, q̄ Metrodorus, ꝙ Athenis? Teren. in And. Non poteſt q? Do. Qui. i. quam ob rem. compoſita à qui ſunt.

Quidam quicunq;, quiuis, quilibet, à quo vnus quilibet.

Quia coniunctio cauſalis, quę interdum bis repetitur ſequente ſubiunctiuo, vel indicatiuo. Quin. Non quia prodeſſe nunquam ſatis ſit, ſed quia hoc proſpicere debet, ne quid peius, q̄ fecerit faciat.

Quianam aduerbium interrogandi, ſignificat quare. Vir. lib. v. Heu. quianam tanti cinxerunt Æthera nimbi.

Quiane vna particula eſt, et ſignificat re uera. Virg. li. iiij. Quiane auxilio iuuat ante leuatos.

Quibus inextremis eleganter dicitur, ,p quoꝝ in extremo. Cice. Litere dant mihi à te, qbus inextremis ſcriptum eſt.

Quid nomen ſubſtantiuū, vt qd negocij tibi eſt. Interduȝ ponit ,p aliquid, vt ſi qd habes noui, mihi ſcribe. Aliqñ eſt aduerbium interrogandi, ,p cur vel quare. Teren. in An. Sed qdnam Pamphilum exanimatum video, vt ſit qdnam hoc. Ouid. Quid facis Oenone, quid arenę ſemina mandas. Aliquando ponit ,p in quo. Cice. in Lel. Quid. n. indigens Africanus mei. Quint. Quid tibi tantum malum feci, quid offendi. Similiter apud Luca. Et ſi quid aliquē defraudaui, reddo quadruplū. Cōpoſita ſunt. Quicqd qdq̄, qdq;, qdpiā, neqcq̄, quidnam nunqd, qdne, qdni qlibet, qcunq;, vnum quicquid, vnumquidq;, vnūquidlibet. Vſus auteȝ habet, vt d, ſequente q, mutet in c, vt Quicqd qcq;, qcq̄, et ſequente p, in p, vt qppiam. Quidcunq; autem, et vnumquidqd, aut vnumqdq;, aut vnumqdlibet nequaq̄ dixero, ſed qdcunq; vnū, qdq; qdlibet vnū et c.

Quid agimus conſilium quęrentis eſt.

Quid iſthic. aduerbium affirmādi, ſicut qdni? cur non, ,p

fecto.Et ſic eſt,tanq̃ ſi diceres,quod:ẽ abūdat iſtic.Vel potius,qd iſtic ſigt hoīem de loco,et de ſentētia decedere.Teren.in An .Quid iſtic,ſi ita iſtuc animum induxiſti eſſe vtile,nolo tibi vllum commodum in me claudier.

Quidita:ſigt cur.Quidni:ſignificant certe,vel certū eſt.Videlicet,cur nō.Et duę partes ſunt,ſm Priſc.ſicut cur nō. Teren.in Eu.Habes ne hominē amabo Quidni habeaȝ: Veteres enim ni,pro ne ponebant,et ne pro non.Plau.Ni ſtulta ſis,ne vult,pro non vult.

Quidnā,et namquid,et quid, ne interrogatiua, vel nomina,vel aduerbia.

Quid tum deniq;:qd ergo:qd itaq;:quid poſtea, qd interea,ſignificant quo pertinet iſtuc,de quo loqueris,ſiue qd attinet hęc dicere,aut quid ſibi vult hic ſermo.

Quid homines habes:cū contemptu dicitur.Teren.in Ecy. Sed qui à mulieris vxorem habes.

Quid quęris,ſigt qd plura,vel qd opus eſt verbis.Modus dicendi cum paucis volumus oſtendere aliquid.Hor. Quid quęris:vino,et regno ſimul iſta reliqui.

Quicquid,vt qdam aiūt mutat d,in c, ne bis interrogare videamur,Sic quicq̃,ne ſi d,ſcriberet,modo ꝯſimuli qd ſit q̃ iterrogarevideamur.Sed nō eſt rō ſatis pōderoſa,vt putem nō reꝑhendēdū qui ſcripſerit qcqd,et qcq̃.Eſt āt qcqd ſubſtantiuū,ſicut et qd.Ideo genitiuū ſubſtantiui, vel adiectiuū exigit,vt qcqd pecuniaꝝ,qcqd molle,quodcūq; adiectiuū.Inde ſubſtantiuū in eodem caſu patitur, ſicut et quid,vt quodcunq; cęlum adiectiuum vero reſpuit.

Quidam.Vide in dictione aliquis.

Quideȝ aduerbiū affirmādi,quo ſignificat certe.Et tribus modis in oratiōe accipi ſolet. Vno ad diſtinguendas res vt ego qdē ſcribo,tu vero legis,ille āt dormit.In quo modo duobus tm̄ comitibus vti pt.s.vero,et āt.Altero q̃ſi p exceptionē eius,qđ affirmes.Quin.Torquebis qdem filiū, ſed fatebit mater.Ci.li.iij.offi. Ab optimis illis qdeȝ viris, ſed nō ſatis eruditis Pluresq; in hoc modo comites habere,hoc aduerbiū poteſt verū verumtamē ſed,ſed tn̄ at,at tamē,cęterū Tertio cū nulla ſequit ex p̄dictis ꝯiūctionibus,vt apud eundem.Aut enim nemo, quid quidem magis credo aut ſi quisq̃ eſt ille ſapiens fuit.Eius compoſita ſunt.Equidem,et ſiquidem,de quibus alibi.

Quilibet vnus,quem tibi capere libet.Recētiores tamen phi pro vniuerſali termino accipiūt ponit etiā aliqñ,pro vili, et obſcuro.Ply.li.vij.Bis ab Annibale captus,neq; cū quolibet hoſte res fuit.Huic ſimile eſt Horatianum illud, Nō cuiuſuis eſſe hominis Chorinthum ire.

Quipote,pe.cor.ſigt,quō poſſibile eſt, componit āt ex qui

Quippe ſigt,qꝛ certe.Virg. Sed lęta et fortia ſurgunt,quippe ſolo natura ſubeſt. (et potę. Interdū ſigt quidē, hoc eſt certum eſt.Idem.Atq; hominū quęritur curare triumphos.Quippè vbi fas verſuȝ,atq; nefas tot bella,per orbē. Tam multę ſcelerum facies.

Quies ſubſtantiuū fę.ge. q̃uis etiā adiectiuū trium generum inueniat.Sal.li.ij.Hiſto.Et inqete noīe hiſtriōis vix ſane burbuleiū appellabat.A quo ſimiliter Inqes ge. oīs, ſm Priſc. Pōt facere gtm̄,qetis,et quiei quintę declinationis. Vnde requies,requiem,requietem actm̄ facit Cice.in Cato. Vt meę ſenectutis requietē delectamentaq; noſcatis. Differūt,vt qdā aiunt quies,et tranqllitas,ꝙ quies corpis ſit,tranqllitas animi.Cic.in prolo.li.de Ora.Nam qui locus qetis,et tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur,in eo maxime moles moleſtiarū,turbulentiſſimę tempeſtates extiterunt.Eſt autē ꝓprie qes ſomnus dicta,quaſi qui tibi es,et nullo alio negocio deſtineris.Tūc.n.cęteris negocijs vacamus,cū dormimus.Sal.Namq; animus impurus dijs hominibusq; infeſtus,neq; vigilijs,neq; quietibus ſedari potuit,ita ꝯſcientia mentē excitā vexabat.Propter qđ ēt qes pro trāquillitate accipit. Cuius ꝯtrariū eſt inqes; hoc eſt cura,et ſollicitudo,et moleſtia.Hīc qetus tranqllus,inqetus turbatus,ſollicitus.Quietudo et inquietudo.

Quieſco,is,qeui,qetus,modo dormio ſignificat,modo ſto,nō moueor,ut cū dicimus.Quieſco.Mō curis, ſiue labore uaco.Modo qeſcere facio pręſertim,ſi actō iungat. Vñ Vir.in Buc.Reqerunt flumina curſus.i. qetos fecerūt.Sic Salu.Pululū requietis militibus.Quieſco.n.ego aliter dicimus ē aliter qeſco ſeruū.i.quieſcere facio.Pla. Quieſce tu multū, qui eſt ante hoſtiū.Hinc componuntur Acquieſco aliquātum quieſco.Cice.Ser.Sul. His vero temporibus habeamus aliud nihil,in quo acquieſcamus.Cñq; ſigt cōſentio,cōdeſcendo.Hie.in prolo.Iudith.Sed qꝛ hūc libꝝ ſynodus nicena in numero ſanctaꝝ ſcripturaꝝ legit computaſſe,acquieui poſtulatiōi vrę. Congeſco, bene qeſco.Cice. Lētulo.Tu niſi perſpecta re de me nō conqueſti.Requieſco ſicut qeſco.Vir.Hic tamen hac mecū poteris reqeſcere nocte.frōde ſuper viridi.i.dormire. Idem et mutata ſuos reqerūt flumina curſus.i. quietos eſſe fecerunt.Hie.in Geñ.Et reqeuit die.vij.ab vniuerſo opere quod patrarat.

Quin varijs modis dicitur.Nam aliquando ponit,pro cur non:Cum.s.increpantes,vel interrogantes,vel exhortantes dicimus.Quin venis:quin fugis:Vir. Quintu aliquid ſaltem potius, quorum indiget vſus Viminibus, molliq; paras detexere iunco.Cicer. pro Rabi , Quin compeſcitis iſtam vocem indicem ſtulticię. Aliquando pro q;, ſeu vt Idem.Non dubito quin eo ſis animo quo ego eſſeȝ, ſi qd tu me rogares.Teren.Non dubium eſt,quin vxorem nolit filius. Aliquando pro quinēt.i. inſuper pręter id, ſiue atq; ēt. Tunc.n. per hanc particulam magis confirmamus Vir. Quin aſpera Iuno.Quę mare nūc terraſq; metu,cęlumq; fatigat.Conſilia in melius referet, qđ, et quinimo qñq; dicitur.Aliquando ita ponitur, quaſi videat eſſe contrariū priori ſigto,ꝙ nō,vel vt non. Cice. Non idcirco cās Iſocrates non defendit,quin id vtile eſſe,et honeſtum exiſtimaret.Similiter,cuȝ dicimus. Non poſſum me cōtinere,qn geſtiā.i.vt nō,vel quominus geſtiā.Virg.Hic tibi nequa morę fuerint diſpendia tanti.Quin vatem inſanam aſpicias.i.vt nō.Aliqñ ponit,pro qui non.Cice. Nemo eſt noſtrorum,quin vota victorię ſuę fecerit,

Quinimmo,quin potius,vt Quinimmo beati,qui audiunt verbum dei,et cuſtodiunt illud.

Quintilis.Iulius menſis dictus,ꝙ ſit quintus à Martio qui apud antiquos primus anni menſis erat.

Quinq;,nomen numerale,et inuariabile,à quo Quintus, a,um,Quinus,a,um.Quinarius,a,um,Quinqes qncūx. Quinq; meſtris.Quincuptitus.Quincuplexi Quindecim. Quinquaginta. Quingenti.Quinquageſimus,et hmōi.

Quinquertium.et Quinquertiones.Vide in pentathli.

Quinquartia,orum,ab eo,ꝙ qnquatre in ſingulari, ſicut bacchanale,et vulcanale. Feſta erant quę quinq; diebus palladi fiebant,vt Ouid.lib.iij.Faſt. Innuit,ita appellata quoniā qnq; diebus poſt idus celebrabant. Nā dies poſt idus,ater erat.Inde qnquatria, quaſi quinq; ab atro die, primo die fiebant ſacrificia,tribus ſequentibus gladiatores in theatro certabant.Quinto die erat luſtratio.Vnde ait.Vna dies media eſt, poſt fiūt ſacra Mineruę.Nomina, quę à iunctis quinq; diebus habent.Sanguine prima vacat,nec fas concurrere ferro.Cauſa ꝙ eſt illo nata Mineruą die Altera,treſq; ſupra ſtrata celebrantur arena.Enſibus exertis bellica lęta dea eſt. Sunt qui dicant hanc diem munuſculorum quoq; eſſe,quo tempore matronę inter ſe inuicem munera muſſitabant,ē cęnas ſeruis apponebāt,vt viri ſaturnalibus.Dr̄ ē qnquatrus, ſicut triatrus ſexatrus,ſeptimatrus decimatrus. Iungiturq; hęc particula atrus quę nihil ſigt ſupplemanti cā.Var.li.i.de ling.lat. quinquatꝝ diē vnū feſtū eſſe dicit, ſic appellatū, ꝙ erat poſt diē quintū idus Martij, ſicut ſexatrus, ab Thuſculanis vocatur dies,poſt diem feſtum ē ſeptimatrus,poſt diē ſeptimū.Declinat autē ſubſtantiue in pli,tā tertię, q̃ ſcđę declinationis ſicut cętera feſtoꝝ noīa.Iuue.Incicipit optare,et totis quinquatribus optat.Cice.Ita tumultuoſę contentiones, ita moleſtę quinquatrus afferebantur. Diomedes vero quinquatrię à prima declinatione protulit.

Quincũces, vnciç qnq;. Hinc qncũcialis ordinũ rõ, de qua apud Var. Ply. et Col. fit mẽtio. Quincũcialis vero herba dr̃ vt triẽtalis, à mẽsura. i. quę folio quicũcẽ, aut triẽtẽ ęqt amplitudine. Quincũces ẽt vsurę sunt quotiens ex centũ nũmis, vt exempli grã sit qnq; nũmos vsurę noĩe percipimus. Sic semisses vsurę trientes beesses, et huiusmodi.

Quirites, pe. pro. Romani dicti sunt, à Quirino. i. à Romulo vrbis Romę conditore, qui à quiri hasta. Quirinus appellatus est, ꝙ hasta assidue vteretur, quę sabinorum lingua quiris dr̃, vnde quidam securim dictã putant, quasi semiquirim, q̃q̃ à secãdo ẽt dici põt. Siue ꝙ cures vicent. Siue ꝙ gręci regem κύριον dñt. Constant autẽ Romanos eo tẽpore gręcos fuisse. Oui. in Fa. Siue ꝙ hasta qris priscis est dicta latinis. Bellicus à telo venit in astra deus Siue suo regi nomen posuere Quirites, Seu quia Romanus vicerat ille cures. Alij quirinũ dici existimant, ob generis nobilitatem, à pr̃e suo quirino hoc est Marte. Romani .n. Martẽ duz sequirẽt. Gradiuũ, dum tranqllus esset. Quirinum nominabãt. Et q̃q̃ hoc nomen qrites qdaz tantũ pluraliter declinari velint apud poëtas tamẽ reperimus qritem, à qris qritis, vel quirites, itis, vel hic, et hęc quiritis In gtõ plurali quiritium, et quirinuz per syncopam. Persius. Heu steriles veri, quibus vna quiritẽ vertigo facit. Oui. An si pulsassem minimum de plebe quiritem.

Quirinus, pe. cor. Vide in dictione quirites.

Quirinalis collis dictus est, ꝙ in eo Quirini templum erat siue q; in eum commigrauere Sabini à curibus venientes. Et quirinalis porta Romę dicta, ꝙ ea in collem Quirinalẽ itur, vel ꝙ proxime esset. Quirini sacellum.

Quirinalia vocabant diem, quo sacra quirino fiebant.

Quirito, as, pe. pro. qđ et quiritor dicitur sigt clamo, Romanos cõmoueo, et quiritum auxilium inuoco. Var. Quiritare quirites ciere. Nonius. Quiritare est clamare. Luc. lib. vij. Saty. Concursans, veluti anchariis claroq; quiritans. Apu. ponitur pro suppetias petere.

Quisquilię purgamenta terrarum, et qcqd ex arboribus minutis surculorũ, foliorumq;, ẽ floꝶ decidit, vnde nomẽ venit qcqd cadit, velut qs q̃rat illas, ob id. Cec. Quisquilias volãtis dixit. Et Neuius õturbare saxo hõ nõ quisqlia est.

Quisquilium vocãt exiguũ fruticem ilicis producẽtẽ coccum, qđ granũ est ad tingendas vestes gratissimuz. Hinc natum eẽ putatur, vt vestis coccina literis, per impitiã in terceptis, squallata vulgo hodie dicatur pro quisquiliata.

Quisquis in ntõ plurali qq et sigt quicũq; per totã declinationem perq; oẽs casus consimilis vox iteratur.

Quo accipit, pro quãto, vt cuz dicimus. Eo magis, quo magis. Aliquãdo est aduerbiũ loci. Vir. Quoue tenetis iter. i. ad quem locũ tenditis. Aliquãdo est cõiũctio, et significat vt Ply. Neq;. n. id feci, quo tibi molestus essem. Aliquãdo ponit pro quare, vt inquit Dona. Teren. in An. Quo equior sum pamphilo. Et quo pro ad qđ, vel in quẽ vsuz Hora. Quo mihi fortuna, si non ꝯcedit vti. i. ad qđ vultis mihi esse bona fortunę. Sic venuste interdũ desunt verba in orõne. Et apud Esaiam. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum. Hinc fiunt composita Adquo, quoad, quocirca, quousq;, qũo, quoquomodo, quoquouersus, quoq̃, quoq; Aliquo, aliquoties.

Quoad componi uidet, exquo, et ad, sed ꝑpostere, sicut hactenus quatenus. Et significat donec, siue q̃diu, uel quousq;, ut Quoad uinam ero tibi amicus. Ci. li. i. offici. Tandiu autẽ uelle debebis, quoad te, quantũ ꝓficias, non pęnitebit. Nihil differt ita loqui. Quoad uiuam, et quoad moriar. Hęc. n. q̃uis cõtraria esse, videant, idẽ tñ signt quoniã duo tpa, cũ inter se opposita sunt, atq; ita coherentia, vt alterius finis, cũ alterius initio misceatur, non refert vtrum per extremitatẽ prioris, an per initiũ sequentis, locus ipse confinis demonstret. Põt autẽ esse interrogatiuũ. Teren. in phor. Quid senẽ quoad expectatis vestrum? Relatiuũ, vt quoad iussisti parui. Infinitũ, vt quoad libet studeo. Cice. Treba. Itaq; quoad opinatus summe in ꝓuinciam exiturum, quę tibi vltro obtulerim meminisse te credo. Aliquãdo rei, et ingenij facultatẽ, siue temporis commoditatẽ sigt, vt apud eundẽ in Lel. Vt quoad possem, et liceret, ab eius latere nunq̃ discederẽ. i. q̃tuz Aliquãdo q̃titatẽ reꝶ tantũ denotat. Idẽ, pro lege agraria. Audite vos, qui ãplissimi ppli, senatusq; iudicio exercitus habuistis ẽ bella gessistis, quoad quemq; ꝑuenit, aut ꝑuenerit ex pręda, ex manubijs, ex auro coronario. Et sic semper exponitur pro quantum.

Quoadeius tota vna dictio sigt vsq;, vel inq̃tũ, vel quantuz ad eius vires vel quãtũ ab eo. Ci. li. i. de Oratore Offm̃ est de ijs rebus posse dicere, quę ad vsum ciuilẽ moribus, et legibus constitutę sunt, cum assensione auditorum, quoadeius fieri potent. Idem. Elaboro quoadeius facere possum, vt consilia hostium intelligam.

Quoadusq; eiusdem sigtionis est. s. quantum, vel quousq;. Actius. Nihil te impedio quoadusq; rem peragas.

Quocirca significat quamobrem.

Quousq;, q̃diu, vel vsq; ad qđ tps. Et ponit interrogatiue. Ci. quousq; tandẽ abutere Catilina patientia nostra? Relatiue, vt quousq; volui comedi. i. tã diu comedi, q̃diu volui. Infinite, vt quousq; esses didici. Aliqñ sigt vsq; ad quẽ locum, vt quousq; agri tui fines protraxisti.

Quomodo tota vna dictio, sigt quemadmodũ. Cice. Qũo potuisses te cõuenissem. Tale est, ac si diceret. Si quatuor pedibus ad te venire necesse fuisset. Interdũ per interrogationem, vt Quomodo fiet istud qm̃ virum nõ cognosco. Erũt ẽt duę dictões, si relatiue ponat, vt Eo mõ legi quo mõ scripsisti. Aliqñ est aduerbiũ silitudinis. Et sic est vna dictio. Aug. qũo supius lux mũdi, sic nunc dicit sal terrę.

Quomodo. i. qualicunq; ratione, vtcunq; qualitercunq;.

Quoquouersus, vel quoquouersuz sigt versus oẽs partes qđ ṽnacula lingua dicimus. In qual mane se voglia, vt Quo quouersum scrobẽ pedũ quatuor ab arbore inquit. Colu.

Quoq̃ sinificat aliquo. i. ad aliquam partem locumue.

Quoq; ponit ꝓ ẽt. Sene. Tu quoq; fili modo exercere te debes. Aliqñ pro similiter. Virg. Vocabere tu quoq; votis.

Quo minus sigt, vt nõ. Aug. Super Ioannem. Si quo minus dixissem vobis. Interdũ statiz. Virg. Et quo minus arua Insequit. Qñq; sunt duę partes Amb. Super Lucã Fide tuus putet sibi quo minus ea requirat magis posse suppetere.

Quo iure, quaq; iniuria. ꝓuerbiale est quasi per fas, nefas, velis nolis. Teren. in And. Quo iure, quaq; iniuria me pręcipitem in pistrinum dabit.

Quoniam coniunctio causalis, vt quoniam prodest lege. Potest etiam subcõtinuatiua, vt quoniam ambulat, mouetur. Interdum authore festo significat postquam.

Quod nomẽ relatiuũ est, et cõiunctio cãlis, cũ ponit, ꝓ ꝙ, vt ꝙ scribas lętor. Et nõ castigo te, ꝙ odio habeã, sed q̃ meliorẽ efficiã, vbi enim põt esse quod ibi ẽt quia. Et vbi potest esse, vt ibi põt esse quo, et ecõtrario, vt nõ te castigo, ꝙ odio habeam, sed vt meliorẽ efficiã. Qñq; ponitur pro sed, et in pricipio clausulę locari solet. Ci. Quod si quis à me huius consilij mei causam quęrat ita respondeo. Ab quod fit quoddam, quodpiam, quodq;, quodcunq;, quodlibet vnumquodq;.

Quondam aduerbiũ tpis, et modũ ꝑteritum tps denotat, pro olim, vel aliqñ. Cice. Fuit Ista quondã in hac Repub. Virtus. Modo ꝑsens. Virgi. Quondã etiam victis redit in pręcordia virtus. Ponit qñq; pro semper. Idem, vt quondã in stipulis magnus sine viribus ignis.

Quorsum, versus quem locum, quasi quo versum, vt quorsum vadis? Quorsum seruus tuus iuerat, tu iussisti, quorsus sit res euasura dubito.

Quot nomen numerale, vt quot numi tibi sunt. Scio quot nummos habes, habeo tot, quot tu.

Quotquot, idest omnes qui.

Quotidie. Vide in dictione Cotidie.

Quotennis, significat quot annorum, habet enim antecedentia nomina numeralia, vel composita ex numeralibus

et anno, vt anniculus, biennis, triennis, vt tu es biennis, quotennis ille, Quidaꝫ ēt vſurpāt quotēniū, ſicut ſeptēniū.

Quotenus relatiuum diuiſium, ſignificat vſq; ad quem numerum. Ci. ad Atti. In ripa neſcio quotenorum iugerum.

Quotus, relatiuum ordinale, quo ſignificat, cuius numeri, ſiue in quo numero, aut ordine, vt ſum primus in ciuitate, quotus es in tua. Quādoq; ponitur ꝓ quot. Mart. Dic quotus es, quanti cupias cęnare, nec vllus Addideris verbum, menſa parata tibi eſt. i. quot eſtis, et quot tecum habes. Quandoq; ſignificat continuam quantitateꝫ, et ponitur pro quantus. Iuuena. Quota portio fecis Achęę.

Quotusquiſq; in ſingulari, idem ſignificat, quod nomen numerale quot, vt quotusqſq; eſt, q aliter ſentiat. Aug. lib. xix. de ciui. dei. Quotusquiſq; hominum eſt cui profunditas vtilitatis huius appareat. Et eſt vetus elegansq; locutio, ꝑ interrogationem, et ad paucitatem refertur, vt quotusquiſq; ſtudet, hoc ē q̄ pauci ſunt, q ſtudeāt. Ci. ꝓ Plā. ci. Quotusquiſq; iuris peritus eſt, quotusqſq; diſertus eſt.

Quotuplus ad menſuram, vel ad pondus refert, vt Meus ager reddit decuplum, quotuplum non reddit tuus.

Quotuplex quot generum.

R LITERA Seminocalis eſt, et liqda, quę poſt mutam in eadeꝫ ſyllaba poſita pręcedentem ſyllabam, modo longam modo breuem facit, vt Ouidius in dictione patrem exemplum poſuit. Iam patrem, famuloſq; patris lucemq; timebam, vbi pa. ſyllaba, et producit et corripitur. Et apud gręcos in initio dictionum r litera recipit aſpirationem, vt Rhadamanthus, Rhea, et huiuſmodi. Conuertiturq; nōnunq̄ in l, vt intelligo pro interlego. Pelluceo pro perluceo, in ſimplicibus, vt niger nigellus vmbra vmbella. In s, vt arbos, pro arbor odos pro odor. Tranſit in duo ſſ, vt vro uſſi, gerro geſſi. In u, conſonantem, vt ſero ſeui tero triui. In n, vt Æneus pro ęreus.

R ANTE A

Rabbath, metropolis Eſt filioꝝ Ammō, quę hodie, à rege Egypti Ptolomęo cognomento philadelpho qui Arabiam tenuit cum iudęa philadelphia nominatur.

Rabies, ei, et rabia, bię, à rapio, morbus canum, cum veluti furore quodam acti, huc, atq; illuc rapiuntur, nec vllum quietis locum inueniunt. Alij rabiem, quaſi rauiem dici putant à raucitate vocis, quā rabioſi habent ſimilem canis latratui, hinc.

Rabioſus, qui rabiem habet. Ply. lib. xxix. Datur morſis à rabioſo, ne rabidi fiant. Ponitur quandoq; rabioſus ꝓ iracundia pleno, qui, veluti rabie agitatus videatur.

Rabioſulus diminutiuum. Cice. Treba. Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti.

Rabidus, qui rabiem habet.

Rabio, bis, nimia ira, et quaſi rabie agitor Var. Quid, eſt quod latras? quid rabis? qd vis? Ceci. Rabia rabire ſe ait.

Rabula, à rabie, vt quidam volunt, et à raui. i. raucitate. vt is ſit Rabula, qui in negocijs agendis acer eſt, et rabioſus. Vnde et pro aduocato, et cauſarum patrono accipi ſolet. Vel dicitur à radiendis auribus. Nam, vt à fando fabula, à nando nabula, à ſtando ſtabula, à paſtendo pabula, ita à radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, q̄ ꝙ radant. i. offendāt aures, et vt ait Quin. Nimia verboſitate feriāt quaſi ab inſtrumento illo nūcupati, quod rabula cōmodius, q̄ radula vocari poſſit, hodie quoq; vulgus ipſos garrulos, ē linguaces ab alio iſtrumento Tudiculas, ē piſtilla cognominat. Fes. à, radendo. i. auferendo nomen traxit, in gallia quoq; tranſalpina inſtrumentum fabrile, quo aſſamenta leuigantur et polliūtur rabo, quaſi rabula, à radendo, et in multis Italię partibus ſcaphula, à, nauiculę forma. Et in ciſalpina Gallia, à complanando planula, nam dolabra vr̄ idem eſſe quod Aſcia apud Dona. Qui ait Dolare eſt Aſcia cędere, Quint. Super oīa pit illa, q̄ Ci. in oratore. Non. n. declamatorē aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum, aut ꝑfectiſſimū q̄rimus. Idem q̄ſi rabulę, q ſibi diſerti nō videntur, niſi oīa tumultu, et vociferatione concuſſerint.

Racemus, pe. pro. pars botrynis, ſiue potius ipſe botryon, q et botrys more gręco, et botryus hoc eſt integer vuę racemus. Eſt. n. illa teſta vuaꝝ plurima grana ꝯtinens. Et non ſoluꝫ de vite, ſed ēt ꝺ alijs plantus dr̄ Ply. de hedera. Alijs denſus acinus et grandior racemus in orbem circūactis.

Racemoſus, ſa, ſum, quod eſt racemis plenum. Plyn. Hederę modo racemoſa eſt.

Racematus, ta, tum, quod racemos habet. Idem lib. xviij de panico. Paruis racemato paniculis.

Racemarius malleolus, ex quo pampini pullulant, vel ſteriles, vel certe minus feraces, vt inquit Col. lib. iiij.

Racematio, racemorum vindemia, vt qñ à vindemiatoribus racemi rari ꝑtereunt, ſicut ī meſſibus pactis qꝺ ſupeſt ſpicilegiuꝫ dr̄. Tert. Poſt vindemiā parricidaꝝ ſuperſtes.

Racha, nomē hebręum eſt inquit Hier. qꝺ idem eſt quod κενὸς. i. inanis, aut vacuus, quem nos poſſumus vulgata iniuria, abſq; cerebro nuncupare. Quidam ethymologiaꝫ huius noīs, de gręco trahere voluerunt putantes dici pānoſum. Gręce. n. Pānus ῥάχος dr̄. Sed nos huius verbi ꝓprietatem ſubtilius ꝑſpicientes, nihil intelligimus aliud eſſe racha, niſi vocem incognitam irati aī, ꝯmotionem ſignātis, quales ſunt interiectiones apꝺ grāmaticos, ſicut à dolente heu. Ab iraſcente hem, et hmōi. Aug. ſup Mattheum Racha vox indignantis animi, motuꝫ ſignificās.

Rado, is, ſi, ſum, complano incido, extirpo, mundo. Col. lib. ix. Sic tñ, ne qd radat. Hier. in Leui. Die ſeptima radet capillos capitis, barbam, et ſupcilia. ac totius corporis piloſ. Iuue. Nam Sergiolus iam radere guttur cęperat. Per tranſlationē ponitur, pro lędo, laceroq;. Plyn. Malę homini tm̄ quas priſci genas vocabant. xij. tabularum interdicto radi, à foeminis eas vetantes. Quint. lib. iiij. Ne ieiuna atq; arida traditio auerteret animos, et aures pręſertim delicatas raderet, hoc eſt offenderet, fatigaretq;. Huius compoſita ſunt Abrado, adrado, iuxta rado. Colu. lib. iij. Reliquaꝫ partem, quę continens matri eſt, adradito, ne ſupernacua ſarmenta procreet. Circunrado. Idem lib. iiij. Quam recētiſſimum eligatur ſarmentum, et leniter circunraſum, vt cortex tantum detrahatur. Corrado, derado, de aliquo rado. Plyn. Quod deraſum eſt, teritur, et cribratur. Erado extra rado. Colu. lib. iij. Poſtea ſurculoſ, quos inſerere voles eradito tam alte, q̄ cuneum dimiſiſti, ſed ita, ne medullā, neue alterius partis corticem lędas interrado in medio rado. Idem in eodem. Nam ſi ſpiſſe poſueris, neq; in terra quid ferre poteris, nec ipsę fructuosę erunt, niſi in terra ſeris. Obrado circunrado. Et omnia habent. pe. pro.

Raſito, tas, pe. cor. ſignificat ſępe rado. Gel. li. ij. Comperimus autem cęteros quoq; in his temporibus nobiles viros barbam in eiuſmodi ętate raſitauiſſe.

Raſores, qui radunt. Et per tranſlationem fidicines, qui videntur chordas ictu radere.

Raſura ipſe radēdi actus. Col. li. v. Eaq; raſura ita deducit.

Raſamentum. Idem. Terrebra gallica, non ſcobem, ſed raſamenta facit.

Raſilis, et hoc le, pen. cor. quaſi raſum nihil extantis, ac redundantis plenitudinis. Virgil. tamen Et torno raſile buxum, quaſi raſibile dixit.

Raſorius, ria, rium, quod ad radendum pertinet. Vnde dicimus cultros raſorios.

Radix. dicta eſt, ꝙ ſępe effoſſa parum pro terra raditur vt arbor melius fructiceſcat. Plyn. Cum pali defixi radices cepiſſet huius diminutiuum eſt radicula.

Radicula parua radix. Col. lib. iiij. Idem penus author probat vinazea promiſta ſtercore depoſitis ſeminibus, ī ſcrobem mouere, ꝙ illa ꝓuocēt, et alliciāt nouas radiculas. Et radicula vocat herba ſuccū hn̄s, lauādis lanis ꝯmodiſſimuꝫ hāc gręci Struthion, et lanaria, ob id à nr̄is vocatur.

Radico,as,p.p.radices facio,et radicē capio dr.Ply.li.xviij. Frumēta multis radicant fibris.Hinc componit.Eradico, quod est usq; ad radices euello.Hie.in prefa.Psal.Cogitis ergo,vt veluti quoddam nouale scissum iam aruum exerceam,et obliquis sulcis renascentes spinas eradicem.

Radifico,cas,similiter significat radices facio.

Radicitus.p.cor.aduer.significat à radice.Vnde et pro oīno quandoq; ponit vt apud Eze. vt euelleret eam radicitus.

Radius splendor à sole micans.Var.O' summe sol,q totam hāc mūdi compagē tuis radijs illustras.Transfert et ad fulgorē oculoꝝ.Ply.Cuius ex oculis radij nocte micantes cernunt.Gel.Stoici cās esse videndi dīt radiorum ex oculis in ea, quę videri queunt, emissionem. Item radius dr virga,q̄ Geometrę lineas iudicant.Virgil.Descripsit radio totum,qui gentibus orbem. Inuēta autem est hęc ars tpe quo Nilus plus ęquo crescens,ɔfudit terminos possessionū ad quos innouandos adhibiti sunt philosophi qui lineis diuiserunt agros.Inde Geometria dicitur cum non tantum terrę,sed etiam maris et cęli,et aëris spacio metiri ɔsuenerunt. Ite3 Textoriu instrm, qd vulgo druellā nomināt nūc nauicula appellat,quo telę annectunt, radius dicit. Ide3.Excussi manibus radij,reuolutaq; pēsa. Radij quoq; rotarum dicuntur,vt apud eundē.Hinc radios trivere rotis.Instrm etiam quo raduntur mēsurę radius vocat, qd alio noīe hostorius noīatur.Clau.dij. deeq; oēs tantā nobis letitiam tot gaudia sine radio cumuletis.Et radij dnr oliuę oblongę.Virgi.Nec pingues vnam in faciē nascuntur oliuę Orchades et radij,et amara pausia bacca.

Radio radios emitto,fulgeo.Hie.in prolo.Paral.Vbicunque asteriscos , idest stellas radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis,de hebręo additum, quod in latinis codicibus non habere. Ouid.li.ij.Meta.Argenti bifores radiabant limina valuę.Hinc componitur Irradio quod est illustro et quasi intus radio.Plau.faciunt,quod consueuerunt,irradiant salibus mensam omneis ad risum prouocant.

Radula,pe.cor.Instrumentum ferreum à redendo dictus. Vnde pix radulana est dicta quę radula eraditur.Ply.lib. xiiij. Radulana pice,ac resina condire musta.

Ragades,ē ragadia fissurę sunt et rimę inter sedis vitia annumeratę,quorum crebra mentio est apud Ply. Auicēna non solū in ano,sed in mentula nasci ragadas prodidit. De quo et in dictione Condilomata.

Raia genus piscis plani,et carthilaginei. Raias gręci βάτος dicunt à rubi nomine propter aculeos.

Ralla genus vestis à raritate.Nā raꝝ facit dimi.rallū Plau. Toga ralla tunica spissa mutatur.n.r,in duplex, ll, sicut tener tenellus.

Rallum à radendo ferrum illud,quo vomeres identidem purgantur in arando.

Ramex genus Hernię.Vide in dictione hernia. Hinc ramicosus qui pariter illū morbū.Col.li.x.aliter accipit ramices cū inqt de Vinario ɔstituendo.Deide per transuersa laterū caua transmittunt ramices,qui exitus feraꝝ obserent.

Ramētum tenuis cuiusq; rei pticula,à radendo,q̄si rasura. Vnde ramenta auri,ramēta argēti,lignorum et cęterarū rerū dicimus,cū forat aliquid extritu,siue excursu,aut ex arena fluuiorū.Vnde Ply.li.xxxiij.Apud nos tribus modis fluminū ramentis.s.aurū inuenit, nec vllum absolutius aurum est cursu ipso,trituq; perpolitum.

Ramus arboris pars est cuius dimi.est ramusculus . Dr et ramulus.Col.Et cū primū germina tumebūt, de ramulis anniculis eos ligato.Est et aliud dimi.Ramusculus.

Ramale idem,quod ramus. Oui.li.viij.Meta.Multifidasq; faces, ramaliaq; arida tecto.Persi.Et ramale vetus.

Rameus,a,um,quod ex ramo est.Vir.li.iiij.Ge.Et ramea costis subijciunt fragmenta thymum,casiasq; recentes.

Rānus genus sentiū asperrimū aculeis, et flore gratissimū, ait Hie.sup illud Psal.Priusq̄ itelligerēt spinę vrē ramnū, At Rhānus cū h,sic iclinat ὁ ῥαμνοῦς ῥαμνοῦντος, ē p syne resin ὁ ῥαμνοῦς ῥαμνοῦντος, sicut ē ἀμαθόεις,όεντος ē ἀμαθοῦς ἀμαθοῦντος. Et est Atticę regionis pagus ex quo formatur. Rhamnusius,a,um, quod est ex Rhamno.Ter.in An.Hoc certe scio rhamnusiū se aiebat.Inde Rhamnusia indignationis dea,quam Gręci νέμεσιν vocant.

Nā cū Narcisus formę bonitate abuteret, supbius recte fingit eiusmodi dea aduersus eū q bonis psentibus fit idignus Nemesis inq̄ idignationē fīgt,cuius simulachꝝ pulcherrimū eo in loco colebat.Quod qdē marmoreū tradūt à Phidia vlnarū in altitudine decē fcm.De hac.Oui. li.v.de Tris.Exiget ad dignas vltrix rhamnusia pęnas.

Rana genus animalis palustris,ranarū alię sunt terrestres licet in aqs dulcibus degāt,alię marinę. Ex terrestribus, quędā in vepribus tantū viuūt,et rubetę appellant.Alię inter harundines,fruticesq; versantur. Est et rana arborē scandens,et ex ea vociferans ob id à calamis calamita.Ranę etiā morbus est,qui bobus accidere solet.Colu. lib. vij. Solent etiam fastidiosa cibo afferre vitiosa incrementa linguę,quas ranas vocant veterinarij.

Ranunculus,dimi.est à rana.Amb.li.Hexa.Culices,et ranunculi circa genitales strepunt paludes.

Ranceo,es,cui,rancorem habeo,sine puteo.

Rancor putor quidam , à ranceo nomen verbale , sicut Acor ab aceo,albor ab albeo.Palladius,in rebus rusticis. Receptacula olei semper sint mūda, ne nouos sapores veteri rancore infecta corrumpant.

Rancidus,a,um,quod est rancore putidum,sicut vulgus vsurpat,vt caro rancida.Hora.Rancidum aprum veteres laudabant, non ꝙ nasus illis nullus erat, sed credo hac mente ꝙ hospes tardius adueniens vitiatum commodius,q̄ integrum edax dominus consumeret interdum ponitur pro insuaui.Huius diminutiuum rancidulus.Iuue. Non tamen his illa vnq̄ obsonia fiunt rancidula.

Rātu3 accipiūt veteres ,p ęre.Vñ porta Romę Raudusculu.

Rapio,pis,pui,ptum,significat p vim,aut cum festinantia, siue cum furore rapio,traho, euello,aufero. Terenti.in And.Sublimem hunc intro rape quantum potes.Lactā. lib.v. Alios etiam in consortio mali sui rapiunt, quasi habituri solatiū de pditione multoꝝ.i.trahūt Virg. Quid faceret,quo se raptabis ɔiuge ferret.i.ablata.Et li.i.Geor. Atq; illū in pceps,pno rapit alueus amni.i.subito rapit. Aliqñ rape est vim afferre,vitiar.Et ,pprie de virginibus, atq; impuberibus pueris etiam,si loco non dimoueatur. Virgi. Et rapti Ganymedis honores.Sene.Rapta raptoris aut mortem,aut indotatas nuptias optet.Composita Abripio,arripio,corripio,derpio,diripio,eripio,irripio, pręripio,proripio,et surripio.

Rapto,as,frequenter rapio,traho.Virg. Ter circum iliacos raptauerat Hectora muros.Et lib.iij.Ge.Sed me parnasi deserta per auia dulcis raptat amor.

Raptito,as,pe.cor.aliud frequen.à rapto,tas.

Rapax auidus,et rapinis semp intētus. Sue.Inopia rapax, metu sęuus.Hinc rapacitas.Col.li.i. Nisi maxima vel negligentia serui,vel rapacitas interuenit.

Raptor qui rapit.Amb.Raptores nō nisi aliena diripiunt.

Rapo,onis,idem,quod raptor.Pompo. Ne vos conturbent auri,argentiq; rapones.

Rapidus velox ab eoꝝ,qui rapiunt,celeritate dictus. Vnde amnis rapidus qui cū celeritate,et furore labitur.

Raptio,rapina,et raptus distinguunntur ab inuicem,ꝙ raptio ad personam rapina ad res raptus ad stuprum refe ratur.Teren.in Adelph.Dispeij Thesiphonem audiui filium vna in raptione fuisse,cum Æschino.Cice.Quas res luxuries in flagitijs,crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis,superbia in cōtumelijs efficere potuisset.Idem.Matronaꝝ cędes,virginum raptus.Col.Etiam rapinas vocat culturas raporum.

Rapinator, à rapina raptor dicit.Lucil. Homo impudicus impune est rapinator.

Raptim aduerbium significat,cum festinatione.

Rapa,pę,dicit,ꝙ passim rapiat.Pal.Rapa mutat in napos

Rapa,pę,dr̄,ꝙ paſſim rapiatur.Pal.Rapa mutat̄ in napos in alio ſolo ꝑ biennium ſata. Alio vero napus tranſit in Rapam.Dicitur et rapum neu.ge.Mar. Hęc tibi brumali gaudēta frigore rapa. Var.Ex ſemine braſſicę vetere ſato naſci aiunt rapa,et contra ex raporum braſſicam.Colu. lib.ij.Ab his leguminibus ratio eſt habenda naporuꝫ,raporumq̄; magis vtilia rapa ſunt.Hiero. vero ad Euſt.Vix raris fabis et rapibus cuꝫ rudi hordeaceo pane ſaturātur.

Rapulum dimi.à rapum.Hor.in Ser. Captus vt aiebat cęne acna circum rapula.Et iterum.Cum rapula plenus,atqꝫ acidas mauult inulas.

Rapunculus à rapo radicis exiguę,qui comeditur in acetarijs,rapuncium vernaculi noſtri dictitant.

Rapacia,orū, rapoꝝ frondes,q̄s hoīes decoctas ī cibū ſumunt.Ply.Et hoī non minor rapacioꝝ gratia,q̄ cimaꝝ.

Raphanus,pe.cor.genus radicis notę,comeſtibiliſq̄;. Plyni. Fertur in templo Apollinis delphici adeo cęteris herbis ꝑlatus raphanus,vt ex auro diceretur. beta ex argento rapum ex plumbo.Refert Alex.aphrodiſęus eſſe calidum,humores exſiccare,et attenuare.Mouere ex humoribus ſpūs ac eos exhaurire,et exinanire,dum per eos eructat. Eſt ē aliud raphani genus Armoracia à noſtris dicitur.Quidā hoc nomen aſpirant in prima.

Rarus,a,um,ꝑe dr̄.quod nō ē denſum.Interdum ponit̄ ꝑ ꝓſtanti,qm̄ oīa ꝓclara rara ſunt.Virgil.Hic raꝝ tñ ī dumis holus.Hie.Rara eſt virtus , nec à pluribus appetitur.

Raranter aduerbium idem, quod raro.Gel. lib .i.A rarus non dicitur rare,ſed alij raro dicunt,alij rarenter.

Raro,as,rarum facio.Cuius compoſita ſunt.Disraro. et Interraro,quod eſt in medio,rarum facio.Colu.lib.v.vtitur.

Rarefacio.Idem lib.vi.Hoc autem facile contingit, ſi prius rare feceris etiam eas parteis ſupra quas ramum ſecaturus es,fęno, aut ſtramentis texeris.

Rarpilus,a.uꝫ,p.c.qđ hēt raros pilos.Col.ī ꝓſa. Et idipſum aliter curat̄ mutilū,et rarpilū,aliter cornutuꝫ et ſetoſuꝫ.

Rareſcere,ſignificat rarum fieri,ſiue deficere.Colu. lib.iiij. Negligentia cultorum magna pars deperit,et interius ſeminū,cęteraq̄; virentia rareſcunt.Lac.li.vij.Ita. n. Iuſtitia rareſcet ē īpietas,ē auaritia,ē cupiditas,ē libido crebreſcet.

Raſtrum,et raſter mas.ge. Terenti.At iſtos raſtros interea depone.Virgi. Raſtraq̄; incuruos ęnum tribuere ligones. Dicuntur autem raſtra,ſeu raſtri,qui et rutabri vocantur, ꝑe quibus per feniſecia feſtucas abradimus à quo abraſa raſtelli ſunt nominati,vt inquit Var.lib.i.de re rus. Tum de pratis inquit ſtipulaꝫ raſtellis eradi,atqꝫ addere ſeniſecio cumulum,quo facto ſiciliēda prata.i.falcibus conſectanda.Veruꝫ,et ſtabulariorum vſibus deputantur,hiſdē quoqꝫ terrā effodiūt. Sue.ī Ne.Tubaq̄; ſigno dato primus raſtello humū effodit. et corblę ꝯgeſtam humeris extulit.

Raſtelli.Vide in dictione Raſtrum.

Ratus,a,um ꝑticipium à reor reris,qđ ſigt̄ puto imaginor. Pris.Reor q̄ꝫ ratus facit ꝑticipium.vt puto dr̄ię cā,ꝙ ritus aliud ſigt̄,ē retus ꝑ reatus dicebāt,qūo ſaucius,ꝑ ſauciatus,laſſus ꝑ laſſatus.Plau.ī Amp. Victis hoſtibus,q̄s nemo ſuperari poſſe ratus eſt. Aliquando ratus dicitur firmus, certus.Terenti. in Ecyr.Ne quod ego egiſſem eſſet ratum.

Ratifico,as,approbo,et quod actum eſt confirmo. Veteres ratare ꝑ ratificare dicebant.Vñ eſt irritare contrarium.

Rō,à ratuꝫ ſupino fit.Et eſt vis illa aī, q̄ à cęteris aīalibus hō disiungitur.Quę ſic diffinitur,ab Aug.lib.ij.de ordine ꝙ ſit mentis motio,ad ea,q̄ diſcutiuntur diſtinguendi,et ꝯnectendi potens.Vñ ab Horatio ponitur ꝑ rōcinatione et diſcurſu aī ad inueſtigandū veꝝ.Cic.li ij.ad Herē. Rō eſt cā,q̄ demonſtrat veꝝ eſſe id,qđ ītendimus breui ſubiectione.Sene.Quid eſt rō, niſi nāę imitatio? Sequitur rō naturaꝫ , et bonū,ſine rōe nullū eſt,et virtus non aliud q̄ recta rō.Aliqñ tñ rō ponitur ꝑ reſpectu, et cura.Cicer. Planco.Peto à te,vt mei rōnem hēre velis,et ſalutis, et dignitatis meę.Sic dicimus hn̄da eſt rō honoris,rō rei familiaris.Ideꝫ lib.ij.offi.Hn̄da ratio eſt rei familiaris,quas quidem delabi ſinere flagitioſum eſt.Si vero iungatur,cuꝫ ꝓpoſitione,cuꝫ ſignificat negociū. Idē in Cato. Rationem habet,cum terra , q̄ nunq̄ recuſat imperium.Et ad Atti. Cum oībus muſis rōnem habere Cogito.Aliqñ ponitur ꝑ cā,ꝙ nulla cā eſt ſine ratione vt apud eundeꝫ.M.Catoni. Cū āt ad Cibiſtra.ꝑꝑ rationem belli.v.dies eēm moratus. Aliqñ ꝑ mō,via,ē forma.Sal.At ego vobis inqt ſi modo vultis eſſe viri rationes oñdam,qua tanta iſta fugiatis.Et rō quādoqꝫ dr̄ ſupputatio,vel calculus,ſiue expenſa.Plau. in Aul.Supputatur rō cū argentario.Idē in Amph. Et vt res rōneſq̄; veſtrorum oīum bene expedire voltis. Vñ rōnarius codex in quo accepti,et expēſi rationes deſcribunt̄. Sue.in Cęſa.Seruitia recentiora immēſo precio,et cuius ēt ipſuꝫ puderet ſic , vt vetaret rationibus inferri.i.nolebat in rationario perſcribi eam ſummam,quam impenderat in emptione ſeruorum.Ratio etiam proportio dr̄ vt ſiqñ numerus ad numeꝝ habet proportioneꝫ quam nos rectū dicimus.Rationem,vel duplaꝫ, vel triplam,vt quatuor ad duo ē ſex ad duo.Rationeꝫ purgare.Vide in dictione Purgo.Rationem conſtare eſt ęquam , legitimamq̄; rationem oſtendi,aut apparare oſtendi poſſe.Ply.iunior.Miruꝫ eſt. q̄ ſingulis diebus in vrbe ratio aut conſtet , aut conſtare videatur,cum pluribus,cunctiſq̄; non conſtet.

Ratiuncula.dimi.Terē.in Phor. Erat ei de ratiuncula iamq; pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum.

Rationale,philoſophi dixerunt eſſe,qđ rōne vteretur,vel vti poſſet.Vnde dicimus hominē eſſe aīal rōnale,et mortale. Hic genere poſito,quod animal eſt dictum videmus additas duas dr̄ias quibus admonendus erat homo,et quo ſibi redeundum eſſet,ē vnde fugienduꝫ.Nam vt progreſſus animę,uſqꝫ ad mortalia lapſus eſt , ita regreſſus eſſe in rationem debet.Vno verbo à beſtijs,quod rōnale. alio à diuinis ſeparat̄,quod mortale dr̄.Illud niſi tenuerit,beſtia erit.Hinc niſi ſe auerterit,diuina erit.Rationale ſubſtātiuum genus veſtis ſacerdotalis eſt.Hie.ad Fabiolam.Rationale etiaꝫ dicitur genus veſtis apud hebręos oſuin grece longion,nos rationale poſſumus appellare,pannus eſt breuis ex auro,habens magnitudinem palmi , per quadrum,et duplex ne facile rumpatur.

Rationabile dicitur, quod cum ratione factum dictumue eſt. Cuius contrariū eſt irrationabile. Itaqꝫ domum aliquam rōnabileꝫ poſſumus dicere, noſtrumq̄; ſermonem. Rationales autem, vel illum qui hanc fecit,vel nos, qui loquimur.Ergo procedit ratio ab anima rationali in ea, quę vel fiunt rationabilia ,vel dicuntur . Duo ergo ſunt in quibus potentia, vel vis rationis poſſit etiam in ipſis ſenſibus admoneri opera hoīum, quę videntur, et verba quę audiuntur.In vtroque auteꝫ vtitur mens gemino nūcio,pro corporis neceſſitate.Vno , qui oculorum eſt altero qui aurium.Ita cum aliquid videmus congruentibus ſibi partibus figuratum non abſurde dicimus rationabiliter apparere . Item cum aliquid bene concinnere audimus, non dubitamus dicere,ꝙ rationabiliter ſonat irrationabile vero quod his caret.Quin.libro.ij . Sed quia carent ſermone, q̄ id faciunt,muta atqꝫ irrationabilia vocant̄.

Rationarius liber, in quo rationes rerum geſtarum continentur.Sueto.de Aug. Rurſus tedio diuturnę valitudinis, cum etiam à magiſtratibus , ac ſenatu domum accitis rationariuꝫ imperij tradidit.Et rationarius liber accepti, & expenſi,vt ſupra in dictione ratio.Item rationarius, qui rationarium conficit vel qui rationibus pręeſt. Marcellinus.Quidā ex mercatore opulēto rōnarius appitor.

Ratiocinor,penul.core.ſignificat, per rationem quandam deprehēdo,colligo,cōputo.Gel.li.i.Plu.in li.quē ὁπόσον ψυχῶν, καὶ σωμάτων ἀνθρώποις πρὸς εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορά.i.q̄tuꝫ īter hoīes animi corporiſq̄; īgenio,atqꝫ virtutibus interſit conſcripſit ſcite ſubtiliterq̄; ratiocinatum Pythagoraꝫ philum dicit in reperienda modulandaq̄; ſtatus longitudinis eius ꝓſtantia.Cice.lib.v.Thus.At nos metiēdi rōcinādiq̄; vtilitate īſpecta huius artis terminauimus modum.

modū. Hīc rōcinatores dcī sūt, q calculatores vulgo nōminant. Ci.li.i.offi. Vt boni rōcinatores offōrum eē poſſumus, et addendo deducēdoq̄; vr̄ quo reliq ſumma fiat. Mar. Nec calculator, nec notarius velox maiore quisq̄ circulo coronet. Rōcinatio inqt Au.lib.de īmortalitate aīę, eſt à certis ad incertoꝝ indagationem nitens cogitatio.

Ratis, et rates, ſm Probū efferri pōt, Et ꝑe rates dn̄r cōnexe, et rectę compactę inuicē trabes quę per aquā trahunt. abuſiue à poëtis vſurpant ꝑ nauibus. Vir. Diſiecitq̄; rates.

Raudum dicebatur ęs. Vide in dictione Rudus.

Rauēna vrbs in octaua regione Italię. Sabinorum oppidū in ora litoris Adriatici olim tota ligneis compacta ędificijs aqs diffuſa, pontibusq̄; ac lembis pagrata, à Theſſalis condita perhibet inqt Stra.li.v. Alij poſt exciſam Troiā. Alij poſt confuſā hominum labia in babylone poſitas fabulant. Et cū à mari fiunt inundationes, non mediocrē accipit partē cęni paluſtris. De hac Syl.lib.viij. Lenta paludoſo ꝓſcindunt ſtagna Rauennę. Hīc ortus eſt Caſſiodorus ſenator, q multa eruditiſſime ſcripſit, hanc vrbem vetuſtā eſſe res ab oſtrogottis geſtę ꝯmemorant, qui in ea regiam poſuere. Li. Author eſt ab Auguſto muris cinctam fuiſſe quos valentinianus impator poſtea ampliauit eiuſq̄; Archiepō. xij. ciuitatum epōs ſubiecit Arimini, cęſenę, forliuij, foricornelij, fauentię, briucij, Bononię Mutinę, Rhegij, Parmę, et Placentię quę ciuitates deinceps ſub Exarchatu fuere. Et Alaricus ſubinde eam magnificauit. Sic et Theodoricus qui in ea octo et xxx. annis regni ſedem habuit. Nunc à ſenatu veneto ſic inſtaurata, vt renouata dici poſſit hęc fuit patria beati Apollinaris primi eius epiſcopi et Vitalis et Oriuaſij et protaſi hic ortus eſt Petrus ille Rauennas illuſtris, fori Cornelij epiſcopus qui multa in Theologia ſapienter ſcripſit.

Rauis raucedo vocatur, quę fit, aut nimia ſiccitate, propter clamorem, aut nimio humore ad vocis loca fluentę, ex qbus vox hoī plerunq; negat. Plau. in Au. Huccinę deduxiſti me ad ſenem parciſſimū, vbi ſi qd poſcamus, ad rauī poſcamus, priuſq̄ qcq̄ det. Apul.li.iij.flor. claritudo arterijs obſoleſcit identidem boando purgant rauim. Hīc verbum deducitur Rauio, is ꝙ eſt Rauim habeo.

Rauū veteres dixerūt obtuſū. Vn̄ raua vox obtuſa. et parū liqda. Rauus color obtuſus. i. miſtus niger cū fuluo, color īter flauū, et cęſiū. Ci.lib.iiij.Acad. Quia nobiſmetipſis tū ceruleū, tū rauū videt qᵹq; nunc ſole collucet. ſic ab Ho. Raua Lupa dr̄ ſic Raulię à rauis oculis appellatę.

Rauiſellus dimi. à raua. Pla. Quis inquit hęc mulier et ille rauiſellus qui venit.

Raucus, q nimio clamore, vel alia cā vocē obtuſā hēt. Aliqn̄ tn̄ refert ad optimā vocē. Virg. Dāt ſonitū rauci ꝑ ſtagna lıq̄ntia cygni. Hīc raucitas, et raucedo ꝑ vocis obtuſitate.

Raucę v̄mes terreni, radices arborum lędētes. Ply. Olea vbi q̄rcus effoſſa ſit male ponit quando v̄mes, qui raucę vocant, in radice quercus naſcunt, et tranſeunt.

Raucio, is, auci, auſum, raucus ſum. A quo Irrancio. Eſt et rauceo, ces, à quo rauceſco, et irrauceo.

R ANTE E

Re prępoſitio, ꝑ Apocopen, à retro facta vr̄. Vn̄ reſpicio retro aſpicio reuertor, retrouerto, repoſco, rem datam retro poſco. Et non niſi ꝯpoſita reperit, quę etiā alias ſig̃tiones hēt. Nā quandoq; ꝑfectionē denotat, vt recognoſco. Qn̄q; reciprocationē, vt redamo. Qn̄q; contra, ſiue aduerſus vt reluctor, repugno, reſiſto. Quandoq; iterum, atq; iterum ſeu ſepe, vt reputo. Quandoq; de nouo, vt renouo quod ē rurſus nouū facio. Quandoque inde, vt remoueo. Quandoq; valde, vt redūdo. Qn̄q; longe. Virg.li.iij. Italiā petīr, et terras tentare repoſtas. Ser. i. longe poſitas. Quādoq; denotat ꝯrietatem ſuoꝝ ſimpliciū, vt retego, quod tectum erat denudo. Reſigno, qᵹ ſignatum erat aperio. Recludo, clauſum patefacio. Quandoq; hēt diuerſam, licet nō ꝯtrariam à ſuis ſimplicibus ſig̃ationem, vt ſciſco. Nam cum ſcire ſit cognoſcere, reſcire tn̄ ſiue reſciſcere, non eſt rurſus cognoſcere, ſed factum aliquod occultius, et inopinatum, iſperatumq̄; cognoſcere aduertere. De hoc loco ſuo. Sic rn̄deo, quod nō ſolū redico, aut repromitto, ſed re, atq; effectu ſatiſfacio. Hēt aliqn̄ re eandem ſig̃ationem, q̄ hēt ſimplex, vt repn̄to ſuperabundat. n. re. Componit aūt, cuꝫ dictione ab a, incipiente, vt redamo, redarguo, b, vt rebello c, vt recurro, d, vt reddo, e, vt redeo, f, vt refero, g, vt regredior, h, vt redibeo, i, vt reijcio, l, vt relego, m, vt remigro, n, vt renitor, p, vt repugno, q vt requiro, s, vt reſarcio, t, vt retineo u, vt reuertor. Sed cum a, e, et h interponitur d, cauſa euphonię.

Reapſe ſig̃t re ipſa. Pac. ſi nō eſt ingratum reapſe qᵹ feci.

Reate ciuitas ī Vmbria, ex q̄ Veſpaſia. originem duxit. Hīc Reatinus, a, um, pe. ꝑ. pos. vt Reatina ꝑfectura apᵹ Val.

Reatus, us, culpa crimen.

Rebello, as, ex re, et bello, ꝑe ſig̃t repugno. Vn̄ rebelles dn̄r, q ī fide nō ꝑmanent, et iuſſis ptātum repugnāt. Et rebellio repugnātia. Rebellare vulnera, ſeu vitia dn̄r qn̄ ſemel curata repullulāt. Ply. Strumea herba eſt, qua rurſus ſata rebellare credunt herbarij, qui curauerunt vitia.

Rebla regio babylonioꝝ, vel vrbs, quę nunc Antiochia dr̄.

Reboo, as, ex re, et boo mugio. Grecū ē (vt inqt Ser. in cō. Ge.) Nā apᵹ latinos nullū v̄bum eſt, qᵹ ante o, finalē hēat o, excepto īchoo, qᵹ tamē maiores aliter ſcribebāt, aſpirationē īterponentes duobus vocalibus, et dicebant inchoo per tranſla. tamen reboare ſignificat reſonar̄. Virg. lib.iij. Geor. Reboant ſyluęq̄;, et magnus olympus.

Recaleſco, rurſus caleſco. Ci.li.iij.de na.deo. Qᵹ n̄ris quoq; corpibus contingit, cū motu, atq; agitatione recaleſcunt.

Recaluaſter dimi. ſig̃t eum, qui fronte calua eſt, non toto capite, quaſi recaluatulus Legi quendam alioquin eruditum exponentē recaluaſtrū eſſe retro caluū, qᵹ falſuꝫ eſſe conſtat, ex authoritate. Hie. in Leui. ſcribentis. Si à fronte ceciderint pili, recaluaſter, et mundus. Dicitur et recaluus. Plau. in ru. Ec quem recaluum, ac ſilonē ſenem. Hier. cōtra Ioui. Recalua fronte de Socrate. Hinc recaluo, uas.

Recanetū ciuitas in Italia, quę à priſcis recinata dicebat.

Recedo, is, abeo diſcedo. Vn̄ receſſus pro diſceſſu. Aliqn̄ ꝯtraho extendo, à quo receſſus pro ſpatio. Cur. in eo nemore longo receſſu domus erat. Et recedere eſt retro cedere, à quo fit aduerbium receſſim, qᵹ eſt retro cedendo. Pla. in Caſ. mutabor nepam Receſſim dabo me ad parietem.

Recello lis, reduco, reclino, ſicut excello, in altum extollo. Apul. lib. x. de Aſi. Illa. n. quotiens ei parcens nares recellebam accedens toties niſu rabido, & ſpinam prehendens ad eam appliciore nexu inhęrebat. Liui. lib. xxiiij. ferrea manus cū iniecta ꝓ re eſſet, grauiq̄; libramento plumbi recelleret ad ſolū ſuſpēſa ꝓra nauium in pupi ſtatuebat.

Recellicluni ę dictę ſunt meritorię meretrices, quę deſultura quadam, et aſſultura mouent clunes, vti Venus concinnior inſcenſori pręſtetur. Plau. An vis inter iſta verſarier ꝓſedas piſtorum amicas recelliclunias alicarias.

Recens nomen ſig̃t nouū, hoc eſt, qᵹ nuper accidit. Vn̄ recentior, et recētiſſimus, aduerbiū recēter. Ci. Horum recētioꝝ nunq̄ dictū ab vllo, ꝙ ſciam. Idem Au. Cecinnę. Cōmemorarem, non ſolum, ſed hoꝝ etiam recentium, vel ducum, vel comitum tuorum grauiſſimos caſus. Inuenit etiam recens aduerbium. Plau. Qui recens ex agro venerat. Virg. Sole recens orto, ideſt recenti tempore.

Recētari, renouari, et denuo recēs fieri. Acti. Iamiā albicaſcit phębus, et recentatur, cōe lumen hoībus, et voluptas.

Recenſeo, es recognoſco, et ſummā totius populi, per numeros colligo. Vn̄ recenſus pro recenſione, ē recognitione dr̄. Et recenſiti, qui per recenſum numerati ſunt. Sue. in Cęs. Recenſum populi vicatiꝫ per dn̄os inſulaꝝ egit. Et ī lib. Numeri ſcriptum eſt, ꝙ recenſiti ſunt à vigīti annis omnes qui poterant ad bella procedere.

Recido, is, pe. cor. recidi, recaſum, ſignificat retro, ſiue iterum cado, et ſemper producit re. Proper. Recidit inq; ſuos menſa ſupina pedes. Ambro. de obitu Satyri, pro ſimpli-

ci poſuit. Semꝑ optaui, vt ſi quę ꝑturbationes, vel eccleſiā, vel me manerēt in me potius, ac meā reciderent domus.

Recidiuus, a, um, pe. pro. ſigt qđ recidit. Virg. lib. iiij. Et recidiua manu poſuiſſem Pergama victus. i. quę reciderunt, quaſi Didoni ſe purgans dicat Æneas. Si mihi licuiſſet ruinas Troię ꝑtinus inſtauraſſem. non tot tantiſq; laboribus, ac periculis ꝯdere nouam vrbes queſiſſem. Similiter capit illud, ex li. vij. Quin idem Veneri partus ſuus, ē Paris alter. Funeſtęq; iterū recidiua in ꝑgama tędę licet. Ser. interpretat recidiua poſt caſum reſtituta. Quod minime verū eſt, cū nunq̄ reſtituta fuerint. Nā et ſi febres, à Plyn. recidiuę dicant, nō ꝑprie, neq; ex vocabuli ſigatione fit ſed ex appellatōe tm̄ quaſi recidiuoꝝ febres pp eos, qui in eas incidunt, et poſt eaꝝ depulſionē reſtituunt, rediuiuę ꝑprie, non recidiuę dn̄r, quia tūc non recidūt, ſiue nō depellunt, ſed reuiuiſcunt, et integrant. Recidiuus igit, qui recidit. i. q retro, vel rurſus cadit, et non poſſit ꝑmanere. Vnde ēt eius ſimplex. Cadiuus, qui cadit. Ply. lib. xv. Colligi mala poſt ęqnoctium autumnale, neq; ante ſextamdecimā lunā, neq; an̄ primā horā cadiua ſeparari ſtramētis, ſtoreis paleiſue ſubſterni, rara cōponi, vt limites peruij ſpūm ęqualē accipiāt. Similē ſigationem hn̄t reliq̄ noīa in uus terminata, vt natiuus, votiuus, rediuiuus.

Recīdo, is, di, ſum, pe. pro. ex re, et cędo, qđ īcīdo ſigt, quaſi retro ſeco. Vnde reciſos ramos dicimus. i. reſecatos.

Reciſamentum à recido paruū fruſtum, et quaſi ramentum ex aliquo reciſum. Ply. Ocyſſime vero, eruginem cōtrahit ęs coronarium reciſamentis in acetum additis.

Recipio, is, pe. cor. ex re, et capio, proprie recipere dicimus qn̄ qs aliqd, qđ tradidit recipit, q̄ſi retro, vel rurſus capio. Liui. li. ix. Recipiant arma, quę ꝑ pactionez tradiderunt. Qn̄q; ꝑ admittere, accipere. Ci. li. ij. offi. Cyrilū quendam ſuadentē, vt ī vrbe manerēt, Xerſemq; reciperēt, lapidibus obruerunt. Qn̄q; pro reuocare. Virg. Sic ore effata recepit ad ſeſe. Qn̄q; in tutum reducere. liberare. Idem. Medioq; ex hoſte recepi. Hinc receptus, us, pro reductione. Et recipere ſeruū. Vlp. dicit refugium eſſe abſcondendi cā ſeruo ꝑſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno loco, ędificioue, quod receptū dare vulgo dr̄. Quādoq; ſimpliciter reducere. Pla. in Cap. Inde me continuo recipiā rurſum domum. Qn̄q; recuꝑare. Ci. in Cat. Tarentū vero, qua vigilantia, quo conſilio, recepit, tū qdem me audiente. Salinatori, qui amiſſo oppido fugerat in arcem gloriam, atq; dicenti. Mea opa. Quinte Fabi Tarentum recepiſti. Et certe inqt ridens, niſi tu amiſiſſes nunq̄ recepiſſē. Qn̄q; excipere ad vſuz ſuū, et reſeruare, quod fit cuz venditis cęteris ſibi qppiam reſeruat. Plau. in Tri. Vbi nunc adoleſcens hēt poſticulum hoc recepit, cuz ędes vendidit. i. ꝑticulam q̄dam quę poſt eas ędes erat nō vēdidit Cato. Mulier magnā dotez attulit, tū magnā pecuniā recipit. i. retinet. Hic receptitius ſeruus appellatus eſt nuptę mulieris ꝓꝑus, quē. s. cū dotem marito daret ſibi reſꝑuauit, quotiēs. n. mulier ī danda viro dote aliq̄ ex ſuis bonis retinet, nec ea ad virum tranſmittit recipere ea dr̄. Qn̄q; ꝓſternere. Virg. li. viij. Totum, cui cominus enſem Condidit aſſurgenti, et multa morte recepit, qđ et ꝑ accepit exponi pōt, Sicut cū dicimus. Accepit eū crudeliter, vel malis modis. Sigt etiā facienda ſuſcipere, et cum obligatione promittere. Ci. craſſo. Quę tibi ꝓmitto, ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturū. Qn̄q; ſimpliciter promittere Cecinna ad Cic. Sed tn̄ ego filio dixerā. librū legeret et ea ꝯditione daret, ſi reciperes te correcturū. Ci. Bruto pro polliceor poſuit, cū inqt. In ipſa cā exponēda ſatis ēt de ꝓbitate dixi, ſed tn̄ ſeparatī ex me recipio fore eum, tibi et voluptati et vſui. Nam et modeſtum hominem cognoſco et prudentem et à cupiditate omni remotiſſimum, ꝑterea magni laboris, ſummęq; induſtrię neq; hęc polliceri debeo, quę tibi ipſi, ſi bene cognoris indicanda ſunt. Seruat. Cice. morem ſuum, vt difficile verbum recipio, per facile polliceor poſtea doceat.

Recepti in ciuitatē dn̄r, q cū ſuffragio ciues ſūt effecti vt apđ Li. ſępe legit. ē receptus mos ē, quē ſpōte ciuitas aliena aſciuit.

Receptus, us, reductio. i. quo ſe tutus recipit exercitus. Vn̄ receptui canere dicimus cū tuba exercitus è pręlio reuocatur. Virg. lib. xi. Planicies inculta iacet tutiq; receptus. Vege. Tibicines ad bellum vocant milites rurſum receptui canentes reuocant.

Receptitius, tia, um, quo reſeruatur. Vnde receptitius ſeruus appellatus eſt nuptę mulieris proprius, quem reſeruauit, cum dotem marito daret. Qui et ſuperdotalis dicitur dominę futurus iugis comes.

Recepto, as, frequen. à recipio. Teren. Meum receptas filiū.

Receptaculum locus, in quem ſe tuto recipiunt. Cice. Omnium bonarum artium receptaculum.

Reciperatia à veteribus dicebat, cū īter ciuitates ꝑegrinas lex ꝯuenit, vt res ꝑuatę reddant ſingulis recuperenturq;.

Recidipna veſtes, quas vocant cęnatorias. Iuue. Ruſticus ille tuus ſumit ricidipna Quirine. Compoſitum nomen ex latino, et gręco. s. ex ricinio et δεῖπνος qđ cęnam ſignificat. Eadem etiam Triclinaria dicuntur.

Recinium. Var. Ab eo qđ dimidiam partem retrorſum reijciebant à reijciendo reciniū dictū. Riciniū ēt oē veſtimētum quadratū. Hi q. xij. tabulas īterpretati ſūt eē dixere Qua toga mulieres vtebantur ꝑtextum clauo purpureo. Ricę aūt ē Riculę vocantur parua recinia, vt palliola ad vſum capitis facta cranij. Quidam aiunt eſſe mulierbre cingulum capitis quo pro vitta flaminica redimit. At recte appellant veſtimenta virilia quę p̄res liberis ſuis conficienda curāt honoris cā ita vſurpata qđ à ſtantibus et in altum texant. Riciniumq;, vt Ply. et Dios. Sunt anthores fruticis eſt cicis fętus qui Croton à gręcis dicitur, et illi beſtiolę ſimilis, quę affixa iumentis tandiu, perſtat quo ad diſrumpatur. Ab hac veſte Reciniati mimi. dicti ſunt. Quidam tamen per i ſcribunt Ricinium.

Reciprocus, a, um, pe. cor. quod eſt repetitum. Vnde pronomen reciprocum dicitur quia in ſeipſum reflectit. Var. A recipiendo deriuat reciprocum, et id eſſe aſſerit, quod aliqunde profectum, redit eo. Vnde profectum eſt.

Reciproco, as, repeto reflecto, remitto, retrogradior. Liui. lib. ij. de bel. puni. Cum iaz ſpiritum includeret ventus, nec reciprocare animam ſineret auerſi à vento parumper cōſedere. Gel. in eam phiſtulam, per q̄ ſpiritus reciprocatur. Cic. li. i. de diui. Si quidem iſta ſic reciprocantur vt ſi diuinatio ſit, dij ſint, ſi dij ſint, diuinatio ſit.

Recito, as, ex re, et cito ſigt ſcripturam clara voce, vt alij audiant, intelligantq; lego. Vnde poētę. & alij ſcriptores recitabant publice opera ſuo, et nonnulli aliena. Aliqn̄ non legendo, ſed memoriter referendo fit recitatio. Quin. At iſta legem recitat loquens de muliere, quę cęca erat.

Reclamo, as, pe. ꝑ. clamore aduerſor, non acquieſco. Cice. ꝓ Pompe. Propterea, qđ iſtis reclamantibus, vos vnum illum elegiſtis, quē bello ꝑdonum ꝑponeretis. Idem. Lentul. Eius orōni vehementer reclamatū eſt. Hie. ad Dama. Sacerdotalem ordinem non tam pie, q̄ audacter inuaſit, et reclamātibus leuitis, nōne tu es Ozias rex, et non ſacerdos.

Recludo, is, pe. ꝑ. mō ſigt ꝓbe claudo. Hier. Oſtiuz, qđ patebat recludens ſera offirmauit. Mō hēt ſigationē ꝯriam ſuo ſimplici. Plau. ī Cap. Cellas refregit oēs ītus recluſitq;

Reclunium morbus, cum circa vngues cutis ſe ſoluit. Cluere enim ſoluere eſt.

Recognoſco, rurſus cognoſco. Ambro. Fraudis ſuę vaſculum diabolus recognouit Interdum perfecte cognoſco. Lactan. lib. ij. Quę facta, cum pater recognouiſſet, abdicauit atq; expulit filium. Interdum eſt (vt ſe aliquid habet) reuideo. Colu. lib. i. panis, potioniſq; bonitatem guſtu ſuo exploret, veſtem manicas, pedumq; tegmina recognoſcat. Inde etiam cum opus compoſitum emendandi cauſa reuidemus, recognoſcere dicimus.

Recolo, is, pe. cor. ſignificat reputo repeto, meditor, et mente tracto. Diome. ſupereſt, vt ſingula recolendo memoria tenus mandentur, ne fruſtra cum tempore euaneſcant.

Cice. pro

cice.pro Archia. Quantum alij tribuunt tempestiuis cõui uijs q̃tum deniq; aleę,q̃tũ pilę tm̃ ego mihimet ad hęc studia recolenda sum̃psero. Interdũ recolere est rursus colere,celebrare, reuidere, seu regrere. Hier.in prolo.Paral. Siqs in hac interp̃tatione voluerit aliqd reprehendere, interroget hebręos,suaз ɔsciẽtiã recolat, videat ordines, textumq; sermonis,et tũc nr̃o labori,si potuerit, detrahat. Idẽ pro recitare posuit scribens ad Principiã.Sępe et mul tum flagitas virgo Christi Principia,vt memoriam sanctę fœminę Marcellę literis recolã et bonũ,quo diu fruiti,sumus et cęteris noscendum, imitandumq; describã.Interdum significat ad mentem,seu memoriam trahere.Aug. lib.ix.cõ.ad hęc ei,quid responderim, non satis recolo.

Recondo,dis,repono,et contego.

Recordor, rursus in cor reuoco,vel iteꝝ rem cordi do. Et dicimus recordor huius rei, et hanc rem.Cic.in Cato.Vt pedestres. nauales ue pugnas, vt bella à se gesta triumphosq; recordentur.Inuenitur,et cõe.Hiero.in Ezech. Oẽs iusticię, quas fecerat,non recordabuntur.

Recresco,rursus cresco.Ply.Cartilago rupta nõ solidescit, nec pręcisa ossa recrescunt.

Recrudesco, renouo tractum à vulneribus,quę agitatione nimia interdum recrudescunt.i.cruda et noua fiunt.

Recupero,ras,pe.cor.redimo,et rem amissam rursus acquiro.Liui.lib.v.Ferro,non auro recuperare patriam iubet.

Recuperatores sunt iudices vñ nos recupauimus quod debebatur.Quin.Etenĩ recuperatoris non ea sola vis est quę ad corpus nostrum vitamq; ɔuenit, sed et multo maior ea q̃ piculo mortis iniecto formidine aĩam p territã loco, spe,et statu certo dimouet . Nam et recuperatio est, vt ait gallus Aelius cum inter populum et regem,nationesq; & ciuitates peregrinas lex ɔuenit, qũo p recupatores reddãtur recuperenturq̃; quas priuatas inter se prosequantur.

Rectus,cta,ctum,à rego fit,et idest, quod regitur,sicut rector,qui regit. Aliqñ rectus dr̃,qui stat,& erectus est.Vnde dicimus. Ille vadit rectus,hoc est,non flexus. Aliquando dicitur,qui nullam in partem flectitur, cuius contrarium est obliquus. Vnde per translatio. recti homines vocantur iusti, et rectum iustum.Item rectum dicitur perfectum officium, quod gręci catorthoma vocant.

Rectus,apud grãmaticos dr̃ primus casus, qui tñ improprie dr̃ casus,cum nominatiuus à nullo flectaƭ, et cęteri casus ab eo flectantur, et cadant, ideoq; dicuntur casus.

Recta absolute,à veteribus dicebatur cęna, quã clientibus, et conuictoribus , et recto ordine discumbentibus laute principes dabant.Sueto.de Augu.Conuiuabatur, et assidue,nec vnq̃ nisi recta,non sine magno ordinum,hominumq̃; delectu.Mar. Promissa est nobis sportula recta data est.sportula vero specimen erat pusilli,parciq; hominis . Idem in Nero. Adhibitus sumptibus modus publicę cęne ad sportulas redactę.

Recta tunica dicebatur, q̃ ita contexta erat.vt veluti rigens staret.Vel q̃ à stantibus ab imo, in altum texebatur,hac Tirones et nouę nuptę induebantur.Inuenitur etiã recta aduerbium.Ply.cum domum recta, proficisceret, et author obsceni carminis.Non assis faciunt,euntq; recta.

Rectũ dr̃ intestinum, quid in imo,vñ excernit dirigitur.

Recte aduerbium sig̃t bene iuste.Et differt recte dicere , et vere dicere, ꝙ recte dicere,ad verba, vere ad sententiam referatur.Nã possumus recte,et falsum dicere,dummodo nullo vitio verboꝝ dicatur.Ter.Et recte,et vere dicis.

Rectangulus est,cum lineę ita coniunguntur, vt nulla pars magis declinet.

Recubo,bas,pe.cor..et recumbo,is,quiesco iacio. Virgil.Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi.Et iterum.In te omnis domus inclinata recumbit.

Recula,lę,pe.cor.diminutiuum est à res.

Recuso,sas,pe.pro.ex re,et cuso, quod à cudo,is,fit.Et significat refuto.Ambr.Quę à beata Agnete,veluti quędã sunt stercora recusata.

Recutitus,pe. pro.curtatus,et cui à glande reiecta est cutis. Quo nomine dicti sunt iudęi . Sidon. Fert recutitoꝝ primordia iudęoꝝ. cã cur hoc fiat refert à Lactantio. Deus cupiens (vt Socrati pariter placebat) corpora humana esse fenestrata . nihil tecti et obuoluti in finibus cordis iussit nudandam glandem, hoc est cor discooperiendaз, quod figurata similitudine glandi conuenit,vt significaretur cor ipsum retegendum,& pura nuditate nudandũ. Recutiti ergo à recisa verendoꝝ cute vocati sunt iudęi. Mar. Nec recutitoꝝ fugis iguina iudęoꝝ. Aliqñ recutitus ruptus,& exulceratus dr̃ idẽ.Nec ruptę recutita colla mulę.

Redamo,mas,pe.cor.sig̃t contra,vel similiter,siue me amantem amo. Augu. lib.iiij.cõ.His, atq; hmõi signis à cordẽ amantium, et redamãtiũ ꝓcedentibus p os,p linguam, p oculos,et mille motus grauissimos,quasi fomitibus conflare aĩos,et ex pluribus vnum facere,hoc est,quod diligitur ĩ amicis,et sic diligit, vt rea sibi sit humana ɔsciã, si nõ amauerit redamantẽ,aut si iaз amãteз nõ redamauerit , nihil q̃rens ex eius corpe p̃ter indicia beniuolentię.

Redandruo,as, de priscis dictionibus est ex re , et andruo, signifi cat redeo.

Redeo,dis,rediui,et redij,itum,retro eo,siue reuertor.Terẽ. Redeo inde iratus, atq; egre ferens . Interdum renouor. Virg.Redit agricolis labor actus in orbem.

Redito,as,pe.cor.frequentatiuũ, sig̃t statim,siue ɔtinue redeo.Plau. ĩ Cap.Nunc ita ɔuenit inter me,atq; hũc Tindare,vt te ęstimatũ ĩ Aulidẽ mittã ad p̃res, si nõ reditas.

Reditus,us,pe. cor. duo sig̃t.s. reuersionẽ.Oui.Vela queror reditu,verba carere fide.Et ꝓuentus,eo ꝙ singulis annis reditus redeat.Idem lib.ij.de ponto.At reditus iam quisq; suos amat,& sibi quid sit vtile sollicitis supputat articulis.

Reddo,is,reddidi.itum,per duplex dd,dr̃ię cã,vel euphonię, quasi retro do.Nam ꝓprie reddere est,acceptum vel ablatum restituere.Teren.in Phor.Siquis quid reddit,magna est habenda gratia. Ponitur etiam pro dare. Celsus iureconsul.Reddendi verbum, q̃q̃ significationem habet retro dandi accipit tñ,et p se dandi significationem vt reddo tibi lr̃as , quas mihi.Cice.ad te dedit.Item pro facere, vt reddo te certiorem,'et tu me reddidisti ꝓbũ viꝝ.Virg. Tu das epulis accumbere diuũ . Item et reponere.Plaut. Tempestas venit , constringit tegulas imbricesq;,ibi dñs indiligens reddere aliãs,ne vult.Item producere.Idem in Tri. Id frumenti qñ alibi messis maxima est tribus tãtis illis minus reddit,q̃ obseueris . Item ꝓ.Exponere.Idem in Aul.Tibi ego rationem reddam stimulorum seges.

Redhibeo,es,pe.cor.ex re, et habeo,d,interposita,cã melioris soni,et abiecta aspiratione.Et est redhibere, vt Vlp.facere,vt rursus habeat veditor, quod habuerat.Festus Redhiberi id dicitur,quod redditum est improbatumq;. Et qui dedit rursus coactus est hr̃e id,quod ante habuit.Hic redhibitio actus ipse restitutionis.Verius h.seruatur.

Redigo,is,pe.cor.ex re,et ago.a in i,conuersa,& d,interposita,sig̃t quadaз ui,aut industria reduco,et semper actm̃, cum prępositione postulat, multisq; accommodatur actibus.Plaut.in Am. Deniq; Alcmenaз rediget antiq̃ in cõcordiam coniugis.Idem in Asi. Redigamq; te vñ orta es ad egestatis terminos. Cic.lib.iiij.Phil.Potentissimos reges bellicosissimas gentes in deditionem huius imperij redegerunt.Et lib.v. Quibus rebus tãta pecunia vna in domo coacervata est,vt si hoc gñs in vnum redigatur,non sit pecunia Reip.defutura.Lactan.lib.iij. Quid ille q patrimonium in nũmos redactũ effudit ĩ mare.Et iteꝝ. Sed si id fecisset ipse,se in populum redegisset. Teren.ĩ Adel. Tu homo rediges me ad insaniam. Et in Phor. Ego me nego,tu qui ais,redige in memoriam. Et iterum.In id redactus sum loci,vt quid agam ex illo,nesciam prorsus.

Redimo,mis,penul.cor.ex re,et emo,d interposita, euphonię causa significat emo. Cice. Qui merces redimunt, vt statim vendant.Et in iure ciuili redemptores, vectigalium emptores appellantur , Cice. in ver. Acti.ij. Vt primum

ex prouincia rediȷt, redēptio huius iudicij eſt facta grādi pecunia. Et redimere eſt recuperare, quod vernacula ligua dicimus reſcodere. Cice. re villiſſima, et parua maximam redemit. Vnde qui ab hoſtibus capti ſunt, vel q alicui pęnę ſunt obnoxij ſoluto precio redimuntur. Item qui iniuſte vexantur, ſi per ſolutionē pecunię liberati fuerint redemiſſe vexationes dicuntur. Plau. in Aſi. Redime iſthoc bñficio te ab hoc, ē tibi eme hūciſto argēto. Cur. Sed medici quoq; grauiores morbos aſperis remedijs curant, et gubernator, vbi naufragium timet iactura quicquid ſeruari poteſt, redimit. Teren. in Eu. Quid agas, niſi, ut te redimas captum, q̄ queas minimo ſi nequeas paululo, at quanti queas. Hiero. in Exo. Omne primogenitum hominis de filijs tuis precio redimes. Rurſus redimere emendare, quod tamen ferè in idem recidit. Cic. Non. n pteritam culpam videri nolo redemiſſe. Ille. n. prętentam culpam redimerē dr̄, qui aliquo egregio facto eam cōpenſat.

Redempto, as, frequentatiuum eſt à quo redemptito, ptitas. Plau. redemptitauere ad vnum captos.

Redimio, is, iui, itum, pe. pro. ex re, et emio, d, interpoſita, et e, in i, mutata, ſignificat orno, corono, acu pingo. Clau. li. ij. de Raptu. Nec ſic innumeros arcu mutante colores. Incipiens redimitur hyems, cum tramite flexo Semita diſcretis interuiret humida nymbis. Et lib. iij. Medijs inuenimus armis Exanimem, Cyane cęruis redimita iacebat. Nam eius ſimplex Emio orno, ſeu decoro ſignificat. Ouid. lib. i. Her. Quod tibi donaui perfide littus emi.

Ridimicula ornamenta capitis mulierum, et vittarum tęnię pendentes à poſteriori partę mitrę. Iuue. accipient te paulatim, qui longa domi redimicula ſumunt Frontibus et toto poſuere monilia collo.

Redoſtire ſignificat retribuere.

Rediuiua, quę poſt interitum redeunt, vel quod mortuus eſt, ad vitam redire poteſt. Cypri. Ad hanc denuo lucem rediuiuum corpus animat. Vel rediuiua ſunt, quę ex vetuſto renouant. Quod ē Sen. ſentire vr̄ li. iij decla. Rediuiuum me ſenē meretrix vocat. Iuue. Prodiga non ſentit pereuntē fęmina cenſum. Ac velut exhauſta rediuiuus pullulet arca Nummus, et è pleno ſemper tollatur aceruo.

Rediuius v̄miculus, ſeu beſtiola q̄das, q̄ ifixo ſemp ſanguini capite viuit, vni ex oibus aialibus cibi exitus non eſt, ſed vſq; adeo itumeſcit ſatietate, vt ipſo alimēto moriat, hoc gręci κροτῶνα vocāt latini rediuiū, à rediuiendo. i. ſoluendo, ꝙ carnē aialium ſuctu reſoluat. Vernaculi noſtri cecas appellāt. Col. li. vij. Ventri quoq; et ſub fęmina manum ſubijcere ꝯuenit, ne ad hmōi tactum poſtmodum pauescant, et vt rediuij, quę plerunq; fęminibus inhęrent eximantur. Naſcuntur autem ex gramine.

Rediuia morbus eſt, cum cutis extra vngues ſe ſoluit, quia rediuire eſt ſoluere. Gręce παρωνυχία dr̄. Ply. li. xxix. Lana ſuccida rediuias ſanat ex aqua frigida placidus grammaticus accipit rediuias pro ſerpentium genere exuuijs. Dr̄ et reluuium vt inq̄t Fes. relucere eſt reſoluere.

Redoleo, es, pe. cor. Vide in dictione Oleo.

Reduco, cis, pe. pro. retro, duco, retraho. Iuſti. lib. ij. Reliquas copias rex ipſe reducere in regnū parat. Suet. de Cali. Equitem Romanum obiectum feris, cum ſe innocentes proclamaſſet reduxit, abſciſaq; lingua rurſus induxit. Item reducere eſt liberare, et ſine periculo recipere. Apule. Meq; oppido in arcem reduco. Hinc reduces. Item replicare, à quo reductū replicabiles dicimus. Virg. Inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos. Item reconciliare, vt illud eiuſdem. Numenq; reducant. Huius verbi quandoq; prima producitur quandoq; corripitur. Hora. lib. Ser. Dij tibi dent capta claſſem reducere Troia. Virg. li. iiij. Eiectam claſſes, ſocios à morte reduxi.

Reducem, et reduces, pe. cor. illos dicimus, qui à periculis in tutum ab exilio, ſiue captiuitate reducuntur in patriam. Cice. pro Mi. Qui me reducem eſſe voluiſtis? an, vt ſpectāte me expellerentur ij, per quos eſſem reſtitutus. Vir. Nāq; tibi reduces ſocios, claſſemq; relatam Nuncio.

Redūdo, as, ex re, et tundo, d, interpoſita, ſig̃t ſuperabundo Hie. i Prolo. ꝑuer. Vt plenius cognoſcatis quid in libris noſtris minus ſit q̄d ue redundet. Et redundare, refluere, ſeu recipere. Pla. Hoc facinus in tuū redundabit caput.

Reduluceror, aris, ab vlcere fit, vt cutis reduluerat putridis humoribus. i. in vlcus prouenit. Colu. Scabre pati, quę prius aſpera teſta defricata, vel pumice redulceratur.

Refello, is ex re, et fallo ſig̃t, quod dictū eſt, arguendo falſum oſtendo. Ci. li. ij. Thuſc. Et refellere ſine pertinacia, et refelli ſine iracundia parati ſumus. Et differt à purgo, ꝙ refellere dicatur de eo, qui factum negat. Purgare de eo, qui fatetur quidem factum, ſed defendit.

Refero, pe. cor. reporto, quaſi retro fero. Quin. Ad patrem arma nō retulit. Aliquando in ꝯſultationem pono. Et ſic ꝯſtruitur, cū actō mediante ad Sal. Refer inquit, ad ſenatum. i. fer in conſultationem, vbi ſolet iungi de, vt De omnibus retulit ad ſenatum. Hinc relationes fieri dicuntur i ſenatu. Sene. Ex relationibus manant ſenatuscōſulta. Quod ēt in facto ſolet, vt Ci. Si ad vnum oia referēda ſunt digniſſimū eſſe Pompeiū. Hoc eſt, ſi vni oia ad ſcribenda ſunt. Aliq̄n renoco, redeo. Virg. Ille pedem referens Cice. Referebam me ad illud incredibile. Aliq̄n recenſeo. Virg. Cogere, donec oues ſtabulis, numerūq; referre iuſſit. Aliquando aſcribo. Sue. Et in deoꝝ numerū retulit. Aliquando ꝯuerto. Virgili. lib. xi. Multa dies, variuſq; labor mutabilis ęui retulit in melius. Aliquando renouo, ē quaſi rurſus fero. Idem lib. v. Hunc morē, hos curſus, atq; hęc certamina primus. Aſcanius. Longam muris, cum cingeret albam Rettulit. Aliq̄n produco. Ply. li. xxi. Diximus, et terram referre multum. Aliq̄n narro indico. Vir. Referes ergo hęc, et nuncius ibis Pelidę genitori, illi mea triſtia facta, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Aliquando oſtendo. Lucil. li. i. Quis poſſet ordiri quis nequeat, referat vnde. Aliquando dico, vt retulit mihi. aliquādo exprimo imitor. Iuue. Et multum referens de Mecęnate ſupino, Aliquando reddo. Virg. lib. viij. O mihi prętęritos referat ſi Iupiter annos, Qualis eram. etiam cum de beneficio reddendo loquimur gratia in ſingulari pro beneficio ſumi debet, vt referam gratiam. Quin et ad maleficium reddendum eo authores vtuntur. Plau. in Cur. Ni argentum referas. Sed quomodo differat, ab ago, et habeo, vide in dictione ago. Aliquando porto. Cor. Tacitus. Cum ex agris ſegetes domum referent. In tertia vero perſona ponitur, pro ęſtimandum eſt, ſiue valet, aut intereſt, ſiue vtile, aut commodum eſt, et contra naturam re syllaba producitur. Cice. Pu. Seruilio. Sperare tamen videor Cęſari collegę, nos fore curę, et eſſe, vt habeamus aliquam Rempu. Cuius conſilij magni referebat te intereſſe. i. ęſtimandū erat. Ply. infinitū refert lunaris rō. i. valet. in infinito Idē. Quippè victimas cędi ſine precatione, non videtur referre, nec deos rite conſuli, ideſt intereſſe. Quandoq; ponitur pro obeſt. Teren. in Phor. Quid tua malum id refert? magni Demipho. Col. lib. viij. de canibus loquens Non multum refert, magni Demipho. Colu. lib. viij de canibus loq̄ns. Nō multū refert, an villatici corpibus graues, et parum veloces ſint, ideſt pręiudicat, ſiue incommodum eſt, ſiue ęſtimandum eſt. Plau. in Rud. Quomodo habeas id refert iure an iniuria. Ply. lib. vi. Nec terrę tātum natura circa has refert, ideſt vtile eſt. Liui. Vero. lib. ij. aliter. Adeone eſt fundata leuiter fides, vt vbi ſim, quā qui ſim, magis referat, ideſt ęſtimet, ſiue exiſtimetur, cureturue. Aliquando ſumitur pro neceſſe eſt. Saluſti. Quare vanum quidem hoc conſilium eſt ſi periculum ex illis timuit, ſi in tanto omnium metu ſolus non timet, eo magis refert me mihi, atq; nobis timere. Virgi. lib. ij. Georgi. Neq; enim numero comprendere refert. Habet hoc verbū prętentum retuli, et ſupinum relatum, quorum vnum per duplex tt, alterum per duplex ll, quandoq; apud poëtas ſcribit. Hor. Retulit acceptos regale nūmiſma Philippos.

Lucr. Id rursum celi rellatum templa receptant. Catul. aliter. Si reditum retulisset, is haud in tempore longo. Oui. lib. xv. me. Esse fidem digitis ad frontem sepe relatis.
Refero acceptū, fateor me accepisse ab aliquo. Cic. Vitam acceptam refert clementię tuę. In malū. Ides omnia deniq; quę postea vidimus, (quid aūt mali non vidimus?) si recte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio.
Refero impensū, est rōnem de expēsis vel facio, vel reddo.
Refercio, is, si, sum. ex re, et farcio figt repleo, quod quidem alij cum ablatino, alij cum gtō construunt. Cic. pro Cor. Quod eis rebus vrbem. Italiamq; referserunt. Gel. Is librū multę, varięq; historię refertum composuit.
Reficio, is, pe. cor. recreo restauro. Plyn. Cum reficiendi animi gratia id fecisset. Vnde refectum instauratū. renouatū, et quod corruptum erat in statum pristinū reductū dr, q̄si rursus factū. Vlp. Verbo reficiēdi tegere, substruere sarcire, ędificare, item aduehere, apportareq; ea, quę ad eandem rem opus erit, continent. Aug. lib. i. con. Ruinosa est, domus refice eam. Et in euang. Erant reficientes retia.
Refigo, is, pe. pro. quod fixum erat, educo.
Reflatus, us, flatus. i. vētus ɔtrarius. Cic. ad Atti. Nanis relata in vticam reflatu. Vestis aūt reflata apud Apul. significat quasi flante vento renudatum. fit autem, à reflo, as.
Refluo, is, retro, seu rursus fluo. Vnde fluxus, et refluxus maris dicitur.
Refragor, pe. pro. verbum deponens, licet et refrago legatur, significat modo resisto, modo suffragor. Sisen. li. xxij. Multi populi, plurimę concionis dictaturas omnibus animis, et studijs refragauere, idest dictaturę suffragati sunt.
Refringo, is, rumpendo, aperio. Plau. in Cap. Cellas refregit omnes intus, reclusitq; armarium. Et refrigeř est fortiter, vel iterum frangere. Aug. lib. iij. con. Et hoc solum me in tanta refragantia refrigebat, ꝙ nomē xp̄i non erat tibi.
Refractarius dr̄, q ɔtumax ē, et nimis suę snię tenax. Sene. Existimāt phię fideliter deditos ɔtumaces eē, ac refractarios. Dcūs refractarius, à refringēdo. tanq̄ liberrimus sit, et ɔcta obstātia refrigēs, vt nullo ꝑuitutis claustro cohercea.
Refrico, as, pe. cor. renouo. Tractū à vulneribus, q̄ plerunq; fricādo renouant. Ci. Sextio. Sin āt oīa, q̄ sentio ꝑscripseris ne refricē meis lr̄is desyderium, ac dolorem tuum.
Refrigero, as, pe. cor. frigus induco, vel rem calidam frigidam facio. Cice. in Cato. Vbi enim potest illa ętas, aut calescere, aut apricatione melius vel igni, aut vicissim vmbris aquisūe refrigerari salubrius. Colu. lib. ij. Atq; ita rursus ī sole siccata, et mox refrigerata reconditur. Aliquādo refrigerare est subleuare, recreare. Vnde refrigerium subleuatio, & quasi recreatio mentis, tractum ab ęstuantibus, qui flabellis, et frigida aura recreantur. Aliquando diminuere, siue dimittere, siue econtrario Feruere, pro crescere, et frequentari.
Refrigeratorius, ria, rium, quod refrigerat. Ply. li. xxij. Refrigeratoriam tamen vim esse conuenit.
Refugio. Vide in dictione fugio.
Refuga, ę, pen. cor. gen. comunis. qui alioꝝ dn̄ium refugit. Est et refugus. a. um, quod est recline, ac reiectum. Sido. Capitis apex rotundus in patulum à planicie frontis verticem cęsaries refuga crispatur. i. in frontem reiecta.
Refuto, tas, pe. pro. à futo frequentatiuū verbi fuo, is, q8 ꝓtulit. Plau. in Am. Ne qs tam audax, fuat, q obuiā obsistat mihi. Preserti cum dicat. Festus futare, arguere est. Vnde et ɔfutare. sed Cato hoc sepius fuisse posuit ergo iuxta Festum refutare, redarguere est, siue non ita esse ostendere. Cicero. Dolobellę. Non tam id laboro, vt si qui mihi obtrectent, à te refutentur, q̄ intelligi cupio, quod certe intelligitur, me à te amari. Alio modo dixit. Lactan lib. iiij. Quę omnia cum nec ingenio, nec doctrina defendere, ac refutare possent scilicet refellere, q̄uis etiam pro redarguere summi queat. Inde refutatio vna pars orationis dicitur, quę alio nomine confutatio dicitur.
Refrina. pe. pro. inquit Fest. quoniā vt ait Cintius ad sacrificiū referri faba solet è segete auspicij causa, quasi renocantis fruges, et domum denuo reuerti ad rem diuinam faciendas hanc opinionem adiuuat ꝙ in sacrificijs publicis cum puls fabacea dijs prębetur nominatur refrina.
Regelo, as, pe. cor. ꝯrium est suo simplici. Colu. lib. i. Quanto fuerit ędificij solus ꝓnius orienti, et ęstates liberius capere ꝑflatus, et hyemis ꝓcellis minus infestari, et matutino regelari ortu poterit, vt concreti rore liquescant.
Regero, is, vide in dictione Gero.
Rego, is, xi, ctum, guberno, quasi rem ppl̄i ago. Virgil. Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem. et regere ē rectum tenere. Cor. Qui nimio dolore regere caput nō posset. Huius cōposita sunt Arrigo, quod est erigo eleuo. Teren. in And. Arrige aures Pamphile. Salu. Sed vbi primum dubijs rebus nouandis spes oblata est vetus certamen aīorum eorum arrexit. Corrigo dirigo, erigo, pergo, porrigo, surgo, siue surrigo, sursum rego. Virg. lib. iiij. Tot linguę, totq; ora sonant tot surrigit aures. Amb lib. Hexa. Subrigo vsurpat. Ast vbi ad ęstiuas conuersiones in septētrionem se subrigit, spatia diurna producit.
Reges dn̄r, qui regna posside nt, regna vero vocant integrę regiones, quę ab vno rege posside nt, vt Gallia regnū est, et q galliam posside t, rex Gallię dicit. Sic. n. distinctus olī erat orbis terraꝝ, vt singulę ferè regiones regna dicerent, et reges proprios haberent, à qbus ipsę regiones appellatę, quos ad fastigiuz maiestatis non ambitio popularis, sed virtus, et spectata inter bonos moderatio prouehebat. Dici tamen reges pn̄t ēt, si vnius tantum vrbis imperiū habeant. Sic principio reges romanoꝝ dicti sunt, qbus imperium vrbis pmittebat. Hinc regnum dictum tam ipsa regio subiecta, q̄ ipse dominatus. Vnde interregnū ꝓe appellat id tp̄s, quo regnū vacat rege, hoc est añ q̄ in demortui locū nouus ꝑficiatur, et interrex, q interea regis locum tenet. per transla. tn̄ interregnum est dictum, cum loco magistratus interrex creatur. Liui. Cum sine curuli magistratu Resp. esset patricij coire, et interregem creauere. Contentio consules ne, an tribuni militum crearentur in interregno. Rem cumplures dies tenuit. Aliquando rex ponit pro dn̄o, q̄uis ēt per tyrannidem occupauerit impium. Aliquando pro potentiore, et eo, quem nobis veluti in patronū eligimus, quez sequamur. Mar. Qui rex est, regem Maxime non habeat. Colu. An honestius mercenarij salutatoris mendicissimum aucupium circunuolitantis limina potentiorum, somniumq; regis sui rumoribus aucupantis. Neq; enim roganti, quod agatur intus, respondere dignantur serui. Aliquando pro diuite. Hor. Siue reges, siue inopes erimus coloni. Teren. in Phor. Regem me esse oportuit.
Regina regis vxor, vel quę regnū posside t, ēt si virū nunq̄ hūit, vtpote ad quā regnum ex sucessiōe ꝑueniter. Qn̄q; ponit pro diuite. Teren. Quia solę vtuntur ijs reginę.
Regulus dimi, quasi paruus rex, nō ꝙ paruę staturę, sed ꝙ alicuius vrbis, aut oppidi dominus sit, qui generali vocabulo dominus, aut princeps dicitur q̄uis proprie reguli sint filij, aut nepotes regum. Est et regulus auis minima, à quibusdam regaliolus dictus, alio nomine Trochilus, et ab Aristotele τρόχιλος, quasi rex, et pręses auium dicitur, siue legatus senatorue. Et regulus genus serpētis est. Quez greci Basiliscum vocant inquit Hiero,
Regaliolus auis, quam. Ply. lib. x. scribit appellari regem auium in Italia propter disidia, et bella, quę sunt inter eas, et aquilam. Alij putant Galgulum, quę auis gręce dicitur Icteros, à colore. Suet. Pridie autem eadem idus aues regaliolum cum laureo ramo Pompeianę curię se inferentem volucres varij generis è proximo nemore prosecutę ibidem discerpserunt.
Regillus, dimi. est à rex, et nomen proprium viri.
Regilla, vestis, quę et basilica, et trabea dicitur, quoniam ea reges vterentur auro, et purpura intexta. Plau. Basilicaz an regillam induam tunicam.

Regius,a,um,quod est regis,Cice.li.iij.offi.Erat autem regius pastor.Aliqñ dr̃, qđ est rege dignũ. Regius morbus dictus est, ꝙ mulso, qđ genus potionis in regum delicijs erat,curaretur, inquit Var. Vel quia, vt Celsus scribit eo morbo affectu apparatu regio,hoc est lecto, et conclaui cultiore, et ludis lasciuiaq; vti perutile est , per quę mens ęgrotantis exhilaretur.Hora.Aut mala,quem scabies,aut morbus regius vrget.Ide3 morbus aurigo ante dicebatur à colore aurę, quem bilis per totu3 corpus diffusa repręsentat.Arquatus quoq3 morbus appellatur,ꝙ cęlestis con color fit de virore. Vel ꝙ ita stringat humana corpora, vt in arcum ducat.Gręci Ictericum nominant.

Regia,ę,domicilium,et aula regis.Liui.li.i. Eo tempore in regia prodigium visu,euentuq; mirabile fuit omen.Iustinus.In regiam se recepit.

Regia via militaris,hoc est cōis.quę latio esse cōsueuit.Hie. in li.nu.Via regia gradiemur.Supra etiam dixit pertritã viam gradiemur.Et gradiemur via publica.

Regalis,et hoc regale,ad claritatem pertinet,et sigt dignu3 rege.Cice.in Cato.nihil ei tam regale videri, q̃ studium agri colendi.Hinc regaliter, pro splendide et munifice.

Regale vnguentum,quo parthorũ reges vngebantur.

Regificus,a,um,quod regem facit.

Regifugiũ,sacrũ,quo die Tarquin.fugit ex vrbe Roma.

Regnũ dicit regio,quę à rege possidet.ci.Cas.Non regno, sed rege liberati videmur.Interfecto.n.rege regios oēs nutus tuemur.Regnũ etiã dici pōt, quicqd possidetur. Idem lib.i.de orat . Quare negasti te fuisse laturũ nisi in regno meo esses.i. in Thusculano.Ite3 regnũ dicit ipse dominatus hinc interregnum de quo supra in dictione Reges.

Regno,as.regnũ possideo.Pris.Rex solũ,qđ à regendo nascitur.peperit ex se aliud verbũ regno.Cic.li.iij.offi.Nã si violandũ est ius regnãdi gratia violandũ est.Hinc fit corregno.Amb.Si tolerabimus,et corregnabimus.

Regio dicta à rego,ꝙ priusq̃ prouincię fierēt regiones sub regibus erant,atq3 ab his regebantur.Postea maiores in vrbe partes regiones appellari cęptę,à similitudine earum regionum,in quas orbis diuiditur.Quatuor autem fuerunt antiquitus vrbis Romę regiones,è quibus prima regio.Suburrana,secunda Exquilina, tertia collina,quarta Pallatina.Regiones cęli quatuor sunt Ortus,Occasus, Meridies,et septentrio.Ortus,et Occasus mobilia,ac varia sunt meridies. Septentrioq; perpetuo statu permanent . Oritur quippe sol non itide3 semper,sed aut equinoctialis oriens dicit,aut solstitialis,aut brumalis.Item nō in eundē semper occidit locum , sed occasus eius similiter fit, aut equinoctialis, aut solstitialis,aut brumalis. Ab his quatuor regionibus quatuor venti flare dicuntur , qui sunt Eurus Hauster,Fauonius.Aqlo.Sunt tamen,et alij venti, de quibus alibi.A' regio fit eregione,quod est ex aduerso.

Regionatim aduerbium significat per singulas regiones. Sue.in Cęsa.Ludos etiam regionatim vrbe tota,et quide3 per omnium linguarum histriones.

Regium oppidum Cisalpinę Gallię , à Lepido ędificatum. Vnde et regium Lepideum vocatur.Regium propter pulchritudinem et amęnitatem.Et est aliud Rhegyum,quod cum h,et y,scribitur. de quo infra . Ab illo regienses, ab isto rhegyni sunt appellati.

Regiesco,is veteres,pro cresco vsurparunt.

Regula norma,qua lineę diriguntur,quasi mensura regēs per translati.dicitur breuis rerum pręceptio. Hinc regulo, las,quod est dirigo.

Regularis,et hoc re,quod secũdum regulam est, vel quod in regulam trahi pōt.Vnde ęs regulare dictũ,est,quod à caldario,coronarioq̃; distinguit.Coronarium est, quod tenuatur in laminas, taurorumq̃; felle tinctũ speciem auri prębet in histrionũ coronis.Caldariũ,qđ fundit,tm̃ malleis fragile est.Regulare,quod obsequit malleis ē ab alijs ductile appellatur.Sed in cęteris metallis regulare dicit, quod excoctum igni diligentius est vitijsq3 purgatum.

Regrador,pe.cor.quasi retro grador,et per gradus retro cedo.Hier.contra Rufi.Sacerdotes,qui peccauerant,redagradabantur in ędituos,et hostiarios.

Reijcio,is.p.cor.retro iacio.Vir.Reijciunt parmas,et ęquos ad męnia ducunt.In quo,pducit re,syllaba.Corripit vero apud Sta.li.The.Tela manu,reijcitq̃; canes.Qñq3 reijcere est repellere.Vir.Tityre pascētes à flumine reijce capellas. Quandoq3 refutare,abijcere,et pro vili habere. Apul.Me vero tanquam,inutilem reiecerunt. Quandoq3 euomere. Sue.de Aug.Senos sextantes non excessit, aut si excessisset reijciebatur.Hinc reiecto,as,Spar. de Antonio pio. Cum caseum alpinum in cęna edisset auidius , nocte reiectauit.Reiectio, et reiectus pro vomitu. Ply. Et gratio vtilis erit,si postquam sorpta fuerit statim reiectio sequatur.Reiectio sanguinis gręce dicitur αἵματος ἀναφορά trium generum διάβρωσις quoties exesa parte aliqua sanguis expuitur.Rhegmocasmos.i. ῥῆγμα χάσματος, quoties id fractura contigit. Tertium ἀναστόμωσις quoties venarũ alicuius ore patefacto effundit.Aliquando Reiectio dicitur electio.Vnde apud Asco. Reiectos iudices electos ĩtelligimus. Celsus.Et reiectus cibi,non erit inutilis si raro fiat.

Reiectanea,siue reiecta à phis dicuntur mala, qualia sunt morbus egestas,dolor ex eo dicta,ꝙ reijciant.repellãturq̃; tanq̃ noxia.Quę etiam alio nomine dñr relationes.

Reieculę,oues,quę ętate, vel morbo reijciuntur.Var. Scire oportet in grege,ꝙ reieculę sint alienandę.

Relatiuum,à grammaticis dicitur.quod aliquid supius dictum refert,vt qui quę.quod dialectici dicũt relatiuũ esse. quod aliquid refert,sine quo, nec ipsum potest consistere, vt pr̃,et filius dñs,et seruus,relatiua sunt, quia nec pr̃ esse pōt,si filium non hẽat,nec dominus,nisi seruũ,et talis respectus relatio vocat.Notandum,ꝙ relatiuũ trahit ad se sępe antedecens ꝑsertim, cũ antecedens postponit, Quin. Timeo,ne q̃s porrexerim cibos venena fiant. Pręterea relatiuum substantię sępe , pro relatiuo accidentis ponitur, vt non sum is,quem putas.i.talis qualem putas.Interdũ discordat à suo antecedente et concordat cum substantiuo,tam in genere,q̃ in numero.Salu.Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. Liui. Anxur fuit , quę nunc thrachinę sunt.Cice.oēs tenues,atq3 inertes quę maxima in populo multitudo est sibi pręsidiũ paratũ putant, interdum ad se trahit,nomen subsequens substantiuum.Liui.Cui africano fuit cognomen.

Relego,as,pe.pro.separo remoueo.Vir.li.iij.Geor.Atq3 ideo tauros procul,atq3 in sola relegant Pastua.Cice.li.iij.offi. Criminabatur etiam,ꝙ Titum filium qui postea Torquatus est appellatus ab hominibus relegasset.et ruri habitare iussisset.Aliquando remitto.Ply.lib.vij.Nec tamen ego in plerisq; eorum obstringam fidem meã potiusq̃; ad authores relegabo,qui de dubijs rogent omnibus.Aliquãdo exulem facio,in exilium mitto.Vnde relegati dicũtur in exilium missi.Hiero. Herodes ille, qui cum Pilato.Postea amicitiã fecit huius Herodis filius est frater Archelai, quē et ipsum Tyberius Cęsar. Lugdunum releganit quę est Galliarum ciuitas.

Relego,is.p.c.rursus lego.Oui.Cũ relego scripsisse pudet,nã plurima cerno.Me quoq3,qui scripsi iudice digna lini.

Religo,as,pe.cor.Vide in Ligo.

Reluctor,aris,vide in dictione Luctor.

Reluo,is,rursus lauo,et sic componitur,ex re,et lauo, sicut deluo.Quãdoq3 significat soluo,siue repignero.Plau.Repignerat,reluit,vendit.Et sic ex re,et luo componitur.

Relicinus,pen.pro.significat in occiput refugiente capillamento recrispum nomen (vt quidam putant)à recello deductum , quod significat retraho, reumbro, reclino, et cęsim reduco.Et quoniam ad craneum capillitium retorquetur. Inde relicinus, veluti recellinus crinis appellatus euphonię causa. Apul.lib.i.Flo.Laudauit sese,ꝙ erat, & coma relicinus, & barba squallidus , et pectore hirsutus.Et relicina frons dicitur,vt idē paulopost.Et tabulis,

et toreumatiſ idem vigor acerrimi bellatoris, idem ĩgenium maximi bellatoris, eadẽ forma uiridis inuentę, eadẽ grã relicinę frontis cerneret. Idem ẽt frontem relicinam in Alexandro magno fuiſſe laudat, quę.s. lata, aperta ſpectabilis, et à capillorum tegumento libera uiſeretur.

Religio, ut Cic. li. ij. Artis ue. inqt, eſt quę ſupioris cuiuſdaꝫ naturę, quã diuinã uocãt, curã, cęrimoniamq̃; affert. Plu. in Pauli Æmilij uita, dicit religionẽ eſſe diuinaꝶ rerum ſciãm, à phis appellatam Maſſurius Sabinus ſcribit religioſum eſſe id, quod propter ſanctitatem aliquam remotum ac repoſitum, ſit à nobis, à relinquendo dictum. unde. Virg. Eſt ingens gelidum lucus propè Ceretis amnem Religione patrum late ſacer, undiq; colles incluſere caui, et nigra nemus abiẽte cingunt. Oſtendit.n. religioſum locum eſſe, à populi cõione ſeparatum, difficultate adeundi. Lactan. à religando, religionem dictam lib. iiij. aſſerit. Hac conditione inquit, gignimur, ut generati nos deo iuſta et debita obſequia prębeamus. Hunc ſolum nouerimus, hunc ſequamur, hoc uinculo pietatis obſtricti deo, et religati ſumus. Vñ ipſa religio nomẽ accepit, non (ut Ci. Interp̃tatus ẽ) à relegẽdo. Aug. uero li. x. de ci. dei. A' religẽdo, religionẽ dici exiſtimat, cum inqt. Hũc eligentes, uel potius reeligentes, amiſeramus.n. negligentes. Hunc ergo reeligentes, Vnde et religio dicta perhibetur. Quandoq; tñ religio accipit pro metu, connexa.n. ſunt timor, et religio. Sta. Primus ĩ orbe deos fecit timor. Virg. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes dira loci. Vbi Ser. Religio.i. metus. uel ſollicitudo, ab eo ꝙ mentẽ religet. Inde dies religioſi ĩfames, uel ĩfauſti dci ſũt. Sue. de Augu. Huc ĩtroire niſi neceſſario, et caſte religio ẽ.i. nefas, nõ licet metus eſt. Aliqñ pro collectione aĩ. Lucr. li. ij. Deniq; multa uides quibus, et color et ſapor una Religione animum quo quo contingere pacto Reddita ſunt. Aliqñ ſumit pro ſuperſtitione, Vnde religioſus dr̃ qui nimia et ſuperſtitioſa religione ſe alligauit. Ter. in Heau. Vt ſtultę et miſerę omnes ſumus religioſę. Religioſus tamẽ homo etiam dicit, qui amat religionẽ, et qui non mõ deoꝶ ſanctitatem magni ęſtimat. Sed ẽt officioſus aduerſus homines. Sepulchra, et monumẽta religioſa ſunt.i. hñt in ſe religionem ille adorat, hęc adorantur. Religioſi dies, vt lib. iiij. docet. Gel. dicuntur triſti omine infames, impeditiq;, in quibus res diuinas facere, et rem quampiam exordiri nouam temperandum eſt, quos uulgus nefaſtos uocat, hinc Cice. ad Atticum, diem Allienſis pugnę religioſum eſſe dicit Mac. lib. iij. ſatur. Religioſi ſunt dies, qui facienda et uitanda diſcernunt.

Reliquo, is, retro dimitto. Lac. li. i. Fur. ac nebulo Mercurius, qui ad famam ſui nil reliquit, niſi memoriam fraudum ſuarum. Et relinquere eſt aliquid pro ſuo alicui dimittere, ſeu legare. Plau. in Aul. Agri reliquit ei non magnum modũ, quo cum labore magno, et miſero uiueret. Huius compoſitum eſt derelinquo.

Reliquus, a, um. pe. cor. ſignificat id quod ſuper eſt. Cęs. li. i. cõ. Demonſtrant ſibi, pręter agri ſolum nihil eſſe reliqui. Cice. Curio. Reliquum eſt, vt certemus officiis inter nos. Teren. in An. Vt pernoſcatis, quid ſpei ſit reliquum. Reliquum feci, eleganter dicitur, pro reliqui, ſicut miſſum feci pro dimiſi.

Reliquię, arum, dicuntur pauca, quę relicta ſunt. Virg. His accenſa ſuper iactatos ęquore toto. Troas reliqas Danaũ.

Remaneo vide in dictione maneo.

Remedium, à medeor eris deſcendit.

Remedior aris, depo. remedium adhibeo. Hie. contra Ioni. Multi impatientia gulę, uomitu remediantur.

Remendo, as, uide in dictione menda.

Remãſio, à remãneo ſicut à maneo mãſio. Ci. ad. Q. Frẽm primũ tuã remãſionẽ ẽt atq; ẽt ꝓbo. Remandere, ruminare. Ply. li. x. Pontici mures ſimili modo remandunt.

Remeo, as, retro meo redeo. Virg. Si patrios unq̃ remeaſſem uictor ad Argos.

Reminiſcor, recordor, quod fit, cum mens ea, quę tenuit. cogitando repetunt, quaſi iterũ rem in menteꝫ reuoco, Componit ex re, et miniſcor, unde et ꝯminiſcor. Eſt aũt miniſci fingere, et formare, reminiſci, reformare, et iteruꝫ componere, quę lapſa erant. Qui uero reminiſcit iterum in mentem reuocat. Ex qua re homo ſapientior reddit. Et ideo recordat.i. iterũ cordatus fit. Differt memoria, à reminiſcentia, qa illa cõis eſt oĩum aĩantium hęc ad homines tm̃, cum ſit diſcurſus rerum cum ratione ad vniuerſalia, ad particularia et à remotis à ſenſu.

Remitto, is, ꝓpne retro mitto. Plau. Munera accipit frequẽs, remittit nunq̃. Conſtruit qñq; cum abltõ precij, vt apđ Curtium libro. ij. Captiuos, ſi placet reddi honeſtius dono dabimus, q̃ precio remittemus. Aliquando rurſus mitto. Colu. lib. i. Et eadem euentilata mundiora ſunt lapilliſq; carent, et glebulis, quas per trituram ferè tercena remittit area. Aliquando ſimpliciter, pro mitto ponitur. Lucil. Cohibet domi meſtus ſe Albinus, ꝙ repudium filię remiſit. Aliquando pro relaxo, et ad negligentiam deſcendo. Vnde aĩum remittere dicimus cum deponimus curas, et negligimus. Cuius ꝯtrarium eſt intendo, ex tranſlatione ab arcu. Cice. Quęro non quibus intendam aĩum rebus, ſed quibus remittam. Hinc remiſſio relaxatio aĩ dicitur. Aliqñ pro ꝯcedo, ꝯdono, et dimitto. Et tunc ꝯſtruitur, cuꝫ dtõ. Vatinius. Cic. Meam aĩaduerſionem, et ſupplicium, quo vſurus eram in eum quem cępiſſeꝫ, remitto tibi cõdono. Iuſti. Igitur magi ad fauorem populi conciliandum tributa, et militię vacationem in trienniũ remittunt.i. cõcedunt. Lac. li. v. Et ideo cum nefanda perpetimur ne verbo quidem reluctamur, ſed deo remittimus vltionem.i. dimittimus, ſiue committimus. Aliquando pro demitto. Cic. lib. i. offi. Ex oculorum obtuitu, ex eleuatione, et remiſſione ſuperciliorꝶ, aut ex ꝯtractione. Aliqñ pro relinquo. Col. lib. i. Nunquid abſentia ſua de diſciplina et cuſtodia remiſerit? num aliqua vitis? num arbor? num fruges abfuit? Aliquando pro intermitto. Terẽ. in Heau. Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. Aliquando proceſſo. Idem in Ecy. Nam ſi remitteret quippiam Philomena doloris omnem rem narrabit ſcio.

Remiſſe aduerbium, modo humiliter. Saluſti. Pauca timide remiſſeq̃; locutus abſceſſit. Modo lęte, ẽt veluti remiſſo i. relaxato animo. Cic. de ora. Quis vnq̃ res pręter hunc tragicas penè comice triſtes remiſſe, ſeueras hilare forenſes ſcęnica propè venuſtate tractauerit.

Remora, pen. cor. aĩal aquatile admodum breuis, à gręcis ἐχενηίς dr̃ ſpinis, et cruſtis tectũ, à remorádo dcm̃, ꝙ naue, cui affixũ fuerit, remoret. Ply. lib. ix. Eſt paruus admodũ piſcis, aſſuetus petris, echeneis. appellatus, hoc carinis adhęrente, naues tardius ire creduntur. Inde nomine impoſito remora à morando dicitur remora etiam retardatio dicitur. Lucil. Quę nam vox ex te reſonans meo gradu remoram fecit. Plau. in Tri. Ita vincunt illud conducibile gratię, quę in rebus multis obſtant, odioſęq̃; ſunt, remoramq̃; faciunt rei priuatę, et publicę.

Remores aues, in auſpicio dicuntur, quę acturum aliquid remorari compellunt.

Remuligines, remorę à morando. Plau. Quid nunc ille, tandiu remorantur remeligines.

Remoror, pe. c. retardo, retineo, à remora piſce, vt inqt Do. Ter. in And. Ne qd veſtrũ remorer commodũ. Apule. Sic me abire oppido volentem ſuaui remoratur illecebra.

Remus nomẽ ꝓprium fr̃is Romuli, et inſtr̃m, quo naues agunt, ἀπὸ τ̃ ἐρέσσειν, qđ etiã palmula dr̃. Catul. phaſelus ille quẽ videtis hoſpites Ait fuiſſe nauiũ celerrimus. Neq; vllius natãtis impetũ ratis. Nequiſſe p̃terire, ſiue palmulis opus foret volare, ſiue linteo. Itẽ remus dicitur lorum, qđ continet tubam, vt inquit. Ser. in com. lib. vi. Ænei.

Remiges nautici qui remos agunt, et remigandi miniſterio mancipati ſunt huius nominatiuus ſingularis eſt remex remigis. Cur. Remex militis officia turbabat.

Remigo,as,pe.cor.remis nauigo,quasi remis ago. Cice.lib. iiij.Thusc.Vtrū igit manis nos statim vela facere, quasi è portu,egrediētes paululū remigare.Huius ɔposita sūt. Eremigo,pro enauigo,emetior.Ply.circa Caspium, quoq; multa oceani litora explorata puoq; breuius, q̃ totus hic aut illinc septentrio eremigatus.Subremigo,subtus remigo.Idem.li.ix.ceteris subremigans brachijs media cauda, vt gubernaculo dirigit.

Remigium ipsa remorꝫ agitatio,et remigatio.Virg.li.i.Ge. Non aliter,q̃ qui aduerso vix flumine lembum remigijs subigit.Idem transtulit ad aues. Volat ille per aëra magno remigio alarꝫ.Aliquādo ponit pro remigū multitudine.Idē.li.iij.Remigus supplet socios simul instruit armis.

Remulculo ꝑe est remigādo è scapha, grandiorem nauis trabo,qđ aliqñ non necessitatis gr̄a fit,sed vt nauis qetius agat.Hinc remulculare aliquando dicimus molli,ac leni tractu ad ꝓgressum mulcere.Sisen.lib.ij.Si qua celeriter solui poterat in altū remulculādo trahit.Et à remulcēdo fit.In eadē sig̃atione sūt remulco,as,et ꝓmulco, as.

Remillum repandum dicitur à remi similitudine.

Remordeo,es,crucio,sollicito.Vir.Qñ hęc te cura r̃mordet.

Remo,is,repeto.Enni.Riuos camposq; remant.Alij remere putant dictum,quasi remeare.

Remorbesco,is,significat in morbum recido.

Renes,sunt,qui lumbis adhęrent, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν fluo, ꝙ riui ab his obscęni humoris oriantur.Hi à veteribus nephrundines vocabantur qui à gręcis dicuntur νεφροὶ,νεφρὸς rē. νεφρῖτις morbus renum. νεφριτικὸς, qui renum morbo laborat.Diminutiuum à ren est renunculus.

Renarro,sig̃t,sicut simplex,vel re,pro diligenter siue ꝓ affatim accipiendum puto.Virg.lib.iij. Sic pr̄ Æneas ītentis oībus vnus.Fata renarrabat diuum cursusq; docebat.

Renuncio,as,refero,siue reporto,vt missi nuncij referre solent de his,ad quę missi sunt.Cęsar.com.i.Qualis esset natura montis,et qualis esset in circuitu census,qui cognoscerent,misit,et renunciatum est facilem esse. Aliquando renunciare est aperte nunciare significare.Teren.in An. Quasi tibi nō renunciata sint hęc sic fore. Et iterum. Id ego iam nunc tibi here renuncio futurum, vt sis sciens, ne tu hoc mihi posterius dicas Daui factum consilio,aut dolis.Do.Renunciare est,quasi secretum consilium,vel malum nunciare.Re.n.syllaba, apud veteres interdum abundat.Aliquando sig̃t renunciare, cedere, resignare, seu restituere.Cice.in Ver.acti.iiij.Atque iste stenio vehementer incensus hospitium ei renunciat, domo eius emigrat. Hinc renunciatio cessio,hinc componitur abrenuntio.

Renideo,es,significat splendescere.Apul.Rubentibus bucculis et renidentibus crinibus. Hora. Vt puro renidet luna mari,et renidere ridere. Catul. Ægnatius quod candidos habet denteis.Renidet vsq; quaq;, seu ad rei ventum est subsellium cum orator excitat fletu. Renidet ille, seu pij ad rogum filij lugetur, orba cum flet vnicum mater. Renidet ille quicquid est, vbicunq; est Quodcunq; agit renidet,hunc habet morbus.Neq; elegantem,vt arbitror, neq; vrbanum.Item significat lętum et florentem esse. Quint.lib.xij. Quod cum contingit nescio quomodo hilarior protinus renidet oratio. Item significat redolere. Hor.Nec mea renidet in domo lacunar.

Renunciat à īsula in Æthiopico mari,quę sicut Ply.li.vi. scribit ita diues est,vt equos talētis auri incolę ꝑmutent.

Reor,eris,atus,existimo opinor.Plaut.in Am.Quid me nō rere expectatum.

Repauso,as,cum actō quietem capio.Augusti. in Manua. Quę fatigatum spiritū repauset et cor triste lętificet.

Repagulum,ex re,et pago,is,ꝓprie repagula sunt,quę patefaciendi gr̄a ita figuntur,vt econtrario pangant.In hostio enim duo sunt postes,qui cardinibus continentur et repagulis clauduntur.Ci.li.i.de diui. Herculis valuę clausę repagulis subito seipsę aperuerunt.Ply.Firmissima in rectum abies eadem valuarum repagulis et ad quęlibet intestina opera aptissima. Inde repagula pro omnibus claustris obicibusq; ponuntur. Luc. Pedibusq; repagula pulsat.Ouidi.lib.v.Meta.Raptaq; de dextro robusta repagula posti ossibus illisit.

Repādus,a,ū,qđ est recuruum,et simū, et retrorsus patet. Hier.de Socrate scribit,ꝙ esset repandis cruribus.

Reparo,as,pe,cor.restauro,et in status pristinum redigo, quasi paro rursus.Cur.Ille non ignarus,et principes amicorum et exercitum offendi gratiam liberalitate, donisq; reparare tentabat.Lactan.lib.vi. Nam parcere,idest mediocriter vti pecunia, quasi quędam pusillanimitas animi est,aut pręimentis, ne sibi desit, aut desperantis posse se illa reparare.

Rępāramen idem,quod reparatio.

Repastino,nas,pe.pro.ex re,et pastino, quod est fodio,vide in dictione pastino.

Repedo,as,pe.c.pedē retraho,recedo.Viđ ī dictiōe pedo,as.

Replaudo,is,repercutio,plaudo.n.quod et plodo dicitur manibus pulso et strepitum facio.Vnde plausus,quo boni excipiebantur cum mali exibillarentur.

Rependo,is,retribuo,recompenso,tractum à pecunia.Virg. Fatis contraria fata rependens.Amb.Alius ergo fructum accepti beneficij, vt aurum auro argentū argēto repēdi.

Repenso,as,pondero,et repondero, seu reuideo, et subtiliter iudico.Lact. Nā qui violauerint impie humiles, sentient in potestate vltorem, eaq; omnia,quę legunt, et non intelligunt,repensante deo patient.Et repensare,recompensare.Augu.Sermone de inimicorꝫ dilectione Beatus Iose. pro parricidij crimine impijs fr̄ibus suis non alij amaritudinem,sed charitatis dulcedinem repensauit.

Repello,is,repuli,sum sig̃t retro pello,reijcio.Oui.Quęq; feros repuli doctis medicatibus ignes.Plau.in Cas. Repulit mihi manus.Apud poëtas reppuli ꝑ duplex pp,qñq; scribitur.Luc.Reppulit à libycis immensus syrthibus equor.

Repulsa reiectio,ab honore,seu magistratu.

Reperio,is,pe.c.repi,vel reppi,apud poëtas, ꝑ duplex pp,ex re,et pario,Vnde repertum,quasi repartum, et in lucem proditum.Et proprie reperire fortunę est,īuenire consilij. Oui.Tu non inuenta reperta es.Auso. Vno disticho primam huius pręteriti,et productam, et correptas protulit. At qui condiderat, postquam non repperit aurum.Aptauit collo quem reperit laqueum.

Repeto,is,pe.cor.proprie restituendum peto.Cice. lib. ij.ad Heren. Id quod argentario obtuleris, expensum à socio eius recte repetere possis.Ter. in Eunu. Hanc tibi dono do.neq; repeto ꝓ illa abs te quicq̃ precij.Interdum repetere est sępius petere.Ci.Cęsari repetēti negare non potui. Interdum reiterare,resumere,inchoare.Cice.de ora.Repetam et non ab incunabulis nostrę veteris puerilisq; doctrinę quendam ordinem pręceptorum Cęsar com.i.Bello Heluetiorum confecto, totius ferè Gallię legati, principes ciuitatum ad Cęsarem congratulatum venerunt intelligere sese tametsi pro veteribus Heluetiorum iniurijs populus Roma.ab his pęnas repetisset, tamen eam rem non minus ex vsu terrę gallię,q̃ populi ro.accidisse.i.resumpsisset.Interdum reuoluere,siue volutare,cum ablatiuo huius nominis memoria.Cice.in ora. Cogitanti mihi sępenumero, et memoria vetera repetenti.Interdum redire.Virg.Cum primum pasti repetent pręsepia tauri.Li. lib.i.Quippè vera fuga, qui simulantes pauloante secuti erant,oppidum repetebant.

Repetundarum, à prouincialibus accusatur is, qui pręses prouincię alienas pecunias, aut vi, aut dolo expilauit. Vnde iureconsul.lib.xlviij.digestorum.Lex iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias,quas quis in magistratu legatione,vel alio officio,ministerioue accepit. Sed postea latius patuit,vt hoc nomine omnia,quibus diuitię cōstant,contineātur, vt vasa preciosa,vestes frumentum,nauigia vt etiam siquis populus alteri populo iniuriā fecerit, aut captiuorum, aut incendij, aut prędę, qui iniuriam

repeteret

repeteret diceretur agere repetundarũ rerũ. Ergò cũ repetuntur, quę sunt ablata, tunc repetundarũ rerum agitur, vel de repetundis. Nec habet plures casus, à repeto, is, e, in u, mutata, quia id tertia coniugatio, pręter cęteras patitur. Et vt differret, ab illo, quod dicitur Missi sunt legati ad res repetendas. Quo significatur principi, vel populo erepta esse, vel pecorũ, vel hoĩum, vel locorum corpora.

Repente aduerbiuȝ sigt subito, qđ quidã à repo, is, deriuãt, per antiphrasim. Sed nõ videtur verũ, ꝙ repente primaȝ cor. habeat, sed magis à repẽte, cuius prima similiter corripitur. Ouidi. in Fa. Bina repens oculis obtulit ora meis.

Repentinus, a, um, pe. pro. quod est subitarium, vt mors repentina, bellum repentinum.

Repignero, as, pignus recipio soluto precio. Iureconsul. ti. cõmodati. Non repigneras, vt mihi reddas.

Repotia dicta sunt, cum postridie nuptias, apud nouũ maritum cęnatur, ꝙ quasi reficiatur potatio. Hora. Ille repotia natales, aliosq́; dierum festos albatus celebret.

Repo, is, psi, ptum, proprie dicitur de animalibus, quę pedibus, et ventre gradiunt, vt sunt vermes; qui reptilia dñr à rependo, q̃uis et ea, quę paruos pedes hñt repere dicantur, vt sunt lacertę, ẽ similia. Transfert ẽt ad radices. Col. lib. viij. Spacium autem radicibus, quo repant, lapidesq́; prębent. Huius cõposita sunt Adrepo, qđ est ad aliqd repo. Correpo simul repo, simul teneo. Var. lib. ij. de re rusti. Igitur quod nunc intra murum ferè patres familię correpserunt, relictis falce, et aratro. Col. in pręfa. Patres familię face, et aratro, relictis intra murum, correpsimus, ẽ in circis potius, ac theatris, q̃ in segetibus, ac vinetis manus mouemus. Erepo difficulter loca aspera, et ędita scando, tanq̃ opus sit erepere magis, q̃ ambulare. Suetoni. in Tybe. Territus, ꝙ is, à tergo insulę per aspera, et deuia erepsisset se. Irrepo, intro seu latenter repo. Hie. ad Dama. Nunc illud, quod non quesieras, dum aliud agimus irrepsit. Obrepo, prerepo, seu q̃primum, aut ante repo. Colu. lib. v. Videtur etiam focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prerepere. Et idcirco eum predicto vocabulo rustici appellant, quod inter brachia, qua se diuidit vitis enatus, velut fauces obsidet. Prorepo, vltra repo. Idem lib. iiij. Vt mota equaliter humus nouellis radicibus, quacunq; in partem prorepserit. Perrepo valde, seu ad fines, et cum labore repo. Colu. li. x. Tota maceries opere tectorio leuigatur extra, intraq́;, ne feles, aut vipera perrepat. Surepo subtus, vel latenter repo. Et habent pe. pro.

Repto, as, frequentatiuum, significat sępe, seu continue repo. Hie. ad Furiam. An vereris, ne proles furiana deficiat, et ex te parens tuus non habeat pusionem, qui reptet in pectore. Et reptare dicimus eum, qui segniter et quasi testudineo passu incedit, quales sunt, qui in hortis, aut vinetis spatiant. Hora. An tacitũ syluas iter reptaȓ salubres.

Reptile, pe. cor. quicqd repit. Ambro. lib. Hexa. Scimus reptilia dici genera serpentium eo ꝙ super terras reptant sed multo magis omne, quod natat reptandi habet, vel speciem, vel naturam. Hie. in Geñ. Producant aquę reptile animę viuentis. Reptilium autem, vt sentit. Aristo. Alia sunt terrestria. Alia aquatilia, terrestria quędam sunt sine pedibus vt serpentes, quędaȝ quatuor habent pedes vt lacertę et stelliones. Aquatilium vero sicut pisces qui natando videntur repere.

Represento, as, ad pręsens affero. Aliqñ Representare est referre, vel reddere. Sue. in Clau. Representaturus pro opa dignam cuiq; mercedem et alibi Representande pręmia dixit in prima significatione. Quinti. Representatis iudicijs. Colu. Itaq; nõ ęgre consequet si semper se repñsentauerit. Idem. Repñtant viridem saporem oliuarum. i. referunt.

Repono, is, pe. pro. rursus pono. Vir. Arisq́; reponimus ignẽ, idest rursus adhibemus ignem, ẽ sacrificamus. Mar. Vllus si pudor est repone cęnam. Vnde reponere fabulas et scripta poëtę dicuntur, cum secundo hęc in scęna apponũt, idest cum rursus recitant. Solebant enim, vt inquit Porphyrio, qui ludis, apud veteres pręerant, scriptores cum primum in scęnam prodirent, benigne excipere, vt si forte non recte egissent iterum ad scribendum audientium benignitate allicerentur, vnde. Hora. Fabula, quę posci vult, et spectata reponi, idest primo, et secundo recitari. Quandoq; reponere est collocare, et recondere. Lucre. lib. iij. Quamuis multa quideȝ sapientum turba putaret, sensum animi certa non esse in parte locatum. Verum habitum quendam vitalem corporis esse ἁρμονιάν graij quã dicunt quod faciat nos viuere cum sensu, nulla cum in parte siet mens; vt bona sępe valetudo cum dicitur esse corporis, et non est, tamen hęc pars vlla valentis, sic animi sensum non certa parte reponunt. Leo papa. Quod luxuria, vel gula dissipauit in mundo, pietas reponat in cęlo. Vir. Manet alta mente repostum Iudicium paridis. Quandoq; reddere, vel restituere, quasi retro apponere. Horati. inspice si possit donata reponere lętus. Plau. in persa. Des mihi nũmos sexcentos, quos ꝑ capite illius pendaȝ quos continuo tibi reponam in hoc triduo, aut quatriduo. authore Seneca ad Lucili. Prisci. signate dixerunt id reponi, quod creditori debemus. Iuue. Semper ego auditor tantum, nunq̃ ne reponam? quę verba indignantis sunt, vtpote semper audientis et nunq̃ scripturi. Quandoq; reuocare reprimere, cohibere. Sta. Quotiens iam torta reponam fulmina, q̃ rarus terris hic imperet ignis. Quandoq; reducere, reficere. Virgi. lib. ij. Geor. Et quantum longis carpent armenta diebus. Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Quandoq; superaggerare. Idem in eodem lib. iij. At qui non masica Bacchi. Munera, non illis epulę nocuere repostę. Quandoq; scribere. Hora. Scriptor honoratum, si forte reponis Achillem. Quandoq; retro, seu seorsum ponere. Hie. li. i. Re. da partem, quã dedi, vt reponeres seorsum apud te.

Repositorium vas, in quo reliquię ciborum, et mensę instrumenta reconduntur, siue ex corio sit, siue ex alia materia. Ply. bibente conuiuia, mensam vel repositorium tolli in auspicatissimum habetur.

Replumbari, a, Iurisconsultis positus est, pro eo quod est reuelli et resolui emblemata, et vasis et lapidibus inclusa.

Reporto, portas, retro porto, reueho. Hie. lib. Re. Reporta archam in vrbem.

Reprimo, is pe. cor. contineo, cohibeo. Cic. Reprime impetus Virgi. Dextramq́; repressit.

Reprehendo retraho, quasi retro prehẽdo. Liui. Adeo turbati erant dexterę alę equitas peditesq́;, vt quosdam consul. Cato manu ipse reprehenderit, verteritq́; in hostem. Proper. Quantum possit nostros quisquaȝ reprehendere cursus. Aliquando resumere. Gelli. libro. ij. Apud Platonem quoq; multis in locis reperias syllogismos repudiato concisoq́; ordine isto qui in docendo traditur, cum eleganti quadam reprehensiones contentione positos esse. Aliâs significat arguo increpo.

Reproces, pro asperis et difficilibus vsurpatur. Ply. li. xviij. In reprocibus, ac supinis lateribus procumbere, quasdam occęcari, et in alias dirigi.

Reprobare dicimus quando aliquis laudat pręceptum aliquod ẽ illud non imitatur, hoc quidem inquit. Cic. Omnes mortales et intelligunt et reprobant.

Repromitto, iterum, siue maxime promitto. Amb. Diuitias domos possessiones repromisit, si consensum suum eius coniugio non negaret.

Repudium recusatio, ꝙ fiat ob rem pudendam Differtq́; à diuortio, ꝙ repudiari futurũ matrimoniũ potest. Non recte aũt diuertisse sponsa dicitur, ꝙ diuortium, ex eo dictũ est, ꝙ in diuersas partes eunt, qui discedunt.

Repudio, as, matrimoniũ dirimo, et quasi ob rem pudendã aliquam repello. Sue. in Cęsa. Neq;, vt repudiaret illam, cõpelli à dictatore Sylla vllo mõ potuit. Interdum ponitur simpliciter, pro non accipio recuso. Terẽ. in An. repudio consilium, quod primum intenderam.

Repungo,qñ de rõne,vel calẽdario loqmur,facit preteritũ repunxi qñ vero vicẽ redditã ostendimus repupugi.Cice. Lentulo.Darent mihi ipsi aliũ publium, in quo possem illorum animos mediocriter lacessitus repungere.

Reputo,as,pe.cor.Vide in dictione puto.

Requiro,is,pe.pro.repetitionẽ, vel augmẽtum actus denotat.Hie.Et nũc, qd super est,vt ab aliquo doctore regratis?Interdum requirere est sepius,vel rursus querere.

Res generalem habet significationẽ.Nam,vt Plau.Iureconsul.inquit,siue corpalia,siue incorpalia cõprehendit.Corporales res sunt,que vere tangi possunt, vt homo vestis. Incorporales, que tangi non pñt qualia sunt ea, que in iure cõsistunt,sicut hr̃ditas,vsusfructus,obligatiões sunt. Et à dialecticis dr̃ terminus transcendens, quo substãtia, qualitas,actio comprehendunt.Sumit quandoq; res pro statu ac conditione,vt Resp.res priuata, res familiaris,res vxoria,res mea, res tua.Cice. Id enim rebus nr̃is minime cõducebat,idest statui nr̃o.Salu. At nobis est domi inopia,foris es alienum,mala res spes multo asperior.Quandoq; res dicit pront distinguit,à persona.Vnde loci argumentorũ sunt à rebus,ẽ à psonis.Quandoq; put distinguit à verbis.Hora.Verbaq; puisam rem non inuita sequentur.Sumit ẽ pro contentione,lite, negocio,siue commercio,vt est mihi res,cum latrone.Teren. Quid hoc rei est idest negocij.Cice.pro Mure.Nondum potuisse statuere iurisconsultos,vtrum rem,an litem vici oporteret.Item pro causa,vt quamobrem,idest ppter quam causam,qua de re,de qua causa ab re,sine causa.Item pro censu , siue diuitijs.Teren.in Heau.Eius frater aliquantulum est ad rem auidior.Item pro imperio.Virg.Postq̃ res Asie Priamiq; euertere gentem Immeritam visum superis . Item pro vtilitate.Terẽ. in Ecy.Si in rem est Bacchidis.Et iterum.Neq; in rem nostram est, vt quisq̃ amator nuptijs letet.Dona.in vtilitatem.i.pro cõmodo.Item pro actu venereo.Idem.Miles,cum quo tum res habebat.Dona.Rem habere honeste res impura dicitur. De triplici significatione.Ausonij versus est monosyllabis. Imperium litem venerem,cur vna notet res.Item pro experientia, siue effectu.Teren.in Adel.Re ipse reperi facilitate nihil esse melius,neq; clementia.Cice.in Cato. Habui hec de senectute, que dicerem vobis,ad q̃, vt perueniatis vt ea, que ex me audistis,re ex parte probare positis.Item pro valore,precio,vel estimatione.Teren.in Phor.At si talentus rem reliquisset decem.s.primus esse cognatus.Item pro periculo, vt apud eundem.Verum pone esse victum eum tandem tamen non capitis eius res agitur,sed pecunie.Et res dicitur veritas.Teren.in Adel.Verus cogito,quod res est.Huius.dimi.est recula.

Res cõpendinata dr̃,cũ cã.i.iudiciũ ĩ diẽ tertiũ ↄstitutũ est.

Res iudicata dicitur, que finem controuersiarum pronunciatione accipit.quod vel condemnatione,vel absolutione contingit,vt author est Vlpi.

Res forẽsis dr̃ cã,que agit in foro, et ad causidicos ptinet.

Respu.ciuitas libera,que iure regit.Et impium hẽt et alie tam que principum sedes sunt q̃ que subiecte,et priuate, idest quisquid pertinet ad vniuersitatem ciuitati cuiuslibet.Cice.ad Brutum.Si Respu.municipij, tuo studio diligentia bene administrata erit.

Rescio,siue rescisco,is,est factum aliquid occultius,aut inopinatũ insperatumq̃; cognosco.Terẽ.En tibi resciuit omnẽ rẽ .i.qd occultũ putabamus,pter nr̃am opinionẽ cognouit.Aliqñ sigt rẽ postq̃ gesta est scio,quã nesciebã, cũ gereret.Hie.in li.numerorum. Quod si audiens vir tacuerit,et in alterã dies distulerit sniam,quicqd nouerat,atq; promiserat, reddat,quia statim,vt audiuit,tacuit, sinaũt cõtradixerit,postq̃ resciuit,portabit ipse, iniquitates eius. Et primo Re.Quod cum dicendum rescisset, quia preparaet ei Saul clam malum dixit ad Abiathar.

Rescindo,rescindis,cedo,tollo,aufero, destruo. Cesar.i.com. Pontem , qui erat ad Genuam iubet rescindi Quod verbum ad omnia que rescindunt ferè proprie pertinet.Col. li.ij.Et quod falx reliquerit,priusq̃ inarescat,vomis rescindat,atq; obruat,id enim cedit,pro stercore.Vir.li.ij.Geor. Non tamen vlla magis presens fortuna laboꝝ est.Quàm si quis ferro potuit rescindere summum Vlceris os, alitur vitiũ,viuitq̃; tegẽdo,i.aperire.Idem lib.i.Geor.Celũ rescindere,fratres. Ter sunt conati,idest oppugnare. Et rescindere est rursus scindere.Hie.contra.Rufi.Quid meruit homo latens vt nudares cicatricem eius,et obductam cutem insperato dolore rescinderes. Aliquando non ratum habere,irritus facere.Sal.in Iug.Iugurtha inter alias res ait oportere quinquẽnij consulta,et decreta omnia rescindi, idest tolli et destrui.

Rescribo,rursus,vel retro scribo.Oui.Nil mihi rescribas attamen ipse veni.Et rescribere significat reddere, seu renunciare.Teren.in Phor.Atq; illud mihi argentũ rursum iube rescribi.Dona.Rescribi reddi,seu per mensem scripturã dari,qm̃ ad pecunie renumerationẽ antecedit scriptura,rescribere dicebant pro renumerare. Vnde hodie datur chirographus.Serui.Scribi est dari.Horat.Scribe decem Nerio non est satis,adde cicute,rescribi vero reddi.Hora. Dictantis,quod tu nunq̃ rescribere possis.

Reseco,as,pe.cor.aui,atum,et resecui,resectum,significat rescindo,vide in dictione seco.

Resecro,as,iterũ obsecro,itero obsecrationẽ. Plau.in Aul.resecroq̃; mater qd dudum obsecrauerã,aut resecro religione absolno vtiq; cũ reus populũ comitijs orauerat per deos,vt eo piculo liberaret iubebat magr̃atus eũ resecrare.

Resero,as,pe.cor.aperio.à sera deductum.Cic.Nec ita claudenda est res familiaris, at eam benignitati aperire, non posit,nec ita reseranda,vt pateat omnibus.

Resero,is,pe.cor.reseui,situm,rursus semino, seu rursus planto.Ply.li.xviij.Nã cu3 hyeme pregelida capte segetes eẽnt, reseueret resarrientes campos mense Martio.

Resegmen,qd est vnguibus amputatur.Ply.li.ij.Nec pauci apud grecos singulorũ viscerũ,membrorumq̃; etiam sapores dixere,omnia persecuti,vsq; ad resegmina vnguiũ. Est ergo generale amputamentum.

Reserno,nas,quasi retro serno,ab alijs serno.Lact.li.ij. Fabricauit arcam in qua ipse cum coniuge , ac tribus filijs reseruatus est,cum aqua vniuersos mõtes altissimos operuisset.Hie.ad Iul.Nihil tibi ob metum in opie reseruaueris,ne anania damneris et saphira.

Reses,idis,à resideo,qui remanet,siue restat ociosus,à labore , seu opere , quod exercere solebat. Liui.lib.ij.Timuere patres residem in vrbe plebem incerti manere,an abire mallent.

Resideo,es,pe.cor.quiesco sedeo,firmiter sto.Nam hic re nihil significat.Virg.Omnisq̃; repente resedit flatus. Hiero. Atq; in regni folio sublimata,post Christum gloriosa residet.Lactã.li.ij.Posteri hebrei dicti penes quos religio dei resedit,idest restitit.

Resipisco,is,à resipio.Vide in dictione desipio.

Resipio,is,pe.cor.Vide in dictione desipio.

Resex,ecis.Colu.li.iiij.Nam confiteor pampinarios quoq; cũ è duro processerint tempore anni sequentis acquirere fecunditatem,et ideo resecẽ summitti,vt pro generare posit.Verum eiusmodi partus comperimus, non tam ipsius resecis q̃ materni esse muneris.

Resigno,nas,quod signatum erat aperio,relaxo, patefacio. Est enim contrarium suo simplici signo , quod est annulo signum imprimo. Plau. in Tri. Iam si obsignatas non feret,dici hoc potest,apud portitores eas res resignatas tibi,inspectasq̃; esse , hinc resignatio testamentorum appellata.Item resignare est perfecte signare.Colu.lib.iij. Priusq̃ arbusculas transferas,rubrica resignato,vt hisdẽ, quibus ante steterunt.constituas eas.Item resignare, claudere.Virgili.libro.iiij.Et lumina morte resignat. Antiqui etiam resignare pro subscribere , et resignatum es dicebatur militi,cum ob delictum,iussu tribuni militum , ne

stipendiumi ei daret in tabulas referebatur. Ites resignare reddere, quod fit cum in libris datorum, ē acceptorum pecuniam, quam acceptam signauimus, redditam demonstramus. Hor. li. ij. Car. Res resigno, quas dedit.

Resimus, pe. pro. ex re, ē simus, idem est, quod simus, hoc est qui sursus versus depressas habet nares sicut, ē simus. De simus. Virg. Dum tenera attondent simę virgulta capellę Ser. Simę gręcum est nomen. i. pressis naribus, vnde et simias dicimus. De resimus. Colu. lib. vij. loquens de boum indole. Pandorū inquit naribus resimis patulis. Huius cōtrarium est desimus pro eo qui non est presfis naribus.

Resina, pe. cor. humor ex arboribus defluens, in ijsdemq; residens. Et à medicis multiplex describit. Duę tamē sunt species, arida vna, humida altera et ꝓrsus omnis stomacho facit, et sanguinis reiectioni imprimisq; probatur, quę à Terminthο arbore Terminthina est appellata. Ea nascitur in Arabia, in Iudęa, in syria, in Cypro, in lycia, & in cycladibus. Quę alba pręstantior est nitri colorem habens & non nihil cęrulei.

Resinatus, a, um, quod est resina illitum, sicut à pice picatum. Iuue. Quid enim resinata iuuentus.

Resoluo, quasi dissoluo. Colu. li. ij. Ex his nihil non melius resoluta humo. qua densa ꝓuenit. Itē resoluere destruere, amouore. Vir. lib. i. Geor. Inuitat genialis hyemes, curasq; resoluit. i. amouet. Item dissoluere, et quod ligatum erat, non ligatum facere. Oui. li. i. Me. Et velate caput, cinctasq; resoluite vestes.

Respicio, retro aspicio. Plau. in Aul. Tu ex hoc loco digitus transuersum, aut vnguem latum excesseris, aut si respexeris, donec ego te misero. Interdum respicere, est respectū habere, prouidere, remediare. Plan. Ciceroni. Quod si, aut Cęsar. respexerit se, aut affricanę legiones celeriter venerint, securos vos ex hac parte reddemus. Teren. in Andri. Carine me, et te imprudens, nisi quid dij respiciūt perdidi, idest prouident, vel remedium afferunt. Interdum custodire, reseruare, amare. Ides in Heau. Deniq; nullum amittis tempus, neq; te respicis, idest custodis. Et in Phor. Dij nos respiciunt, gnatam inueni nuptam, cum tuo filio, idest diligunt.

Respecto, as, sępe video, amo, adiuuo. Vir. Si qua pios respectant numina.

Respectus mō ipsam respectiones. Plau. Et me respectu terruit. Modo rationem, qua ad aliquid agendum mouemur. Ply. Namq; eo respectu commotus abscesserat.

Respiro, pe. pro. spiritum capio, resuscito, seu in statum pristinum redeo. Plau. in Epi. Manę, sine respires quęso immo acquiesce, animo male est. recipiam anhelitum Cic. Aulo Torquato. Si armis, aut conditione positis aut fatigatione abiectis aut victoria detractis, ciuitas respirauerit, et dignitate tua tibi, et fortuna vti. licebit, idest in statum pristinum redierit.

Respondeo, es, et respondo, is. Manil. li. v. Sic etiam magno quędam respondere mundo. Est antē respondere posteriore loco dicere, à quo responsum et responsio. Et dicimus ego respondeo tibi, et ad te. Ply. Cum ad eos breuissime respondissem, gręci tamen meliorem modum habent, Vnde Xenophon in lib. quem fecit de miseria Tyrannorum καὶ ὁ ἱέρων ὑπολαβὼν ὅτι νὴ δί᾽ ἔφη ὦ σιμωνίδη καὶ ἐξ ὧν ἀπεχθάνονται οἱ ἄνθρωποι ἡμᾶς πολὺ πλείω τῶν ἰδιωτῶν ἀναγκή ἐστι πραγματεύεσθαι. Aliquando significat conuenire, consentire, et parem esse. Virgi. Dictis respondent cętera matris. i. cōsentiūt. et cōformia sunt. Ply. xxxvi. Structuram ad normam, et libellam, et ad perpendiculum respondere oportet. Cice. li. i. Thuscu. Nec tamen, si qui magnis ingeniis in eo genere extiterunt non satis gręcorū glorię responderunt. i. accesserūt, vel pares fuerunt. Hiero. ad furiam. Et quibus nati sunt liberi suo generi rñderunt. i. similes fuerunt. Cice. Trebo. Cui quidem amori vtinam cęteris rebus possem amore certe respondebo. i. satisfaciā, vel par ero. Virg. Illa seges demum votis rñdet auari agricolę. Aliquando respicere, seu contra positus esse. Idem. li. vi. Contra elata mari respondet Gnosia tellus.

Responsus conuenientia consensusq;. Vic. Symmetria est ex ipsius operis membris ratę partis responsus.

Respuo, is. Vide in dictione spuo.

Restagnare extra redundare, seu aquā cōtinere. Col. li. ij. Ita quasi palus in aliqua parte subsidens restagnat sulcis deriuanda est, quippè aquarum abūdantia atq; penuria, graminibus ęque est exitio. Cōponitur aūt ex re, et stagnare.

Restauro, as, ex re, et stauro, vnde et instauro significat reintegro. Iusti. li. ij. Interea et Darius, cum bellum restauraret in apparatu decidit.

Restare superesse. Cice. in Cato. Nec cum ęqualibus solum, qui pauci admodum restant. Item remotus esse. Enni. Restat vsus fuit. i. distat, et remotum est. Item retro stare. Teren. in Eun. Vtinam illum dij deęq; omnes senem perdant, qui me hodie remoratus est, meq; adeo, qui restiterim. Item resistere. Cice. de finibus. Nullam quęrentes voluptatem stoici restant. Item restare cum datiuo, significat manere, et cū accusatiuo vt hoc mihi restat, idest hoc me manet. Virg. lib. vij. Hoc latio restare canunt qui sanguine nostrum nomen in astra ferant.

Restito, as, sępe moras facio. Teren. in Eu. Exi foras sceleste, at etiam restitas? fugitiue prodi.

Resisto, is, retro sisto. Hie. li. ij. Reg. Cumq; transisset vniuersus populus, et rex Iordanem resistit, et osculatus est rex Berzelai. Et resistere est aduersari, repugnare. Cice. Cum resistere eius improbitati non possem.

Restire est ad referendum, laborandū colendumue aptus esse. Colu lib. iiij. Nam vt quęq; restire incipiunt, tempestiue leguntur et quę nondum maturitatē ceperunt vnę sine dispendio differuntur.

Restibilis qui restituitur, et refertur. Ply. lib. xxviij. Conceptū leporis vtero exemptum his quę parere desierint, restibiles fęcunditatem afferre. Vnde ager restibilis. Col. li. ij. Fasellus terrę mandabitur, vel in veterano, vel melius pingui, et restibili agro. Fest. Restibilis ager fit, q cōtinuo biennio seritur restibilis seges est, quę regerminat quasi cuius fęcunditas in sequentem quoq; annum restitat. Gręci palimblaston vocant. Ply. vbertatis tamen tantę sunt, vt sequente anno sponte restibilis fiat seges.

Restipulari vt Luctatius, inquit est cōtra sponsionē factam pecuniam obligare. Val. li. ij. Nec dubitauit restipulari.

Restituo, tuis, modo significat reddo. Teren. Gnatum ei restituit. Modo in statum pristinum reduco. Iusti. Hunc regno à patre priuatus filius restituerat, et proprie restituuntur volentes cupientesq;, vt ciuis patrię, et filius patri. Hinc restitutio, repositio. Caius restituere inquit plus est, quàm exhibere. Nam exhibere est presentiam corporis prębere. Restituere vero est etiam possessorem facere, fructusq; reddere. Hinc restibilis ager. Aliqñ Restituere significat instaurare ac reficere. Cic. in top. ei cui domus vsusfructus legatus sit non restituturū hęredem si corruerit.

Restis funis. à resto vt quidam aiunt ꝙ quęcunq; ligata stare faciat. Apul. Restim qua grabatulus erat intexus aggredior expedire. Ad Restim res redit significat res deperditas esse, et de suspendio cogitandum. In saltatione restim ducere dicuntur chori puerorū puellarumq; manu conserti. Teren. Tu inter eas restim ductitans saltabis. A' qua similitudine aliorum connexa capita restes dicuntur. Ply li. xx. Allium ad serpentium ictus potum cū restibus suis. Liui. li. xxvij. Per manus reste data virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt.

Restio onis, funiculus Apud Plau. Accipitur pro eo qui se pensilem facit laqueo restis strangulatus. Ait. n. Illi erunt bucedę potius q̄ ego sim restio. Quod significat illi potius cędentur bubulis loris quàm ego me suspendam. Restio etiam fuit nomen Aui Augusti proprie vero restio dicitur qui restes torquet.

Resticula, pua restis Apđ Var. sicut sonat, ē vulgo ita vocat

Reſtinguo,is,xi,ctum,à ſtinguo,compoſitum eſt. Vnde et diſtinguo,et extinguo.Stinguo vero , vt opinor ſignificat obſcuro.De quo Priſc.Extinguo,extinxi,cuius ſimplex ī raro vſu eſt . Cice . Tamen in arato participio vſus eſt. Quem neq; tempeſtas perimet,neq; longa vetuſtas.Interimet ſtinguens pręclara inſignia cęlum. Idem in progno. Vt cum luna means Hypperionis officit orbi.Stinguuntur radij cęca caligine tecti Reſtinguere autem eſt, quod vernacula lingua dicimus remorzare.Plau.in Cas.Ignem reſtinguunt aqua.Virgi.Quale peręſtum Dulcis aquę ſaliente ſitim reſtinguere riuo.

Reſtringo,is,retro ſtringo.Ply.li.xxxv.Item belli imagines pinxit reſtrictis,à tergo manibus. Alexādro in curru triumphante.Aliquando valde, ſeu perfecte ſtringo.Amb.li.i.offi.Vt lingua tua menti ſubdita ſit.reſtringatur habenę vinculis. Aliquando ſoluo.Apu.Iumentum reſtringit, abireq; ſtabulo liberum ſinit, quod ſtabularius iuuentū mox domum reducit. Aliquādo rurſus ſtringo. Idem. Et duplici ne ſolui facile queat,reſtringit.

Reſilio,lis,pe.cor.Vide in dictione reſulto.

Reſulto,as, à reſilio fit quod ſignificat in contrarium ſalio,reuertor,agor,rebello.Ply.Quandoq; reſilit vulnus, et curare ſcalpello oportet. Hiero.ad nepo. Sagitta in lapidem nunq̄ figitur. Interdum reſiliens percutit dirigentē. Et reſilire eſt cito recedere. Quadrigarius lib. vi. Artorius caute dextrum humerum fauciat atq; reſiliuit.Reſultare igitur reſilere,reluctari in contrarium ferri,ſeu reaudiri, ac reclamari.Virg.lib.v. Pulſati colles clamore reſultant. Sic et diſſulto,vt apud eundem li.viij.Impulſu quo maximus intonat ęther Diſſultant ripę.

Reſumo,pe.pro.rurſus ſumo. Ply. Reſumptis poſt longam ęgritudinem viribus.

Reſupino,nas,ſurſum reuoluo.Nam ſupinare eſt ſurſum voluere à ſupino.Iuuen.Et multum referens de Mecęnate ſupino.Nam pronus,ſupinusq;,ac reſupinus contraria ſunt.Colu.li.iiij. Quia ſiue pronum,ſiue reſupinum.Ply. eosq; ſciopidas vocari, qui in maiori ęſtu humi iacentes reſupini,vmbra ſe pedum protegūt.Item reſupinus proiectus molliter.Oui. Et modo cātabam veteres reſupinus amores.Reſupinare igitur inuertere,ſubuertere. Interdum etiam à propoſito ſeu incępto reuocare, differre,peruertere.Iuue.Aulam reſupinat amici.Idē.et reſupinati ceſſantia tympana galli,Sed hęc per tranſlationem.

Rete,tis,neu.gene.et retis maſcu.ac fęmi. et hęc retia,ię, à rapio,vel à raritate,vt inquit Var.Vel à retineo,vnde retia,quaſi retinentia dicta ſunt. Plau. in Rud. Non vides proferre me inuidum retem,ſine ſquamoſo pecu. Et iterum ibi.Nam tunc et operam,et ludos facit,et retiam,vt tempeſtas eſt.Rete vero in ablatiuo rete pro reti.Oui.li.v. Faſto. poſuit . Cur tibi pro libicis clauduntur rete leones. Hinc fit irretio,tijs. Apule. Tamen rete cum diphthongo ſcribi cenſet.

Reticulum dimi.à rete. Quo nomine vtitur ſępe Hiero. in inſtrumento veteri.Eſt ē genus retis,quod in orbes ſpargitur,quod aliquando capitur pro tegmine muliebris capitis quod capillos continet.Iuue. Reticulumq; comis auratum ingentibus implet . Et eſt reticulum ſacculus in modum retis,quo viatores denarios et panes geſtant.Hora.Vt ſi Reticulum panis venales inter onuſto Forte vehas humero .Alio nomine dicitur funda.

Retiaculum dimi.à retia.Hie.in Pſa.Cadent in retinaculū peccatores.Plau.in Aſi.Iubeas vna opera me piſcari in aërem,venari autem retiaculo in medio mari.

Retiolum,idem,quod reticulum.s.tegmen capitis.

Reticula dimi.à retis fęmi.gene.

Reticulatus,a,um,quod eſt factum in modum retis. Ply. li.xxxvi.Reticulatā ſtructuram, quam frequentisſime Romę ſtruunt,remis oportunam.

Retiarius dicebatur , qui rete immittebat. Nam compoſiti gladiatores, per paria diuerſa noīa ſortiebantur. Nam alter dicebatur retiarius,ꝙ rete iaceret.Alter ſecutor, per inde,ac retiariū fugiens,vel fugam ſimulans ſequeret, hoc genus pugnę,inſtituit Pittacus vnus ex ſeptes ſapiētibus.

Retę,ſunt arbores,quę ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipſorum extant à retibus dictę , ꝙ prętereuntes naues retinerent,inſtar,retium.Vnde in ędicto prętorius legitur , retanda flumina , quod ſignificat purganda , ne quid morę,ſiue periculi nauibus in ea virgulta incidentibus fiat.

Retego,is.pe.cor.quod tectum erat denudo.

Retexo,texis, contrarium eſt ſuo ſimplici. Significat enim quod textum erat reddo non textum . Tractum à telis quę deſtruuntur, cum retexuntur. Vnde et pro deſtruere ponitur Val.Maxi. Decretiq; circunſpectisſima ſanctitate impium opus cenſoris retexunt . Et retexere rurſus texere,renouare.Marius.Ciceroni. An quod adoleſcens pręſtiti , cum etiam errare cum excuſatione poſſem id nunc ętate pręcipitata commutem, ac ne ipſe retexam Item ſignificat aperire, diſſoluere enarrare vt in hymno . Quę vox, quę poterit lingua retexere, quę tu Martyribus munera pręparas.

Retineo,es,pe.cor.remoror.Vnde retinacula.Per tranſlationem ponitur,pro recordor,vt cum dicimus.Si retines quę dicta ſunt.Aliquando pro cohibere.Amb.Satis.abundeq; dixiſſe me credo ſuperiori tractatu quemadmodus cōpti vel nitidi natalem dn̄i ſuſcipere debeamus,et ſuperuenientem feſtiuitates eius,ab omni ambitione retinere.Aliquādo pro non permitto,vt quidq̄ perdatur, vel conſumatur. Lactā.li.vi.Nomen itaq; ſolum retinuerunt,vim vero, et rationem,et effectum perdiderunt.Salu.Nam imperium his artibus retinetur.i.conſeruatur.

Retento,as,frequentatiuum ſępe retineo.Plau.in Aſi. Cur me retentas. Et retentare iterū tentare.Oui.li.i.Me.Erigitur,metuitq; loqui,ne more iuuencę Mugiat ē timide verba intermiſſa retentat.i.iterum tentat proferre.

Retinacula ſunt quibus aliqd retinet ſiue remoratur.Vir. li.i.Geor.Atq; amerina parant lentę retinacula viti.

Retorqueo,es,retro iacio,vel remitto. Amb.li.i.offi.Et q̄uis ſeptus armatis non retorquebat conuitium.Cice. in Ca. Quoquidem me proficiſcentem haud sanè quis facile retraxerit,nec tanq̄ pilam retorſerit,et retorquere eſt rurſus flectere.Colu.li.v.Id vt ſcite fiat meminerit alligator,ne retorqueat sarmentum ſed tantū inflexum denunciat.

Retracto,tas,à retraho,quod ſignificat rurſus traho reuoco,et repeto quod omiſi.Vnde liber retractationum, quem Aug.edidit recte appellatus eſt in quo, quę minus doctę alibi tractauerat,retractauit.i.reuocauit.Aliquādo retractare ,eſt retro trahere,recuſare reijcere.Virg.li.x.Æne.Semianimesq; micant digiti,ferrumq; retractant. Col.li.v. Hęc, eorumq; ſimilia, poſt putationem retractanda ſunt .i.retrotractanda,et remouenda.

Retribuo,recompenſo,quaſi retro tribuo.

Retricam aquam veteres dixerunt qua horti irrigantur.

Retrimentū,à retero,is,videtur eſſe ſicut detrimentum,à detero.Var.Amurca,cum ex olea eſt expreſſa,qui eſt humor aquatilis, ac retrimentum conditum in vas fictile Retrimentum ēt excrementū fęculentię,ē ſtercus Macro.li.vij. in vētre fit prima digeſtio cuius fex retrimenta ſunt,quę per inteſtina inferiora orificio trudente labuntur . Idem aridiora retrimenta in aluum conuenire refert humidiora in veſſicam trahi intelligens ſtercora et vrinam.

Retorridus,a,um, quod in tempeſtiue amisſis viribus,à ſole torretur.Col.lib.iij.Si in olea vnus ramus aliqn̄ ceteris lętior eſt,niſi eum reciderus arbor tota fiet retorrida.

Rotorreſcere idem eſt,quod retorridum fieri.Ides li.iiij.Deinde ſata non ita enutriunt,vt ante conualeſcant, ac proſiliant,q̄ retorreſcant.

Retrudo,is,pe.pro.retro trudo.Plau. in Epidi. Cępi rurſum vorſum ad illa pauxillatim accedere,quaſi retruderet hominem me vis inuitum.

Retundo,dis.Vide in dictione tundo.
Retrorsum,retronersum.Hor.Retrorsum vela dare atq; iterare cursus,hinc retrorsus,sa, sum. Apule.libro. ij.de Asi. Denique sepe retrorsa respiciens substitit,idest reflexa,obliquata retro conuersa.
Reualesco,is,ad sanitatē redigor.Gel.Quod in eorum finibus sub ipso oppido,et capitali morbo reualuisset.
Reuenio,nis,pe.cor.retro venio reuertor.
Reuereor respectum habeo , vel venerationi habeo quod est timor agendi,quod reprehendi possit.Plaut. in Epid. Reuereor filium,idest respectum habeo filio hinc Reuerentia.Iuue.Maxima debetur puero reuerentia. Idem hęc nullis verbis pudor aut reuerentia mensę.
Reuertor deponens,et reuerto redeo quasi retro verto.Cice Appio. Conscendens iā nauē Ephesō,Laodiciā iā reuertit. Et.li.ij.offi.Factus est alter eius sistendi vas,vt si ille non reuertisset,moriendum eēt ipsi. Aliquando reuerti ponit simpliciter pro venire diuertere.Idem.Ad Chrysippi laqueos reuertamur,cum nihil de Chrysippo antea dixisset.
Reuelo,as,pe.pro.contrarium est suo simplici , velo, quod tego significat,vt reuela oculos meos.i.aperi,et detege.
Reuello,is.Vide in dictione vello.
Reuiso,uisis,redeo vt videam.Teren. in And. Reuiso,quid agant,aut quid captent consilij. Plau.in Truc. Nunquid nam me vis aliud?Vt quando ocium tibi sit,me reuisas, idest ad videndum me reuenias.
Reuiuisco,is,reuixi,rursum viuus fio.
Reuoco,as,pe.cor.retro voco,reduco,retraho, retro vertor, resuscito.Hiero.Non illum vxoris lachrymę,nec cōmunio sanguinis,non despectans cuncta ex alto deus à scelere reuocat.i.retrahit,vnde et reuocare pedem dicimus, non modo de animalibus,sed etiam de fluminibus.Virg.Cunctatur et amnis rauca sonans reuocatq; pedem. Salu.Sępius vindicatum est in eos,qui contra imperium in hostem pugnauerant, quiq; tardius reuocati prelio excessérant,q̄ qui signa reliquerant, aut pulsi loco cedere ausi erant,idest retro vocati.Plautus. in Cur. Postq̄ hęc mihi narrauit,ab illo reuocat me illico,idest vt redeam vocat. Lactan.lib.iiij.Iacentia mortuorum corpora erexit, eosq; nominibus suis inclamatos à morte reuocauit,idest suscitauit.Aliquando reuocare significat per vices mutuo vocare.Varro. Quod nobis ministrare pueri diebus festis cicer viride,qui nos prouocare cum audeant nos illos reuocare timemus. Huius compositum est adreuoco. Cice. i.offi.Danda igitur opera est,vt si etiam aberrare ad alia ceperit,adreuocetur oratio.
Reuolo,as,pe.cor.retro volo.Cice.lib.iij.de na.deo.Æque in tergo p̄uolantium colla,& capita in tergo reponunt,qd. quia ipse dux facere non pōt qa non hēt vñ nitat,reuolat, vt ipse quoq; quiescat,in eius locus succedit, ex his,q̄ assequitur,eaq; vicissitudo in omni cursu conseruatur.
Reus dr̄ qcunq; in litē adducit,ēt si nihil admisent.i.ꝯtra quem qspiam agit. Ci.li.ij de ora.Reos appello non mō eos,qui arguuntur,sed oēs,de quorus re disceptatur. Vnde à re dicitur reus ꝙ rei alicui obnoxius sit,vel à re,quam promisit,reum fieri, vt Asco. inquit nihil aliud est, nisi apud pretorem legibus interrogari.
Reus capitis dicitur cuius causa capitalis est vt Reus furti, Reus Maiestatis,qui de furto,et maiestate accusatur.
Reus agit,qui accusat.Reus peragit,qui damnatur.Ply.iunior.Dum ille peragitur reus fedimus.Iureconsu.Peregisse reum non aliás quis videtur,nisi,et condemnauerit.
Reus stipulando,qui stipulatur.Reus promittendo, qui suo nomine quid,pro altero promittit.
Reus voti inqt Mac.q suscepto voto se numinibus obligat.
Rex,vt philosophus Speu. Ait, imperans est secundum leges subiectus, irreprehensibilis ciuilis ordinis institutor.

R ANTE H

Rha fluuius,à quo nomē medicamēto notabili,vt Ammianus inqt,qđ rheon,seu rha barbarꝝ,atq; ponticū vocat.
Rhadamantus Iouis,ex Europa filius, et rex Lycię, qui ꝙ seuerus fuerit,et iusticię executor, fingitur à poëtis apud inferos,nocentum explorare culpas.De quo.Virg.lib. vi. Gnosius hęc Rhadamantus habet durissima regna. Castigatq;,auditq; dolos subigitq; fateri.Quę, qs apđ supos furto letatus iani.Distulit in serā cōmissa piacula mortē.
Rhagades,et rhagadia vocantur scissurę, quę in sede proueniunt,et pedibus dictę rhagades,à verbo gręco ῥήγνυμι quod significat abrumpo.De hoc in dictione condyloma ta vulgariter manzadurę de muro.
Rhagion,significat apud grecos acinum paruum.
Rhamnus,untis,sicut amatus,untis.Trapezus,untis,est Atticę regionis pagus,illustris,ꝙ in ea fit fanum Amphiarai,et phidiaca nemesis.Hinc Rhamnusius,a,um,vt Nemesis rhamnusia,quod est ex rhamno.Teren.in An.Hoc certo scio,rhamnusium se aiebat.
Rhamnusia,indignationis dea,quam greci νέμεσιν. vocāt. Nam cum narcissus formę bonitate abuteretur superbius recte fingitur eiusmodi dea aduersus eum,qui bonis pre sentibus fit indignus.Nemesis inq̄ indignationem significat.Cuius simulachrum pulcherrimum eo in loco colebatur.Quod quidem marmoreum tradunt à phidia vl narum in altitudine decem factum.De hac. Ouid. li.vi. de tris.Exiget ad dignas vltrix rhamnusia pęnas.
Rhamnetes nomen proprium viri.
Rhampsinitus nomen proprium regis Ægypti,vt Herodo. lib.ij.Histo.refert.
Rhagę,arus,nomē ciui.Medorꝝ, ab auulsione terręmotus.
Rhea cęli,et terrę filia,quę alio nomine Cybelle dicitur.
Rheda vocabulum gallicum,vt inquit. Quin . Et significat carrucas.Vnde à Cicerone rhedarius dictus est auriga, rectorq; ipsius rhedę.inde epiredium.
Rhegyū oppidū sitū ī margine Italię, cui gręci nomē dedere,à fractura per y,Rhegyon.n.gręce abruptū dr̄.Hinc .n.Sicilia auulsa,abruptaq; est ab Italia.Trogus qm̄ inqt gręce abrupta hoc noīe ꝓnunciatur greci à dehiscendi argumēto nomē dedere.Olim Rhegynę ciuitatis igens fuit potētia,ob eamq; cām nomē ciuitati factū esse autumat,q̄si regia vrbs foret,vnde et stra.scribit quosdā existimasse à quodam regi,dici potuisse. Sicq; absq; aspiratione scribendum esset.Ab regio dicti sunt Rhegyni . Est aliud Regium Cisalpinę Gallię, oppidum non longe, à Parma,et Mutina,à Lepido instauratum,quod et regiū Lepidi,pro differentia alterius dicitur à quo regienses,sed melius dicitur Regium longobardię.
Rhebanus fluuius ī faucibus Bosphori thracij, vt Ply.lib. v.testatur.
Rhemi populi Gallię , vnde ꝓciosissimum telę genus rhemense cōicata alijs quoq; Galliarꝝ populis textrini gloria.
Rhenus,et rhenum vtroq; modo dicitur pro fluuio Gallię qui de iugo rheticarꝝ alpium , vsq; in oceani profunda cursū suū dirigit. Romanis memorandus aduersum feras gentes murus imperij.Virg.Rhenusq; bicornis.Hor. Aut flumen Rhenum,aut pluuius describitur arcus.
Rhenones,vestes pelliceę ꝓcipue ferinę ad vsū humanum redactę dictę,ꝙ calides teneāt renes, siue q̄ ῥινὸς pellis dr̄,siue ꝙ rhenani ppli hisce peculiariter vtebant. Cęsar. cō. vi. scribit Germanos vti pnis rhenonum tegmentis.
Rheon,idē,qđ rha barbarum,qđ vulgo Rheubarbarus dr̄.
Rhesus,rex Thracię, quem Home.scribit, cum equis albis in auxilium troianorum venisse , et à Diomede interfectum.Quo noīe etiā dictus est quidam troianus fluuius.
Rhetus gygas,quē Dio.ī leonē ꝯuersus occīdit.Rhetus vero mons Troię,in quo Aiax thelamonius sepultus traditur.
Rheti populi à Thuscis conditi, qui duce Rheto , à Gallis pulsi,alpes occupauerunt,et à nomine ducis Rheto ꝯdiderunt Rhetiam.Hinc rheticę vites,et rheticum vinum, ꝙ inter generosa Italię vina numeratur.Quod vt Stra. lib. iiij. scribit in montanis rhetorum radicibus nascitur, qui populi Veronam,comumq; vsq; peruenerunt.

Rhetia regio Europę ē, quę, vt li.ij. Ptol. refert, ab occasu limites hз montē Adulã, et fontes Danubij, et Rheni, ab ortu Lycum fluuiũ, q in Danubiũ exit, et Rhetiam à vindelitia diuidit. A' septentrione Danubiũ. A' meridie alpibus terminat̃ supra Galliã cisalpinã. Post rhetiam versus orientem sequit̃. Vindelicia, cui Noricum adhęret Eno tm̃ fluuio disiuncta, quidam eam Bauariam appellant.

Rhetor, latine orator, q̃q̃ differant, ꝙ orator sit, qui in iudicijs, et ꝯcionibus cãs agit, rhetor, q rethoricen profitet̃. Declamator, qui aut docendi alios, aut exercendi se gr̃a fictam cãm agit, vt in veris postea causis possit orare. Aliquando tñ rhetor ponit̃ pro oratore, rhetorica oratoria.

Rhetoricus, modo pro rhetore, modo pro oratore sumitur.

Rhetoricor, aris, rhetoꝝ more loquor. Hie. ꝯtra Hel. Rhetoricati sumus, et in morē declamatoꝝ paululum lusimus.

Rhetorisso, rissas, rhetorice loquor.

Rheuma, matis, latine eruptio, siue fluxus dicit̃, à ῥέω fluo. Vñ rheumata dicunt̃ ęstuaria. Amb. lib. Hex. Dicas si ascēdentes videas rheuma quoddam esse, ita proruunt, fluctusq̃; intersecant, per propontidem in Euxinum portuз violento impetu ꝓfluentes, vnde et pituita dr̃ quũ fluat.

Rhinoceron, ontis, et rinoceros, otis, animal quadrupes hñs in nare vnum cornu, vt ait. Ply. Genitus hostis elephanto, cornu, ad saxa limato pręparat se pugnę in dimicatione aluum maxime petens, quam scit suis ictibus per viam esse. Sol dicit repandũ eē. i. recuruũ eius cornu, et attritu з cautibus in mucronē excitare, pugnare cum elephantibus longitudine par est breuior est cruribus Pausanias affirmat rhinoceronta duo habere cornua, alterum insigni magnitudine ex naribus extans, alterum, quod supne erumpit, exiguum quidem, sed validissimum. Hinc sagacem, et prudentem virum nasum rhinocerotis habere dicimus. Mar. Iuuenesq̃;, senesq̃;. Et pueri nasum rhinocerotis habent. Compositum nomen, à ῥὶν ῥινὸς quod nasum significat, et κέρας cornu. Ponitur, et pro quodam vase oleum guttatim fundente, lauantibus se in balneis Marci. Gestauit fronte modo me iuuencus rhinocerota Me putabis pleno gutto. A' Rhinoceron fit adiectiuum rhinocerontius, a, um, vt cornua rhinocerontia.

Rhodon, latine rosa. Inde Cynorhodos, et Rhododaphne. Et Rhodos nomen vrbis (vt inquit Stra.) super orientali ꝓmontorio sita, dcã, ꝙ capulo rosę illic inuento sit ędificata. Ea portubus olim, et vijs, et męnibus, et reliquis ornamentis tantopere cęteras superauit, vt nulla putaret̃ ęqualis, legum ꝑstantia, & naualis rei peritia adeo valuit vt annis multis maris imperio potiret̃, et pyrataꝝ latrocinia sustulent. Quo ēt noīe dicta est īsula, in qua ea vrbs est quã. Ply. Lycię, et primaз Cycladũ scribit esse venientibus ab oriente. Hęc insula noningentoꝝ, ac viginti stadioꝝ ambitu patet, inter Asiaticas insulas tertia. Nam Lesbus, et Cyprus maiores habent̃. Prius Ophiusa dicta est, deinde Stadia, postea Telchin, eo ꝙ Telchines insulam incolerent, quos nonnulli maleficos, alij eximios artifices fuisse tradunt, qui ęris, et ferri fabricam inuenisse dicuntur. Sunt qui hãc insulam Carpathio mari assignãt, vt ex lucilliano versu ītelligi licet. Rhodos carpathiũ in pelagus se īclinat aptum. Soli sacra est, q puellę noīe Rhodię amore captus. Rhodũ ab ea noīauit, vt Diodo. li. vi. refert. Nam (vt Soli. Author est) nunq̃ ita cęlum nubilũ est, vt ī sole rhodos non sit. Aurũ Rhodi pluisse ob fęlicitatē insulę cęcinit Pindarus, vbi studia liberaliũ artiũ, ē in primis oratorię facultatis floruerunt. In ea fuit admirandę magnitudinis Collossus, à quo postea Rhodij appellati sunt Colosenses, ad quos Apostolus epistolam scripsit. In ea etiam vrbs opulentissima Lyndus, ex qua Cares statuarius, qui Colossuз extruxit. A' Rhodus sunt adiectiua, rhodius, rhodiensis, et rhodiacus.

Rhododaphne, rosa laurea.

Rhodonia ῥοδωνία rosarium, idest locus rosis consitus, quod et rosetum dictur vt lilietum.

Rhodinum oleum è rosis, quod rosaceum nostri nuncupauerunt. Rhodinum vnguentum, quod fit oleo rosaceo.

Rhododendrus frutex, quem et rhododaphnen nominant, folio similis amygdalę, sed maiori, pinguioriq̃; semine patent licet ῥόδον. καὶ δένδρος idest rosa, et arbor.

Rhodanus, pe. cor. fluuius Gallię, à Rhoda, rhodiorum oppido, vt ait Ply. lib. iij. Hiero. in commento epistolę ad Galathas. Rhodani Rhodiorum coloni locauerunt, vnde amnis Rhodanus nomen accepit, adeo magni cursus est, vt vix aduersa possit nauigari aqua. Ferunt hunc amnem ex alpibus oriri, quę Italiam. à Gallia diuidunt, non longe à fontibus Rheni, et Danubij. Fertur per Lemanum lacum, et versus occidentē per Galliã fluens, Arari suscipit. Inde ad meridiē ꝯuersus, et Isarã. Druētiãq̃; suscipiēs, apđ Heracleam vno ostio, et paulo vlterius duobus alijs ī mare Tyrrhenũ irrumpit. De hoc Amb. lib. Hesa. Rhodanus rapido ꝯcitus cursu thyrreni ęquoris freta scindit, in quo non mediocre fertur nauigantium piculum, dũ inter se maris fluctus, et amnis fluenta decernunt.

Rhodope, pe. cor. mons Thracię, à Rhodope Thracũ regina, ibi sepulta, vel à rhodope strymonis amnis, filia ex qua. Neptunus Atho gigantē genuit, qui et ipse monti nomen dedit. Sed Oui. ipsã rhodopen in montem conuersã tradidit quum deos aspernaretur. Est et rhodope Ionie ciuitas, cuius prima cor. Ouid. Qua patet umbrosum Rhodope glacialis ad Hemũ. At Rhodope pro nomine proprio meretricis Thracię, quam Ply. lib. xxxvi. scribit fecisse quęstu suo pyramidem laudatissimam, et conseruam fuisse Æsopi fabulariз philosophi prima pro. Hanc etiam rhodopin declinationis tertię vocant, vt nominatiuus sit rhodopis, idis. A' rhodope fit adiectiuum rhodopeus, pea, peum. Et resolutione diphthongi rhodopeius, peia, peium. Ouidi. Hospita demophoon tua te rhodopeia phyllis.

Rhodogune, fuit filia Darij, quę post mortem viri nutrices, quę illi secundas nuptias suadebat occīdit.

Rhoetus, cum oe, diph. vide in dictione Rhetus.

Rhoiton, à grecis dr̃ vinũ, qđ ē granis malorum punicorum exprimitur.

Rhoice mulieres, quarum vulue rheumatismo, idest fluctionibus laborant.

Rhombus, greca vox ē, signtq̃; figurã quadratã solidã, cuius latera oĩa sunt ęqualia, anguli vero obliqui tetrapleuros. i. quatuor laterum. Hic si in terram iactetur, voluit̃ ad silitudinem ferè cylindri. Vtebantur eo maleficę mulieres ad deducendam lunam, tortis filis confecto. Ouid. Quid torto ꝯcita rhombo licia. Mar. Quę nunc thessalico lunam deducere rhombo. Proper. Deficiunt magico torti sub carmine rhombi. Est et Rhombus piscis genus. Iuue. Incidit adriaci spacium admirabile rhombi Ante domũ veneris. Item rhombus est torquens, siue machinula illa, q̃ vertendo mulieres tramam ad lanicium nent.

Rhomphea genus gladij. Vale. Flac. lib. vi. Æquaq; nec ferro breuior, nec rhomphea ligno.

Rhoxia, regio septentrionalis, quãз Poloni, et sarmatę suaз esse dicunt.

Rhoxolani populi scythici vltra Danubium, quos quidam Rhutenos esse putant.

Rhutheni populi Gallię aquitanicę, vt inquit Ply. contermini Narbonensi prouincię, de quibus. Luc. lib. i. Soluuntur flaui longa statione rhuteni.

Rhyndacus, pe. cor. fluuius qui in pontus euoluitur, Hinc rhyndacicus, ca, cum.

Rhynton Tarentinus nugator vilissimus in agēdis pręcipue fabulis, à quo Rhyntonicę fabulę dictę sunt.

Rhytion, vasis genus lunari specie. Mar. in rhytio poteris Phębę lauare pedes.

Rhyparographus sordidaꝝ reꝝ humiliumq̃; pictor. Sic. n. cognoīatus fuit Pyreicus pictor excellēs quidē, sed q tonstrinas ac sutrinas, asellos, obsonia, aliaq̃; huiusmodi humilia secutus est. Nam ῥυπαρὸν greci sordidum dicunt.

Rhytmus, latine numerus. Quin. lib. ix. de isti. sunt numeri

rhytmi, qui

rhythmi,q neq; finē hñt certū,nec vllā ĩ ꝯtextu varietatē,sed q̃ ceperūt sublatione ad positionē vsq; decurrunt.

Rhymnus fluuius,à,q̃ ppli,et mōtes Rhymnici dicti sunt.

R ANTE I

Rica quadratū vestimentū fimbriatū, et purpureum quo pro palliolo vtebant flaminicę.Est et veli genus,quo mulieres capita tegunt.Dictus à ritu(vt Var. author est)ꝙ romano ritu sacrificia fęminę cū faciunt, capita tegunt. Huius dimi.est ricula quod pro sudario ponitur.

Ricinus,genus vestis,qđ et ricinū dr̄,à reiciendo. Fe.Riciniū,ē oē vestimentū quadratū.Est et ricinus,genus cucumeris,et vermis canes acrius,atq; boues infestās.Var.Quidā nucibus gręcis ĩ aqua tritis pungunt catulorꝫ aures,ꝙ ricini soleāt,si hoc vnguine non sis vsus, eas exulcerare. Ab huius aĩalis sĩlitudine ricinus dr̄ herba instar arboris,quā Dioscori.arborosū fruticē vocat similem ficui, sed minorem,folia habentem similia platano,sed maiora, lenia,et nigriora,ex qua exprimitur oleum cyzinuum.

Rictus,us,et rictū nō solū hiatum sĩgt,vñ v̾ba exeunt,sed ꝑs illa circa ipsū hiatuꝫ,quę in hoĩe ridente, vel alio mō os torquente lineis,q̄busdam terminat, vt maxime sunt labia.Lactā.sic Oris quoq; spēs,et rictus ex transuerso patefactus,q̃ vtilis,et q̃ decens sit,enarrari non pōt. Putat, et rictus eē figura ĩ ore ad tp̄s aliquo mō ꝯtracta,vel ꝓducta,vel inuersa,vel extensa,quę paulopost reditura sit in naturalē formā.Et est cōis tam beluis,q̃ hoĩbus.Hor. Ergo non satis est risu diducere rictum.Lucre.lib.v.Molossum Mollia dicta ꝑmunt duros nudantia dentes . Aliq̃n capitur pro rostro.Vnde nonnulli à gręcis deductum volunt apđ quos ῥύγχος rostrū dr̄ maxĩe cū de beluis dr̄.

Rideo es,risi,risum,sine casu ꝯstruitur,scđm ꝯsuetudinem Gel.lib.i.Rex,quasi anus ętate desiperet, risit.Aliquando sĩgt letū esse.Virg.Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho.Cum autem actm̄ hēt sĩgt derideo Lactan.lib.i.Si qs aūt accepta sapientia,deposuerit errorem profecto ridebit ineptias hoĩum penè dementium.Huius composita sūt arrideo,quod est in alicuius gratiā placide rideo applaudo,et leticiam animi ridendo ostendo.Ouid.Arrisit paries adueniente dea.Teren.Arridens omnibus.Corrideo,simul rideo.Hier.in Geñ.Quicunq; audient,corridebit mihi.Derideo deludo contemno,et cum irrisione ac contemptu rideo.Plau.in Aulu. Neq; Edepol ego te derisum venio,neq; derideo, neq; dignum arbitror . Irrideo, idem quod derideo. Teren. in Ecy.Prologo.Ne eū circunuentū iniq; iniq irrideant. Obrideo,subrideo parum,seu latenter rideo.Omniaq; habent pe.pro.

Ridiculum sĩgt sermonē risū excitantem.Cic.lib.de ora.Sępe et sententiose ridicula dñr.Plau.in Sti.Me meum obtenturū ridiculis meis.Hinc Gel. Formauit compositum Deridiculum,Vt vel ipsa re,ꝙ ita dicebat opprobraret aduersarijs,et per facetias ostentaret,faceret eos deridiculus, ꝙ proinde cęlio formam crimini darent.

Ridiculos dr̄,qui alijs risui est,et de quo alijs rident.Iuue. Nil hēt ĩfelix paupertas durius in se,q̃ ꝙ ridiculos hoĩes facit.Interdum sĩgt eum qui alios ridere facit.Plaut.in Sti.vides ridiculos nihili fieri.Cic.C.Sicinius homo impurus sed admodum ridiculus.Sic dicimus iocos ridiculos. Plau.in Sti.Iocos ridiculos vendo,age licemini.

Ridiculare,idē,qđ ridiculus.Plau.ĩ Asi. Mitte ridicularia.i. deceptiones,quę derisionē ꝓbent,seu,quę risu dignę sunt.

Risus, us, ipse ridendi actus et risus vocatus est Deus qui pręerat gaudio.

Ridicę,pe.cor.pedamenta vineaꝝ,quę quercu,et iunipo solent fieri optima,sicut Var.li.i.de re ru.docet Colu.lib.v. Hic anus nondū vehementē paluꝫ,aut ridicā desyderat.

Rigo,as,madefacio, adaquo.Hie.in Paulo.Talia eo loquēte, longęuus viator vbertim faciem lachrimis rigabat quas magnitudo lęticię indices cordis effuderat. Huius compositum est Irrigo,as,de quo alibi.

Riguus,a,ū,qđ rigat,seu qđ rigari facile pōt.Co.li.ij.ð prato loq̄ns.Eius ĩquit,aduertimus duo gña,quorꝫ alterū est siccaꝫ eum,alterū riguū.Siccaneum quod rigari nunq̃ aut non facile potest,intelligo,riguum,quod facile.

Rigor,modo sumitur pro frigore,modo pro duricie.Virgi. Et ferri rigor.

Rigidus,da,dum,idem quod frigidus.Virg.Tellurem Borea rigidam spirante moueri.Aliquando ponit pro duro,vnde rigidus homo dicit asper, et rigiditas asperitas, Aliquando pro erecto,quod non nisi ex duricie accidit. Idem.Tum rigidas motare cacumina quercus.

Rigeo,es,gui,frigeo,à quo rigesco,frigesco.Per transla.rigescere capit pro indurari,vel erectuꝫ, seu ꝯctum esse,qm̄ quę frigent,horrent durescunt.Ci.libi.Thusc.Cęteras partes incultas, ꝙ aut frigore rigeant , aut vrantur calore. Virg.lib.ij.Ge.Æraq; dissiliunt vulgo, vestesq; rigescunt. Ser.Durantur,vt frangi potius,q̃ scindi posse videantur. Huius composita sunt Dirigio,à quo Dirigesco.Obrigeo, obrigesco, quod est totus frigore contrahor et quasi induresco et rigidus fio.Colu.li.v.Compescitur harundo,cuꝫ obriguit hiberno frigore. Sene. Ita membra frigore obriguerunt,vt semineciem putaremus.Hiero.li.ij.Reg.Ipse stetit,et percussit philistęos donec deficeret manus eius, et obrigesceret cum gladios.

Rima,fissura,ꝓpe rimę dñr exiguę distantię tabularum in iuncturis.Vñ tractū est,vt oēs fissurę rimę dicant, et rimas agere,findi.Huius diminu.est rimula.Hie.pro translatione dixit,si tenui cuiusuis dilectionis rimula,continuus,insidiator diabolus intuitum valet infigere.

Rimosus,a,um,quod est rimis plenuꝫ.Colu.lib.i.Quicquid ab inferiore mox apposueris,fissum erit rimosumq;.

Rimor,aris,ē rimo,as,scđm Pri.diligenter quero,scrutor et quasi rimulas,quasq; perquiro.Tractum à suibus.q glādes rimant,p rimas terraꝝ.i.fissuris.Virg.lib.i.Ge.Dulcibus in stagnis rimant prata Caystri.i.pascunt in pratis, et cibū p oēs rimas terrę perquirunt.Interdū rimari est scindere,et quasi in rimas agere.Idem.Ergo ęgre rastris terram rimant.Interdum expleri, vt apud eundem. Rimaturq; oculis habitatq; sub alto pectore.

Ringo,gis,xi,rictū,qđ et ringor dr̄,sĩgt os torqueo,qđ canes faciunt,dū latraturi sunt,vel cū ex ira in rugas deducūt os.Hinc rĩgi,pro irasci,ĩdignari, adlatrare pulsare,conuitiari,murmurare ponit.Ter.ĩ Phor.Cum ille, et cura,et sumptu absumit,dū tibi fit,quod placeat,ille rĩgitur,tu rides.Sido.Multū ringit ociosa virtus. Dicit aūt rĩgi à nariū tortura Nā ῥὶν naris dr̄,vt sit ringi,q̃si narem agi.i.torqueri.Hinc rictus,us,et rictū,de quo supra.

Ripa,extremitas terrę dicta,ꝙ aquarum agitatione rumpatur.Et proprie est aquarum currentium.litus ea pars, quam alluit mare. Potest etiam lacuum , et stagnorum esse,quę maris imaginem habent.

Riparia auis,quę ĩ ripis,hĩtat.Ply.li.xxx.Multo tñ efficacissime ripariaꝝ pulli,ita vocāt ĩ ripaꝝ cauis nidificantes.

Ripę,siue ripęi,siue h montes Archadię , quam addimus, quotiens riphęos mōtes scythię significamus.Virg.Quiq; ripas,letulumq; tenent,atq; arua celenę.

Riphei montes scythici,à ῥιπὴς, vt quidam putant.i.à vētorum perpetuo iactu,vel ἀπὸ τοῦ ῥιπτεῖν, quod est iacere.Virg.lib.iij.Geor. Mens affrena virum ripheo tundit euro,et ῥιπίζω gręce flo.sĩgt.Vñ et rhipei,cum h in prima scribunt,ripheos populos Riphaat, filius Gomer instituit,quos à se ripheos noĩauit,vt scribit Iosephus. lib.i.

Riscus(vt inquit Do.)cista est ex pelle ꝯtexta.Ser.vero. ait esse fenestram paruā in pariete.Terē. in Eu.Abi sistellā domo affer cum monumentis,vbi sita est?in risco.

Rithace,alij orithacen.alij sandaracum,alij Cerinthum vocant, et à Dioscoride ceranthemis dicitur.

Ritus,us,mos,et approbata consuetudo,quam omnes rataꝫ habent,dicitur etiam Rites,is.Sta.li.xi.The. Hei mihi primitijs ararum et rite nefasto.

Rite aduerbiuꝫ,à rito verbo secundū.Prisci.et sĩgt recte, ꝙ

nihil tradit ritibus,quod non rectum eſſe credat. Vel vt inquit Var.quia,quod fit rite,id ratum et rectum eſt.

Rito,as,à ruo,uis,deducitur.Cuius compoſita ſunt irrito, prouoco,et prorito.

Riuus,à ῥέω fluo,locus depreſſus per longitudinem aquę currentis.Hinc deriuo,uas,et corriuo,as,quod proprie de brutis dicitur, cum potandi gratia ad eundem riuum conueniunt.Huius dimi.eſt riuulus,paruus riuus.

Riuales,et corriuales dñr ęmuli de mulieribus, quaſi in vnum amorē deriuantes.Ter.in Heau.Militē ego riualē recipiendum cenſeo.Trāſlatio vel à beſtijs,quę ſitientes, cū ex eodē riuulo hauſtum petunt, ꝑlurimum ꝯ ſe inuicem ꝯcitant,vel à re ruſt.Nā riuales dñr hi, quorum agros riuus aliqs diſterminat,q incertitudine,ē mutatione crebra curſus,lites ſępe īter eos ſuſcitat.Et Vlpi. Riuales,qui per eundem riuum aquam ducunt,inter quos ſępe contentio eſt de aquę vſu.Item riuales dicuntur,qui in riuis habitant.Colu.lib.ix.Datur camarus,et riualis alecula,vel ſi qua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia.

Riualitas dicta eſt ęmulatio illa inter amaſios.Ci.in Thu. Obtrectare vero alteri,aut illa vitioſa ęmulatione, quę riualitati ſimilis eſt.

Riuinus,pe.pro.idem,quod riualis.Plau.in Aſi.Cedit noctē filius riuinus amens,ob raptam mulierem.

Rixa,nomē fictiliū,à ringēdo,qꝺ eſt canū qñ irritant.Hīc rixoſus,a,ū,ꝯtentioſus.Fes.Rictus,rixe,rixo, ſe ringit,dici vident,quia in diuerſum rumpant ꝯtrariaq; ſint recto.

Rixor,aris,iurgor,contendo.

R ANTE O

Robur,ſiue robor,per o,ſpēs quercus eſt duriſſimę. Etiam per tranſla.ſumit ꝓ animi fortitudine, quę aduerſus oēs difficultates firmiter obnititur.Demum omnium rerum firmitatem duritiamq; robur dicimus.Colu.lib.ij. Quod protinus exile natum ſit nunq̄ robur accipere, manifeſtum eſt.Vnde Ser.Dicit. Omne quod forte eſt robur vocamus.Virg.lib.vij.Æternaq; ferri robora.

Roboreus,a,um,qꝺ eſt ex mā roboris.Colu.lib.xij.Materies ſi roborea eſt ab vno fabro dolari ad vnguem dent.

Robuſteus,a,um,apud Cat.deriuatum à robore.

Robus,apud veteres dicebat rubeus,et bouem robum circo ruſtici vocabant.Vnde et materia,quę plurimas huius coloris venas habet dicta eſt robur,et homines valētes ac boni coloris robuſti.Robus ēt genus tritici maxime laudabile,vt inquit Col. Cū pondere et nitore pręſtet.

Robuſtus,a,um,quod eſt multi roboris.Col.lib.ij.Neq; dubium eſt ex robuſto ſemine poſſe fieri non robuſtum.

Roboro,as,pe.cor.fortifico.Hie.li.ij.Re.Roboramini et eſtote viri fortes.Hinc componitur corroboro quod eſt totus ſimul fortifico.Ci.Caſſio.Manebat.n.illud malum vrbanum,et ita corroboratur quotidie,vt ego quidem,et vrbi, et ocio diffiderem vrbano.

Robigo,pe.ꝓ.dea,quā Romani putabāt rubiginē auerterē. Oui.Flamē in antiquū lucum robiginis ibat.Erat et Robigus deus Robigalia ſacra.vij.Kal.Maij fiebāt,qñtunc ferè ſegetes robigo occupat,vt ait.Ply.Eſt et robigo morbus ſegetū qui culmis frumentoꝝ innaſcit,ex nimio humore,vt ait Var.Virg.li.i. Ge.Et mala culmos eſſet robigo.Ser. vero dicit.Rubigo genus vitij quo culmi pereūt, ſed abuſiue rubigo dicit.Nam proprie robigo dicit.Var. dicit vitium eſſe obſcęnę libidinis,quod vlcus vocatur.

Rodo,is,oſi,ſum,proprie murium eſt,et ſilium,qui dentibus ferè ſemp aliqd demoliunt.Per tranſla.qñq; pro detraho ſumit.Hie.in ꝑfa.li.Paral.Hęc pace veteꝝ loquor, et obtrectatoribus meis tm̄ reſpondeo, qui canino dente me rodunt,in publico detrahentes,legentes in angulis. Huius compoſita Arrodo.Cice.pro ſex.Vt illa ex vepreculis extracta nitedula Rempu.conaretur arrodere.Corrodo erodo,et prerodo,quod eſt anterodo.Colu.lib.iiij. Nam ſi ſępius cacumina manu prefracta,aut pecore preroſa fuerint,in perpetuum corrumpuntur.

Rogo,as,poſco.Gel. Crepidarium cultellum rogauit à crepidario ſutore.Qñq; rogare eſt quęrere.Cice.Roga ipſum quemadmodum Arimini ego eum acceperim Quandoq; orare,deprecari.Virg.li.vij. Litusq; rogamus innocuum. Quandoq; ſtatuere.Gel.li.i.Lex deinde Licinia rogata eſt. Cic.lib.ij.Phil.Ego ad eam belli ciuilis cām attuli Ego leges ꝑnicioſas rogaui.Hinc legis rogatio dr̄,quoniam rogare populū magiſtratus ſolebant,an id placeret qꝺ ſtatuerant.i.interrogare.Hinc ēt derogare legi,abrogare legere dicimus.Et rogationis noīe continet lex,plębiſcitus, et priuilegiū.Eſt.n.q̄ſi caput,et fons totius iuris popularis.nā rogare populū eſt ager̄ cū populo.In q̄ re hęc erāt ꝟba ſolemnia.Velitis ne.Iubeatis ne,qrites,vt hoc, vel illud fiat.Vñ rogatio,q̄ſi q̄dam īterrogatio.Sue.in Cęs.Reditū in ciuitatē rogatione Plotia confecit. i.lege à Plotio lata.Cōponit h̄ verbū cū ad,vt Arrogo cum ab, vt abrogo,cum con,vt corrogo.Cic.lib.iiij. ad Heren. Si Prometheus cū mortalibus ignē diuidere vellet ipſe à vicinis cū teſta ābulans carbūculos corrogaret num ridiculus videretur.Cū de,vt derogo,cū e,vt erogo à quo ſup erogo. Cum in,vt irrogo,cū pro,vt ꝓrogo,qꝺ eſt ꝓtraho,ꝓlongo.Col. li.i.Quis.n.dubitet eā maxīe ꝓbatā hr̄i,ſine qua nemo nr̄m,vel ꝓſperę,vel aduersę valitudinis vitā ꝓrogat.Cice. Appio.Illud pugna atq; enitēr̄,ne qd nobis tp̄is ꝓroget. ꝓrogare impium ſiḡt noua rogatione i longiora tp̄a ꝓferre.Cū ſub vt ſubrogo,qꝺ ē ſubſtituo.Quin.Cū defuncto pr̄e in eius locū ſubrogatus fuiſſet. Et omnia hn̄t pe.cor.

Rogito,as,frequē.ſępe ꝑcor,et ſępe ſciſcitor.Ply.patrem ait, rogitat,vt ſui misereat. Virg. Multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa.Hinc componit Erogito, qꝺ ē valde ſtricteue rogito.Plau.in Cap.Ex hac ſtatua verncea volo erogitare meo minore,quod factum ſit filio.

Rogatores poſtulatores,et mendici,qui elemoſinam poſtulant.Plau.Vt rogator oſtiatim petam panem.

Rogatarius,tabellio,q rogat,qꝺ qſq; ſtipulet, h̄ ē,ꝓmittat.

Rogamen,rogationem,ſeu precem ſignificat.

Rogus ſtrues lignoꝝ,ad cremāda cadauera,dcūs,ꝙ in eo (dij manes rogent.

Roma,vrbs Italię regina vrbiū et totius orbis caput. Hęc paruus ab initio oppidum fuit à iuuentute Latina valentia appellatum.Quod cum Euāder ad ea loca veniens extendiſſet,ſeruata prius in poſiti nominis ſignificatione Romam nuncupauit.Siquidem gręci ῥώμην robur appellant.Hie.contra Ioui.,Roma āt fortitudinis nomen eſt,apud gręcos,aut ſublimitatis iuxta hebręos.Alij volunt Troia capta quosdam ex Achiuis in ea loca vbi nūc Roma ē deueniſſe,ꝑ Tyberī,Deīde ſuadente nobiliſſima captiuaꝝ,cui Romę nomē erat incenſis nauibus poſuiſſe ſedes, et ſtructo oppido Romen ab ea vocaſſe. Alij Romam, à Romulo dictam volunt. Romulus vero à Romula arbore.i.ficu, ſub qua Romulus,et Remus pueri inuenti ſunt,cum lupa ꝑbente infātibus rumē.i.mammā,vel à ruminando, ꝙ ęſtate ſub ea pecudes ruminabāt.Sunt etiam,qui Romulum,et Remū à robore. ἀπὸ τῆς ῥώμης appellatos volūt.A' Roma fit.

Romanus,a,um,qꝺ è Roma ē,vel qui Romā inhabitat.

Romanēſis, qui alibi ortus eſt, ſed in Roma verſatur. Vñ Cato,ſeu Var.in lib.de re ru.Salem Romanenſem appellat,non Romę factum,ſed qui Romę vendebatur.

Romulus,nomē ꝓꝑum eius,q Romā ꝯdidit,à quo Romulida,et Romulia tribus.Appellata eſt,fuit et alius Romulus grāmaticus q ſublatis multis gręcis īduxit latina,hic cēteſimū exceſſit annū īterius mulſo foris oleo perunctus.

Rōchus ſonus naſi q à ſtertētibus fit dormiēdo, et qꝛ deriſores ſolēt talē naſi ſonū ī deriſū facere īde fit,vt Rōchi ꝓ deriſiōibus deriſoribusq; vſurpent.Mar. Maiores nusq̄ rōchi,iuuenesq; ſenesq;. Et pueri naſū rhinocerotis hn̄t.

Ronchiſſo,as,ſterto.Plaut.Cyathi ſat,dum cęnat,dum dormit,rhonchiſſat.

Ronchiſonus,pe.cor.qui ſonat ronchos,et deriſor eſt. Sido. Nec nos ronchiſonos rhinocerote notat.

Roro,as,humorem instar roris paulatim demitto.Virgi.li.viij.Raptabatq̄; viri mendacis viscera Tullus. Per syluā, et sparsi rorabāt sanguine veps. Hinc cōponit Irroro pe.pro. qđ est ītus,vel supra rorē spargo,et madefacio.Vir.li.i.Geor.At cū sole nouo terras irrorat eous.

Roresco,is,à roreo,es,conuenit esse.Ply.li.xviij. Aquilonem pronunciat terra siccescens,sed rorescens repente haustrū immiscet humescens in rore occulto.

Rorulentus,a,um,qđ est plenū rorē.Col.lib.vi. Cauendum ne,aut septētrionalibus vētis,aut rorulentę,sed siccę ferantur vites.Idem.Rorulentę baccę non legantur.

Rorarij milites,qui armatura leni preliū primi ꝯmittebāt, ꝙ,vt añ pluuias cęlū rorare solet,sic illi ante grauē armaturā qui prodibāt, rorarij appellabant,qui ē ferentarij.

Rorarium,vinum,quod rorarijs dabatur.

Ros humor,qui è cęlo fluit Serena nocte,non gelu,neq; ardoribus,neq; ventis existentibus.Arist.li.i.meteorū scribit rorē fieri exuaporatiōe modica,cū pluuia ex largo vapore progeneretur.Apu.li.de mūdo.Ros nocturnus humor quē serenitatis tenuitas spargit A\ grecis dicitur δρόσος.

Rosidus,a,um qđ est rore perfusus, vnde nox rosida dicit quę rore humecta est.Ply.li.xviij.Quidā pridie rigāt prata vbi sunt rigua noctibus rosidis siccari melius. Similiter mala rosida,quę matutino rore humecta sunt.Virgi. Sępibus in nostris paruam te rosida mala (Dux ego vester eram)vidi cum matre legentem.

Rosa,flos è spina nascens,qui pp pulchritudinē suauē odorem Veneri sacer est,et fortasse,nō absurda,hęc ēt est causa,ꝗ sicut rosa breui viget,ita et venerea voluptas quo pacto āt rosa, quę prius cādida fuit cruores veneris infecta purpureū colores traxerit ex Aphthoni fabella cognosces, de rosis plura apud Ply .li.xxi. inuenies.

Roseus,a,um,vt roseus color,à rosarū similitudine,à quo et roseus pannus, rosea vestis. Ply. Asini à coitu spuma collecta roseo panno, et inclusa argento venerem stimulat,rosęę purpureę genę.

Rosaceus,a,um,quod ex rosa factum est. Vnde rosaceum oleum ex rosis.Ply.li.xx.Succus ex strigmentis illitus cum rosaceo,et aceto,febrium ardores refrigerat.

Rosarium copiam fructicū significat vno loco rosas gignētium.Ply.Rosaria à fauonio fossa oportet esse.

Rosetum,idem,quod rosarium.

Roscea,campus in agro Reatino,ꝙ in eo arua rore humida semper feruntur.

Roscius,ꝓpriū histrionis nobilissimi nomen,à quo omnes in aliqua re perfecti Roscij dicuntur.

Rostrū,quo aues aliqd apphēdūt.Nec solū de auibus,sed de reliqs quoq; aīalibus ē de ipo hoīe dr̄.Ply.Et mugilis rostrū.Plau.adusq; rostrū hoīs.A\ similitudine āt rostri auium dcā est pars illa exporrecta,atq; acuta, è ꝓra,à quo naues ipsę rostratę dnr̄.Et sicut scribit Liui. Rostra dictū est tēplū,seu foꝝ, ante curiā hostiliā in quo erat pulpitus ornatū,ex rostris nauiū antiatū.Ex quo loco cōcionari solebāt.Vnde sępe legimus,ꝓ rostris, idest in rostris. In eo .n.loco rostra ab hostibus capta fixa erant.

Rostellū paruū rostrū.Ply.Muris rostellum.Colu.li.ix.Animaduertat,an pulli rostellis oua percuderint.

Rotundum dr̄ collectū,ē per oēm circuitū leue,sine offensione asperi anguli,dcm̄ q̄si retundū,à retundēdo,ꝙ oīs vndiq; retūsa,ē veluti detorta sit asperitas.Habet.n.quod rotūdū est vnicā supficiē,in qua nec principiū notari p̄t, nec finis.Rotūdū ēt,à radēdo dici p̄t,ꝙ circunrasum,atq; expolitū sit.Transfert qñq; ad aīum,et pro collecto, concinno,ac ꝑfecto accipit,vñ ore rotūdo loq dñr,qui multa paucis exprimūt.Capacioris .n.formę vident hoꝝ verba q̄ eorū,q multis pauca dn̄t.Hora. Graijs ingeniū graijs dedit ore rotūdo Musa loqui. Gel. Crispū sane agmē orōnis,rotūdūq̄;,ac modulo ipo numeroꝝ venustū. Ci.Theodectes autē ꝓfator, nec satis(vt ita dicā)rotūdus primus instituit dilatare verbis.Idē.Accedūt v̄ba apte,et rotunde disposita.i.collecta eleganter,concinneq̄;.

Rota,à rotūditate,seu à ruēdo,ruit.n.facile in suos orbes. Rotę etiā à latinis dicūtur caprę,vt inqt .Var.lib.ij.de re rust.Huius dimi.est rotula.

Rotella dimi.à rotula. Aug. Breuis ēt rotella orbiculus ap(pellat.

Roto,as,v̄to.Hie.li.i.re.Porrò inimicoꝝ tuoꝝ aīa rotabit, q̄si i īpetu,et circulo fundę. Col.li.ix. de pauōibus loq̄ns Signa sūt extimulatę,libidinis,cū semetipm̄,veluti mirātē candę gēmantibus pinis ꝓtegit.Idq; cū facit,rotari dr̄.

R ANTE V

Rubus,sentis genus, mora agrestis. Sic enim à rusticis in Italia appellatur.Hora.lib.i.Car.Seu virides rubi.Serenus Manditur apta rubus gingiuis,et bona labris.

Rubetum,locus ruborum,in quo rubi sunt.

Rubeta, ranę genus venenosum in sicco semper rubens et à rubis nomē trahit,in quibus plerūq; victitat.Iuue. Porrectura viro miscet sitientię rubetam.

Rubi,oꝝ,tantū pluraliter,oppidū Cāpanię à ruboꝝ freq̄ntia,seu à colore ruboris.Hor.in Ser.Inde rubos fessi peruenimus,vt pote longum Carpētes.Inde afferebantur rubea vimina,pro fiscellis.Vir.Nunc facilis rubea texatur fiscina virga.i.quę abundat circa rubos.

Rubia,herba tingēdis lanis,ac corijs idonea,vulgo nota.

Rubeus,et rufus,gñalia noīa sunt ad oīa, quę quomōlibet rubēt.Eteni sāguineus,croceus,aureus, ostrinus,fuluus,flauus,rubidus,phenicceus,rutilus, luteus,spadicus,rubei, seu rufi coloris sunt,vt acuētes eū,q̄si icendētes, aut cū colore viridi miscētes,aut nigro infuscantes.Gel.li.i.Sed cū aliter rubeat ignis,aliter sāguis,aliter ostꝝ,aliter crocus,has singulas rufi varietates latina orō singulis,proprijsq̄; vocabulis,nō demonstrat,oīaq̄; ista sig̅t vna ruboris appellatione,cū tamē ex ipsis rebus vocabula mutuent.et igneum aliquid dicit,et flammeum ē sanguineū, et croceū, et ostrinū,ē aureū.Aliquādo rubeus ponit pro spineus, à rubo,qui et vitiliū vsu cōmendatur,à Plynio,vel à rubis oppido Campanię,vt putat Ser.illo versu . Nūc facilis rubea texatur fiscina virga. Sunt tamē qui negent rubeum dici debere,sed rubentem.

Ruber,a,um,idest quod rubeus.Hora.li.i.Ser.Obscęnoq̄; ruber porrectus ab inguine palus.

Rubor,ipse color rubeus,qui et rubedo dicitur.

Rubeo,es,ui,rubeus sum.Virg.Sāguineisq̄; inculta rubent auiaria baccis.Hie. Inter candentia lilia et rubentes rosas.

Rubesco,rubeus fio.Vir.Iamq; rubescebat stellis aurora fugatis.Hinc componit erubesco,eiusdem sig̅tionis.Oui.Tūpr̄,vt terras mūdumq̄; erubescere vidit.Transfert sępenumero ad verecūdiā.Virg. Nr̄a neq; erubuit syluas hītare (Thalia

Rubefacio,notę significationis,à quo Rubefio pasiuę significationis.

Rubicundus,rubore plenus,siue abunde rubens.In quo alternitatis causa,vt inqt Prsci.c,loco b, ponitur ne sit absonum,si rubibundus dicatur.

Rubidus,a,um,qđ est colore rufo atriore multo mistū.Aliqñ tñ rubidus scaber,atq; asper dr̄.Vnde à scabricie panis sc̄đo coctus rubidus vocat,q,à nautaꝝ vsu nauticus appellat.Plau.Exiguā bucellā rubidi panis,Ites scortęę,āpullę rugosę. rubidę dñr. Quidam etiam ruuidus scribunt.

Rubellę vites appellatę sunt,et rubellę vineę,ꝙ vitium ipsarum materia rubra sit.Ply.li.xiiij.Proxima dignitas Nomentanis rubente materie . Quapropter quidam rubellas appellauere vineas.

Rubellū,vinū subrubeū.Mar.Et veietāi bibit fexcrassa ru(belli

Rubrū mare dr̄,ꝗ aquas rubere credebāt.Quidā, à solis repcussu existimarūt talē reddi colorē.Alij ab arena,terraq̄;,quod latini rubꝝ mare nūcupant, gręci erythręū vocant.Erythros.n. rubꝝ latine dicitur Curtius ab ęrythro rege inditum esse nomen existimat.

Rubrica,pe.pro.terra rubei coloris,et nimio proxima.Colu.lib.iij. Omnes arbusculas, priusq̄ transferas rubrica notare conuenit,vt cū ferent easdem cęli partes aspiciāt, q̄s

Et in ſeminariſs ↄſpexerant. Hac legũ tituli, et capita notabant. Pers. Preſertim ſi quid manſuri rubrica notauit.

Rubricatus, ta, tum, quod eſt rubrica intinctum. Hiero. in Exo. Pelles arietum rubricatas. Hęc à Nicandro Miltos lim nia vocatur. Gal. Glebam minij nominat.

Rubriceta, vulgo roſetum dicitur. Color quem mulieres ad tingendam faciem adhibent. Plau. in Tru. Mala, buccas rubriceta omne corpus intinxit tibi.

Rubigo, quę ĩ metallis ſitu quodã ↄtrahitur, arida, et rubra metallũ paulatĩ abſumẽs, qualẽ ĩ ferro videmus. Dicta à colore, nã veteres robũ rubeũ dicebãt. Erugo vero ꝓpe fit in ęre, ſicut ferrugo ĩ ferro, et ↄtrahitur, ex humore, non rufa, et ſicca, qualẽ diximus rubiginẽ eẽ, ſed viridis, atq; humida. Inde pcipua frumenti calamitas, vt ait Baſilius Robigo dicitur ꝙ, vt illa ferrum, ſic iſta ſegetes exurit.

Rubicõ, pe. cor. fluuius, q diſterminat Italiam à Gallia citeriore, quem Ply. in octaua regione Italię collocat. Sue. in Cęſa. Conſecutusq; cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouincię eius finis erat paulum conſtitit.

Rubigino, as, pe. cor. rubiginem ↄtraho. Apul. li. iij. flor. Profecto, vt gladius vſu ſplendeſcit, ſitu rubiginat, ita vox in vagina ſilentij condita diutino torpore hebetatur.

Ructus, ẽ ꝓprie digeſtio cibi, et cõcoctaꝝ eſcaꝝ ĩ ventũ efflatio. Plau. in Pſeu. Partim ructare, mos ſuauis mihi ructus eſt.

Ructuo, as. Vide in dictione Eructo.

Ructo, as, à quo ructito frequen. vide in dictione Eructo.

Rudię, diarum, vrbs, Salentinorum. Syl. Miſerunt Calabri. Rudię genuere vetuſtę.

Rudis, fę. ge. virga, qua gladiatores ſexagenarios, ab eo munere pretor eximebat, quos cum ꝓbi fuiſſent, qui multa reportaſſent lemniſcata. Tyberius ad maiorem ludorum ſuorum magnificentiam reuocatos, centenis nummum milibus donauit. Ci. in. ij. Phil. Tã bonus gladiator rudem tã cito accepiſti. Rudibus ãt ſolitos pugnare gladiatores, teſtis eſt. Lãpri. qui ait Commodũ in arena rudibus inter cubiculares gladiatorios depugnaſſe. Quoniam vero hi gladiatores, dum libertate donabantur, ne gladiaturam amplius exercerent virga donari ſolebant. Factum eſt, vt pro libertate, et ꝓ fine rudis aliqñ ponat. Iuue. Ergo ſibi dabit ipſe rudẽ. Aliqñ ponit pro rutabulo, ſiue impolita virga. Ply. li. xxxiiij. Vrit in platinis per laminas minutas, cum ſulphure verſatus rudibus ferreis, aut ferrulaceis. Rudis vero adiectiuum, idẽ eſt, qꝺ recens, impolitus, imperfectus durus. Transfertur inde ad aĩum, rudesq; illi dicunt, qui adhuc aĩum non expoliuere diſciplinis, et doctrina, rerumq; vſu. Ter. in Phor. Adeon te eſſe ingenio rudi, et inexorabili. Ply. lib. i. Sedere cępit ſententia hęc, pariterq; et eruditũ vulgus, et rude in eam curſu vadit.

Rudicula dimi. pua virga ĩpolita ad multa vtilis. Ca. Igni bene coquito, rudicula agitato crebro vſq; adeo dum fiat tam craſſum, q̃ mel. Ply. lib. xx. Non eſt opus in hoc vſu lanas rudiculis eſſe curatas. Itẽ rudiculas (vt Col. inquit) eſt organum erectę tabulę ſimile.

Rudiarij dicti sũt, q ĩpetrauerunt miſſionẽ artis gladiatorie, donati rude. Sue. in Tyberio. Rudiarijs quoq; qbusdã reuocatis authoramento centũ miliũ dedit. Itẽ rudiarij dicunt, qui faba rimida, et noua poliunt. Itẽ qui ruderariũ cribrũ facit, et rudiora linteamina, rudiarius dicitur.

Ruditas, imperitia, et obtuſitas ingenij.

Rudio, is, rudiui, et rudij, ruditum, rudem doceo. Vnde Erudio, quod eſt perfecte, quę rudes ſcire oportet doceo.

Rudimentum principium, ſiue prima diſciplina, quę rudibus committit. Quod et Tirocinium, ẽ nouitas appellat, vt Rudimentũ ſeruitij. Apud Ply. Rudimenun lucis pro initio vitę. Rudatum pro rudimento poſuit. Apul.

Rudo, is, di, proprie ad aſinos pertinent, nam rudere aſini dicunt, cum vocem emittunt. Pers. Findor, vt arcadię pecuaria rudere credas. Abuſiue et de leonibus, et de hominibus dicitur. Virg. Sera ſub nocte rudentum. Et alibi incluſamq; cauo ſaxo, atq; inſueta rudentem. Vbi ſciendũ apud. Virg. ru ſylla. breuis eſt cum apud Pers. producat. Findor, vt arcadię pecuaria rudere credas.

Salentinus lacus eſt Salentinorum iuxta, Anduriam oppidum. Hic ad margines vſq; plenus, neq; exhauſtis minuitur, neq; ſuperfuſis augetur aquis.

Salasſi ppli alpini Bois, Eluetijsq; finitimi, quos Cato tauriſcę gētis eſſe arbitratur. Salasſorū tellus aurifodiaris habet, diuq; olim potētes fuerunt, ſed Auguſtus eos deuictos omnes ſub corona vendidit. Author. Stra.li.iiij.

Salamin, ſiue ſalamis et ſalamina, inſula in Euboico mari contra Athenas ſita, in qua vrbs eſt eiuſdem nominis vbi Thelamon Aiacis et Teucri pater regnauit. Sed cum Teucer à bello Troiano reuerſus de Aiacis inimicis vltus non fuiſſet expulſus à patre, in Cyprum nauigauit, ibiq; vrbem aliam condidit nomine Salaminā, quę nunc Conſtantia dicitur, vbi amnis nomine Conſtantia peſtifer et ęſtuoſus. Dicta prima à Salamine Aſopi filia.

Salamandra, animal lacerti figura ſtellatū, nunq̄ niſi magnis imbribus proueniēs, et ęſtate deficiens, cui tantus rigor eſt, vt ignem tactum extinguat, non aliter, q̄ glacies. Et licet venenatisſimum ſit. Nam ſi arbori irrepſerit, omnia poma inficit veneno, et eos, qui ęderint interimit. Idē facit, ſi in puteum cadat à ſuibus tamen ſine nocumēto manditur. Noſter. Sui. ζῶον ὡς σαῦρα τὸ μέγεθος, πῦρ εἰς δυόμενον τὴν φλόγα σβεννύειν, καὶ αὐτὸ μὴ ἐμπίμπρασθαι.

Salomon, nomen regis Hieruſalem, et pacificus interpretatur, pacem.n. habuit cum omnibus regibus, ſapiētisſimus iudicatus templum deo pulcherrimum extruxit vt in literis ſacris habetur.

Salomonius, a, um, poſ. vt templum Salomoniū apud Lact.

Salanga, mons altisſimus mari imminens, inter Britanniam, et Hyberniam à Salanga Barculani primi habitatoris Hibernię filio dictus. Hodie mons domini appellatur, à templo beati domini ibi condito.

Salinum, à ſaliua ſputum, quod ferè ſalis ſaporem hēt. Vel à ſaliendo, ꝙ in ore ſaltat, et creſcat. Saliuam virginem dixit. Aug. Quę ſtomacho ieiuno manauit.

Salino, as, ſanum facio. Ply.li.ix. Congregantur verno tempore purpurę mutuoq; attritu lentorem cuiusdam cerę ſalinant. Col.li.vij. Tunc panacis, et ereungij radices fęniculi ſeminibus miſcendę, et cum defruti, ac molliti tritici farina, candentiq; aqua conſpergēnda, eoq; medicamine ſaliuandum ęgrotum pecus.

Salinarius, qui ſalinat. Ply.li.ix. Quę durioris teſtę ſunt murices purpurę ſaliuario lentore pariunt.

Salmoneus. Æoli filius, qui apud Helidem regnauit, ſed in infernum à Ioue detruſus eſt.

Salmacis, fons in Caria, iuxta Halicarnaſſum, dictus venereus ab amęnitate incolarum, vbi paulatim homines allecti omnem feritatem depoſuerunt. Stra.li. xiiij. Salmacis fons neſcio quāobrē calumniatus tanquā emolliens eos qui inde bibant, hominum.n. mollicies videtur ab aëre, vel ab aqua, cum ea minime ſit cauſa molliciei, ſed diuitię et victus incontinentia ſpolia, quoq; ſine labore parta ſalmatia dicuntur. Et ſalmatias baias dixit Macer.

Salmo, genus piſcis, quod in Rheno, et Rhodano inuenitur et pręfertur alijs piſcibus marinis.

Salo, fluuius, qui et Bilbilis dicitur, quo temperatur ferrum, atq; acrius redditur.

Salon regio Bythinię paſcendis bobus idonea, vnde et ſalonenſis caſeus.

Salone, vrbs inſignis Liburnię, inter Dalmatas, et illyricos, quam Pollio deuicit.

Salpes, et ſalpa, et salpū genus piſcis, quē virgatū multisq;, ac rubētibus lineis diſtinctū Ariſt. et Ply. ꝓdiderunt. Eſt ē ſalpa nomē Authoris fęmię cuius meminit. Ply.lib.xxviij.

Salus, vt Speu. Ait eſt munitio ab omni damno ſecura. Aliquando autē incolumitas. Aliqñ etiam remediū. Virgi. Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. Et ſalus dea ſalutis credita. Vnde ſalutaris porta Romę appellata, ab huius deę ęde, quę ei proxima fuit.

Saluber, pe.pro.maſcu.gene. ſalubris fęmi. ſalubre neutri. Et hic et hęc ſalubris, et hoc bre, quod prębet ſanitatē. Vnde aër, cibus, locus ſalubres dñr. Colu.li.i. Salubri cęlo. Idem. Fundum, ſicuti ne fęcundisſimi quidem ſoli, cum. ſit inſalubris, ita nec effęti ſit parandum. Aliqñ ſalubris accipit, pro ſano. Salu. Genus hominum ſalubri corpore. Liui. Grauiore tempore anni circunacto defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cępere. Hinc ſalubritas, ſanitas.

Salutaris, idem, quod ſaluber, hoc eſt ſanitatē prębens. uel ad ſanitatem prębendam idoneum. Cice. ad Octa. Nulla remedia tam faciunt dolorem q̄ quę ſunt ſalutaria. Salutaris digitus, qui pollici eſt ꝓximus, qui et index dicitur. Sueto. de Augu. Dextręq; manus digitum ſalutarem. tam imbecillum interdum ſentiebat, vt torpentem, contractumq; frigore vix cornei circuli ſupplemento ſcripturę admoneret. Martianus de nup. Verum quidam redimitus puer ad os compreſſo digito ſalutari ſilentium commonebat. Dicitur aūt ſalutaris, ꝙ non ſalutamus, niſi viſa, et indicata. Vir. Italiā lęto ſocij clamore ſalutāt, vel quia eo cōprimimus os ad ſilentium, quod ſalutare eſt ꝑceptum.

Salutariter aduerbium ſignificat, quod vulgo dicitur ad ſaluamentum. Plancus. Cice. Quadraginta milium paſſuum ſpacio relicto concedi eo conſilio, vt vel celeriter accedere, vel ſalutariter recipere me poſſem.

Saluto, as, ſalutem dico viſito, colloquor, quod non accedentibus tantū, ſed abeuntibus quoq; attribuitur, vt Sta.lib. iiij. Theba. Stant tamen et nota puppis de rupe ſalutāt. Teren. in Adel. Oppeniar hominem hic, vt ſalutem, et colloquar, ideſt viſitem. Et ſalutare eſt venerari. Teren. in Phor. At ego. Hinc deos domum ſalutatum pergam. Vnde mortuos, et res inanimatas venerantes ſalutare ſolemus non ſalutem imprecantes, quę nulla in his eſſe poteſt, ſed venerationem indicentes. Huius compoſita ſunt conſaluto, ſimulſaluto. Liui.lib.i. Vtrunq; regem ſua multitudo cōſalutauerat. Obſaluto ſalutandi grām offerro. Reſaluto me ſalutantem ſaluto. Inſalutatus non ſalutatus.

Saluus, a, um, quod eſt ſanum, à quo ſaluo, as, qđ eſt ſaluū facio. Vnde et ſaluator, qui ſaluat gręce dicitur ſoter. Salui fico, ideſ quod ſaluo.

Salue verbum ſalutantis, hoc eſt ſalus fio. Et habet tantū ſalueto, ſaluete ſaluetote, et ſaluere, vt Iube Scipionem ſaluere, ideſt ſaluta Scipionem. Vide in dictione Valeo. Aliqñ aduerbiū eſt. Apul.li.i. Quā ſalue agit demeas mater, ſigt q̄ ꝓſpere. Liui. De Lucretia ſatin ſalue. Illa rñdens. Minime inquit. Quid.n. ſalui eſt mulieri amiſſa pudicitia? Apud veteres totum proferebatur. Plau. Nunc ſalueo.

Salutiger, quo nomine vtitur Apu. Videtur eſſe non qui dat ſalutes, ſed qui nunciat, tanq̄ interpres, et ad miniſter ſuperiorum. Plan. in Aul. Salutigerulos pueros. Et hi ſunt ſerui quorum negocium eſt vt circunſiſtant et comitentur.

Saluia, herba dcā, ꝙ diuerſos ſanet morbos, gręce elelisſphacon dr̄ ꝓdeſt paraliticis, et cōtra ſerpentiū morſus remediū exhibet, à qua fortasſis ſaluiatā genus eliquaminis ſiue potiōis, cuius meminit. Col. Quidā tamē legunt ſaliuatum, à ſaliua, ideſt ſucco. Fuit et ſaluia Mater. Apulei.

Saluiatum potionis genus eſt quo veterinarij et mulomedici vtunt in ęgrotantiū animaliū greci πότον vocāt, à

ſaliua quam veteres pro ſucco accipere conſueuerunt.

Salpyga,pe.pro.genus formicarū venenatarum.Luci.lib.x. Quis calcare tuas metuat ſalpyga latebras. Cice. Appellat eas ſolifugas.

Salgama,pe.cor.appellabantur,à priſcis quęcūq; conditanea,ad victum noſtrum in vaſis ſeruabātur,vtputa pira,fici,vuę,rapę.Col. Tēpore nō alio vili quoq; ſalgama mercę.Inde ſalgamarij,qui ſalgama vendunt.

Salyi,ſiue ſalyes populi, qui cū Romanis bella geſſerunt.

Samaria ciuitas regalis et metropolis Iſrael à qua tota regio decem tribuum dicta eſt Samaria.Ea eſt paleſtinę inter Iudęam et Galilęam ſita. Et cum in aſſyrios tranſlati eſſent filij Iſrael alienigenę adducti ſunt,vt ipſam prouinciam habitarent,quos Iudęi non Iſraelitas,ſed ſamaritanos in deſpectum appellebant graue odium ad eos habentes q patriā tenebant Iſraelis, tamen quia ex parte legem ſeruabāt ſolis iudęis datam, tum quia templum ſibi fecerant in ſimilitudinē templi ſalomonis.Hęc ciuitas alio nomine dicta fuit Sichar, et Sichem, et Sichima, in qua violata fuit dina.Poſtea Sebaſte, ab Auguſti nomine dicta eſt.Hinc Samaritanus,a,um.Vnde ſamaritani qui habitant Samariam.Hier. Ad Algaſiam.Samaritani atq; iudęi hoſtili inter ſe diſcordant odio.

Samaritę,pe.pro.idem qui ē ſamaritani.Hiero.Non receperunt cauſa ſamaritę.

Samara promōtoriū in oceāo oriētali,vbi deficit Caucaſus.

Samarobrinę,fuerūt populi in Gallia īter belgas,vbi Cęſar Gallorū conciliū indixit hanc Cameracenſem eſſe vrbes nonnulli autumant,quam Sabis fluuius interfluit.

Sambuca dictio barbara,q̄ ſigtur quoddā inſtr̄m muſici generis,vt eſt apud Danielē. Cū audientis ſonum ſambucę.Hiero.ad dardanum oſtendit,quomodo.Sambuca conficeretur.Sambuca inquit porphy.in Ptolomęi harmonica.Triangulum inſtrumentum eſt,quod ex inęqualibus longitudine ſicut et craſſitudine neruis efficitur.At Ephorus et Diome. Prima inquiunt vſa eſt ſibylla inuentam autē à Sambuco primū et inde nomen obtinuiſſe.Eſt et genus machinę militaris qua vrbes expugnari conſueuerunt,in qua ſic funes intendebāt,ſicut in organo muſico chordę. Item Sābuca vt polybius ait illa dicitur quę et ſambuciſtria appellatur.Ad hanc priſci iambos canebāt.

Sambuciſtria,quę ſambuca canit.

Sambucina,pe.cor.quę Sābuca canit,ſicut fidicina,quę fidibus.Plau.in ſti.Fidicinas Tibicinas Sambucinas.

Samos,altitudo,et ſummitas interpretatur. Eſt et nomen duarum inſularum.Vna eſt in mari Icario modica,et iunoni dicatiſſima,q in ea nata fuerit,et educata, et Ioui nupta. ſcribit Varro Samon prius Partheniam nominatam,q ibi parthenos hoc eſt virgo Diana nata fuerit,vbi antiquiſſimum fuit templū, et ſimulachrum in habitu nubentis figuratum, et ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrantur,à qua et Iuno Samia dicta eſt.Hęc ex aduerſum Miletos ad occidentem eius ſita, nec ab ea multo pelagi inquit.Apul.lib.ij.Flo.diſpicitur, ager frumento piger,aratro irritus, fęcundior olineto, nec vinitori. nec oleri ſculpitur Ruratio omnis inſarculo et ſurculo, quorum prouentu magis fructuoſa īſula eſt, q̄ frugifera cęterum et incolis frequens, et hoſpitibus celebrata. In ea Pithagoras quoq; philoſophus ortum habuit,nec non,et vna de Sibyllis,quę exinde Samia dicta eſt,quam ferunt de Chriſto prędixiſſe. Tu enim ſtulta Iudęa deum tuū non cognouiſti ludentem mortalium mentibus, ſed de ſpinis coronaſti,horridumq̄; fel miſcuiſti.Fiebāt etiam in ea vaſa fictilia egregie ex creata fabricata,quę Samia vocabantur.Ferunt hanc inſulam.Thracię adiacere,quę poſtea ex commixtis Thracię populis,Samothracia appellabatur.Virg. Threiciamq̄; Samon quę nunc Samothracia fertur.Altera vero eſt.Samos inſula à Ply. collocata propè.Ithacam,apud Dulichium,de qua videtur Suetoni.Intelligere,cum non multum diſtet,ab Epiro,vbi in Augu. Ait Ab actio,cum in Samū inſulam,in Hyberna ſe recepiſſet.Same vero,vt inquit Serui.Ciuitas Thracię eſt, in Cephalea, apud Strabonem, tamen legimus ſamum, et ſamen,ſamum vrbem eſſe,ſamē vero inſulā. Sūt qui ſcribāt ſamothraciā inſulas eē,quę prius Dardania vocabatur à Dardano,qui palladium Mineruę ſecum eo ferens confugiſſe traditur poſt ſamijs inſula bello eiectis, cum eo ſe in Thraciam ex Aſia reciperent inditum nomen, vt pro Dardania Samothracia vocaretur.

Samius,a,um,quod è Samo eſt, vt homo ſamius. Veteres tamen quandoq; ſamium pro acuto ponebant,et ſamiare pro acuere,et quaſi ſamię teſtę acumen reducere.

Samia ſubſtan.Vaſa à ſamia īſula dicta, ſicut Maiorica ab Hiſpania.Cice.li.iiij.ad Heren.Nos ſamijs delectabimur.

Samnites, pe.pro.populi in ſamio, quod nunc Aprucium vocamus,regio Italię inter Picenum.Campaniam,ē Apuliam.Vrbes in ea ſunt Adria,Aquila, Amiternus,Sulmo, Ortona,Arpinum,Aquinum,Athina,Beneuentum, Corfinium.Vel ſamnites dicti ſunt à ſamnio colle,in quo è ſabinis venientes conſederunt et eiuſdem nominis oppidum ędificauerunt. Quidam etiam ſannites, per duplex nn,ſcribunt.Hi quondam, apud caudinas furcas Romanum exercitum profligauerunt, quos poſtea. L. Papyrius ſub iugum miſit.

Samniones,à ſamnijs dicuntur,qui ſunt in dictis fatui,et in moribus obſcęni quos gręci μώρους vocant,Cice.li.de ora.Quid porro tam ridiculū,q̄ ſamnio eſt qui ore, vultu,imitandis moribus, voce, deniq; corpore ridetur ipſo. Quidam tamen ſanniones, à ſanna deductum nomen arbitrantur,quę fit os diſtortum cum vultu.

Sanſucus herba,quam nunc Maioranam appellant,alioq; nomine Amaracus dicitur.

Sancio is iui,itum,vel ſanxi ſanctum ſignificat aliquid ſanctum vel conſecratum facio ſub ſanguine hoſtię. Vnde ſanctum authore Seruio dicitur, quaſi ſanguine cōſecratum.Et ſanctio vocatur lex cum terrore pęnę. Aliquando ſancire eſt firmare,munire,roborare.Terē.in Ecy. Aliud ſi ſcirem,qui firmare meam apud vos poſſem fidem ſanctius, q̄ iuſiurandum id pollicerer tibi. Inde ſanctio, et ſancta res dicitur ideſt res decreta et inuiolabilis Martianus ait ſanctum proprie dici quod ab iniuria hominum defenſum,atq; munitum eſt. Tractum à ſagminibus herbis,quę legati populi Romani ferre ſolebant, nequis eos violaret.Iuue. Vt ſanctā filius omni aſpiciat ſine labe domum,vitioq̄; carentem.Vlpi.de ver.ſig. ſcribit Sanctum eſſe,quod nec ſacrum,nec prophanum eſt, ſed ſanctione aliqua firmatum,vt ſanctę leges,hoc eſt ſanctiōe quadā ſubnixę.Alij dicunt Sanctum eſſe religioſum,et ſacrū incorruptum.Vir.Sancta ad vos anima, atq; iſtius inſcia culpę Deſcendam.i.incorrupta.Idem Tuq; ó ſanctiſſima coniunx felix morte tua.i.caſtiſſima. Vnde ſanctū vir dr̄ integer moribus.Do.Sanctū dr̄,quod omni obſeruatione inuiolatū eſt. Et ſm̄ ſcripturarū ſacrarū idioma ſanctū dr̄ mundū purificatum atq; expiatus Vnde ſancti dicūtur fideliū filij,q quaſi candidati ſint, et nullis idolatrię ſordibus polluantur.Vaſa quoq; ſancta in tabernaculo legimus et cętera quę ad ritū cerimoniarū pertinent, cum vtiq; ſancta eſſe nō poſſint niſi ea,quę ſentiūt,et venerātur deū.Sic et bethſabeę ſanctificata ſcribitur,ab immunditia,et ipſum templum ſanctuariū nominatur.

Sanctus,a,um,participium,à ſanctio,de quo mox. Cuius dimi.formauit.Hie.contra Ruf.cū inquit Tibi quaſi religioſus,et ſanctulus perſonā hūilitatis imponis. Ab aduerbio Sancte fit per ſancte,quod eſt valde firmiter.Plau. Idq; perſancte iurauit ſe facturum.

Sanctitas,ſanctitudo, et ſanctimonia eiuſdem ſigti ſunt.

Sanctuarium,ſacer locus templū, ſacrarium,Sanctuarius quoq; ſiue ſanctuaria. Ply. Mithridatis appellauit q̄ alio loco arcana,et Plutarchus ἀπόρρητα vocauit.

Sanctimoniales dicuntur monachę. Auguſti. ſuper Pſal. Iubilate.

Iubilate. Inuenies sanctimoniales indisciplinatas, nunquid ideo sanctimonium reprehendendum est?

Sanctimonium vocatur sanctimonialium professio.

Sandaliũ, calceo℞ genus sine caliga℞. Greci. σανδάλιον soleã dñt. Ter. i Heau. Vtinã tibi ɔmitigari videã sãdalio caput. Hinc sandalarius. Apollo dictus ẽ à vico, cuius meminit. Gel. lib. xviij. In sandalario forte, apud librarios fuimus.

Sãdaliotis, Sardinia insula denominata est, ab effigie sandalij, hoc est soleę, quã nonnulli Ichnusam vocant à similitudine vestigij, quod greci ἴχνος dicitur.

Sãdaracha genus coloris, q̃ iuenit̃ i aurarijs, et argẽtarijs metallis adulterat ex cerusa i fornace cocta, hęc si torreatur ęqua parte rubrica admixta, sandicẽ facit, q̃q̃ hãc herbã esse Virg. scribit. Hoc noĩe aiunt qdã significari veruicẽ, cuius fumus p̃rę ceteris dolorẽ dentiũ leuare dr̃, vt est apud. Auicennam. Greci σανδαράχην dicunt.

Sandix, dicis, pe. pro. si Virgilio, et eius iterpreti Seruio, nec nõ et q̃busdã credit̃. masc. generis, herba. est delicatę olfacturę, breui caule, et in alijs foeniculo filis, sunt q dicant esse olus agreste q̃d facile cõedi põt Virgil. Spõte sua sandix pascentes vestiet agnos Proper. Illaq; plebeio, vel si sandicis amictu. Huius herbę peculiaris laus, inquit. Plyn. lib. xxij. ꝙ fatigato venere corpori succurrit. Nascit̃ in insula maris rubri Est et sandix genus coloris, ex sandaracha, et cerusa factus vel au℞ pigmentum ustu℥ A' sandix fit sandicinus, na, num, vt color sandicinus, qui est flammeus, ex rubrica, et sandaracha factus.

Sanates populi, qui supra, infraq; Romam habitauerunt. Quod nomen ideo est inditu℥, ꝙ cũ defecissent à Romanis, breui post in amicitiam, quasi sanata mẽte redierũt.

Sanus proprie dr̃ integer, et icorruptus. A' quo sanitas, incolumitas. Transfertur quoq; ad animum. Vnde dicimus hoiem sana mẽte, sanoq; ɔsilio. Ex quo insanus demens q mentẽ nõ habet integram. Et insania stultitia, quę et insanitas dr̃. Cice. Insipientia quasi isanitas, eademq; dementia. Et insanio, ꝑ decipio. Interdũ tñ sanũ dr̃, quod sanitatem p̃bet. Siquidem dicimus sanum aërem, et sanum cibum quasi salubrem et sanitatem prebentem.

Sano, nas sanum facio redintegro, et incolumitati restituo. Hinc fiũt cõposita Cõsano, q̃d est simul, vel oẽs sano. Col. lib. v. Et sic vtilis lauata scabrataq; putrescat humoribus, nec plagę consanentur. Resano rursus sano. Lactan. lib. v. Quibus postea eiectus omnes, qui resanati fuerint, adhęrẽt religioni. Et habent penultimam productam.

Sanesco, sanus fio. Colu. lib. vij. Sed vulnera facta interdu℥ sanescunt. Huius composita sunt. Consanesco, et resanesco. Idem lib. v. Tum etiam vites minus cicatricosam reddit, qm̃ id ex quo viride, et tene℞ decerptum est celeriter consanescit. Lac. lib. v. Non modo susceptis deorum cultibus resanescant, sed etiam vt pertinaci obstinatione deposita corporis cruciamenta deuitent.

Sanè aduerbium, q̃nq; affirmatiue ponit̃, ꝑ eo, quod est certe, vt Ita sanè. Sanè ṽo q̃nq; permissiue qñ aliqd aduersario tribuimus, ut sit sanè, vt uis pro esto, ut uis. Ci. Quid. n. hẽt cõmodi? qd nõ potius laboris. Sed hẽat sanè hoc est in bona hora, aut i dei noĩe. Quin. Tulerit sanè filius nr̃ merito pęnas, dederit spm̃ supplicio, nihil de pręteritis loqmur. q. d. Esto, ita sit, ut tu uis. Quãdoq; ponit̃, ꝑ ualide, qm̃, q sanus est, validus est. Suet. Bellum sanè difficile gesstit. Iungitur nonnunq̃ cum et affirmatiuaq; est. Quint. Et sanè qs cõcipiat uel declamãtis habitu℥ uel orantis vocem, incessum, ꝓnũciationẽ, illum deniq; aĩ, ẽ corporis motum. Item cum q̃ Gel. Sanè q̃ vtile est.

Sanies, sanguis corruptus, quod quidam à tabo, sic distinguunt, vt illud de mortuo, hoc de viuo dicatur. Virg. Et saniæ, taboq; fluẽtis.

Sanguis, quod, et sanguen neu. gene. ab antiquis dicebatur. Lucre. Visceribus viscus gigni, sanguenq; creari. Dr̃ autem sanguis, qui est intra venas, cruor fusus, siue sanies. Ponitur interdum, pro genere. Virg. Troiano à sanguine duci Audierat. Quo ad primũ figũum sit cõpositũ Exanguis. Quo ad ꝓm sit ɔsanguineus. l℥ sanguineus aliõ significet.

Sanguen, modo sanguis dicitur, modo arbor, cuius cortex ad sanguinis similitudinem rubet, à quo sanguineus, nea, neum, vt virga sanguinea.

Sanguineus nea, neum, modo ad corpus refert̃, et significat plenũ sanguine mõ ad aĩum, et sigt̃ crudelem cruentumq;. Apul. Immani, ac sanguinea voce perterruit. Modo ad arborẽ, et sigt̃, quod est ex arbore, q̃ sanguẽ appellatur. Ply. Si quis duas virgas sanguineas manu tulent.

Sanguinolentus, idem quod sanguineus. Var. Itaq; propter amorem imperij magistratus gradatim seditionibus sanguinolentis vrbem perturbauere.

Sanguinarius, seuus, et crudelis. Cic. Itaq; grauem illam, ac sanguinariam vocem audiuimus, sic sanguinarius hõ dicit̃ à Seneca, q gaudet humano sanguine et crudelis est.

Sanguinaria, herba dicta est, quia succus eius infusus naribus, supprimit sanguinem. Col. lib. viij. Est etiam granis p̃nicies herbę sanguinarię, quã, si pasta est ouis, toto ventre distenditur, contrahiturq;, et spumã quãdam, tenuem teteri odoris expuit. Greci eam polygonon appellant.

Sanguinare est sanguine manare. Quint. decla. Tũ repetitis sanguinauere planctibus iam cõualescentes lacerti. Et ite℞. Mulier, q̃ sanguinãtes ad iudicem prorigit lacertos.

Sãguisuga, pe. ꝓ. vermis, q et hirudo dicit̃, et sanguisugia.

Sanguiculus, sanguis hędi, siue fius in cibum formatus. Ply. Vtunt̃ ad vtrũq; vitiũ et coagulo hędi in vino myrteo magnitudine fabę poto, et sanguine eiusdem in cibus formato quem sanguiculum vocant.

Sanga, Cantabrorum fluuius.

Sangaris, fluuius gallogrecię, qui per Phrygiam defluens, tandem in propontidem influit.

Sãna, per duplex nn. irrisio, quę (vt Hiero. inquit) ab, occipitio distorto ore, et labris ɔ̃ctis sit anterio℞ dentiũ ostentatione. Quo vocabulo vsus ẽ Iuue. I nunc, et dubito, qua sorbeat, aëra sanna Tullia. Hic sãniones, et sãnij, vt inqt Probus, q̃uis, et sanniones dicant̃, q sic irrident. Disanno, disannas, quod est per fastidium derideo. Subsanno, de q̃ alibi. Similiter sannatores, qui eo modo irrident.

Santones, et santoni pe. cor. et santonici. ꝑpli, quidam Gallię nõ longe à Tolosatiu℥ finibus, q̃ ciuitas est in ꝓuincia vt Cęsar cõ. i. scribit Luca. lib. i. Gaudetq; amoto santonus hoste. Iuue. tempore santonico velas adopta cucullo.

Sãnaus, lacus, de quo Ply. lib. ij. Lacus inquit Sannaus in Asia circum nascente Absinthio ificitur, à Ptolemeo sannis appellatur. Apud grecos per simplex n, scribitur.

Sanse osicula oliuarum, Col. lib. xij. Et cum est oliua in sansam redacta, tunc sal coctus tritusq; manu permiscetur, cum ceteris aridis condimentis.

Sapa à sapiditate dr̃, et est mustũ vsq; ad tertiã parte℥ vel (vt qda℥ volunt) ad dimidia℥ decoctu℥. Vide in dictione defructum. Grece Hepsema ab ἕψειν, quod est decoq̃re dicitur. De hoc Mar. Et laletanę nigra lagena sapę.

Sapio, is, sapiui, vel sapij, sapitum, pe. pro. vel sapui, sapitu℥, pe. cor. proprie ꝑtinet ad sensum corporis, vt sit sapere, q̃d vulgo dicitur saporitu℥ esse. Iuue. Qui meminit calide sapiat, quid vulua popinę. Hinc sapor, et sapidus Aliquando sapere, sapore℥ hr̃e, quod vernaculo sermone dicimus, sapere de lacosa, vt Hoc sapit heresim. Hier. ad Pãma. Simplices epistolę tuę olent prophetas, apostolos sapiunt. Transfertur et ad animum, pro sapientem esse, seu rectas sñiam, vel opinionem habere Ter. Si sapis, neq; p̃ter, quas ipse amor molestias habet, addas et illas quas habet recte feras. Aug. lib. i. de ciui. dei. Tribulationis tempore ꝓbauerunt, q̃ recte sapuerint. Mar. Nubere vis Prisco? non miror Paula sapisti. Quandoq; datiuo iungitur. Plaut. in Tri. Haben tu amicum, aut familiarem, cui pectus sapiat. Aliquando ablatiuo. Plaut. in Epi. Sapit hic pleno pectore. i. plenum pectus habet sapientia. Huius composita sunt. Desipio, et resipio. Vide in dictione Desipio.

Sapiens tribus modis dicitur, primo qui scientiam aliquas optime tenet ut Aristoteles in philosophia Accilius in iure ciuili, secundo q per longam ętatem et rerum multarum cognitionem adeptus est vt Cat. Tertio qui circa pcepta bene viuendi et cognitionem versat, vt fuit in Lęlio.

Sapientia est rerum diuinarum, atq; humanaꝝ scia. Aliter sapientia est intelligentia, vel ad bonum rectumq̃; faciēdum, vel Abstinentia delictoꝝ factorumq̃; improborum Gręce Sophia dicitur. Et qui eam ꝓfitetur, sophus, hoc est sapiens appellat. Quod nomen inditū fuit illis septez clarissimis viris .s. Thaleti milesio. Soloni salaminio, seu Atheniensi, Chiloni lacedęmonio. Pittaco mitylenęo, Biāti pryenęo, Cleobolo lydio, Periandro corinthio. Sed postea pythagoras primus non sophuz se, sed philosophum appellauit, hoc est, non sapientem, sed sapientię amatorem. Et sapientiam ipsam, non sophiam, sed philosophiam nuncupanda existimauit ꝙ nullus hominum, sed solus deus sapiēs esset. Et sapientia quę nunc philosophia dicitur sicut sapiētes olim qui postea philosophi Aristoteles fontem esse putat, atq; principium rerum metaphysicarum poëtę tñ pro astutia et sagacitate ponere solent, quod etiam Diuus Hier. in Veteri instrumēto Vsurpauit, cum dixit. Erat ibi serpens sapientior omnibus bestijs.

Sapor, q sapit. sapoꝝ vero decē sunt genera, vt docet Ply. s. dulcis suauis, pinguis, amarus, austerus, acer acutus, acerbus acidus, et salsus. Idē Ply. existimat oībus aīalibus sensum gustus esse. Tria vero sunt naturę reꝝ elemēta, ignē, aërem, aquam, sine sapore, sine odore, sine succo.

Sappidus, da, dum, qđ gratū saporē hz. Cuius ꝯriū est insipidus, sine sapore, vt Caseus insipidus vinum insipidum.

Saperda, dici pōt sapiēs elegās. Var. oēs videmur nobis esse belli, festiui sapdę, cū simus canopi. Et sapda genus est cōchę, mali saporis. Et nōnunq̃, pro sterquilinio ponit. Persi. Et quid agam rogitas? en saperdam adueho ponto.

Sapros Gręce. i. σαπρός latine caseus putris dicitur, qui ad multa, vt Ply. probat vtilis est.

Sappho, per p, ante, ph, nomen mulieris vatis. Ferunt nonnulli fuisse duas hoc nomine, quarum vna Erexia, quę et antiquior lyrica qua tempestate Alcęus claruit. Terpsicorus, et Pittacus tempore Tarquinij prisci. Ea plectruz prima inuenit. Scripsit lyricos modulos epigrammata, elegia iambos, ē monades. Altera Mithylenea longe iunior, cuius pulcherrimum opus, ad amicum. Phaonem extat. Scripsit ē alia multa apud Gręcos, ut merito nona inter lyricos poëtas annumeretur. Antipater autem, Sidonius de ea sic scribit μνημοσύναν ἔλεθάμβος ὅτ᾽ ἔκλυε τᾶς μελιφώνω σαπφῶς μὴ δεκάταν μοῦσαν ἔχουσι βροτοί, idest Mnemosynem matrem musarum cępit admiratio, quando audiuit dulcisonam vocem. Sapphus, nunquid decimam musam habent mortales?

Sappinus, pe. pro. vocatur pars inferior abietis, quę enodis est sicut superior quę nodosa est duriorq̃; fusterna vnde Cato pręcipit prelum ex sappino. i. ex abiete. enodi. quę pars, à, terra est.

Sapphirus, p p, ante ph, et pe. ꝓ. lapis preciosus, coloris aërei. Vnde fit sapphirinus, na, num, Hiero. in Exo. Sub pedibus eius, quasi opus lapidis saphirini.

Sapphiratus, sapphiris maculatus, et varieganter intextus. Sido. Ac si sub versicoloribus figuris vernans. herbida crusta sapphiratos.

Sanqualis auis, quam quidā ossifragam appellant de qua. Ply. Sanqualem auem, atq; immusulum Augures Romani magnę quęstioni habent.

Sarra, nomen vxoris abraę, et nomen ciuitatis, quę postea Tyrus dicta est, à qua sarranus. Sed id quoq; nomen, à pisce, quodam accepit, qui illic abundat. Et Sar. Illa lingua vocatur, ex cuius sanguine sericum in purpuram tingebatur. Est et Sarra insula Epiros, à qua sarrana ēt dñr.

Sarranus, na, nū, qđ ex Sarra tyro est. Vñ sarranę vestes tyrię dictę sunt, quę et Ostrinę, et purpureę. Virg. Et sarrano dormiat ostro. Iuuena. Aut pictę sarrana ferentem. Ex humeris aulea togę. Et sarranus, qui est ex sarrea insula.

Sarnus, fluuius Campanię oriens à sarano monte, iter Pōpeianum agrum, et salernum, iuxta oppidum sarni in radicibus montis positū, à q̃ Sarastes ppli sunt cognominati. Virg. Sarastes populos, et quę rigat ęquora sarnus.

Sarraca, nomen est duarum vrbium, quarum vna est in Media, alia in foelici Arabia.

Sarraceni populi post Nabathęos, à sarraca, vt Stephanus inquit quę est pars Arabię.

Sarracum, vehiculi genus, quo ligna, et lapides vehi ꝯsueuerunt. Iuuen. Lōga. coruscat Sarraco veniente abies. Idez. Frigida circumagunt pigri sarraca bootę.

Sarraballa, chaldaicum neu. ge. et nu. pluralis sunt brachę vt apud Danielē ꝓphetam. Vñ Hier. Apud eundem Saraballa lingua chaldęoꝝ nō sarabra vt corrupte legit sūt crura hoīum et tibię, et ēt braccę, qbus crura teguntur ē tibię quę crurales et tibiales appellatę sunt. Quidam dicunt esse fluxas vestes, et sinuosas, quę à germanis rhenones dicuntur, vestes pellicęę, quibus in castris vtuntur.

Sarcasmos latine dr, iocus cū amaritudine, vt apud Virg. Referas ergo hęc, et nuncius ibis Pelide genitori, illi mea tristia fcā. Degeneremq̃; Neptolemum narrare memento.

Sarcarius fluuius est, quem in Phrygia esse aiunt quidaz.

Sarcina, pe. cor. proprie vtensilium est, et eoꝝ, quę ad cultum et ad ceteꝝ vsum ꝑtinent, veluti fascis, quem quis in itinere faciendo comportare possit. Hinc milites, cum castra mouere volunt sarcinas colligere dicuntur. Et qui in aliam domuz remigrant, sarcinas suas componere solent. Res etiam nr̃as domi cistis capsisq̃; compositas etiaz sarcinas vocamus. Quin. Iacent relictę sine herede sarcinę. Per translationem quandoq; sarcina ponitur, ꝓ inutili onere. Augu. Et hanc corporis sarcinam aliquando deponerem. Huius diminu. est sarcinula.

Sarcino, nas, sarcinas sumo. Interdum sarcinare capitur, pro suere Lucil. Sarcinatorem esse summum, suere centonem optime. Huius compositum est consarcino, quod est sarcinas colligo, quod vernacula lingua dicimus, enfardelare, o afunare. Gel. li. i. Versus hi sunt Cecilij trunca quędā ex Menandro dicentis, et ꝯsarcinātis verba tragici tumoris.

Sarcinatrix, mulier, quę vestes suit. Idem sarcinator efficit.

Sarcio, cis, iui, itum, et sarxi, sarctum, significat integruz facio. Vnde sarctores dicti sunt, qui vestes sarciunt, et sarcta tecta opera publica, quę locantur, vt integra ꝑstentur. Et sarctę integrę. Item sarcire, componere, tractum à vestibus. quę dissutę sarciunt. i. componunt, ꝑ translationē ponit, ꝓdamnum soluere. Pacu. Tu damni nostri causa fuisti, tu nobis sarcito, vt debes. Hinc componitur. Resarcio ꝓ instauro, et quasi nouam formam induco.

Sartatecta vide in dictione Sarcio, de quo modo.

Sarcimen sutura. Apul. Tūc tenui sarcimine summas oras eius adęquauimus et iūcturę rimā setę densitate sepimus.

Sargacę populi (Pomponio authore) iuxta Męotidem quorum oppida Murmetion, Panticapheum, Theodosia, Hermisium.

Sarrio, is, iui, itum, significat sarculis fodio purgo, quod fit, cum segetes leniter scalpendo, et rastris à noxijs herbis purgamus. Plaut. Semper occant, priusq̃ sarriunt rustici. Ply. lib. xviij. Qui sarriet, caueat, ne frumenti radices suffodiat. Hinc componitur Resarrio, quod ē rursus sarrio. Idez. Cum hyeme ꝑgelida captę segetes essent, r̄seruerunt resarrientes campos.

Sarculum genus rastri hoc est crates illa dentata quę subtrahitur satis, à sarriendo, vel serendo, vt inquit Var. Alij putant esse ligonem, seu quam vulgus vannam vocat. Hor. lib. Car. Gaudentem patrios findere sarculo.

Sarculo, las, sarculō fodio. Colu. lib. vi. Primo plantę sarculari debent, ita, vt simplex stilus altitudinem maxime scrobis excedat.

Sartor, purgator. Plaut. in Cap. Sator, sartorq̃; scelerum, et

messor optimè. Non solum autem à sarciendo, sed, à, sar/riendo etiam dici putant.

Sartura ipsa purgandi actio. Plyn. lib. xviij. Sartura nocere, et vineę, et segeti existimatur.

Sarritor, pe. pro. qui sarrit. Col. lib. ij. Tritici modij quatuor, vel quinq; bubulcorum operas occupant quatuor occato ris vnam sarritoris duas. Sarritura purgatura.

Sarcophagus, pe. cor. latine carnem comedens dicit. Plyn. Sarcophagus lapis est fissili vena corpora defunctorum condita in eo absumi, intra quadragesimum diem con/stat exceptis dentibus. Ideo nomen habet, à carne ędenda σὰρξ σαρκός enim caro est, φάγω comedo. Vnde conue/nienter, pro sepulchro poni consueuit. Iuue. Saty. x. Vnus pellę o iuueni non sufficit orbis. Æstuat infelix Angusto limite mundi, vt gyari clausus scopulis paruaq; seripho. Quuz tamen à, figulis munitam intrauerit vrbem, sarco phago. Contentus erit mors sola fatetur Quantula sint ho minum corpuscula, de eo lapide sic scribit Celsus lapis etiã qui carnem exedit quem sarcophagon greci vocant sed quando de sarcophago facta est mentio, subijt mihi mo nere locum illum apud Plautum in Amphi. esse corrigen dum, vbi legitur, hęc illa sarcam gestat, tu scribe sic, hęc sola sana restat eorum, familiarium sequitur enim im/mo omnes sani sunt profecto, dicit eniz Amphytryo om/nes familiarium esse insanos quum ab eis non cogno/scatur pterq̃ ab Bromia, quam solam dicit restare sanaz, facile enim fuit sarcam pro sanam scribere, sic etiam lo/cus ille in Asinaria est castigandus, vbi scriptum est. Vi/des meam ante mergere, sic enim Correximus. Nos, vides me amantem egere. s. viginti minis, de quibus ante me/minit. Augu. lib. xviij. de ciui. dei. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarcophagum vocãt, σωρὸς gręce dicitur, à nostris pro sepulchho vsurpatur.

Sardanapalus, pe. pro. vltimus Assyriorum rex de quo In/sti. lib. i. Fuit hic omnis generis luxurię deditus, nec eru/buit inter scortorum greges nere, et muliẽbri habitu foe/minas omnis lasciuia anteire. Quamobrez indignati Assy rij tali foeminę parere, duce Arbacto desciscentes belluz Sardanapalo intulerunt. Qui victus inter regiam se rece pit, et extructa Pyra, se atq; diuitias in incendium mi/sit. Hic fuit à Nino trigesimus rex, vt inquit Dio. li. iij. bi/bli. Et moriens condidit hoc epithaphiuz Ede bibe, lude. Et cum te mortalem noris, p̃sentibus exple delicijs ani/mum post mortem nulla voluptas. Iuue. et venere, et cę/nis, et plumis Sardanapali.

Sardanis, vir Lydius, qui Cręso suadere conatus est vt Per/sis bellum inferret.

Sardis tm̃ pluraliter vrbs Lydię magna, posterior troianis rebus, et Cręsi regia. Hora. Quid concinna Samos, quid Cręsi regia Sardis? Terminat autem ntm̃, et actm̃ in is productam, quomodo Trallis, et syrtur. Ex Sardis fuere duo Diodori oratores, quorum iunior Strabonis amicus fuit, et historias scripsit, et poëmata. In sardis ecclesia fuit vna ex septem Asię, quarum Ioannes meminit.

Sardinia, insula in Tyrreno, seu ligustico mari, à Sardo Herculis filio, sicut Strabo, et Solinus scribunt qui è Libya veniens, cum multitudine colonorum insulam occupa/uit, cum antea Sandaliotis appellaretur ab effigie soleę, quam gręci Sandalion vocant, et Ichnusa, à similitudi/ne vestigij, quod gręce dicitur Ichnos. Huius latitudo est milium passuum. xcviij. Longitudo. xlij. q̃q̃ alij stadia multa adijciant, sunt qui dicant eam ab oriente cẽtum octoginta octo milibus patere, ab occidente. clxxv. à, mę/ridie. lxxvij. septentrione. cxxv. Mirum in ea insula, neq; lupum gigni, neq; serpentez reperiri. Habet ciuitates mul tas, sed omnium p̃clarissima Calaris est, vbi coraliorum piscatio est. In qua diui Augustini patris mei ossa tãdiu conquieuere, quoad ab Heliprando rege Papiam transla ta sunt. Hęc ciuitas Iole à priscis appellabatur, ab Iole illa, quam Hercules perdidissime amauit. Insulam Peni occupauere, sed à Romanis expulsi tandem primo bello punico amisere. A' Sardinia, sardus sardous, et sardinen/sis adiectiua funt.

Sardinenses, qui sardiniam incolunt, vt ibi negocientur.

Sardi, indigenę, qui in sardinia nati sunt.

Sardous, a, um, possessiuuz. Oui. lib. iiij. Fas. Sardoaq; regna sinistris respicit à remis.

Sardoa, herba apiastro similis, quę nascitur in Sardinia et in fontium defluuijs largius p̃uenit, ea, si quis vescatur, neruos contrahit, et rictu diducit ora, vt, qui moriuntur, veluti ridentium facie intereant.

Sardonyx, sardonychis, pe. cor. sicut onyx, onychis, à quo cõ ponitur, tam masc. q̃ foe. gene. Componitur enim ex sar/do, qui lapis fuit in Sardinia, primum compertus, coloris rubei, et Onyx, gemma, cui est candor subcandidus, vn/guis humani similitudine, quasi vtriusq; colorem obti/neat. Iuue. In manibus densi radiant testudine tota Sar/donyches. Persi. foe. genere dixit. Et natalicia tandem cum sardoniche albus. Dicitur et sardonychus, et Sarda. Iuue. Arguit ipsorum, quos litera linguaq; princeps Sardony/chus. Plyn. E' diuerso ad hęc sarda vtilissima, quę nomen cum sardonyche cõmunicauit ipsa gemma vulgaris, et primum à sardibus reperta. Ptolemęus sardonychen, à sar donyche Indię monte deriuari scribit.

Sardonycatus, sardonyche ornatus. Marc. Cuius et hinc lu/cet sardonycata manus.

Sardo, as, antiqui pro intelligo vsurpabant. Nęuius. Quod bruti, nec satis sardare queunt.

Sarepta, vrbs sydoniorum, vbi diuinus vates Helias esurien tem viduam miraculo pauisse creditur Hinc.

Sareptanus, a, um, qđ ẽ ex sarepta. Sydonius. Vina mihi nõ sũt gazetica, chia, phalerna. Quęq; sareptano palmite mis/sa bibas.

Sariphus, mons ĩter marginã & Ariã dilapsus.

Sari, neu. generis genus herbę quę prouenit in aqua radice dura intortaq; ferrarijs officinis vtilis. Theoph. lib. iiij. Tria in ęgypto celebrantur, papyrum sarim nasi.

Sarmẽta, virgulę vitium superuacuę abscissę. Inde sarmen titius, tia, tiuz, quod est ex materia sarmentoꝝ. Col. lib. ij. Verum vulnera eius sarmentitio cinere linienda sunt.

Sarmentus nomen viri proprium, qui scurrilitate claruit.

Sarmatę, populi scythię iuxta Danubiũ, in Męoticã palu/dem vergentes, qui à gręcis Sauromatę dñr et regio eorũ sarmatia dr̃. Ply. li. iiij. Sauromathas gẽtes scythaꝝ gręci vocãt quas sarmatas romani, dicũt. Dicti sauromatę ab oculis lacertaꝝ, σαῦρος enim lacerta est ὄμμα oculus. Vtũ tur plaustris, p̃ domibus pascunturq; lacte eqno. Vñ qdã eos ἱππομόλγους, hoc est ęquoꝝ mulsores. Alij γαλακτο/φάγους. i. lactifagos vocant. A' Sarmatia fit sarmatis, mati dis. Ouid. Terreat haud sarmatis vmbra meos. Sũt autez duę sarmatię, ſm Ptolemęum, quaꝝ vna est in Europa, quę (vt lib. iij. scribit) septentrione oceano terminat, ab oc/casu parte germanię, à meridie lazigibus metanastis. In ea est. Oliba, quã nunc Russiam, & Tartariã eẽ crediderũt. Altera Sarmatia est in Asia, vt idem lib. iiij. refert, quę à septentrione terra incognita terminat, ab occasu sarma/tia Europę, et Tanai fluuio. In ea sunt Causij montes.

Sarissa, hasta p̃longa. Liui. lib. xxvij. Pręlongas hastas Mace/dones sarissas vocant. Suidas, σάρισσα εἶδος ἀκοντίου ἐχ/λινικοῦ δόρυ μακρὸν παρὰ μακεδόσι. Helianus docet sarissas esse lanceam qua vtitur phalanx macedonica longitudi/ne. xiiij. cubitoꝝ quorum duo manus continent reliqua. xij. prominent inde sarissophori qui sarissas gestant.

Saronicus, sinus est contra corinthiacum isthmum habens nomen à saron, quod quercum significat, de quo Plyn. lib. iiij. sinus saranicus olim querno nemore redimitus, vnde et nomẽ ita gręcia antiqua appellante quercum.

Sarpa vinea putata. Nã sarpe antiq. p̃ purgare vsurpabãt.

Sarpedon, penul. pro. rex Lycie, q Troianis aduersus grecos tulit auxilium.

Sartę populi sunt Europę, scythię contermini, qui (vt

Pomponius ait)ob sęua hyemis admodum assidue demersis in humum sedibus,specus,aut suffossa habitant, totum brachati corpus,nisi qua vident,etiam ora vestiti.

Sartago patella ĩ qua caro frigit,à σὰρξ,quę caro ē nomē assumpsit,latine Frixoriũ dr̄ ab ipso frixationis,sono,quia crepitũ ꝯfusum in frictu emittit.Hier.in lib.Mach.Iussit ignem admoneri,et adhuc spirantē torreri in sartagine. Apud antiquos etiam ad alios vsus adhibebatur.

Sarsina vetus ciuitas in Æmilia,ex qua Plautus poëta comicus ortus est.

Saso,insula,quę à Brundusio quinq; milia passuum distat, inde in Epirum totidem distat vt ait Strabo.

Sason,onis,pe.p.fluuius, de q̃ Syl. Adriaci fugite ĩfaustos sasōis arenas.ē alibi.Expauit sonitus tremefacto litorē Sasō.

Sathanas interpretat̃ aduersarius. Quo noīe appellatus ē diabolus,ꝙ Christi aduersarius sit. Quicquid enim animę ad Deum tendenti resistit,et aduersatur,et quicquid paci contrarium est,hoc sathanas esse nominatur. Sicut legitur in Regum libris, quia suscitauit Deus Salomoni sathanam aduersus eum qui erat pacificus.

Satarchę,ppli in Scythia,qui(vt Soli.refert)damnato auri, et argenti vsu se à publica auaricia abdicauere.

Satis aduerbiũ,et per apocopen Sat significat abunde,quã tum opus est.Cice.lib.artis veteris.Longum est,quod pluribus sententijs,vltra quam satis est producitur.Aliquãdo ponitur loco noīs,vt Satis eloquentię habeo.Sic etiam nomina pro aduerbijs ponuntur, vt sponte sua, mane nouum.Et cum satis significet q̃titatem,satius tamen cõparatiuũ qualitatē denotat, ꝙ deriuatiuũ nõ semp seruat sensũ primitiui.Vir. Nonne fuit satius tristes Amarillydis iras.Atq; superba pati fastidia.i.melius.

Satin,pro satisne.Teren.Satim sana es?

Satisaccipio dcm̃ est eodem mõ,quo et satis facio. Vnde et satisacceptio,quę est(vt Pompo.inquit)stipulatio,quę ita obligat promissorem,vt expromissores, qui que ab eo accipiantur,idest qui idem promittant.

Satago,is,pe.cor.ex sat,et ago compositum videtur.vnde sategi pręteritum,et satactum supinum facit.Et est satagere anxium esse, et quod vulgo dicitur, satis habeo quod agam.Teren.in Heau.Nam hic Clinia,et si is quoq; rerũ suarum satagit,attamen habet bene, et pudice educatas, ignaram artis meretricię.Aliquando significat diligentē esse,seu festinare discursare in actione rerum suar̃.Plau. in Asi.Nunc satagit, adducit domum ei vltro, et scribit nũmos.Aliq̃ initi vt ĩ hymno,Magne pr̄ Augustine pces nostras suscipe,et per eas conditori nos placere satage.

Satagytę,ppli in Asia scythica,vt li.iiij.testatur Herodotus.

Satisdo,is,sig̃t fideiubeo,ꝑmitto per vadem,siue fidem meã pignori do,et re ipsa certifico.Cic.Sulpitio.Primũ,vt si qd satisdandum erit,amplius eo nomine peti cures,vt satisdetur fidei meę.Caius. Satisdatio eodem modo appellata est, quo satisfactio.Nam,vt satisfacere dicimur ei,cuius desyderium implemus, ita satisdare dicimur aduersario nostro aliquem dare, qui pro eo quod à nobis petitur, ita caueat,vt eum hoc nomine securum faciamus.

Satisfacio,tantum facio, quantum satis sit irato ad vindictam,inquit Asco.Et construitur cum datiuo, sed cũ pro punio ponitur accusatiuum postulat.Cice.ad Heren.Non conuenit censores istum satisfacere,ex eo, ꝙ ait se non potuisse ita adesse,vt iuratus fuerat.

Satispresto,stas,idem est quod satisdo.

Satio,as,à sat deduci videtur, et saturo, seu expleo significat pertinetq; ad omnes sensus,et frequenter ad animum. Cic.in Cato.Satiari delectatione non possum,vt meę senectutis requiem,oblectamentumq; noscat.Ad corpus vsus est.Colu.lib ix. Satiatq; semodius cibi in diebus singulis vicenos,et centenos turtures.Hinc componitur exatio.

Satiabilis,qui satiari potest facile,cuius contrarium est.Insatiabilis.Salu. Auaritia insatiabilis est, neque copia, neq; inopia minuitur.

Satietas,à satis fit, et plerunq; pro fastidio sumit̃. Cice. in Cato.Omnino,vt mihi quidem videtur, studiorum omnium satietas facit vitę satietatem dicitur et Saties pro satietas.Teren.in Eunu.Ex meo propinquo rure hoc capio commodi,neq; agri, neq; vrbis odium me,vnq̃ percipit, vbi satietas cępit fieri commuto locum. Salu. Hi saltibus occupatis externorum agros inuasere,frumentiq; ex inopia graui saties facta.

Satur a,um,quod est cibo plenum. Teren. in Ecy. Sed tu cum satura,atque ebria eris,puer,vt sit satur facito.Sumitur interdum,pro fęcundo,et abundante.Per.Nec rus saturum laudare.Virg.lib.ij.Geor.Saltus,et saturi petito lõginqua Tarenti.Vbi Ser.Saturi,aut fęcundi,aut quod est iuxta oppidum saturum,Tarentum enim,et saturum,vicinę sunt Calabrię ciuitates.

Saturo,as,pe.cor.sicut satio capitur, et similiter ad omnes sensus pertinet. Cice.Iracundiam meam satura tuo sanguine.Nonius.Expleri,et saturari hanc habent differentiam.Expleri est tm̃modo plenum esse saturari supramodũ. Cice.lib.vi.de rep.Graues enim domine cogitationum libidines infinita quędam cogunt atq; imperant quęq; expleri,atque saturari nullo modo possunt. Exaturo quod est perfecte saturo.Apule.Sed ille libidine exaturatus iacebat in grabatulo.Obsaturo,de quo alibi. Hinc saturitas, pro satietate.Plau.in Cap.Pro in tu deũ hunc saturitate tranquillũ facias tibi.Q̃nq; ꝑ foecunditate.Cic. in Cato. Neq; solum officio,ꝙ hominum generi vniuersorum cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione quam dixi et saturitate, copiaq; rerum omnium quę ad victus hominum,et ad cultum etiam deorum pertinent.

Satulo,las,idem,quod saturo. Var. Neq; in puluere mitico coquam carnes,quibus satulem corpa, et famem ventris.

Saturnus, à poëtis fingitur deus,ꝙ annis saturetur vel ꝙ se in deuorandis filijs saturauit.Ex se enim natos comedisse fingit,quia consumit ętas temporum spacia,annisq; pręteritis insaturabiliter explet. Oui. Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa vetustas.Omnia destruitis, vitiataq; dentibus ęui. Paulatim nigra consumitis omnia morte. Vnde à gręcis cronos dicitur,quod tempus designat. Alij philosophi interpretantur saturnum cronon,velut à satietate intellectus eo ꝙ gręce satietas cros,intellectus vero, siue mens νοῦς dicitur,vt sit nomen compositum saturnus ex prima parte latine,et posteriore gręca,ipsa satietas mentis.Sunt qui saturnum, à satu deducant, quoniam peritiam ruris,et satorum omnium primus edocuisse fertur.Quidam à verbo,quod gręci dicunt σάθην quo virilia significantur,ꝙ patris pudenda abscidisse,atq; in mare proiecisse dicitur.Vnde venerem procreatam ferunt, q̃ à spuma,vnde coaluit.Aphrodites nomen accepit. Hinc saturnius,a,um,vt Iuno saturnia,quę fuit filia saturni.Versus quoq; quos olim fauni, vatesq; canebant saturnios antiqui nominabant,vt ait Var.

Saturnia substantiuum nomen regionis,et nomen oppidi,Virg.Ianiculum huic,illi fuerat Saturnia nomen Æditiora etiam loca(vt Diodo.scribit)saturnia dici consueuerunt. Possedippus autem poëta in epigrammatis scribit Lysippum ita fecisse inter alia quę scribit habitum Saturni. τίπτ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας ἀεὶ τροχάω· τί δὲ ταρσοὺς ποσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος. χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν, et subdit ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι νὴ Δία. τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει.

Saturnalia,orum,festa septem, seu quinque dierum mense Decembri saturno dicata, erant pleni lęticię, in quibus Romani synthesin vestem sumebant.Dies quoq;,quibus munera vltro,citroq; mitti,remittiq; solebant saturnalia, seu saturnalicia dicebantur. Sueto.in Augu. Saturnalibus,et si quando alias libuisset, modo munera diuidebat,modo nummos omnis notę.

Saturnalicia absoluto nomine à Tertuliano dicũtur quas Hiero.Saturnalium sportulas vocat.

Saturnalicium

Saturnalicius,a,um,quod ad saturnalia pertinet.Mar. Saturnalicię ligulam misisse selibrę.

Saturniniani hęretici à saturnino quodã noĩati,qui turpitudinẽ similianã in syria ↄfirmasse ꝓhibet,q ẽt mundũ solos ãgelos septẽ,ꝑter ↄscientiã dei pr̃is fecisse dicebat.

Saturea herba fragrantis odoris,quę et cunila dr̃,et Origanum heracleoticum,à saturo dicta,ꝙ nullũ ferè ↄdimentum,sine ea fiebat,pp̃ quod saturitatẽ inducere videbat. Colu.Et saturea thymi referens thymbręq; saporem. Alij thymbram vocãt.Venerẽ emortuã suscitat in cibis sumpta.Vnde ex greco, vt quidã volunt nomẽ sibi vendicauit,quasi satyrea,vt satyri inuenerem proni,et salaces.

Saturũ vrbs Calabrię fuit,nõ longe à Tarento.Vñ satureianus,a,um,posses.Hor.Me satureiano vectari rure caballo. Quidã etiã satyrũ scribunt.Vnde et nonnulli agrum in quo Tarentum conditum est. Satyram vocari affirmant.

Satelles,miles mercede conductus,vt ab imperatoris latere non discedat.Et Satelles,qui sontibus capiendis pręest,qui et apparitor dicitur.

Satellitium ipsa satellitum actio.Aug.lib.v.confes.Procuraui aliam,non vtiq; coniugem,quo tanq̃ sustentaretur, et produceret, vel integer, vel auctior,morbus animę meę satellitio perdurantis ↄsuetudinis in regnum vxorium.

Satrapa,pe.cor.dictio persica,et apud nos significat pręfectum,ac ducem Suidas. σατραπεία ἡ ἐπαρχία σατράπης δὲ σατράπου εἶδος ἀξιώματος. Vnde,et satrapię dicunt quasi parua regna quibus satrapę pręerant.

Satyri,pe.cor.dicti sunt, qui in libidinem semꝑ proni sũt, à virili membro,quod veteres greci σάθην appellabant. Hi sunt(vt Ply.li.vi.ait)animalia quadrupedia.in subsolanis indorũ montibus pernicissima humana effigie recte currentia. Veteres hmõi monstra . pro syluestribus dijs coluerunt.Vnde Hiero. Vidit homunculum inquit, aduncis naribus, et fronte cornibus aspera , cui extrema corporis in caprarum pedes desinebant . Et premisso signo crucis,eum,quisnam esset,interrogaret Antonius,respondisse fertur.Mortalis ego sum vnus ex accolis eremi, quos vano errore delusa gentilitas faunos,satyrosq;,et incubos appellat . Sunt etiam satyri ex simiarum genere. Soli.Sunt et quas vocant satyros facie admodum grata gesticulatis inquiete motibus.

Satyriasis, pulsus testium, et velut singultus quidam inguinis sequens inflammatatam q̃dam passionem seminalis receptaculi,cum intensione,et tentigine. Quod,si non cessauerit.pulsus ille,solent seminis receptacula intendi, vel spasmus nasci. Qui morbus etiam priapismus dicit.

Satherona animal ambiguum in humore pariter, et in sicco viuens.

Satyriõ herba folijs lilij rubri aliquanto minoribus,tribus non ãplius à terra exeuntibus,caule leui cubitali, modo radice,gemina.hãc arabice castaloe vocãt, orchis grę̨ce q̃ vox testiculũ denotat,latine vulpis testiculus,vel,leporina.

Satyriacum signum simulachrum priapi, qđ in hortis apđ antiquos ponebatur.Ply.lib.xix.Est et religio quędã hortosq;,et feras tantum contra inuidentium effascinationem dicari videmus in remedium Satyriaca signa.

Satyria,auis,coruus.Lucius florus.cum singulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter spolia detraxit.Inde torquati.iterum Pontino agro, cum in simili pugna latius insidente galeę satyria alite adiutus Inde Coruini.Satyria etiam,apud latinos cibarium confusaneum dicitur, veluti cibus ex varijs rebus compositus.

Satyra,pe.cor.quasi satura dici videtur,ob carminis varietatem,seu pp̃ copiam rerum quę ibi tractantur.Est.n.satyra carmen maledicum, et ad carpenda vitia compositum,quale scripserunt.Lucil. Horatius Iuuenalis. Persius. Accepit enim id carminis hunc titulum, ꝙ personis, factisq; satiatum abundare videatur.Quidam à satyra lance,quę referta multis varijsq; primitijs,in sacrificijs dijs offerebat. Alij à lege satyra dictum existimant,quę vno rogatu multa simul comprobat.De qua lege.Sal.in Iug Deinde,quasi per satyrã sententijs exquisitis, in deditionem accipitur.Var.à quodam farciminis genere,qđ multis rebus refidebat dictam satyrã esse scribit. Vnde in secundo libro Plautinarum questionum habetur.Satyra est vna passa.et polenta,et nuclei pinei, ex musto conspersi. Sunt qui a sityris deriuent , ꝙ in hoc genere carminis res ridiculę pudendęq; scribunt quemadmodum ꝓferri à satyris solent.Dona.in Teren. Deinde aliud genus fabulę,idest satyra sumpsit exordiũ,quę à satyris,quos illos semper ac petulantes esse legimus, vocitataest Potest etiam dici satyram ideo vocatam , ꝙ in antiqua satyra introducebantur satyrarum personę , aut si quę erant ridiculę similes satyris.Duo quippe satyrarum genera fuisse constat.Alterum antiquius,quod sola carminum varietate constabat.Alterum recentius apertam hominum reprehensionem continens.Hinc satyrus,ẽ satyricus,pro eo, qui satyram scripsit. Satyrice aduerbium significat acriter,cum conuitio.

Satus,a,um,à sero,is,fit,pro semino. Vnde etiam à Virgilio ponitur pro genitus.

Satus,us,et Satio,onis,ipsũ serendi actum denotant. Ply. li.xvij.Quapropter de talearum satu,nunc dicendum. i . plantatione.Quandoq; etiam satus semen dicitur.

Satyrorum insulę sunt tres, contra indiam extra Gangẽ sitę sicuti Ptolo.lib.vij.scribit.Quas,qui habitant caudas habere dicuntur,quales satyris pinguntur.

Satum,ager,in quo semen est,vt Hiero . in lib. Iudith.Et satum eodem authore,genus mensurę iuxta morem prouincię Palęstinę,vnum,et dimidium modium capiens. In Geñ.tñ non tantã capit summã. vbi scriptum est.Accellera tria sata similę commisce fac subcineritios panes.

Satiuus,a,um,quod seminat.vel qđ idoneum est,vt seminet.Gel.Sed hi plerasq; naues loris suebant gręci magis canabo,et stuppa,cęterisq; satiuis rebus.

Saucius,a,um,qđ nascit à ꝑcipio sauciatus quõ lassus,a, lassatus,et lacerus,vel lacera à laceratus.Et ẽ saucius vulneratus.Virg. Quales mugitus fugit, cum saucius aram Taurus.Et non solum de vulnere,sed etiam de labore,dicitur quasi fessus.Quod Apul.lib.ij.de Asi.cum gto iunxit,cum ait. Mihi vero fatigationis hesternę etiam nunc saucio da veniã saucius inguinum pro inguinibus,sicut ꝑstans animi, quasi hñs inguina tumentia, sicut enim membra in homine saucio intumescunt sic saucius inguinum,cuius turgent genitalia ex libidinis desyderio.

Sautio,as,vulnero,à quo fit compositum Consautio. Amb. lib.i.offi.Verberamur vocis nostrę verbere cũ loquimur ea,quoꝝ sono cedit animus noster,et mens consauciatur.

Sauromatę populi.Vide in dictione Sarmatę.

Saura,lacerta quę in macerijs,et in sępibus diu delitescit.

Sauior,aris,Vide in dictione Disauior.

Saxum,maius aspius,duriusq;,q̃ lapis,licet qñq; saxũ,pro lapide ponatur.Hinc Saxeus,a,um,quod ẽ saxo est.

Saxosus,sa,sum,saxorum copiam significat, vt saxosa via.

Saxulum diminutiuum.Cice.lib. de Ora.Illam in asperrimis saxulis,tanq̃ nidulum affixam.

Saxum ferratum,oppidum in Piceni, atq; vmbrię finibus situm,ita appellatum, à ferro propter fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuisse earum reliquię ostendunt. Sentinum à veteribus dicebatur, à Sentino amne iuxta męnia labente quem nunc quoq; incolę Sentinum vocant.hoc oppidum nobile factum est duorum virorum ortu Bartoli.s.et Alexandri,quorum primus Cęsarearum legum interpretatione clarissimus. Alter in sacris literis eminentissimus,qui cum in omni doctrinę genere, vitę sanctimonia summus haberetur,nostrę augustinianę religioni magno omnium consensu pręfectus est,nec multo post ob res pręclare gestas cardineis insignibus à Pio pontifice maximo decoratus fuit.

Saxatilis,et hoc le,pe.cor.quod saxa incolit,vt piscis saxati/

AA

lis.Et ſaxatile dicitur vernacula lingua da ſasſi.Plau.i Ru. Piscatum hamatilem,ſaxatilemq́; aggredimur.

Saxones,illuſtres Alemanię populi,q Angelę reginę auſpitio. Angliam deuicerunt,à qua etiam nomen ſortita eſt Anglia, quaſi angela cum prius Albion diceretur Hos Ptolo,non longe à Cimbris in oceani ſeptentrionalis litoribus,et paludibus innijs conſtituit.

S ANTE C

Scaber,a,um,quod rubiginoſus eſt.Virg.lib.i.Ge.Exeſa inueniet scabra rubigine pila. Hinc vngues, et dentes dñr scabri,qui ſordidi ſunt etiam ſi non ſint aſperi tactu.

Scabredo aſperitas, ſicut qñ caro cõtrahitur, et fit rugoſa, Quo vocabulo vſus eſt.Hier.in diui Hylarionis vita.

Scabricia,et ſcabricies rubiginoſitas. Vnde Plyn.vnguium scabriciem dixit.

Scabo,bis,scabi,scabitus ſignificat scalpo,conforo,et quaſi vnguibus fodio.Ply. lib.viij.Si vero squamę ob torpuere ſpinis iuniperi scabit.

Scabies,à scabo, ſiue à corporis asperitate dicta,eſt ꝙ ſcabra,et aspera fit,quę vt Celſus ſcribit,eſt durior cutis rubicunda, ex qua puſtulę oriunť quędam humidiores q̄das ſicciores.Exit ex quibusdam scabies, fitq́; ex his continua exulceratio pruriens. Hęc etiam pſora à gręcis dicitur. A' ſcabies fit ſcabioſus,ſa,ſum,quod abundat scabie.

Scabro vermis,qui naſciť, de carnibus equorum putridis.

Scabellũ dimi.ſignificat paruũ scamnum. Nõnunq̃ poniť, pro ſuppedaneo.Augu.Sup Pſal.Suppedaneũ dř scabellũ, qꝺ dicunt gręci, ὑποπόδιον dixerunt latini ſcabellum, et alij dixerunt ſuppedaneum.Vide in dictione scamnum.

Scęi ſunt thraces populi,sceę troianę portę.Scęus amnis,et ſcęus murus.

Scęnos,latine habitatio,umbra, tabernaculum, vel funis.

Scęnofactorius, ria,rium, vt ars, scęnofactoria, qua fiunt umbracula,vel tabernacula,vel funes.

Scęnophegia,gioꝝ,neu.ge. feſta tabernaculoꝝ, q̄bus iudęi faciebant tabernacula ad ſimilitudines tabernaculorum in quibus habitauerunt, cum ex Ægypto peregrinarentur in eremo, ab σκηνός, & πήγνυμι, latini vero aſpirationem addiderunt.

Scęna, cum ę,diph.magis ex antiquoꝝ conſuetudine, q̃ ex vera ortographia,vt inquit Priſcia,quia cum gręca ſit dictio,quę apud illos ſine diph. σκηνή scribitur, apud nos etiam absq; diphthongo debuit trãsferri, alij in ſignum productionis, per ę,diphthongus notandum putant, vt Apul. Eſt autem scęna inumbratio ἀπὸ τῆς σκιᾶς quę quidem, vt docet Ser,à ruſticis primum inumbrationis cauſa comperta fuit, vbi prius carmina incondita decantabant. Quare, et à nonnullis tabernaculum, et Papilio traductum fuit.Poſtea tabulata cęperunt componere,in modus parietis. Vnde hodie conſuetudo permanſit,vt cõponantur pegmata,à ludoꝝ theatralium ęditoribus.Vñ Scęnophegia tabernaculoꝝ feſta. Sed cum ĩ vrbes deducta fuit scęna,redactum eſt nomen ad eã partem theatri quę ab vno eius cornu,ad aliud ducebatur.Conſtat.n. scęnam theatri frontem binis, plurimisue contignationibus conſtrutam, in quibus hiſtriones recitabant mimiq́; marmillones,et cęteri ludij varios ludos, ac geſticulationes ędebant. In scęna autem,cum hemicycli formam haberet,gradus,ſediliaq́; fuerę, de quibus primarij magiſtratus honoratioresq́; ſpectarent eorumq́; ſedilia pars intima orcheſtra eſt dicta.Placidus grammaticus scribit scęnam eſſe cameram,hinc inde compoſitas,quę in vmbrę locum in theatro erat in quo ludi actitabantur.Item scęnam dici arborum in ſe cubantium,quaſi concameratam denſationem,vt ſubter poſitos tegere poſſit.Item scęnam vocari compoſitionem alicuius carminis,quę digna ſit agi in theatro exclamationibus tragicis.Scęna ſic diffinitur à Labeone,quę ſit ludorum faciendorũ cauſa,quolibet loco, vbi quis conſiſtat, moneaturq́; ſpectaculum ſui prębituram,poſita ſit in publico,priuatoq́;, vel in vico, quo tandem loco passim homines ſpectaculi cauſa admittantur,hęc autem verſatilis erat,aut ductilis.Verſatilis, quę ſubito tota machinis quibusdam vertebatur,et alias picturę faciem oſtendebat.Ductilis,quę contractis tabulatis,hac,atq; illac interiorem picturę ſpeciem denudabat.

Scęnicus,ca,cum, quod ad scęnam ptinet, vt scęnici ludi. Aug.lib.iij.conf. Sed qualis tandem miſericordia in rebus fictis,et scęnicis.Scęnicus vero, abſoluto vocabulo hiſtrio dicitur.Sueto.de Nero.Ac ſpectaculis theatri clàm illatus cuidam scęnico placenti nuncium miſit.

Scęnoma,matis,ſignificat tabernaculum,ſeu ſacculum.

Scęnitę cognominati ſunt, quidam Arabię populi,à tabernaculis, qui ĩ tentorijs habitant(vt inquit Solonus)quę caprarum pilis texta ſunt apud, quos ſi ſus vectus fuerit illicò moritur.

Scęua dicitur qui ſiniſtra manu vtitur pro dextera. Quo nomine dictus fuit, quidam romanus, de quo Sueto.in Cęſa.Scęua excusſo oculo, transfixus foemore, et humero centum,& viginti ictibus ſcuto perforato cuſtodiam commisſi caſtelli obtinuit.

Scęuola,à scęua.i.ſiniſtra(vt inquit Varro)eo,ꝙ, quę ſiniſtra ſunt,bona auſpicia putantur.Et gręci ſiniſtrã σκαιὰν vocant,hinc ſcęuę dicti ſunt,hoc nomine dictus eſt Mutius nobilis vir Romanus, qui debilitata dextra ſiniſtra vſus eſt.Li.lib.ij. Mutium demiſſum, cui poſtea scęuolę à clade dextrę manus inditum nomen. Scęa.n.ſiniſtra eſt. et Mutius ſiniſtra eſt,vſus exuſta dextra.

Scala,scalę,et scalę,arum, vtroq; modo dicitur,à scandendo,ꝙ his altiora scandamus.Nam proprie scalę ſunt,quę ex pluribus gradibus conſtant. Diſtinguunt quidam ſic. Scala eſt,quę ex teretibus lignis,aut funibus,aliaue materia ſimili huc,atq; illuc transferri poteſt. Scalę, quę latiores habent gradus,et immobiles permanẽt.De hac Ply. Etiamnum scalis tectum ęphesię Dianę scanditur. De illa Caius iureconſult. Vel scalam sciens commodauerit, ad ascendendum.Sed sępe confunduntur. Et scalas magis in vſu eſſe,q̃ scalam dicimus.Salu.in Iugur.Vnę,atq; alterę scalę comminutę ſunt, qui ſuperſteterant, afflicti ſunt.Non dixit vna, atq; altera. Scalę,quibus per gyrum ascendimus,à cocleę forma.Coclides,et coclę dicũtur, quę vero ex lignis teretibus,ſiue canabinis funibus, à Capaneo inuentę primum fuerunt, vt eſt apud Vegetium libro de re militari.

Scalmus,lignum teres, cui nautę remos, ponunt,et innituntur ad nauigandum,vt firmius nauigent.Licet quandoq; pro naui ponatur. Cic.lib.iij.offi. Venit ipſe maturę scalmum nullum videt quęrit ex proximo vicinum ferię quędam piſcatorum eſſent.

Scalpo,is,pſi,ptum,fodio,et vnguibus pruritum auſero.Scalpunt enim homines vnguibus,et gallinę pedibus. Plyn. lib.ix. Attrituq́; petre scalpentes pisces pruritum inuadit. Diome.grammaticus scalpturas,dici probat,non sculpturam. Scalpta inquit,gẽma dicendus eſt nõ sculpta,quoniam adiecta prępoſitione facit insculpta.

Scalptor, qui scalpit.Ply.lib. xxxvij.Expetuntur,à scalptoribus, ferroq́; includuntur, nullam non duritiam,ex facili cauantes,Scalptura scalpendi actio.Idem omnia autem hęc genera scalpturę contumaciter reſiſtunt.

Scalpturio,is,iui,tum.Idem quod scalpo, quod proprium eſt galli gallinacei,cum terram scalpit. Plau. in Aul.Vbi erat hęc defoſſa,occepit scalpturire vnguibus.

Scalprum, et scalprus, et diminutiue scalpellum,et scalpellus ferꝝ quo aptať coriũ,et cum quo radiť,vel celtis.Vtũtur tñ eo inſtrumento diuerſi artifices. Cato de re ruſt.Ficos,et oleas altero modo,quod genus aut ficũ. aut oleam eſſe voles.Inde librũ scalpro eximito. Colu.lib.vij.Scabies ferro cęſa perluatur vrina, etiam sępe scalpello, vsq; ad imum reſecare,& amputare scabiem sępe proſuit.Et.lib.v. Scalprum qꝺ deinde aduncum eſt roſtrum appellať.Sue. de Vitellio. Scalpro librario, venas ſibi incidit. Scalpra ſutoria.

sutoria. Horatius intelligi voluit illo versu. Si scalpra, et formas non sutor, nautica vela. Auersus mercaturis delirus, et amens Vndiq; dicatur. Liuius fabrile scalprum appellat, quo magistri elephantos interimebant, inter aures beluę adacto, in ipsa compage, qua coniungitur capiti ceruix. Cor. Celsus scalprum inter ferramenta chirurgica numerat, vbi ait lib. viij. Tum demum ad manū, scalprumq; veniendum est. Col. lib. x. Ferramentum scalpratum dixit ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus esse ad castrandos apium alueos.

Scalpellus, et scalpellum diminutiua sunt. Vide in scalprū.

Scalpturatum genus pauimenti, qđ et vermiculatum dr̄ qđ factum est, post tertium punicum bellū, fuit ex thessellis minutis diuersicoloribus, vt in templis antiquis. Et nos Mosaicam dicere solemus. In his pauimentis picturę radendo fiebant, quomodo nunc scalpturata albaria in exteriore parte pariētum, ac murorum fiunt.

Scamander, fluuius. Troię est ex Ida monte profluens quę superi quidem Xanthum nuncupant mortales vero scamandrum, vt est apud homerum.

Scamandria vrbs parua, à portu illiensi parum remota.

Scamonea, frutex cuius succus, valet ad medicinas.

Scandalum est, quod nos offendiculum, vel ruinam, vel impactionem possumus dicere. Quando ergo legimus. Quicūq; de minimis scandalizauerit quempiam, intelligimus, qui dicto factoue occasionem ruinę cuiq̄ dederit, hinc Scandalizo, zas, quod est alicui scandalum, prębeo.

Scandinauia insula est oceani septentrionalis, quam Plyn. lib. iiij. incompertę magnitudinis esse scribit. Eam alterum orbem terrarum esse crediderunt.

Scando, dis, di, sum, in altum vado. Ci. in Cato. Vt si q gubernatorem in nauigando, nihil agere dicant, cum alij scandant malos, alij per foros cursent. Hinc scalę dictę sunt per quas in altum ascendimus. Huius composita sunt Ascendo, quod est sursum scando, cuius contrarium est descendo, deorsum scando. Conscendo simul sursum scando. Virg. Bis denis phrygiū conscēdi nauibus ęquor. Matre dea mōstrante viā. Inscendo, sicut eius simplex. Pla. in Asi. Neq; in lectum inscendat proximum. Superscando. Liui. Iam euaserant media castra, cum superscandens vigilum strata somno corpora miles ostenso scuto, sonitū prębuit. Transcendo. Plaut. in Aul. Hoc magnum est periculum, me ab asinis, ad boues transcendere. Lac. lib. ij. Per transla. dixit. Tum dedit ei certa mandata, quę, si obseruasset immortalis maneret, si transcendisset, morte afficeretur.

Scandulaca herba, à scandendo, frugibus inimica, ꝙ eas velut hedera implicans, nectat.

Scamnum, est quod lecto, veluti gradus apponitur, vt per id in lectum facilius ascendatur. Varro scribit scānum esse quo duplici gradu in lectum altiorem conscendebant. Scabellum, quo simplici scansione in lectum non altum scandebant. Oui. in arte. Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem. Et scamnum dicitur terra illa altior, quę inter duos sulcos incolendo relinquitur. Ply. Scamna inter duos sulcos cruda relinquantur. Et Colu. lib. ij. vocat scamnum crudum solum, et immotum, minimeq; aratro proscissum. Idem. lib. iiij. Duabus gemis supra terram eminere, passim reposita humo, cętera coëquant, quę faciunt in eadem linea intermissis totidem pedum scānis, dum peragant ordinem. Quoniam vero in his sedere cōsueuimus, factum est, vt scamnum, et scabellum sępe, ꝓ subsellijs vsurpentur. Oui. li. vi. Fas, Ante focos olim scānis considere longis Mos erat. Scamna etiam in arboribus dicuntur rami, et brachia, per quę vites ascendunt.

Scansile, pe. cor. dicitur id per quod accendi potest.

Scandix herba, quę in holere syluestri, à gręcis ponitur.

Scandulę paruę tabellę, angustę et oblongę, hoc est ī paruas laminas scissę, è ligno, q̄bus tecta teguntur. Fiunt āt, ex robore, abiēte, et picea fissis, vel assulatim desectis dictę scandulę, à scandendo quasi scindulę, vel à scandendo qm̄ incoluminibus tectoꝝ ad tegulaq; imbricas sustinendas collocantur, quo ascendētes scandere solemus, inde tectum scandulare pars domicilij supior, quod scandulis cōitum est et qđ scalis scādimus. Cor. Nepos scribit romā fuisse scandula contectam vsq; ad bellum pyrrhi.

Scapha nauicula in ligno cauata, ab σκάπτω fodio cauo. Vn̄ et σκαφὴ à multis fossura, alueus linther raducit, q̄ maiorem nauem seqtur. Et paruę ad piscandum naues scaphe dicuntur. Hinc scaphiarius, sicut à classe, classiarius.

Scaphium vas concauum, in quo cacare, et meiere ꝯsueuerunt dictū à similitudine scaphę nauis, latini Matulam vocāt Iuue. Et rude depositis scaphiū cū sumit armis. Proprie tn̄, vt aliq putant, vas foeminaꝝ, in qđ mingūt, quēadmodum viris lasanū necessariū erat in qđ ventris excrementa deijcerēt. Erat et schaphium vas ęneum rotundum in quo stili in medio siti proceritas horaꝝ ductus discriminabat, qui stilus gnomon appellatur. Plutar. in Numa. Scaphium appellat, quo ignis sacer extinctus solus tantum radijs accnedebatur. Sui. σκάφιον εἶδος κουρᾶς Ἀριστοφάνης· σὺ δὲ κοψίχῳ ἔοικας σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.

Scaphidion cymba charonis dicta est à Luciano.

Scaptensula locus in macedonia, vbi argentum fodi solebat, ab σκάπτω fodio. Lucre. Quales expirat scaptensula subter odores.

Scapulę, humerus, siue dorsa, à scandendo, vt quidam volunt, quę mobiles, veluti mollibus iugulis à ceruice demittunt. Plau. in Asi. Mirabar. quid dudum scapulę gestibant mihi hariolari cęperant mihi īmūdo malum. Hier. ī Geñ. Apparuit rebecca veniēs cū hydria, q̄ portabat ī scapula, q̄ festinās deposuit hydriā de humero. Hinc īteruallū illud mediū īter scapulas. Inter scapulum, siue īter scapiliū. Apule. in Flor. Cū inter scapulum Crates retexisset.

Scapulares serui dicti sunt, quia scapulis cęduntur.

Scapularis, vestis, quę tantum scapulas tegit.

Scapilium veteres pro tergo vsurparunt, et aliqn̄ ꝓ ipsa scapula. Vnde ē spacium, quod inter scapulas, quasi vallecula est, interscalpilium dicitur.

Scapus dicitur id in quo semina quarūdam herbarum dependent, vt in papauere. Ply. In papauere, ē similibus scapus. In harundinibus in glandibus in auellanis panicula appellatur, et scapi, in quibus uuarum grana sunt. Var. Quę calcatę vuę erunt eorum scapi, cum folliculis subijciendi, sub pręlum, vt siquid reliqui habeant musti exprimatur in eundem lacum.

Scarus piscis, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisq; pasci, cum dentes non serratos habeat, quo carpathium pelagus abundat. Opianus, hic scarus saxa frequentat. Qui mites inter pisces clamore tremendo Intonat, et solus pallentes ruminat herbas.

Scarabęus, animal paruum volatile, vulgo Scarauatius dicitur. Scarabęorum diuersa sunt genera. Nam quidam sunt coloris viridis, è vermibus fimo bouis, aut iumenti creati. Alij grandiores cornua ꝓlonga bisulcis dentata forficibus in cacumine habentes. Alij è fimo ingentis pilas auersis pedibus volutant, hos Ægyptij summopere venerabantur, animatum solis effigiem esse putantes, vt inqt Eusebius libro pręparati. Scarabęus autem omnis virilem sexum habet, et spermate in stercus infuso pila deinde cōfecta pedibus inuoluit.

Scarifico, cas, scalpello, aperio, quo aliquid facilius exeat. Vn̄ scarificatio dicitur, quando tenui vulnere sanguis emittitur. Ply. Dentium dolores sedantur ossibus draconis scarificatis gingiuis. Scarificare dolorem significat scarificādo dolorem expellere. Idem. Pręterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maxime simile hoc scarificare dolorem putant.

Scardona insula in mari adriatico, adiacens illyrico, vt Ptol. lib. ij. refert. In ea sunt duę vrbes Collentum, et Arba.

Scatinia lex erat in eos, qui nefando scelere laborant.

Scateo,es,ſcatui,ſigt̃ iugiter emitto emano, erumpo,bullio, vt Antiochus ſcatere cępit vermibus,hoc tamen verbum cum ſuo deriuatiuo non niſi tertia perſona legitur.

Scaturio,ris,pe.pro. pro ſuo primitiuo ſcateo ponit. Quod eſt non ſolum aquarum, ſed herbarum,et cęterorum ſua ſponte vbertim naſcentium. Hiero.In ſepulchro eius,non niſi manna inuenitur,quod et ſcaturi ire cernitur.Cęlius ad Cice.Hoc ſcaturit,huius voluntatis initium.

Scatĕbrę,pe.cor.ebullitiones aquę ſurgentis. Virg.lib.i.Ge. Scatĕbriſq̃; arentia tempat arua. Sic ſcaturies,et ſcaturigo.

Scaturigo,pe.pro.idem,q̇ ſcatebra.Aug. ſuper Pſal.Scaturigines dicimus,ab imo aquas ebullientes.Col.lib.iiij.Nam pręſtat non conſerere,quam in ſumma terra ſuſpendere niſi tamen ſcaturigo paluſtris obuia ſit,ſicut in agro Rauennate pluſq̃ ſeſquipedem prohibeat infodere.

Scauri dicti ſunt, qui talos pedum tumentes, ac porrectos habent,vel qui pedes inflexo talo tardigradi ſunt.Hor. li.Ser.Illum balbutit ſcaurum prauis fultum male talis. Fuit et Scaurus cognomen familię romanę ex qua Æmilius ſcaurus nobilis,et pauper,ſed eloquentia ſua gloriam peperit. Conſul ligures,et Gantiſcos domuit,atq; triũphauit.Cenſor viã Æmiliam ſtrauit pontem Æmilium fecit.

Scęparnon,aſcia tegumen etiam dicitur ſceparnon.

Scelus,flagitium,facinus,à quo Sceleſtus,et ſceleroſus.

Scelero,ras,polluo. Virgil.Parce pias ſcelerare manus.Hinc ſceleratus,ta,tum.

Sceleratus, ita diſtingui ſolet, à ſceleroſo, vt ſceleroſus ſit author ſceleris ſceleratus,in quo ſit ſcelus conſtitutũ, aut commiſſum.Teren.in Eu. Vbi ego illum ſceleroſum atq; impium inueniam.Aliqñ tñ ſceleratus ponit ꝓ nocente.Virg.At ſceleratũ exqrere frigus Difficile eſt. Scelerata porta Romę dicta eſt ſceleratus campus,hoc eſt pollutus.

Scępſis ciuitas Phrygię,quam quidam Ænee regiam fuiſſe tradunt.Hinc Scepſius,ſia ſium. Ex hac fuerunt Metrodorus , qui artem memorię conſummauit, et Demetrius grammaticus,qui troianam extructionem expoſuit.

Scępticus nomen eſt hęreſeos,cuiuſmodi,fuere pyroni,ẽ herilli,quoꝝ placita ſextus empericus multis lib.ꝯplexus eſt.

Scęptrũ virga,qua reges vtebant.Et inſigne dñantis hinc reges, σκηπτοῦχος et σκηπτοφόρος .i. ſeptrigeros appellãt.

Scheda tabella, ſiue pagella philyracea,hoc eſt tiliacea quę pro chartis priſcos vti ſolitos Euſtathius , et Ælianus aſſerunt,hodieq; gręcum vulgus ſcedas vocat tabulas eas q bus ſupputatores numeris ſcribendis vtuntur,vt mox litu ſpongię leuiter aboleri poſſint. Accipitur quãdoq; ꝓ folio chartę,ſiue papyri,nondum ꝯpacti, et ligati, quod et phylurã gręco vocabulo nuncupamus.Ply.Sed rõ dephẽdit vitium vnius ſchedę reuulſiõe. Quidam detracta aſpiratiõe Scędam ſcribunt.Quin.Nã qui oẽs ẽt indignas lectiõe ſchędas excutit,à vilibus quoq; famulis accõmodare opaꝫ p̃t.Vñ et ꝓ libris,monumẽtiſq̃; lr̃aꝝ ſchędę,qñq; accipiunt.Mar.Ohe iam ſatis eſt,ohe libelle.Tu procedere adhuc,et ire q̃ris,nec summa potes in ſcheda teneri.

Schedula dimi. et ſcheda,et.i.quod vulgo dñt boletinũ,nõ vt multi dñt Cedulam . Hiero. ad Alga. Detulit mihi in parua ſchedula , maximas quęſtiones ; quas à te datas, mihiq̃; tradendas diceret.Ponitur et pro libro.

Schedia nauigij genus inconditum, et trabibus tm̃ ĩter ſe ꝯnexis factum,quales ſunt rates.Et apud gręcos ſchedia ſunt,q̃ nos extempalia vocamus.Vñ et pro inconditis, et extemparijs carminibus dñr,q̃ nr̃i syluas appellãt.Gręci .n. σχέδιον vocant,q̇ ex tpe ꝯpoſitũ ẽ,q̃ſi dũtaxat in ſchedis ſcriptũ,et primo ruderatu deformatũ,nõ adhuc expolitum; σχεδιάζω ſigt̃ rem ruditer incipio.Schedicus,ca,cũ. Apul.in deo Socratis.In iſto ſchedico,et incondito experimini,an idem ſim repentinus,qui pręparatus.

Schema, matis,et Schematuꝫ,ẽ ſchema,ę,habitus forma, vel figura,ſiue cultus,ornatuſúe latine dr̃.Plau. in Perſã. Lepida cum decora ſchema,idem ĩ Am.cũ virili ſchema Amb.Adhuc athletę in ſchemate ſunt, et tu iaꝫ ociũ petis.Nã et ĩ orõne ſchema dr̃ orõnis habitus qa ꝑ hoc q̇ modo veſtit et ornatur. Huius multę ſunt ſpecies, videlicet. Prolepſis, Zeugma.Hypozeuſis,Syllepſis.Anadiploſis. Anaſionomaton,Paromęon, Homęoptoton , Polyptoton, irmos,Polyſintheton,Dialyton,et ſchemata, à geometris figurę dicuntur. Priſci latini, abſq; aſpiratione ꝓnunciabãt et declinatione.ij. Vñ vetuſti codices Plautini hñt ſcriptum,quod ego huc ꝓceſſi ſic.Cũ ſeruili ſcema.i.habitu.

Scheſis dici p̃t habitudo, cũ multitudo noĩuꝫ incõiunctoꝝ quodã ambitu copulat,vt nubila,nix,grando,ꝓcellę, fulmina uenti.

Schiſta ſectum diuiſumq̃; ſignificat.

Schiſma,tis,latine ſciſſura,ab σχίζω, quod eſt ſcindo.Hinc diuiſionẽ eccleſię ſchiſma dicimus,nõ ſciſma,vt multi ferunt male.

Schęnos latine funis. Quo nomine etiaꝫ dicta fuit vrbs Bęotię, à Schęno Athlantis patre,ſic appellata.Schęnos quoq; menſura terrę quinquaginta ſtadia cõtinens,vt inquit Herodotus libro.ij.

Schęnus,untis,flumẽ Athenis ꝓximũ,vt inquit Stra.à iuncis dcm̃.Proindeq̃; iuncarios in Hiſpania cãpus ſchenuntas vocant. Sed et in Archadia ſchęnuntis,ſit mentio,ab amne,quẽ ſchęnicaꝫ appellant. Itẽ ſchęnus arbor lentiſci.

Schęnum locus in Bęotia collocatur.

Schęniſmos menſura terrę eſt.

Schęnoplocos funarius, et reſtio latine appellat, qui funes facit.

Schęnobates,pe.cor.q per funes ludendo gradit, σχοῖνος funis dr̃,et βαίνω, aſcendo,quaſi funis ambulus. Iuue.Augur ſchęnobates,medicus, magus omnia nouit.Hi à Firmico dicuntur Neurobatę,Funerepi,et Funepei,ab Apuleio,Funambuli ab omnibus.

Schęnitę pe.pro. populi ſic dicti,à tabernaculis,in quibus degunt,qui cilicijs metantur.

Schola lr̃aꝝ ludum ſigt̃,à verbo gręco σχολάζω quod eſt vaco,quia vt ſchola ocium ſigt̃, ita ludus qetem corporis, vel quia cęteris rebus omiſſis , vacare liberalibus ſtudijs pueri debent.Auſonius tñ ab σχολή .i.ab vacatione, et laxamento,quod pueris interdu dandum eſſe p̃ſcribit,dici ſentit. Sic.n.ait.Graio ſchola noĩe dcã eſt. Iuſta laboriferis tribuant,vt ocia muſis. Aug.lib.i.cõ. Inde datus ſum in ſcholã,vt diſcerẽ lr̃as pli nu. ſcholę apud Feſtum, Erat et in balneis ſcola apud Vic.pars labri,ſiue Aluei à p̃ſtolãlando,vt qdã arbitrant dcã,vt occupato ab his q priores veniſſent labro,in ſchola cęteri circũſpectantes recte ſtare poſſent.Erat et in porticibus authore Ply.Alexandrũ inquit,et Philippum,cũ Minerua, q ſunt in ſchola ĩ Octauię porticibus,et Philippi.Ci.lib.Thuſc. poſuit ſcholas, ꝓ diſputationibus,et ꝯtrouerſijs q̃ in ſcholis inter doctorẽ, et diſcipulos ocioſe agitari ſolẽt,cũ inqt hãc pfectã phiaꝫ ſemp iudicaui,q̃ de maximis qõnibus copioſę poſſet,ornateq̃; dicere,ĩ quã exercitationẽ ita nos ſtudioſe opaꝫ dedimus, vt iam ẽt ſcholas gręcoꝝ more, habere auderemus.

Scholaris,et hoc ſcholare, quod ad ſcholam pertinet.Hiero. ad Dama.Nec aures Quintiliani floſculis, et ſcolari declamatione mulcendę.

Scolaſticus,qui ſcholę operam dat et in ſcholaſticis controuerſijs exercetur.Ply.lib.ij.Epiſtolarum. Annum ſexageſimum excedit,et adhuc tamen ſcholaſticus eſt.

Scholaſticus,ca,cum,idem,quod ſcholaris.Vnde ſcholaſtica diſciplina, et ſcholaſticos vocamus diſcipulos,qui diſcendi gratia ſcholas frequentant.

Scirrhophorion,menſis qui à latinis dicitur Maius.

Scilicet aduerbium ſigt̃ certe, quaſi ſcire licet.Et mõ affirmatiue.Liui.Terram oſculo ꝯtigit.s.ꝙ cõis mr̃ omnium mortaliũ eſſet. Oui.Scilicet eſt aliqd,cuꝫ ſęnis viuere vẽtis.Hoc eſt ꝓfecto,multum eſt.Modo Ironice, vt cũ ꝓnũciat cũ quadã acerbitate Nã tuꝫ negat,q̇ dr̃.Virg. Scilicet is ſupis labor ẽ.Cic.Furnio. Scilicet id agit,quaſi dicat nõ agit. Interdum ſigt̃ ad hoc.Hiero.in Paulo. Et inter equuleuꝫ,laminaſq̃; victoꝝ iuſſit meſſit melle pungi.s.vt muſcaꝝ aculęis cęderet, q ignitas ſartagines añ ſupaſſet.

Scylurus,pe.pro.nomen viri,de quo in dictione.Silurus.

Scindo,

Scindo,dis,di,ſum,per duplex ſſ,ſignificat findo,frāgo.Virgil.Scinditur incertuꝫ ſtudia in contraria vulgus.Huius verbi compoſita ſunt.Abſcindo,Cōſcindo.Hiero.ad Cheſi.In mentem tibi veniat tunicaꝫ ſaluatoris, nec à militibus fuiſſe conſciſſaꝫ,Disſiindo varie ſcindo Teren.in Eu. Veſtem omnem miſerę disſcidit.Interſcindo,per medium ſcindo. Lactan.lib.de opi.Labra ipſa,quę,quaſi antea cohęrebant,q̄ decenter īterſcidit.Proſcindo valde,vel vltra, ſeu ſubtus ſcindo.Reſcindo,de quibus alibi.

Sciſcile,pe.cor.quod ſcindi poteſt.

Scisſio,ſcisſura,et ſcisſus,us,idem ſignificant. Varro.Sciſſu materię fatigatus,quieſcebat lectulo.

Scintilla,q̄ſi ſcīdilla ꝙ ſcindat,à re ignita. Vide ī Fauilla.

Scintilo,las, ſplendeo,mico.

Scylla,ſaxum in mari piculoſum mare faciens nautis.Vñ eſt illud.Incidit, in ſcyllam cupiens vitare Charybdim. Eſt et Scylla nomē filię Nyſi Megarenſiū regis,q̄ Minois amore capta ſucciſo fatali parentis crine nysęam arcem Minoi prodidit,ſed ab ipſo ſpreta,cum ex dolore defeciſſet,in aueꝫ ſui nominis mutata eſt.Ouid.filia purpureos Nyſi furata capillos.Puppe cadens nauis,facta refert auis. Et nyſus extinctus deoꝝ miſeratione in auis formaꝫ mutatus eſt, quę aues hodie flagrant inter ſe magna diſcordia.Altera fuit Scylla Phorci filia, quę verſa fertur in ſaxum,cui nomen eſt Scylla in mari periculoſum,lege Seruium qui latius eas pertractat. Item ſcylla genus piſcis,q̄ maxime abundat Lyris amnis Cāpanię, Minturnenſiuꝫ vrbem interfluens.Hora.affert ſcyllas inter murena natantes Mar.Cerulęus nos Lyris amat,quem sylua Maricę. Protegit.Hinc ſcyllę maxima turba ſumus.Item ſcylla ſtirpis ſpēs eſt.Ariſt.lib.i.de vegetantibus.Quędaꝫ inquit habent vnam tm̄ radicem,vt Scylla,qa illa naſcitur, ex ſolo raro,ꝓceditq̄; īferne dilatando ſe.Rurſus Scylla eſt genus cepę.Colu.lib. vij.Sed etiam remedio,cum dulci vino tritum ſerpillum,ē conciſa,et in aqua macerata ſcylla.Sut σκίλλα εἶδος βοτάνης πικρᾶς, καὶ θανατηφόρος τοῖς ὄφεσι. gręci.n. σκίλλα per i,ſcribunt in his duobus ſignificatis.

Scylleta,loca, in quibus ſcyllę piſces capiuntur.Cice.Hac lege tribunitia decēuiri vendent agrum Campanum, accedet ei mons Caurus,accedent ſcylleta ad Minturnas.

Scylleum promontoriū in peloponneſſo, vt Plyn.Straboq̄; teſtantur,ſed ſinu Argolico iuxta Hermionem quo ſcylla, Nyſi filia fluctibus eiecta creditur.

Scyllis nomē ꝓpū, eius q anchoras ꝑſicę claſſis natādo vrinādoq̄; ꝑcīdit.

Scylax,gręce, Catulus latine dicit.

Scyllaceum Athenienſiuꝫ colonia ī vltimo Italię,ab Athenienſibus,dum ꝯderent ſcylletium dcm̄,à quo ſinus syllaceus,qui Hipponiatem ſinum Iſthmum facit. Vir.li.iij. Cauloniſq̄; arces,et naufragum ſcyllaceum.

Scylace vrbs circa cyzicum vt inquit hecatęus.Pompo.Placia, et ſcylace paruę pelaſgorum colonię.

Scyllus,untis,oppidum Achaię(vt Stra. ſcribit) quo Xenophon donatus eſt à Lacedęmonijs.

Scyllus,Scylli,proprium nomen fratris Dipeli.

Scioмachia vmbratilis pugna.

Scyphus vaſis potorij genus,quod proprie Herculi attribuitur,ſicut Cantharus libero patri.Hoc veteres in ſacris vſi ſunt,et in ꝯuiuijs.Virg.ē ſacer implenit dexterā ſcyphus.

Scyron latro fuit,cuius oſſa,cum in mare cecidiſſent,ī ſcopulos ꝯuerſa feruntur.quę adhuc Scyronia ſaxa vocant. Sunt auteꝫ in Attica regione,ſimul cuꝫ oppido eiuſdem noīs,nō longe à Megaris, iuxta mare,ita ſita, vt tranſitum nō relinquāt.Hic Athenienſes ventū,ab his locis flātē ꝓcelloſum,ſcyronē appellāt,quoniā ſpirat à ſaxis, quę Scyron latro īcoluit.Hic paulo ab Argeſte deflexus eſſe dicitur, q et Olympius vocat,et à nōnullis Helleſpontius. Sene.lib.iiij.naturalium quęſtionum.Atabulus Apuliam infeſtat.Calabriam Iapyx,Athenas Scyron.Galliā circius.

Scyrrhon,per duplex rr,Nam gręce σκίῤῥον ſcribitur.eſt illud,quod signit in ventre viri hoc ſplenis,hepatiſq̄; vitio exuberat ꝑſertim ī hydriopicis,à medicis dicunt duricię.Vnde ſcyromata.Nā de mola foeminaꝝ quę à gręcis myla dicitur.Ariſt.li.iiij.de gn̄atione aīaliū,cū ex humore crudo ꝯceptus ſtetit tūc mola gignit idq̄; ī mulieribus.

Sciros inſula eſt,ꝯtra magneſiam in mari Aegeo vna ex clycladibus, Lycomedis regis patria ,vbi Achilles puellari habitu educatus eſt,et in qua eſt vrbs eiuſdem noīs. Patet hęc inſula.Ply. teſte,longitudine.xxv.Mil.paſſiuū,ex qua lapidē integrum fluctuare tradunt,eundem comminutum mergi. Hinc Scirius,ria, riū,et ſcirias, quoꝝ prima ꝓducit.Oui.ſępe malis ſtupeo, rerūq̄; oblita,lociq̄;.Ignara tetigi ſciria membra manu.Idem lib.i.de arte. Scirias Hemonio iuncta puella viro.Sunt āt tres noībus ꝯfines inſulę.Sciros.Scirnus,et ſcirus ex q̄ Pherecides vt errent,q aut ſcirniū,aut ſciꝝ,q̄ſi è terra ſciria ſcripſere. Dicta ē āt Sciros,ꝗ σκίρος dr̄ ſalēbra,et aſperitas,vt inqt Euſtathius.

Scyreticus,ca,cum, qđ eſt ex ſciro īſula,vñ ſciretica metalla

Scyricuꝫ color filaceus ſine cerulens syricum ve (apud Ply. ro ſine,c,color fictitius etiam eſt, ſinopide,et ſandice miſtis quo minium adulteratur.

Scythia,regio ſeptentrionalis.à Scytha Herculis filio,vt inquit Herod.ita dicta.hęc diuidit,à Tanai fluuio, et pars vna remanet in Europa. ꝛ tera in Aſiā ꝓtendit.Scythia Europę terminat ad Thraciam, in ea ſolū eſt auꝝ ꝓducens,vt Pompo.refert,inhabitabile tn̄,pp Gryphos auꝝ cuſtodientes.In ea regione sūt Arimaſpi homines,qbus ſinguli oculi eē dr̄.ibi Boriſthenes,q genteꝫ ſui noīs alluit īter ſcythię amnes amęniſſimus. Scythia vero Aſię ita à Iuſtino lib.ij.deſcribitur. Scythia in oriētem porrecta includitur.ab vno latere ponto, et ab altero montibus Riphęis,à tergo Aſia,et Tapſi flumine.Multuꝫ in longitudinem,et latitudinem patet,hominibus inter ſe fines nulli, neq̄ꝫ.n.agrum exercent,nec domus illis vlla, aut tectum, aut ſedes eſt.armenta,et pecora ſp paſcentibus,et p incultas ſolitudines errare ſolitis.Vxores,liberoſq̄; ſecum ī plauſtris veunt.Quibus corijs h imbrium.hyemiſq̄; cauſa tectis pro domibus vtuntur.Iuſtitia gentis īgenijs culta,nō legibus.Nullum ſcelus,apud eos furto grauius,Quippe ſine tecto,et munimento pecora armenta habentibus, qd ſaluum eſſet,ſi furari liceret?Aurum,et argētum ꝓinde aſpernant, qđ reliqui mortales appetunt.Lacte, et melle veſcuntur.Laneus vſus,ac veſtium ignotus.Et q̄q̄ ꝯtinuis frigoribus vrant,pellibus tn̄ ferinis,aut murinis veſtiunt. Hęc continentia illis,morumq̄; iuſticia dedit,nec alienum ꝯcupiſcentibus,qppe diuitiarum cupido ibi eſt,ubi et uſus Atq̄ꝫ utinaꝫ reliqs mortalibus ſimilis moderatio,et abſtinentia alieni foret,ꝓfectò non bellorum tm̄ p oīa ſęcula terris omnibus ꝯtinuaretur,neq̄ꝫ plus hominum ferrum, arma q̄ nālis fatoꝝ ꝯditio rapet.Scythę ab alieno impio, aut ītacti,aut īuicti māſerūt.Dariū,regē ꝑſaꝝ turpi à Scythia sūmouere fuga.Cyꝝ,cum oī exercitu trucidarūt. Alexandri magni,ducem,cū copijs uniuerſis deleuerunt.Romanoꝝ audiuere,non ſenſere arma. Gēs,et laboribus, et bellis aſpa.Vires corpoꝝ īmēſę.Inde dicti ſunt ſcythę populi,q biptiti sūt.Alij Europei,alteri Aſiatici.A' ſcythia fit Scyticus,ca,cū,Apu.Pleriq̄ꝫ eoꝝ ſcythicis moribus uiuebāt.

Scythotauri,populi ſcythię,qui(ut Soli. Scribit) ꝓ hoſtijs aduenas cędere conſueuerunt.

Scytos,latine corium. Vnde ſcytotomus,cerdo inciſor corij.

Scytalasmus araneus latine dicitur.Colu.lib. vij. Mus araneus gręci σκυτάλην appellant.

Scythrops,ē ſcythropus,pe.ꝓ.triſtem męſtumq̄; ſignificat.

Sciopodes,pe.cor.Vmbripedes dicuntur,homines īdici,ſingulis cruribus,mirę pernicitatis ad ſaltum, ſic dicti,ꝙ in maiore ęſtu humi iacentes. σκιᾷ ποδὸς, hoc eſt vmbra pedis ſe ꝓtegant.Augu.li.xvi.de ci.dei.Ferunt eſſe gentē, ubi ſingula crura in pedibus habent,nec poplite ꝫ flectūt, et ſunt mirabilis celeritatis,quos ſciopodas uocant,ꝙ per ęſtum in terra iacentes reſupini,vmbra ſe pedum ꝓtegāt.

Scio,is iui, itū,futuro ſciam,et ſcibo.Terē.in.Adel.Hinc ſci

bo iã,vbi ſiet.Et ꝓe ſcire ẽ rẽ ꝑ cãm cognoſcere.Augu.de li.arb.Scire nihil aliud eſt q̃ rõe hr̃e ꝑceptũ.Huius ꝯpoſita sũt Asſcio,abſcio,ꝯſcio,deſcio,neſcio,ꝑſcio,et reſcio.A quibus aſſciſco,ꝯſciſco,deſciſco,ꝑſciſco,et reſciſco,De quibus (alibi.

Scire vti foro, eſt ſe accõmodare ad mores alioꝝ, nec eorum opinioni ſtudijsq̃; aduerſari.Dona.vero. Sciſti vti foro,ideſt ſcis,quod facere oportet.

Scientia,à ꝑcipio ſciens ſit.Amb.Cur eſtimabas,ꝙ ad ſciẽtiã meã,q̃ gereres,nõ ꝑuenirent.Eſt aũt ſcientia,q̃ aliquid ſcitur.Cuius contrarium eſt Inſcientia.Col.li.iiij.Querũturq̃; non reſpondere,ſibi vineta, quę per auaritiam, vel inſciam,vel negligentiam perdiderunt.Hęc etiam inſciẽtia dicitur,vt apud eundeȝ.Nam plurimos,per hanc inſcientiam vaſtare vineta comperi.

Scitus dr̃,qui ſciens,et argutus,eſt,et vulgo dr̃ ſaputus,q̃ſi ſcĩa ꝑditus.Vñ ſcitę Platonis interrogatões dñr aſtutę, et vafrę,et magna arte ꝯpoſitę.Ter.in Eu.Scitum hercle hoĩem,hic ꝓrſus ex ſtultis inſanos facit.Ci.in Lel. scituȝ eſt illud Catonis.Multo melius de q̃busdam acerbos inimicos mereri,q̃ eos amicos,q dulces videant.Interdũ Scitus dr̃ elegans,formoſus et perinde conſpicuus, nam quę pulchra ſcinnt fęda negligunt.Plau.in Mer.Scita forma huius dimi.eſt ſcitulus,pro pulchello.Plau.in Ru.Forma ſcitula.Ter.in And.Scitus puer natus eſt Pamphilo.Plau. in Am.Hęc nox ſcita eſt exercendo ſcorto cõducto male. Huic contrarium eſt.Inſcitus, pe.pro,qđ modo pro ignorante,et imprudente ponitur,vt apud Terẽ. in Ecy.Nam ſi id,nunc facis,facturaue es, bonus, quod par eſt facere inſcitum offerre tibi iniuriam me immerenti iniquum eſt.Mõ pro ineleganti,vt apud apoſtoluȝ Iacobũ Suſcipite inſcite verbum quod põt ſaluare animas veſtras.

Scite aduerbium ſigt̃ docte artificioſeq̃;,ſeu cũ bona ſcĩa, vel cum bona rõne.Gel.Scite.ſubtiliterq̃; ratiocinatuȝ Pythagoram phipoſophum dicit.Colu.lib.v.contrarium poſuit.Nam id plurimum refert inſcite non facere.

Scitũ ſubſtantiuũ ſigt̃ decretũ.Li.lib.i.Cętera quoq; omnia publica,priuataq̃; ſacra pontificis ſcitis ſubiecit.Hie.Quar̃ diſcipulos meos arguendos creditis,ꝙ ſenioꝝ iuſſa paruipendant,vt dei ſcita cuſtodiant.Hinc plebiſcitum plebis ſtatutũ.Cic.li.i.ad Heren.In rem confertur,vt ſi qs,ex teſtamento, qđ facere iuſſus eſt ex plebiſcito vetetur.

Sciens feci.Inſciens feci.Illud ẽ,qđ cũ facerẽ aliqd,ſciui me facere,hoc ãt ignoraui.Scienter feci.i.cum ſcientia,et doctrina feci,ſempq̃; in laudẽ.Inſcienter ſemꝑ vituperabile.

Scius,qui ſcit,à quo Conſcius,inſcius,neſcius,et pręſcius.

Scimpoda,pe.cor.gręci dñt ſtabellũ ẽ grabatũ cuius dimi. eſt ſcĩpodiũ.Gel.li.xviij.offẽdimus eũ cubantẽ in ſcimpodio.

Sciurus aĩal qđ quotiens ſub dio eſt,cau (dio.gręciẽſi. dam pro teſta habet,atq; vmbra ἀπὸ σκιᾶς τῆς οὐρᾶς

Sciolus diminutiuum eſt, & ſumitur pro aliquantulum docto.Hier.in prolo.Danielis. Qui mihi videbar ſciolus, inter hebręos,cępi rurſus diſcipulus eſſe chaldaicus.

Siſco,is,et sciscor depo.vt inqt Pris.Vñ et sciscito,as,et sciscitor deponens idẽ ſigãns,quod scitor, et magis in vſu eſt.Plau.in Cap.Secede huc.Nã ſunt, quę ex te ſolo ſciſcitari volo,quaꝝ reꝝ te falſiloquum eſſe nolo. Sciſcito tñ apud antiquos ſigt̃ sñiam dico.Sciſcere vero eſt ſcire.Idẽ in Am.Ocyus accurro,vt ſciſcã,quid velit.Aliquando ẽt ponitur,pro ſtatuere,decernere.Idẽ in Cur.Rogatões plurimas,ꝑꝑ vos populus sciuit,quas vos rogatas rumpitis.

Scitor,aris,depo.ĩterrogo, ſeu ĩueſtigo,quę occulta magis, ac ſecretiora sũt.Virg.Suſpenſi Eurypilũ ſcitatũ oracula Phębi Mittimus.Sed in raro vſu eſt,niſi apud poëtas.

Scipio africanus,q Carthagineȝ tributariã Romanis fecit. Scipio minor,q Carthaginem deleuit,et Numantiã deuicit conſtat familię Cornelioꝝ cognomentum Scipionum inditũ eẽ,ex eo,ꝙ Corne,q p̃rem luminibus carentẽ,pro luminibus regebat.Scipio cognoĩatus,nom̃ ex cognomine poſteris dedit.Scipio.n.virga ſiue baculus dicitur.

Scirite gentes ſunt,inter noma das Indos ſicuti.Ply. li.vij.

referl,quę narium loco foramina tantum habent.

Scitamẽta ſunt edulia ex eo dictã ꝙ sciti ſaporis ſint,hoc eſt egregij,et ꝑcellentis.Mac.li.vi.ſat. Apud popinatores pleraque ſectamentorum cernimus propoſita amphora ſpẽ,q̃ corpore.i.iucũdiora pulmẽta.Gel.Per tranſla.poſuit pro exornatõnibus, oronis,quę in collocandis verbis, ſi immodicę vſurpentur,non carent reprębenſione.

Scobs,fę.ge.ſm Pris.vel hic scobis, ſm Phocam. Et eſt id, quod ab aliqua materia minutiſſimũ decidit, duȝ vel per ſerrã ſecat, vel per terebrã ꝑforatur. necnon ex attritõne laterũ scobs hr̃,qua frequenter ad metalla,et pauimenta tergẽda ſeduli miniſtri vtunt.Hora.in Ser.Vilibus in scopis,in mapis,in scobe q̃tus cõſiſtit ſumptus neglectis flagitiũ ingens.Ten lapides varios lutulenta radere palma.Ply.li.xxxiiij. Alij elimatã scobem in fictili cado coquunt in caminis,donec percoquatur figlinum.Simuliter quicquid immunditiarum educitur scobs dicitur. Iuue. Et tñ vno ſemodio scobis hęc emendat ſeruulus vnus.

Scobina,pe.ꝓ limatura,quę ẽt scobs dr̃. Inde Descobinatus,ꝓ ſaucio,abraſo, et deſecto.Sunt etiã,qui scobinam dicant inſtr̃m fabrile, quo arcus pręcipue leuigantur.

Scolopendra , aĩal è vermibus terrę piloſum multis pedibus arcuatim repens,tactuq̃; contrahens ſe,quod ab alijs multipeda,ab alijs centipeda,ab alijs millepeda dicitur.

Scoleca,latine vermis dicitur.

Scolecia genus ęruginis, à ſpecie vermiculorum Gręce. n. σκωλήκιον dr̃ vermiculus.Ex eo ꝙ contrahat ſe in vermiculorum ſpeciem cuius meminit.Plyn.lib.xxxiiij.

Scomma,latine cauillum.Nam vt Macro.inquit,eſt morſus figuratus, qui ſępe fraude,vel vrbanitate tegitur, vt aliud ſonet,aliud intelligat,nec tamen ſemper ad amaritudinem pergit. Lędoria vero exprobratio eſt, ac directa contumelia,vt Nicharchus εἰ μὲ φιλεῖς, μισεῖς με, καὶ εἰ μισεῖς σὺ φιλεῖς με. εἰ δὲ με μὴ μισῇς. φίλτατε μὴ με φίλει

Scombrus genus piscis marini,cui in aquis ſulphureus color eſt extra aquam qui cęteris.Scombrorum tanta multitudo in freto hiſpano eſt , vt inſula ad Carthaginem nouam ſpectans.A scombris scombria ſit nominata.

Scopa inſtr̃m,quo pauimenta verruntur. Plaut . in Sti. Mundicias volo fieri hic,ferte huc scopas,ſimulq̃; harundinẽ,vt operã oẽm aranearum ꝑdam, et texturam ĩprobam dehinc iamq̃; eaꝝ omneis telas. Dictę scopę, quaſi scobę,ꝙ his purgamẽta,veluti scobem educimus.Hoc inſtrumento plectunt ſontes ob noxam,dum cęduntur scopaꝝ faſciculo manuali circũducti per fora,vt vibices rubentes exiſtant intergo,hoc vulgo dr̃ scopare.Huius dimi.eſt scopula.Col.lib.xiij.Deinde penniculo Detergit,& feruentiſſima pice infuſa,nouo alio rutabulo et scopula picat.Et ẽ Sopa nom̃ villę ĩ libya.Scopas nom̃ viri ꝓpꝛ.

Scopula diminutiuũ parua scopa,quęre in dictio. Scopa.

Scopo,as,ui,et scopo,is,pſi ſigt̃,ſicut ſonat.Hier. in Eſã. Et scopabo eã ĩ scopa terẽs.Idẽ ĩ ꝑs.Et scopebaȝ ſpũm meũ.

Scoparij dñr miniſtri,quoꝝ miniſteriũ eſt vt scopis deuerrant pauimẽta ſordẽtia.Vlp.ff.de fundo ĩſtructo. Si villa cultior ſit accedere inſtr̃o fundi atrienſes,et scoparios.

Scopei homuli ꝑui,q etiaȝ ab aliq̃bus Stilpones vocantur.

Scopulus latine.et gręce σκόπελος eſt ſaxum eminens,à ſpeculando dictus, σκοπεῖν enim ſpeculari eſt scopus autem vt gręci dicunt eſt locus in quem ſagittaando, tela diriguntur.Sue.de domi.Nunq̃ in pueri procul ſtantis, prębentiſq̃; pro ſcopulo diſpanſam dextrę manus palmam ſagittas tanta arte direxit, vt oẽs per internalla innocuę euaderent.Vege.lib.ij.refert,ꝙ ſagittarij, funditoreſue ponere ſolebant,pro scopo.Hoc eſt ſigno scopas.i. fruticũ, vel ſtraminum fasces.Mac.Propoſitum vocat quod gręci σκοποὶ noĩant. Similiter apud oratores scopos , quo tendit oẽs ductus oratorius.Et gręci σκόπελον locum, eminentem.i.ſpeculam noĩant.Poteſt ẽt dici ſcopulus, vt inquit Ser.à tegumẽto nauium ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν. Scopi etiã dicuntur vuę,cum fuerint calcatę,et folliculi cortices.

Scoptula

Scoplula operta vt Cel. docet ſunt duo oſſa lata vtrinque quę ad ſcapulas tendunt. Gręci omoplatas vocant.

Scoria, metalloꝝ purgatio, q̃ſi fex, ſicut ſpuma quę ex ferueſcente mã tolliť. Plyn. li. xxxiij. Spurcitia in oĩ metallo ſcoria vocať. Hie. ĩ Eſa. Argentũ tuũ v̓ſuȝ ẽ ĩ ſcoriã. Poniť interdũ ꝓ cura, et paſſione. Virg. ad Meſal. Et ſcoria patiar tabeſceř tali.

Scorodon, σκόροδον, latine alliũ diciť.

Scorpius, et ſcorpio vtroq; modo dř, et pro animali venenoſo cauda ferıente à ſcorpizo, quod eſt ſpargo, ſpargit. n. brachia. i. chelas q̃uis Valla diſſentiat. Aug. ſuper Matthę. Nam qualiſcunq; latro homo eſt, ꝙ febris, ꝙ ſcorpius, ꝙ fungus malus manducant homines fungum malum, et moriuntur. Idem ſuper Lucam. Omnes qui propter iſtas aduerſitates blaſphemant Xp̃m noſtrum cauda ſcorpioniſſunt Et in Euangelio. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſirpentes, et ſcorpiones.

Scorpius etiam ſiue Scorpio cęleſte ſignum. Col. Sol ingreditur scorpium. xiiij. Kal. Nouembris. Item militare inſtrumentũ. ꝙ paruis ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortẽ. ſiue ꝙ scorpionis ſimilitudinem habeat, cum arcus hĩc, atq; hinc chelarum ſimilitudine pręſe ferant ſpiculum, caudę. Sunt qui hunc Arcubaliſtam appellent. Quidam etiam accipiunt scorpium pro genere inſtrumenti torquendi, vt ſunt rubi aculeati, vel flagellum virgarum vt ſcutica habens in ſummitate glandes plumbeas. Quoquidem tormenti genere ſępe legimus mastyres afflictos fuiſſe. Pręterea ſcorpius herba eſt ſemen habens ad ſilitudinem ſcorpionis, quę valet aduerſus animal ſui noĩs.

Scorpionarij, qui scorpionibus, ideſt qui arcubus vtuntur, vt ſagittis feriant.

Scorpęna genus piſcis, de quo Amb. Scorpęna quoq; caſtitatẽ ĩmaculati ꝯnubij generi ſuo ſuat, nõ pcutit, ſed reficit.

Scortes teſtium arietinorum pelles. Hinc ſcorticus, ca, cum, quicquid ex pelle eſt. Et omnia ex pellibus facta ſcortea dicuntur, vel ab eo, quod eſt σκῶρ.

Scortum idem, quod corium. Vnde et scortum meritrix dicitur, ꝙ ſicut pellicula ſubigatur, cum ſolum calciamentorum omnibus ſubiectum ſit, vel ꝙ in grabatulis pelles ſtratas tenere canſueuerunt. Et quia meretrices non aliter viris ſubijciuntur, ac pelliculę propterea ſcorta appellantur. Scortum. n. dicitur corium, quod eſt aĩalium, q̃ craſſiorem, ac duriorem pellem hñt. Do. Enarrans illud ex Eunucho forte habui ſcortum, ait Abdomen quod in corpore ſęminaꝝ patiens eſt coitus scortũ dici, vel ἀπὸ τ̃ σκύρειν qđ gręce palpitare eſt, quod faciunt meretrices criſſando, vt ita concinniorem venerem exhibeant viris, aut ut ſibi abigant conceptum ſemen, quod in vulua ſęminę in ipſo coitu non ſe mouentis inhęresit.

Scotussę loca ſunt in macedonia, et theſſalia, quarum altera inſignis eſt victoria romanoꝝ contra philippum regem ad canis caput Vbi. Q. Fluuiano duce pugnatũ eſt.

Scraptia v̓miculus habitãs in frõdibus. Vñ meretrices deformes ſortitę ſunt nomẽ, vt scraptię, dicanť à Planto.

Scraptię, et scrupeę, meretrices ſordidę, ab excreando, quod vitium eſt in Vetula. Scrupeę vero, ſiue scrupidę à duricia moleſtiaq̃; lapillorum qui scrupi, ẽꝑ diminutionem scrupuli dñr. Plau. Scraptię scrupeę deſtrato vulnęſordidę

Scortor, aris, ſępe meretriculam duco. Hiero. in Deut. Non erit meretrix de filiabus iſrael, nec scortator.

Scortea. etiam dicunť ea, quę ex corio, et pellibus ſunt facta. Oui. in Fas. Scortea nonnulli fas eſt inferre ſacello.

Scortei nummi q fiebãt ex corio. Hier. De Thauris tuis ne scorteũ, qdeȝ nummũ ꝓferre poſſis. Do. quoq; ĩ cõ. Virg. pecuniã autumat ex corio bubulo. priſcis temporibus fuiſſe, et inde dictam pecuniam ꝙ ex pecore fieret.

Scoti ppli britannici, apud quos nulla coniunx propria eſt Hier. Quid loquar de cęteris nationibus, cũ ipſe adoleſcentulus in Gallia viderĩ Scotos gentẽ britannicã humanis veſci carnibus. Et cũ ꝑ syluas porcoꝝ greges, et armentorũ pecudũq̃; repiant, paſtoꝝ nates, ẽ fęminaꝝ papillas ſolere abſcindere, et has ſolas ciborum delitias arbitrari.

Scotos gręce latine tenebre dicuntur, scotizo. n. ſig̃t obſcuro.

Scotomia infirmitas, quędam tenebroſitatem inducens. Vnde et obtenebratio dici poteſt. Nam ab σκότωμαι deducitur, quod eſt vertiginor.

Screo, as, ſignificat cum conatu quodam de pectore ſputum eijcio. Ply. li. xxiij. Eadeȝ in iumento hominéq̃; phelegma, aut ſanguinem qui screatur, talo circunligata ſanat. Hoc v̓bum qdam à creo cõponi volũt. Huius ꝯpoſitũ eſt Excreo. Ply. li. xx. Medius ad hęc̃ ẽ ſanguinẽ, excreantibus coctos dari iubet. Tibul. Ante ipſas excreat ipſe fores.

Screatus, us, ipſa screatio. Te ĩ Heau. Gemitus, ſcreatus, tuſſis.

Screabile, quod screari poteſt. Ply. libro. ij. Pulmonum vitia excreabilia facit.

Scribo, is, pſi, ptum Scribere eorum proprie eſt qui aliquid condunt, vnde scriptores. Nam librarij, et qui ab exemplarijs aliquid excribendum ſummunt, non proprie scriptores ſunt, nec proprie ſcribunt, ſed deſcribũt, aut exſcribunt transcribuntúe. Cic. Corni. Sed proxime de opti. gen. dicendi. Vide in dictione Deſcribo. Interdum etiam scribere accipitur pro manu propria literas fingere, quod et librarij faciunt Quando scribere ſignificat pingere. Ply. de Nicomacho pictore. Scripſit et Apollinem, et Dianaȝ, deumq̃; Martem in leone ſedetem. Vñ et picturas legere dicimus. Virg. Quin protinus omnia Perlegerent oculis. Quandoq̃; scribere ſignificat tradere, et tranſferre. Sue. in menſa tribuit, et vaſa scripſit. i. prębuit, nam hoc verbo ſolemus vti in pecunia numeranda. Hor. Scribe decẽ Nerio, non eſt ſatis, adde Cicutę. Reſcribere vero reddere eſt. Huius compoſita ſunt Asscribo. Conſcribo, Circunſcribo, Deſcribo, Exſcribo, Inſcribo, Perſcribo, Pręſcribo, Proſcribo, Reſcribo, Subſcribo, Superſcribo, vnde et Superſcriptio, Tranſcribo, quę habent penul. pro.

Scripto, ſcriptas, frequentatiuum, à quo ſit aliud frequentatiuum ſcriptito, as, ꝙ eſt in frequentiori vſu.

Scripturio, is, sriptionem affecto, ſicut parturio.

Scriba, qui literas, vel geſta, vel tabellas, & alia quecunq; ſcribit nomine regis, vel alterius. Liui. lib. ij. de C. Mutio loquens. Ibi cum militibus ſtipendium forte daretur, & ſcriba, cum rege ſedens pari ferè ornatu multa ageret, ẽ paulo poſt. Scribam pro rege obtruncat. Cic. Ruf. Ad ea, q̃ ſcripſiſti commodius equidẽ poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere ſi. M. Tullius ſcriba meus adeſſet. Idem de ſcriba, qui publica monumenta, ſcriptis notat. Cic. in Clodium ſcribę, qui nobiscum in rationibus, monumentisq̃; publicis verſantur non obscurum de meis in Rep. beneficijs ſuum iudicium, decretumq̃; eſſe voluerunt. Scribę etiam dicuntur librarij, qui ab alijs ęditos scribunt. Scribas inquit Fes. proprio nomine antiqui librarios et poëtas vocabant, à, numero. Item scribę tabellarij, qui dicuntur Tabelliones et notarij, qui rationes publicas scribunt in tabulis. Gręci γραμματέας dicunt.

Sriptor, q scribit, ſiue texit epiſtolã orõnem, librum, opuſúe quodcunq;. Liui. li. i. Et ſi in tãta scriptoꝝ turba mea fama in obscuro iſt. Dona. in prologo. Terẽ. ĩdifferenter inquit oĩs, q aliqđ scripſiſſet, et scriptor à veteribus dicebať.

Scriptuarius, qui scripturis omnia, vel vrbium, vel prouinciarum geſta publice computat. Lucil. Publicanus vero, vt Aſię ſiã scriptuarius. Idem et Tabellio dicitur.

Scriptũ, q̃uis adiectiuũ ẽt hẽatur. ſubſtantiuũ tñ ſępiſſime repitur, ſicut dictũ, factumq̃;. Reſpicit ãt ꝑe ad tp̃s ꝑteritũ, et ſig̃t generatĩ, qđcunq; ſcriptũ. Cic. lib. i. ad Heren. Ex scripto et ſententia ꝯtrauerſia nasciť hoc mõ. Cum videbiť scriptoris volũtas, cũ scripto ipſo diſſentire. Aliquando ẽt futurũ, et quaſi p̃ſens tp̃s aſpicit. Idẽ. Luceio. Ardeo cupiditate ĩcredibili, neq; vt arbitror reprehendenda, vt noſtrum nomen scriptis illuſtretur, et celebretur tuis.

Scriptura eſt id quod scribimus, vel scribendum cenſuimus cẽſemusúe. Cic. lib. iij. ad Heren. Non ſum neſcius q̃tum ſuſceperim negocij, qui motus corporis exprime/

re verbis,et imitari ſcriptura conatus ſim voces ſcriptura .i.ſcribendo.Et lib.iiij.Reliquum ſcripturę ꝯſumet ĩ exẽplis.i.eius,qđ ſcribendũ eſt.Aliqñ capit,ꝓ ſtylo, quo quis vtit in ſcribendo. Idem.Trebo. Cum vero ea q̃ ſcriptura perſecutus eſt,ſine ſummo amore cogitare non potueris. Cęcinna Ciceroni.Genus aũt hoc ſcripturę,non modo liberum,ſed imitatum, atq; latum eſſe quis ignorat?

Scriptio epigrãma,ſiue id, quod ſcribit,vt ſit memorabile. Cice.pro Archia.Quam multas nobis imagines, veꝝ etiã ad imitandum fortiſſimoꝝ viroꝝ expreſſas ſcriptiones et gręci,et latini reliquerunt,quas ego mihi ſemꝑ in adminiſtranda Rep.Proponens aĩum et mentẽ meã ipſam in cogitatione hoĩum excellentiũ ꝯfirmabã. Idem.Dolo bellę Oratiunculã pro Deiothαro,quã reqrebas habebaʒ mecũ,qđ non putaram.Itaq; eã tibi miſi,quã velim ſic legas,vt rem tenuem,et inopem, nec ſcriptione magnopere dignã.Ponitur etiam pro quacunq; ſcriptura. Var. Auarus foenerator ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat.

Scriptorius,ria,rium,quod aptum eſt,vt ex eo ſcribat, ſeu quod ad ſcriptorem ꝑtinet,vt Atramentũ ſcriptorium.

Scribligo,à vetuſtioribus latinis dicebat ſoloeciſmus,à tortuoſę orationis prauitate,ac verſura.

Striblita genus cibi appellata eſt, ꝙ in circuitu, ad reſtis modum torqueretur.Hoc ſolum differens, à placenta, ꝙ ſine melle coq̃bat,et feruẽtiſſima edi ſolebat.Mar.Circũlata diu menſis ſtriblita ſcđis Vrebat nimia ſęuo calore manus. Plau.Dũ ludi fiũt in popinã pediſſeq irruptionẽ facite,nũc,dũ occaſio eſt,nunc,dũ ſtriblitę ęſtuãt,occurrite.Cat.Striblita ſic facito,in balceo tractes caſeũ, ad eundem modũ facito vti placentam ſine melle, coquitoq̃;.

Scrinium,à ſecernendo,arca dr̃,qua ſeruantur precioſa,ac ſecreta.Ply. Alexander cępit ſcrinium vnguentorum.Huius diminutiuum eſt Scriniolum.

Scriniaſius,ſcrinioꝝ cuſtos,ideſt rerum ſecretarum.

Scrobs,generis tam mas,q̃ foe.ſꝫm Pri.Serui. tñ ait,magis maſculinum eſſe,q̃ foemininum,et allegat Plau.qui dixit. Sexagenas ſcrobes.Luc.vero ait. Exigua poſuit ſcrobe, ſed contra artem.Sunt autem ſcrobes foſſione,vt putei vel foueę intra terram manu,factę ad vineas,vel arbores cõſerendas, vel ad metalla, et q̃cunq; alia fodienda. Colu. Ante annum,q̃ poma diſponere voles, ſcrobes fodito.

Scrobiculus dimi.paruus ſcrobs.Ply.lib.xxi.Atq; in ſcrobiculis ſeruntur hominis fecis circunfuſis.Col.lib.v.Et id,qđ à matre abſciſſum receſſit,confeſtiʒ à latere circunfodit, et ſcrobiculo facta ad imum ſolum pręciditur.

Scropha,quę multos peperit porcos.Var. Propterea matreʒ ſcropham,ſua q̃q; hara ſuos alat, oportet quę alios aſpernatur.Fuit et ſcropha cognomen familię Romanę.

Scrotum pellis, quę teſticulos continet. Quidam tñ ſerotuʒ, non ſcrotum legunt,quod gręce oſcheon,ꝙ ille ſinus inuoluat ſeret,et obnubat teſtes. vel à ſero, is, ꝙ ſeminalis principij, et initialis ſit retinaculũ. Scrota ẽt qdã interpretant imagunculas puellares deliciari operis,quę populo circunferebant bellarioꝝ taliũ liguritori cupientiſſimo.Hęc vendebant Priapi ſiliginei ſeroto, et teſtibus inſignita,quę erant exquiſitioris ganeę.Dñr,et Scruta. Hora. Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.

Scrutiniũ,inueſtigatio,à ſcrutor.Apul.li.ix.Poſtremũ magiſtratibus placuit obſtinate denegantẽ ſtrutinio detegere.

Scrutaria,rię,ſcrutatio ipſa ſeu veſtigatio,vt ſagaria cęnacularia linteana.Apule.lib. iiij. ſcrutariam facitis.

Scruta attritę vſu veſtes, dimidiatę ſtrigiles, et iumentoꝝ ſoleę, refixi claui idq; genus alia, quę viliſſimi proxenetę venalia habẽt, quos antiqui ſcrutarios appellabant.Luci. Quid ni ſcruta quidem,vt vendat ſcrutarius laudat.

Scrupus ꝓprie lapillus breuis, qui ꝑſſus ſolicitudinẽ creat. Hinc ſcrupeus,a,um,qđ eſt lapilloſus.Vir. li.vi.Spelunca alta fuit,vaſtoq; ĩmanis hiatu Scrupea, tuta lacu nigro.

Scrupulus,dimi.à Scropus ꝓprie lapillus breuis,et aſper q in calceo latens plerunq; nos lędit,nã ꝑſſus pede ſolicitudinẽ creat.Vñ pro ſolicitudine,et difficultate ponitur. Teren.in Adel.Inieci ſcrupulũ.Aug.lib.ix.de ci.dei. Nõ multum de noĩe diſputandũ eſt,cum res ipſa ita clara ſit, vt à ſcrupulo dubitatiõis aliena ſit. Ply.i. Eplis exime mihi hunc ſcrupulũ. Et ſcropuloſuʒ ſolicitũ,et anxiũ dicimus. Vale.ma.li.i.Qui tam ſcrupuloſa cura paruula queq; momenta religionis examinari vident. Idem ſcrupuloſa res dr̃.quę hñt in ſe aliqd aſpi,vt ſcrupuloſa qõ q̃ difficilis ẽ explicatu.Scrupulus ẽt,et ſcrupuluʒ,ſiue ſcrypulus,et ſcrypulũ nomẽ eſt ponderis latine obolus et ſex ſiliquis conſiciebat,hꝫ eſt q̃tum octo lentis ſemina q̃ ſiliquę, à gręcis cęrata noĩatur,ex tribus ſcrupulis drachma, ſic ait Priſci. In ſcrupulis trinis drachmaʒ.Val.ma.li.iiij. de pauꝑtate. Eadem gens nullum añ ſcrupulum auri habuit. Ouid.de me.li.Quinq; parãt marathri ſcrypula myrrha nouem. Scrupulus etiam menſura eſt,in metiendis terris.Colu.li. vi . Igitur Iugerum habet quadratorum pedum milia xxviij.dccc.qui pedes efficiunt ſcrupula.cclxxxiij.

Scrupulati,ꝑ ſcrupula.Ply.li xxij.Scrupulati qdem colligẽ, ac miſcere vires,nõ ꝯiecturę hũanę opus,ſed ĩpudentię ẽ.

Scrutum,vide in dictione ſcrotum.

Scrutor,inqro,vt dñs ſcrutat corda hoĩum. Dr̃ et ſcruto, as.Vnde et perſcruto,ſicut et perſcrutor.Hier.ſuꝑ pſal.Quã bonus perſcrutari et ſi laborioſe exiſtimari.

Sculpo,is,pſi,ptum,ſiğt cędendo imaginem aliq̃ efficio.Et ꝓpe in marmore et in alijs lapidibus ſculptura dicit Cõflatura in metallis,q̃ ſolui pñt,atq; ꝯflari vt auro.argẽto ẽ cęteris.Veꝝ ſcalpo nõ ſculpo dici dẽre,author ẽ Diom.

Sculptile,pe.cor.qđ ſculptũ eſt,ſiue qđ ſculpit vt ſculptile ſimulachrum,qđ ſculptum eſt.Hiero.in exo.Non facies tibi ſculptile.Et in Eſa.Nunqd ſculptile conflabit faber?

Sculponeę calcei ex lana confecti.Plau.in Cas. Qui quęſo potius,q̃ ſculponeas,qbus batuat tibi os.Nęui. Sculponeis batuenda ſunt latera ſcribit Cat.Sculponeas bonas alternis annis dari oportere familię ruſticanę. Hinc ſculponeatus dicitur qui eſt ſculponeis indutus. Varro. Aſpicio ſculponeatam bigas ſequi cornutas.

Scurra,qui riſum ab audientibus captat non habita rõne verecundię,aut dignitatis.Dictus ſcurra, vt qdam volũt, à ſequendo,ꝙ id genus hoĩes ſequi ſoleant opulentiores aliquid ꝓmerendi cã quos gręci βωμόλοχους dicunt.

Scurrilitas vitium vrbanitati oppoſitum.

Scurrile,pe.pro.ridiculum cum turpitudine.

Scurro,idem,quod ſcurra.Hiero.ad ocea.Vinolentia ſcurronum eſt,et comeſſatorum.

Scutũ,et ſcutę, ſꝫm Pri. Cuius dimi. eſt ſcutella, necnon,et ſcutula,ab σκύτος, pellis ꝙ non ſine pellibus fiat, vel à ſectura,vt inquit Var. ꝙ ẽ minutis ꝯfectum ſit tabulis.

Scutatus,ſcuto armatus.

Scutarius,q ſcutoꝝ curã hꝫ.Hie.li.iij.Re.Et ſcutarius q ſcuta facit.Pla.i epi.Id mõ vidẽdũ,vt mã ſuppetat ſcutario

Scutigerulus,à Plau.ſumit ꝓ armigero,q gerit ſcutũ dñi.

Scutarius,ria,rium,qđ ad ſcuta pertinet. Vnde Vege.lib.ij. In Romana militia habebat fabricas ſcutarias et loricarias,quibus armorum genera formabantur.

Scutula,lę,forma rotunda,quales aranea ꝯtexit. Ply.lib.xi. Quanta arte cęlauit pedicas ſcutulato recte,ad capiendas muſcas circa graſſante.Eſt et ſcutula vas octo vnciarum capax.Mar. Beſſalẽ ad ſcutulam ſexto peruenimus anno. Idem.Sic implet gabatas paropſides,et leues ſcutulas,cauasq̃; lances.Eſt et ſcutula ſerpentis genus in Africa. Itẽ ſcutula haſta teres qua lina traduntur.

Scutula veſtis dr̃,q̃ hꝫ quoſdã orbes, vel circulos q̃ſi ſcutulis diſtincta. Nã ſicut diuerſos colores picturę Babylonij, plurimis vero licijs alexandrini texere,q̃ polymita appellant,ita galli ſcutulis veſtes diuidere, q̃ ſcutula dixerunt inſtituere.Ply.ſcutulatorẽ araneũ appellat,q ĩſolubili nodo implicat pedicas. Poteſt etiam dici veſtis ſcutulata à colore.Eſt enim ſcutulatus, color , vt Palladius inquit. Colores, hi pręcipui . Albineus , ruſſeus , murreus, ceruinus,

Vinus, silius, scutulatus, albus, guttatus, niger pressus.

Scutella, vasis genus rotundi concaui, quo minutal, ex car ne, vel ex oleribus in mensam exhibetur, à scutra, sicut à mitra mitella, seu à scutula. Ci. lib. Thusc. Demus scutulam dulciculę potionis aliquid prouideamus, et cibi.

Scutulum, tenue, ac macrum in quo tantus exilis pellicula cernit dimi. à scuto. Ci. lib. ij. de na. deo. Cũ pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.

Scutica, pe. cor. genus verberis ē loris facti, à grẽco σκῦτος corius, vel pellis, quia ex corio fit. Huius dimi. ē scuticula.

Scutriscum, vasis genus apud Catonẽ. Et videtur ex figu ra grẽca deriuari à scutra. Est enim scutra vasis genus, quod et scutula dicitur.

Sculna dicitur sequester, quasi seculna à, sequendo.

Scynifex genus aĩalis, quod pẽnis suspẽdit p aẽra volitans sed adeo subtile ē ē minutũ, vt oculi visus nisi acute cer nẽtis eludat. Corpus tñ cũ insederit acerbissimo terebrat stimulo, ita vt quẽ volantẽ qs videre nõ valet sentiat sti mulantẽ.

Scythis, idis, genus lapilli. Mar. Vt quarũ sma ragdus vna scythis altera. Iaspis tertia notabat.

Scymnus significat leonis catulum, vt aliarũ ferarũ scylacia Iul. Pol. Author. Lucr. libro. v. At catuli pantherarum, scy mniq; leonum. Est et viri proprium nomen.

S ANTE E

Se duobus modis dr̃. Nã et pronomen, et pposito est. Pro nomen aũt qñq; pse pfert, cum aliquẽ qppiam in aliũ fecisse ostendimus, vt hic fatet se nocuisse mihi. Cũ aute in seipsũ tunc geminat, et dicimus sese. Se prẽpositio sp composita inuenitur, et modo vim separatiuam habet, vt separo, seduco, modo abnegatiuam, vt securus. Fitq; vt qbusdam placet à semis, quod separationem facit, siue à secus. Sed magis puto semis, et secus, sicut, et seorsum, à se prẽpositione fieri. Componitur vero, cum dictione incipiẽ te, à C, vt secedo. C, vt secedo. D, vt seduco. E, vt sedeo. Vnde seditio vbi D. interponit euphonię causa. G, vt segrego. I, vt seiungo. L, vt seligo. P, vt separo. V, vt senoco.

Sebenitum vrbs in Ægypto, vbi ē palus, ē amnis sunt co gnomines, Vnde prẽfectura quoq; sebenitica, et sebeniti cum. Nili ostium vocari constat, quod in duo alia diui ditur. s. in saiticum, et mendesium.

Sebunus, pe. p. Lacus, quẽ facit fluuius Lolius apd̃ Sarnicũ vallis Calepinę oppidũ. Hodie vulgus lacũ Isei appellat.

Sebethus, pe. p. fluuius, q prope Neapolis mẽnia labit to ties, à. Ioniano pontano decantatus. Huius Vergilius Sta. Col. meminerunt, quod quidem nomen sine r, lr̃a procul dubio scribendum est, et si sciam, q sebethrus p r, legunt, testis est (vt alia omittam tabella marmorea vetustissi ma Neapoli in murorũ fundamentis reperta, quę hoc hz P. Meuius Eutychus ędiculam restituit sebetho.

Sebaston, latine Augustum, et venerabile. Vnde Sebastia ci uitas Augusti nomini dedicata.

Sebritę populi q aliqñ Sembritę ab insulę. Meroë vicina.

Secedo, dis, pe. p. seorsum vado, seu seorsum venio. Plau. in Am. Secede huc tu Sosia. Idem ĩ Cur. Fugite omnis abite, et de via secedite. Item secedere significat spaciari, et à ne gocijs vacare. Inde secessio.

Secessus, us, modo pro discessus ponit, modo pro vacatione, mõ pro sinu secretiore. Virg. Est in secessu longo locus.

Secerno, nis, secreui, secretum, significat diuido. Ci. Secernãt se mali, à bonis. Hinc secretum locum dicimus solum, et quasi à cęteris separatum. Et secreta mandata, secretas lr̃as, quę vel nulli, vel paucis cõicantur. Et à secretis, cui secreta committuntur. Aliqñ secernere est seponere. Cice. Luceio. Quod mihi acciderit optatius si in hac sententia fueris, vt à continentibus tuis scriptis in quibus perpetuã rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc, quasi fabulam rerum euentorumq; nostrorum.

Secretarium, rerum secretarum repositorium. Iose. lib. xviij. antiquitatum, Philonem ex secretario Caius iubet exclu di, absentemq; fieri. Apul. in cosmographia appellat secre taria terrę, occultiora sub terram loca.

Secespita, culter ferreus oblongus manubrio eburneo rotũ do solido iuncto ad capulum, argento, auroq; fixo clauis ęneis, ęre cyprio, quo flamines ad sacrificia vtebantur, à secando dicta. Sue. in Tibe. Nã et iter pontifices sacrificã ti simul p secespita plumbeũ cultrũ subijciẽdũ curauit.

Secludo, dis, pe. pro. seorsum cludo, idest claudo. Cice. libro. i. Thuscu. His demum quoddam iter esse seclusum à conci lio deorum. Quandoq; excludo. Virg. Soluite corde metus Teucri, secludite curas.

Seco, cas, secui, sectum proprie excĩdo. Col. libro. ij. Cum secueris autem herbam medicam, sępius eam rigato. Et quoniam, dum iter facimus, quodammodo viam diui dere videmur, secare producere ponitur. Virg. li. vi. Ille viã secat ad naues. Et secare est sequi. Idẽ lib. x. Quę cuiq; est fortuna hodie, quam quisq; secat spem. Huius verbi com posita sunt. Conseco, quod est etiam, seu totum seco. Cice. lib. i. offi. Id agendum etiam est, vt ea facere, ne videamu r irati, sicut ad vrendum, et ad consecandũ, sic et ad hoc genus castigandi raro, inuitiq; veniemus circũseco. Ca. de re ru. Quantũ putabis ei rei satis esse vini, tot vites ab la queato, et signato, earum radices, circũsecato, et purgato. Deseco deorsum, seu de aliqua re seco. Col. li. ij. Ea bubus, cęterisq; pecudibus optime desecta prębet, Et lib. iij. Si fieri potest, iuxta aliquem modum ferrula desecato. Disseco va rijs modis seco, dilanio. Vide in dictione Dissecatus. Execo extra seco, excĩdo. Lact. lib. i. Et eum cum pellice depre hensum exectis virilibus, semiuirum reddidit. Col. lib. iij. Arborem, quam inserere voles diligenter execato, ea par te, quę maxime nitida est. Inseco intus seco. Idem libro. v. Sequenti deinde anno insecatur superior pars curuatu rę, vsq; ad medullas. Interseco per medium seco. Perseco, perfecto seco, proseco seco. Vnde prosecta exta quę sacrifi cijs adhibentur. Preseco, precido ante, seu prius seco. Col. lib. iij. Radicem harundinis acuta falce presectam impen denti pluuia disponito. Reseco, rescindo, de aliquo excĩdo. Idem in eodem. Veterem vineam, si in summo radices habebit, resecare noluto alioquin etiam nouellam vineas, quę ex resectione enata fuerit vini inutile habebis. Cic. ĩ Lel. Pro restringo posuit. Neq; id ad viuum reseco, vt illi, qui hęc subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad cõmunem vtilitatem parum. Subseco subtus, seu paulatim seco. Col. lib. ij. Quędam etiam subterraneę pestes adultas segetes radicibus subsectis enecant. Et omnia habent pe. cor.

Sectio modo concisio dicitur, modo pars dimidia, vel ali qua pars bonorũ, q̃ quis multatur. Cęsar. cõ. iij. Postridie eius diei refractis portis, cum iam defenderet nemo, atq; intromissus militibus nostris sectionem eius oppidi vni uersam Cęsar. vendidit. i. bona oppidi vendidit sub hasta, ijs qui sectionem. Festus. Ait sectionem significare iuris persecutionem, quod fere idem est sectores enim facta in auctionibus sectione ius suum persequuntur.

Sectura ipsa sectio. Plyn. lib. xxxvij. Et quidem Calaides tali sectura formantur. Item secturę cauernę subterranę, qd̃ à terra sectę, idest diuisę sunt Cęsar cõ. iiij. Quibus forti ter resistentibus, vineas, turresq;, egit, illi alias eruptio ne tẽtata, alias cuniculis ad aggerem, vineasq; actis, cuius rei sunt longe peritissimi Aquitani, propterea, q multis locis ęrarię secturę sunt.

Sectile, pen. cor. quod sectum est, aut excĩdi potest. Sectile porrum dicitur sectum, et sua sponte concisũ. Nam cõ cisum, et sectum introrsus videtur. Iuue. Quis tecum secti le porrum Sutor.

Sectinus, ua, num, pe pro. vt porrum sectiuum, q folia eius sępius secentur, vt profundius crescat. Duo. n. sunt porri genera, vnum capitatum, alterum sectiuum. Colu. Porrũ, si sectiuum facere velis densius satum pręceperunt prio res relinqui, et ita cum increuerit secari.

Sectores, qui spem sui lucri secuti, bona damnatorũ eme bant in auctionibus, ac postea, p cõpendio vẽditabãt, q

empta sua prosequātur.Inde à Cice.M. Antonius sector. Pōpeij appellatur, qm̄ in subhastatiōe bona Cn. Pōpeij redemerat.Ci.pro Roscio.Nescis per ista tempora,eosdem ferè sectores fuisse bonoꝝ,et coloꝝ.Itē sectores sunt,qui ex damnatione accusati dimidium bonoꝝ expectant,aut certe aliquam partem,et id persequuntur.

Sector,aris,frequenter sequor,quod fit, cum quis aliquem sequi frequentat,vt eū possit,vel videre,vel alloqui.Plau. in Cis.Anum sectatus sum clamore,per vias.Est et sectari continue sequi, vt fit , cū quempiā in sermonibus in sententijs,in disciplinis,ē ceteris factis sedulo,perpetuoq; sequimur,ac imitamur.Vnde et sectę philosophorū. i.ductus.Terē.in Eu.Ibi homo cępit me obsecrare,vt sibi liceret discere id à me,sectari iussi si potis est.Huius composita sunt.Assector consector.Lactan.li.i.Qui, si asino,aut sui,aut cani facultas loquendi tribuatur,queęrasq; ab his quid sibi velint ,cum fęminas tam rabide consectantur, vt vix diuelli,queant.Insector presequor.

Secta à sector,seu à sectus ductus fieri cōstat.Ea inter philosophos est,aut philosophis similes,vt Platonici,Aristotelici.A' grecis heresis dr̄.Colu.li.ij. Quare antiquissimū est formā huius opis ꝯscribere,quam velut sectam,legemq; in proscindendis agris seq̄tur agricolę. Hinc cōsectaneus qui eiusdē sectę est.Aug.li.x.de ci.Quāto humanius,et tolerabilius consectaneus tuus platonicus.Apul.errauit.

Sectarius veruex, qui gregem agnorum precedens ducit.

Sectacula dimi.à secta,q̄si seq̄la q̄dā et ꝓpagatio.Apu.Occipiūt sciscitari q̄lis ei maritus,ē vn̄ nataliū sectacula.ꝓ(ueniret.

Secula,pe.cor.falx à sectando dicta hac vtuntur qui in pratis herbas secant.

Securis instrumentū,ad secanda ligna,quasi semi qris,vt inqt Ser.Sabini.n.quirim hastā appellāt.Vir.li.xi.Æratā quatiēs Tarpeia securim.Huius istrumēti inuētrix fuit Pēthesilea amazō. Vn̄ ē,amazōes securigerę à poëtis dictę sūt.Aliqn̄ securis ponit̄ ꝓ dignitatę,et magistratu,quoniā consules habebāt.xij.lictores qui gestabāt faces virgarum securibus alligatos.Huius dimi.est Securicula.

Securus tranqllus,qui sine cura est,quasi seorsum, à cura qui casus hūanos aīo suo elato inferiores putat.Et differt à tutus,ꝙ securus dicatur,is,qui nō timet,ēt si īmineat ꝑiculum.Tutus est extra periculum,q̄uis etiam timeat.Aliquando securus capitur,pro cōtemptore.Vir.Securus amorum germanę.Hinc securitas,tranquillitas.

Securo,as,secuꝝ facio.Aug.li.Soli.Quę cum consydero, contremiscunt omnia ossa mea,quoniā nō securat hō viuēs sup terrā.Et li.ij.aca. At si ī quoq̄ fortasse aberrauero securabis id, vt deinceps hm̄ōi delegationē nō ꝑtimescam.

Secale,pe.ꝓ.frugis genus tm̄ ad arcēdā famē vtile sęcūda, sed gracili stipula.Huic milium miscet,panisq; fit melior.

Secors,et socors,dr̄. qui in corde nihil se ad ꝓbitatē exercet,et q tardus,vel negligens est in cōsulēdo, meditādo, prospiciendoue,qd opus sit facto. Compositum nomē, ex se,et cor,quasi seorsū à corde.Vnde secordia,et socordia, pro ipso vitio,quo,quis in hm̄ōi tardus,aut negligens ē.

Secubo,as,pe.cor.ē secūbo,is,sig̃t seorsū seiunctim cubo. Oui.secubat in vacuo sola puella toro Prop.Miles depositis ānosus secubat armis.Liui.li.xxxix.per iocū adolescens vetat eā mirari si per aliquot noctes secubuisset religiōis se causa vt voto pro valitudine sua facto liberetur.

Secundus,a,um,quod immediate sequit̄ primū, idest qđ secūdo loco est,et tam numerū, q̄ ordinem denotat, per translationem ponitur,pro prospero, ꝙ ita vti volumus, secet.i.sequat̄, vel ꝙ, quę adsunt prospera esse dicuntur. Hinc secūda fortuna,quę vel nobis adest,vel nobis obsequitur.Et res scđę,quę pro nr̄o desyderio sequūtur. Vir.Et seruare modū rebus sublata secundis.Et scđo flumine nauigat, qui aqua sequente nauigat, idest in eam partem fluētem ad quam tendimus.Sicut aduerso flumine nauigat qui contra aquam nauigat.

Secūdū aduerbialiter ponit̄ pro iuxta,siue ꝓpe. Nā qđ secūdo loco est,ꝓpe est.Ser.Sul.Duo vulnera accepisse vnū in stomacho,alteꝝ in capite,scđm,aurē.Vir.scđm flumina dixit.i.iuxta.Aliqn̄ sumit̄ ꝓ post,quasi scđo loco.Qui. Nā qđ vnū mihi scđ₃ pr̄em fortuna videbat̄ parasse ꝑsidiū id ego sperare ī alia sorte nō poterā.Cice.Proxime autē,ē scđm deos, hoīes hoībus maxime vtiles eē pn̄t.Aliqn̄ sig̃t pro,vt scđm te litē do,scđ₃ me iudica.i.pro te.pro me.Sue. in Claudiū.Absentibus scđm pn̄tes dabat.Aliqn̄ in vt ꝭm quietē.i.inqete. Idem in Aug.Affirmauit ip̄m esse,cuius imago ꝭ₃ qetem sibi obseruata sit.Aliqn̄ sup.Sal.in Iug. scđm ea vti deliberitis vetere.Aliqn̄ ad ęmulationē vt ꝭm Pythagorā viuo.i.similiter illi.Aliqn̄ eā vim hēt, quā iuxta sniam , vt secundum Platonē,secundum Aristotelem.

Secūdo aduerbiū.Modo sig̃t,vt prīo,scđo, tertio.Modo bis vt scđo consul.i.bis cōsul. Et scđo eum monueram.i.bis. Modo rursus.Cic.Semel hoīem allocutus fueram,an secūdo mihi redeundum esset ignorabam.

Secūdo loco ornate dicitur,pro eo,quod est secundo.

Scđę,aru₃,tm̄ pluraliter,pro mēbrana illa,qua partus obuolutus vtero ꝓdit,dictę, ꝙ nascentem īfantē sequātur.Ply. Brassicę semē cōtra ardorē febriū facit,et stomachi vitia, et ad secundas.Hę etiam volucrum appellantur.

Secundarius,a,um,quasi scđi ordinis,vt panis serarius vulgaris dr̄,ē cibarius.Sue.in Aug.Cibi minimi erat,atq; vulgaris ferè secūdariū panē,ē pisciculos minutos maxīe appetebat.Ply.li.xviij.Pręterea floris semodiū,et cibarij, qđ secūdariū vocant sextarios q̄tuor,furfuris,sextarios totidē. Hic etiam scđs dicitur. Hora. Pasti siliquis et pane scđo.

Secundo,as,ꝓspero.Proper.Iam liquidū nautis aura secundat iter.Hinc obsecundo,as,de quo alibi.

Secus,prępositio sig̃t prope.Hoc est,qđ in mēte secat.i.sequitur,vt secus ꝯcursus aquaꝝ serunt̄ salices. Aliqn̄ est aduerbiū,ē sig̃t aliter ꝑsertim,qn̄,nō,vel aut secū comites hēt. Virg.Haud secus Androgeus visu tremefactus abibat.

Secius qdā,à secus deriuāt,quidā à sero.Vnde qn̄q; sumit̄, ꝓ positiuo,qn̄q; ꝓ minus,vel tardius.Virg. Nec secius oīs in vnguē arboribus positis secto via limite,quadret.Apu. Nec eo secius approbabitur tibi nūc etiā firmitas animi mei.Actius.Si forte paulo,q̄,veniam secius.

Seciū à veteribus dicebat̄ libū,qđ ī sacrificio secespita,secatur.

Seclusa sacra,à priscis dicebant̄,quę gręci mysteria appellāt ab eo,ꝙ sepata ac seorsū clausa,à nobis ꝑꝑ scitate₃ aliq̄ eē debeāt,hinc.Ply. sacra quędā appellat optanea ꝙ in operto occulta sint,ne oculis prophanorum obuia polluantur.

Sed cōiunctio qn̄q; inceptiua est.Terē.in An.Sed Pamphilū video qn̄q; discretiua vt si dicā.Nō sapiēs,sed miser es.

Sedeo,es,sedi,sessum,q̄uis neutꝝ sit.inuenit̄ tn̄ in tertia ꝑsona passiuę vocis prolatū.Hie.lib.iij.Re.Et domūcula, in qua sedebatur,ad iudicādum erat in media porticu fili ope.Componit̄ autē sedeo,à se,et eo,quasi seorsum eo.Nā seorsum ire videmur,et quasi à ceteris separari,dū sedemus.Quidā,à do fieri existimāt,ꝙ qui,sedet seorsum dare se videt̄.Estq; sedere oppositū stare,seu ꝑgere.Plau. Si nō, vbi sedeas locus est,at est,vbi ambules. Dicimusq; sedeo sup equū,et sedeo equo.Hie.in li.Nu.Stetit angelus dn̄i in via ꝯtra balaā,q ī sedebat asinę.De auibus vero sedē dr̄, in loco altiorę eē,vt passer sedet in tecto.Cornix sedet in arbore.Virg.Nocte sedens seꝝ canit importūa ꝑ vmbras. Quin.vt si q̄rat̄,an sit credibile, Val. sup caput pugnātis sedisse,coruū, qui os oculosq; hostis galli rostro, atq; alis verberaret.Ita.n.de auibus sedere dr̄,vt de hoīe, dū sedet sup equū quocūq; mō,aut quocūq; corpis hītu ibi maneat.Aliqn̄ ignauiā,cessationemq; denotat.Vir.Sedeant, spectētq; Latini.Ter.An sedere oportuit domi v̄ginē,tā grādē.Aliqn̄ sedere ponit̄ ꝓ placere,et tūc cū dtō construitur. Vir.Idq; pio sedetur Æneę probat Author. Acestes.Hiero. in deutero.Si autem postea non sederit animo tuo,dimittes eam liberam. Aliquando pro manere immorari.Li. li.ij.de secū.bel.pu. Id horreū fuit pręsidiū penis sedentibus ad Trebiā. Aliqn̄ sedere est cōsiliū capere ꝯsyderare,

vt celsa

vt celsa sedet Æolus arce et Turnus secreta valle sedebat. Plau. fine iuxta aram sedeam, et dabo meliora ꝯsilia. Et secundum Augures, sedere est augurium captare. Nam post designatas celi partes, à sedentibus captant auguria. Item sedere, ponit ꝑ habitare. Vñ dicimus xp̄m sedere ad dexterã p̃ris q̃uo dicimus de quocũq; hoīe, ĩ illa p̃ria sedit ꝑ tres annos. Nũqd sedit, et nũq̃ surrexit? ideo hoīum, habitatiões sedes dñr vbi habitant sedes, nunqd semp sedet, nõ surgit, nõ ambulat nõ iacet, et tñ sedes vocãt. Huius verbi cõposita sũt Assideo, Consideo simul sedeo Cice. li. Acad. cõsedimus oẽs, tñ Var. ita exorsus est. Circũsedeo, dissideo, desideo, insideo, obsideo, ꝓsideo, possideo, resideo, subsideo, et supersedeo. In qbus syllaba si corripitur.

Sedere ad euotam est nihil agere.

Sedes, locus in quo sedemus, quę et sella, et sedile dr̃. interdum ponit ꝑ habitaculo, ac domicilio. Cęsar. Crescente. n. ppłi multitudine, mutare sedes statuerũt. Interdũ ꝑ sepulchro. Vir. sedibus, vt saltẽ placidis ĩ morte qescã. Interdũ ꝑ podice, et ani circulo. Galenus. Fiũt de nigra cholera, qñ in venas circa sedẽ dẽsius ĩciderit. Ply. li. xxiij. Cinis sarmẽtoꝝ vitiumq̃; et vinaceoꝝ ꝯdilo natis, ẽ sedis vitij medet.

Sedicula parua sedes, sicut ędicula, ab ędes.

Sedile, pe. pro. locus ad sedendum, à sede dictum.

Sedentarius, ria, rium, qđ sedendo fit. Vñ sedentariũ laborẽ dicimus, q sedendo ꝯtrahit. Apul. vt ẽt fatigationem sedentariã incessus vegetatione discuterez. Et sedẽtaria opa quę sedẽdo fit. Colu. Neq;. n. sedentaria eius opera est, sed modo ad telam debebit accedere, modo eos, qui cibum familię conficiunt, inuisere, vbi sedentaria opera accipitur. ꝑ desidiosa. A' Ply. in panegyrico dr̃ sedentaria senatus assentiendi necessitas q sedens assentiri cogebat truculẽto, sedẽtarię artes, et sellularię q̃ à sedẽtibus ꝑ ociositatem exercentur. Sedentarij, qui sedendo opus faciunt, sicut sutores, vt est apud Plautum in Aul.

Sedũ herba, q̃ et spuina dr̃, à sp sedẽdo, vel vt Merula inqt, quã Anagoꝝ alio noĩe vocant, hãc alij Sadũ, alij sesuniũ vocãt nascit ĩ tegulis, et apud nr̃os Bergomates. Ore

Seduculum, quasi suduculum dictum genus (gina dr̃, flagelli est, quod vapulantes sudare faciat.

Sedulus, pe. cor. teste Donato, ẽ Nonio dicitur, q ex aĩo ẽ sine dolo instãter intẽtus est, vt fit, q̃si assiduus qa negligentes dolosi dñr. Hinc sedulitas, ꝑ instãti, et fideli offõ, ac diligentia. Sedulo aduerbiũ, secus à dolo, sine, vt dicere solemus realiter, instanter diligenter, quasi assidendo, hoc est sine intermissione. Augu. lib. v. confessio. Sedulo agere coeperam, propter quod veneram.

Seditio à se, hoc est seorsum, et itio componitur, qđ nomẽ fit, ab eo, is, nisi velimus ab ipso verbo eo, compositionem initaz fuisse, vt sit sedeo, is, quis in vsu non sit. Cic. lib. vi. de rep. declarat seditionis ꝓprietatẽ, à dissensione ciuius dictã eẽ, ꝙ seorsum eunt allij, ad aliũ. Est. n. ꝓprie, cũ populo discordante, itur ad manus, q̃lem describit. Virg. Ac veluti magno in populo cum sępe coorta est Seditio, sęuitq̃; aĩs ignobile vulgus. Iamq; faces, et saxa volant, furor arma ministrat. Similiter seditio ĩ exercitu dr̃, inclusse, in cãpo, et vbicũq; ẽ multitudo hoĩum. Hĩc seditiosus, qui seditionem amat.

Seditionarius q seditionem facit. Vñ scribit di. xlvij. Seditionarios statuimus nunq̃ ordinandos clericos.

Sedo, das, à se, et do componitur, et multa sĩgt, vt sunt res, de qbus agitur, quę tñ ad vnũ redeunt. s. mitigo, placo, lenio, remoueo, freno, extinguo, et alia. Salu. Nãq; aĩus impurus dijs hoĩbusq; infestus, neq; Vigilijs, neq; qetibus sedari potuit, ita ꝯscĩa mentem excitam vexabat. i. pacari. Cic. lib. iiij. ad. Heren. Et hic sitiens q̃ maxime loquat, neq; habeat, q sitim suam sedet. i. extinguat. Alię etiam significationes legentibus obuenient. Quidã cũ diph. scribũt vt sit sędo, quasi sanum do, hoc est, ab ira, et furore, ad lenitatem aĩ reuoco. Hinc sedatio, de q̃ Cice. lib. i. offi. Tẽperantia, et modus oĩsq; sedatio perturbationum animi.

Seduco, cis, pe. pro. proprie seorsum duco, ab alijs, quasi de rebus aliqbus locuturus. Cic. Treb. Quod à te viuo optimo seductus ẽ, tuoq; beneficio adhuc viuit hęc pestis Plau. in Aul. Eo nũc secreto ego te huc foras seduxi. Cice. lib. i. Thusc. ad aĩus trãstulit, cũ à negocio oĩ auocamus aĩuz, qd inquã agimus, nisi aĩuz ad seipsuz aduocamus secũ esse cogimus. maxieq; à corpe seducimus. In malã ptez, ꝑ translã. sĩgt decipio. Ter. in An. Etiã nũc me seducere istis dictis postulas. Cice. ꝑ Flac. vsus est ꝑ depono, cum ingt Remittant spũs, cõprimant aĩos suos seducãt arrogantiã.

Seductile, pe. cor. quod seduci. i. decipi potest. Augu. lib. ij. con. Calcabat me inimicus inuisibilis, et seducebat me, quia ego seductilis eram.

Seges proprie fruges eorum seminum, ex qbus ꝯficit panis, nõdũ demessa. Vir. li. i. Geor. Hic segetes, illic veniũt felicius vuę. Et qm̃ satio fieri, non potest, nisi adsit terra, q̃ veluti mr̃ semen recipiat atq; fruges ꝯcipiat, ideo terram ipsam ad accipienda semina subactã nõduz satam segetes appellãt. Nã qñ ager satus ẽ noualis dr̃. Vñ Var. ait. Seges dr̃ qđ aratũ, sed necdũ satũ est, à satu. i. semine. Virg. illa seges demum votis rñdet auari Agricolę, bis, q̃ solem bis frigora sentit. Ply. lib. xviij. Segetes, q̃ interqeuere, fundũt rosam odoratiorẽ, satina adeo terra nõ cessat pere.

Segetia dea, quam prisci, colebãt, vt lętas faceret segetes.

Segmenta proprie, segmina. i. sectiones, à secando, quasi secamenta, et ramẽta, c, in g, mutata, vt à fingo, figmentum à stringo, stringmentuz. Quod ex Plynio, intelligi potest, cũ secandoꝝ marmoꝝ rõnem afferens ait lib. xxxvi. Crassior arena laxioribus segmentis terit, et plus erodit marmoris. Gelli. Vnguium dialis, et capilli segmina, subter arborem foelicem terram operiunt. Hiero. Segmenta eboris, in medelas varias assumuntur. Segmenta etiam incisurę, & virgulę sectę ex gemmis, et vnionibus. Vnde partes, et, vt ita dicam, membra mundi, in q̃ vniuersa terra digeritur, quę nostri circulos, gręci paralellos appellant, et climata segmenta dñr. Ply. lib. vi. Plura autem sunt segmenta mundi, principiũ habet. Indię pars versa ad haustrum, patetq̃; vsq; ad Arabiam, et rubri maris accolas. Idem. Quod superest terrarum tribus assignatur segmentis. Et quoniam ornamentuz colli, quod monilę vocatur, ex segmentis fieri consueuerit, idest ex bracteolis argenteis aureisue segmentum etiam appellatur. Vale. maxi. Datum est mulieribus vt segmenta aurea gestarent. Iuue. Segmenta, et longos habitus, et flammea sumit. Sunt tamen, qui ibi segmenta interpretentur fasciolas, quę in ordine vestis extrema parte assutę, iunctęq̃; ornamento sint indumentis muliebribus, vel quibus noua nupta amicitur, vt ait Probus. Alij accipiunt ꝑ margaritis, et muręnulis, hoc est torquibus.

Segmentatę vestes dicuntur purpureę segmentis. i. bracteolis, lanceolis, meandris, et orbiculis varieganter, intexte. Ouid. lib. iij. de arte. Quid de veste loquar non iam segmenta requiro. Nec quę de tyrio murice lana rubet Quicquid etiam et tenuissimis segmentis vermiculatim cõpositum est etiam si segmenta lignea sunt, segmentatum dicitur. Iuuena. Et segmentatis dormisset paruula cunis, idest vermiculato emblemate pictis, vel presegminibus. i. tenuissimis ligneis ramentis, ac versicoloribus depictis, q̃uis etiam intelligi possit segmento tectis, hoc in pauimentis Tessellatum dicitur, de quo alibi. Ornamentum quoq; equoꝝ, à collo ĩ pectus ꝓpẽdens Segmẽtũ dici põt.

Segmen, idem, quod segmentum, idest sectiones, à quo fiunt presegmen, et resegmen.

Segmentarij, qui vestes, ex auro laborant.

Segnis, q̃si seorsum, à recto nitens g interposita cã euphonię. Et forte magis ad differentiam. senis componitur igitur segnis, à se et nitor. Vel dicitur segnis, quasi sine igne. Vnde segnis homo. i. tardus, et ignarus, sicut econtrario ardens, pro festinante, et acuto ingenio. Virgil. li. iij. Haud segnis strato surgit Palinurus, et omnes ex

plorat ventos. Interdum ponitur pro infęcundo et inutili. Idē li.i.Ge. Segnisq; horreret ī aruis Carduus. Hinc segnities siue segnitia tarditas negligentia ad agendum, ꝗ vt Festus inquit, sit sine nitendo quid vtile, et honestum. Socordia vero negligentia in consulendo meditando, ꝓspiciendo quid opus sit facto. Teren. in An. Enim vero Daue nihil loci est segnitię, neque socordię. Quandoque segnities dicitur infęcunditas. Ply. Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum segnities. Legitur et segnitas pro segnitia. Cice. li. de orato. Et quando de prudentia diximus, castigemus etiam segnitatem.

Segobriga oppidū Celtiberię, vbi Sertorius, et Metellus pręlium commisere.

Segrego, as, penul. cor. ex se, et grego. Vnde et congrego, quę sunt contraria. Est enim segregare, ab aliorum numero, vel societate, vel grege separare. Teren. in Ecy. Nam si ita est, vt hęc nunc Pamphilum vere à se segregarit.

Segor, fuit quinta ciuitas post sodomā et seboim, quę ad preces loth parua seruata est.

Seir mons in terra Edom, in quo habitauit Esau in regione Gabalena, quę ex eo, ꝗ Esau pilosus esset, et hispidus, seir, idest pilosi nomen accepit.

Seiugi, et seiuges p.c. dicūtur eq̄ seni ad vnū currū adhibiti. Apule. in Floridis. Vir. cui omnes prouincię quadriiuges. et se iuges currus vbique gentium ponere gratulantur.

Seiungo, seorsum iungo, et per se pono, siue separo. Cicer. Lentulo. Tibi autem multo notior, atq; illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni, quo se iuncti fuimus et vna, et Romę fuissemus.

Selenetes lapis in Perside cuius interior candor, vt scribit Augu. lib. xxi. de ciui. dei. Cum luna crescit, et deficit.

Selibra dimidia libra.

Seligo, is, pe. cor. seorsum colligo, secerno. Cic. de opti. genere dicendi. Quę exempla selegissem, nisi, vel nota esse arbitrarer, vel posse eligere, qui quęrent.

Selectio, à, seligo, is, idem quod electio. Cice. li. de fi. pyrrho et aristo selectione spoliabant, idest non ponebant aliquam differentiam in rebus appetendis, aut fugiendis.

Seliquastra genus sedilium est antiqui generis, d, litera in l, conuersa, sicut, et in sella et solium factum est, q̄ omnia à sedendo dicta sunt. Niginus Cassiopea sedens in selliquastro collocata est. At Siliquastrum herba hortensis, q̄ alio nomine Piperitis nominatur, ut meminit Plynius.

Sella, quasi sedda, à sedendo. Et erat apud Romanos magistratuum ędilis et ꝓtoris sedes, qua per vrbem ius dicētes comportabantur. Gręci autem, θρόνον sellam dicunt.

Sellaria dicta sunt loca, in quibus sedes disponi solebant. Ply. lib. xxxiiij. Atq; ex omnibus quę retuli, clarissima q̄q; in vrbe iam sunt dicata à Vespasiano principe in templo pacis, alijsq; eius operibus violentia. Neronis in vrbē ꝯuecta, et in sellarijs domus aureę disposita. Sue. in Ty. Secessu vero caprensi etiam sellariam excogitauit sedem arcanarum libidinum. Huius dimi. est Sellariola. Mar. In sellariolis vagus popinis.

Sellularij opifices, qui sedēdo opus faciunt, quos. Li. li. viij. scribit militię minie aptos. Sic sedētariū opus, de q̄ supra.

Seleucus, fuit vnus ex principibus Alexandri, q primus, post Alexandri mortem, regnauit in Syria annos. xl. Fuerunt et alij Seleuci.

Seleucia prima Syrię ciuitas, vt inquit Stra. iuxta quā Orbtes affluit amnis, hanc alij, à Nicanore, alij à Nicatore conditam ferunt. Stra. Seleuciam inquit, ad Tygrim amnem, iuxta babylonem tercentis ferè stadijs Seleucus Nicator exedificauit. Ptole. Tres seleucias facit. Pieriam ad Euphratem, ad bellum, scribit Plyni. lib. vi. seleuciam plerunque Mesopotamiam dictam fuisse conditamq; in cōfluente euphratis fossa perducta, hęc prius Alexandria ab Alexandro condita vocabatur, sed mox à barbaris excisa, huius circuitus in stadia. lxxv. diffunditur Margus fluuius eam interluit.

Selinus, p. ꝓ. nomē fluuij, à q̄ ēt oppido nomē datū ē. Silli. Necnon qui putant hipsamq;, alabynq; sonoros, Selinus.

Selinon, latine Apiū, à quo Petroselinon. Selinis vrbs à selino ꝗ ibi plurimum nascatur.

Semantini populi orientaliū extremi, ac penè incogniti.

Semel aduerbium, quasi vnà, non diuisim, vel vno, vt ita dicam, tempore. Nam quod semel fit, nullā recipit diuisionem. Aliquādo accipitur, pro vno loco, pro omnibus, siue summatim, aut in summa. Quin. deniq; vt semel finiā, sic ferè componendum, cum pronunciabis, erit. idem. Et vt semel omnia complectar. Vñ et ꝓ immutabiliter, et irreuocabiliter poni consueuit, quia quod semel tantum fit, non habet regressum. vt rursus fiat. Hiero. in ps. Semel locutus est deus, duo hęc audiui. Aliquando significat cito. Virg. Qui ne quid tale videret, procubuit moriens, et humum semel ore momordit. Oui. Nulla reparabilis arte Lęsa pudicitia est deperit illa semel.

Semele penul. corep. Cadmi filia, de qua Proper. Narrabis semele, quę sit formosa.

Semen, quasi serimen à sero, is, quod etiam de virgultis, et surculis dicitur, Vnde arbores serunt, ē quę ex seminario transferuntur. Virgi. Seminibus positis superest deducere terram Sępius. Colu. li. iij. Si compluribus vindemijs eūdem tenorem seruarint, ex huiusmodi vitibus lecta semina multum, bonumq; vinum prębebunt. Est et semē frumenti genus, quod eam appellant simile farri. Ex ea alica fit pręclara res.

Seminium idem, quod semen vel herba, vel quid producibile. Colu. lib. ij. Nonnunq̄ superfusa terra latentibus seminijs. Quādoq; accipitur, pro seminis lucro. Plau. in Ru. Venundatur merces, non hoc suo seminio.

Seminarium est locus, ex quo tranferuntur plantę in aliam terram. Nam semen effoditur in seminario, et plantulę illic enatę transferuntur, vt in agrum bene subactum in ordinem digerantur. Colu. li. iij. Qui vineam, uel arbustum constituere uolet, seminaria prius facere debet. Sic enim sciet, cuius generis uitem positurus sit. idem lib. vi. Operam dabit, ne mortuis arboribus rarescat, ac primam quamq; senio ac tempestate afflictam summoueat, et inuicem nouellam sobolem substituat. Id autem facile consequi poterit, si vlmorum seminarium paratum habuerit. Aliquando seminarium dicitur arbor, de qua aliquid sumitur, vt plantetur. Idem. Satorius officium est, deseminario transferre plantam.

Seminarius, a, um, qđ ad seminandū ꝑtinet. Am. Inest nascentibus singulis, aut semē, aut virtus aliqua seminaria.

Sementis. fę. ge. significat ipsam sationē, seu seminationē. Ply. lib. xviij. Sunt, qui properent, atq; ita pronuncient fēstinatā sementē sępe decipe serotinā sp. Col. li. xij. Quibus magnus semētis pręparat. Liui. Vt Cāpani semētem facere possent. Accipit nonnunq̄ ꝓ semine. Hiero. in Gen. Et habens vnum quodq; sementem iuxta genus suum. Ouid. lib. i. Fasto. Villice da requiem terrę semente peracta. Nonnunq̄ pro seminandi tempore. Colu. li. ij. Prima sementis rarius serere permittit, nouissima spissius postulat, idest primum tempus sationis. Idem seminari debet, post equinoctium media ferè sementi lęto solo.

Sementinus, a, um, vt dis. v. Et sunt verba Grego. Ab omnibus quoq;, quę sementinam trahunt originem carnis ieiunemus, à lacte videlicet caseo, et ouis.

Semēticus, a, ū, p.c. qđ seminari pōt. Ply. li. xviij. Sementica aūt triticum hordeū frumenta multis radicātur fibris.

Semento, as, semen produco. Idem in Eodē. Est in primis inutile enasci herbas sementaturas.

Sementinę ferię, à semente, quę ideo institutę sunt, ut sementem maiorem facere possent.

Semino, as, notę significationis. Colum. Seminari debet hordeum, post ęquinoctium. Per translationem significat spargo diuulgo. Lactan. lib. iiij. Et cultum dei per totam terram seminaret. Huius composita sunt Dissemino quod

est vare,

eſt uarie, uel diuerſis locis ſemino. Hieronymus in Gene. Tres iſti ſunt filij Noe, et ab his diſſeminatum eſt omne hominum genus ſuper vniuerſam terram. Insemino intus ſemino. Gel. Talemq́;, et morbos ſenſim, atque in diē longam viſceribus inſeminare. Superſemino. Augu. Venit diabolus, et ſuperſeminauit eos, quos malos filios dominus interpretatur.

Semis ſignificat dimidium, vt ſemideus, ſemiuiuus. Aliquādo accipitur, pro media libra. Verum quandoq; indeclinabile eſt, vt duos, et ſemis cubitos habet. Quandoq; ſemiſſis genitiuum facit. Hie. in Exo. Duos cubitos, et dimidiū tenebit longitudo eius, et cubitum, ac ſemiſſem latitudo.

Semiſſis genus menſurę, ideſt cubiti pars, et monetę. Semiſſis homo, dr̄ homo vilis, ē quaſi ſemihomo. i. modicus puſillusq́;, non iuſta hoīs magnitudine, ſed dimidiata, ſicut ſemiſſem, ſemiaſſem dicimus. Vati. Ciceroni. Simus vero ſemiſſis homo contra me arma tulit. Semiſſis vſura dicit̄ quoties de centum nummis ſenos nummos vſurę nomine percipitur, ob id Ciuilis, et modica, à Plyni. dictę ſunt, tanto mitioribus quę trientes et quadrantes appellantur Capitol. in Alexan. Trientarium fęnus ait eum vt ęquiſſimum, et leuiſſimum exercuiſſe ad vſum reipubli.

Semianimis, quaſi exanimatus. Semicirculus medius circulus. Semiplenus, non perfecte plenus.

Semimetrum, penul. corep. media menſura.

Semiplagium, paruum rete.

Semeſum, pe. cor. ſemicomeſtum. Eadem. n. forma dicitur, q̄ Ambeſum, et comeſum. Sue. in Tybe. Solennibus ipse cęnis pridiana ſępe, ac ſemeſa obſonia appoſuit.

Semiplotia ſoleę quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent.

Semeſtris luna dicitur, cum menſis medium permenſa eſt ſpacium. Semeſtris rex, quę eſt ſex menſium. Semeſtre aurum, ſex menſium annona pecuniaria.

Semimares, pe. cor. ſemiuiri non perfecte viri. Idem ſignificat ſemiuir, pro eunucho.

Semicinctium ſuccinctorium, ꝙ medium hominē cingat ideſt veſtiat. Eſt enim genus veſtis breuiſſime, quo venter Et velanda teguntur. Hie. contra Rufi. Hoc ſolum requiro ab eximia ſanctitate, et cenſura tua cuius tanta eſt puritas, vt ad ſudaria ſemicictia tua dęmones rugiant, cuius exemplum in ſcribendo ſequaris.

Semiferus, penul. corep. non prorſus ferus, vt ceruus.

Semuncia dimidia vncia. Perſi. Sed nullo thure litabis Hęreat in ſtultis breuis, vt ſemuntia recti.

Seminſtus, dimidia parte vſtus. Seminudus, dimidia parte nudatus. Semirutus, pe. cor. ex parte dirutus. Semipes, dimidius pes. Semiuiuus idem, quod ſemimortuus, et quādoq; debilis dicitur, et vigoris exigui.

Semiſpathium breuior enſis.

Semitogius breuis, ē quaſi dimidia toga, à q̄ Semitogatus.

Seminocales quaſi dimidiarum vocalium ſonus habentes.

Semita. p. c. q̄ſi ſemiter, uia arcta, dimidia uia. Eſt. n. minor, quam via. Vnde ſemito, tas, de quo in dictione Limito.

Semiquinario diuiſio eſt, cum in ſcandendo quinq; pedes, per dimidium diuidunt, ita, vt poſt duos pedes vltima dictionis ſupſit, vt Arma, virūq; cano. Sēiſeptenario diuiſio, cū id fit ī ſeptē pedibus, vt Arma virūq; cano Troię.

Semodius, quaſi ſemiſmodius. Iuue. Et tamē vno Semodio ſcobis hęc emendat ſeruulus vnus.

Semiramis, is, vel idis, Vnde accuſatiuum ſemiramim vel ſemiramidem, facit fuit nomen Aſſyriorum reginę. Nini regis vxoris quę mortuo viro, res pręclaras geſſit. Verum eadem impudica, et mollis fuiſſe traditur, vtpote, quę filij concubitum expetierit, et equum vsq; ad coitum adamaſſe dicatur. De hac Plutarc. in apophthegmatis ſcribit. Semiramis, quod ſibi ſepulchrum conſtruxerat, inſcripſit literis. Quicunque rex pecunijs indiguerit, patefacto monumento, quot voluerit accipito. Itaque Darius ſublato lapide pecuniarum nihil inuenit, ſed alias reperit literas, quę hęc dicerent. Ni malus uir eſſes, ac nummis inſatiabilis, cadauerum loculos non moueres. Semiramis lingua syria auem ſignificat. Namque ab auibus adhuc infans nutrita dicitur, ſcribit Val. Max. Dum die quadam, circa cultum corporis occupata eſſet, et nunciaretur illi. Babylonem defeciſſe ſoluta adhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnandam cucurrit, nec prius decorem capillorum redegit in ordinem, quàm tātam vrbem in ſuam poteſtatem reſtituerit. Huius penul. cor. ē. Iuue. Quod neque in aſſyrio pharetra Semiramis orbe exercitum ſcribit Suidas ipſius. πεζῶ μὲν μυριάδας τ' ἱππικοῦ δὲ ἑκατὸν, δρεπανηφόρων δὲ ἁρμάτων μ υριάδας ἀνδρῶν δὲ ἐπὶ καμήλων μαχομένων τὸ ἴσον πλῆθος ἄλλων δὲ καμήλων μυριάδας εἴκοσι βύρσας δὲ βοῶν ὠμοδεψιτῶν εἰς λ μυριάδας ναῦς ναυπηγεῖσθαι τρισχιλίας. et multa alia, quę proſequit̄, admiranda.

Semoueo, es, pe. cor. ſeorſum moueo. Augu. libro. v. con. Statimq́; cognitum manu apprehenſa ſemouit à turbis, ē tanti mali cauſam quęrens, quod ge ſtum eſſet audiuit.

Sempiternus, quaſi ſemper ęternum. Speu. Philoſophus ſic habet. Sempiternum eſt, ꝙ per omne tempus, et prius extitit, et nunc eſt, et nunc eſt nulli corruptioni obnoxium, de hoc etiam vide in dictione perpetuum.

Semperuiuum, herba, quę gręce Aizon dicitur ἀεὶ ſemper ζάω viuo, herba hęc folio carnoſo, leni, atque oblongo. Duo eius genera ſunt. Maius in fictilibus vaſculis ſerit̄, quod aliq buphthalmon, à ſimilitudine, hoc ē bouis oculum vocant βοῦς enim bos. ὀφθαλμὸς oculus. Alij ζωοφθαλμὸν, hoc eſt animalis oculum ζῶον enim eſt animal, καὶ ὄπτω δὲ τὸ ὁράζω ἔνθεν ὀφθαλμὸς. Alij hypogeſon, quoniaꝫ ferè in ſubgrundijs naſcitur. Alterum genus eſt minuſculum, quod Erithelles vocatur, quaſi amor floreſcens θάλλω enim floreſco ſignificat. Aliud Trithelles, ꝙ ter floreat. Aliud Chryſotelles, ꝙ ter florem producat. Latini primum genus, à ſemper ſedendo ſedum, cum cubiti altitudinem non excedat, craſſitudine, plusquam pollicari Secundum vero oculum vocant, aut dignitatem pleriq; ſemperuiuū. Quod minus ē in muris parietiniſq́; naſcitur, et tegulis.

Sena, inſula britanico mari aduerſa litoribus Gallię author Pomponi. lib. iij. Eſt et nomen ciuitatis inclytę in Thuſcia, quam Brenus Gallorum dux, pro ſenibus, valitudinarijsq́;, et armētis extruxit anno ante Chriſti aduentū ccclxij.

Sena gallica ciuitas quę vulgo dicitur ſenigallia.

Sennaar campus Babylonis, in quo turris extructa eſt. Inde egreſſus Aſſur ędificauit Niniuen.

Senex dictus videtur, quaſi ſeminex. ꝙ acta maiore ſuę ętatis parte, iam morti propinquior ſit. Et eſt generis communis, ſecundum Priſcia. Var. de lin. la. Et tua amica ſenex Huius genitiuus eſt ſenis, vel ſenicis, ſecundum analogiā. Plau. ī Cis. Vos negocioli ſenicis ſoletis eſſe. Comparatiuus eſt ſenior, quod valde ſenem ſignificat. Ouidi. li. xij. Meta. Tum ſenior, quamuis obſtet mihi longa vetuſtas. Quin. de Iſocrate. Eo namq́; ſeniore, octauum enim, et nonageſimum compleuit annum. pręcipere, Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cępit. Capitur quandoque etiam ſenior pro magis ſene. Seneca epiſtola lxxv. Quemadmodum ex duobus ſapientibus, qui ſenior deceſſit non eſt beatior eo, cuius inter pauciores annos terminata eſt virtus. Et eſt ſenior generis communis. Amb. Et ideo cum angelus abſcōdita nunciaret vt fide aſtruaretur, exemplo ſenioris fęminę, ſteriliſq́; conceptum virginis marię nunciauit. Senes vocantur, q̄tum ad priuatam ipſorum vitam, ꝙ uſq; ad ſenilem ętatem vixerunt. Veteres quantum ad publicum tempus, ꝙ alia ętate vixerunt, etiam ſi ad ſenium non peruenerunt. Vtriq; antiqui dicuntur, ſed magis veteres. quam ſenes.

Senectus, ſenecta, ſenium, ſenitudo, et ſenitas in eodem ſenſu accipiuntur, pro ſenum ętate. Sed non dicitur ſenecta ętas, niſi dicamus ętas ſenecta. Eſt autem ſenectus ſexta

hominum ętas, dicta à senario numero. Vnde Speusi. sic diffinit senectus ē decrementū vitę tpe factū vel à sentiē do, ꝗ in ea sensu deficiat siue à senesco scis, senui, senectū. Vnde senectus, cta, ctū, nomen verbale. Salu. lib. iiij. Histo. Oēs, qbus senecto corpore, aīus militaris erat, ętas qdem incipit, ab infantia vsq; ad septimū annū, quę dr̄ à non fando, qa homo in ea non fatur, vel si fat impfectus est sermo. Scda puentia cuius pars ē pubertas, vsq; ad. xiiij. Tertia adolescētia. Quarta iuuēta. Quīta virilis ętas. Sexta senectus, cuius pars est decrepitas. Senectus ēt dr̄ coriū vetus, quo serpentes exuuntur. Vide in dictione Vernatio.

Senium, idest, quod senectus. Dicimus ēt hic homo ꝯfectus est senio. Quandoq; ēt dr̄ tędium, tristicia et molestia, ꝗ senes oībus odio sunt. Turpil. Quia odio, ac senio mihi nuptię sunt. Nęuius seniū sonticū appellat, quasi nocēs, quia senectus naturalis morbus est, vt inquit Aristoteles.

Seneo, nes, senui, senectū, à quo senesco senex fio. Vn̄ et Cōsenesco, quod Var. posuit, pro putrefio, cum ait. Ob quàm rem, oua, aut inequaliter maturescunt, aut ꝯsenescunt.

Senecio dimi. est, à senex. quo noīe etiā dicta est herba, ꝗ vere canescat, quę alio noīe herigeron vocat, in tegulis, ē in muris nascens, specie, et mollicia trissaginis cauliculis subrubicundis feniculus etiam diminutiuum est à senex.

Senio in talis sex puncta ꝯtinet. Nam à senario numero dici videtur. Vnde et eius iactus perutilis erat. Interdum etiam damnosus, sicut et canis. Nam, qui iecerat canem, aut senionem, ille denarios singulos ꝯferebat in mediū, vt est apud Suet. in Aug. De senione, et cane. Mar. Senio nec nostrū, cum cane quassat ebur. Persi. Iure, etenim id summū, quod dexter senio ferret. Scire erat in voto. Existimat eruditi senionem significare quaternarium ꝗ. s. q iecerat duos seniones, ille quatuor numos lucrabatur.

Senatus, us, ꝗ̄ senati, à senectute, vel à sinendo, quia magistratibus nō plus licebat, q̄ senatus permitteret. Et sigt, tā locum, in quem senatores cōueniunt, q̄ ipsos senatores.

Senatusconsultum. i. senatus snīa, quod fiebat, aut per rogationem, cū rogabatur vnusqsq; sententiam quàm verbis efferebat, aut p discessionē, qn̄ pleriq; idem sentientes, in vnam partem pedibus ibant, sicut testatur. Gel. lib. i. Flauius Vopiscus de Aureliano. Deinde alijs manum porrigentibus, alijs pedibus in snīam euntibus, plerisq; verbo consentientibus conditum est senatusconsultum.

Senaculum, vbi senatores consultandi gratia consistebant. Vale. scribit senatum apud senaculum habitare consueuisse, vt cum à curia vocaretur, pręsto adesset.

Senaculum etiam paruum senatum esse putamus à foeminis apud Romanos ꝯstitutū, fuerunt aūt tria senacula romę. Vnū vbi nunc est ędes ꝯcordię inter capitoliū, et forꝝ in quo sedebāt magistratus de rep. cū senioribus deliberātes. Alterꝝ ad portā Capenā. Tertium circūm ędes bellonę. Author Nicostratus lib de senatu habendo.

Senatores inquit Plutar. in probl. alios patres vocāt, alios patres ꝯscriptos, quia primi à Romulo, alij additi, et conscripti, vel quia qui sententiam dicunt conscripti sunt, qui non solum patres vocati. Vlp. dicit senatores, q à patricijs, et ꝯsularibus, vsq; ad omnes illustres viros descendunt, quia hi soli in senatu dicere snīam possunt appellatiq; sunt ab ętate pronecta, ꝗ tales in principio in senatū electi fuere. Sed et à sinendo dici possunt senatores, quoniam ipsi agendi facultatem dabant.

Senatorius, ria, rium, quod est senatoris, vt senatoria dignitas. Aug. lib. ij. de ci. dei. Romani hoībus scęnicis, nec plebeiam tribum, q̄to minus senatoriam dehonestari sinunt.

Senarius, ria, rium, quod constat, ex sex rebus, vt senarius numerus. Hinc.

Senarioli dicti sunt versus, à sex pedibus. Cice. lib. v. Thusc. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabāt in summo sepulchro sphęram esse positam, cum cylindro.

Sentio, tis, si, sum, sensu percipio, quod ad corpus tantum pertinet. Vnde quinq; corporis sensus appellati sunt, visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus. Interdum sentire ponitur, pro intelligere. Cice. Nam et ipse animus sentit nescio quid in se esse diuinum. Hiero. ad Pauli. Nolo, vt offendaris in scripturis sanctis in simplicitate, et quasi vilitate verboꝝ, quę vel vitio interp̄tum, vel de industria sic prolatę sunt, vt rusticam concionem facilius instruerent, et in vna eademq̄; hora aliter doctus aliter sentiret indoctus. Interdum iudicare. Ply. Iunior. Cupio abs te intelligere, quod sentias. Interdum aduertere. Plau. in Amp. Nec nostrum quisquam sensimus, cum peperit. Huius composita sunt Assentio. Consentio. quod est conuenio. Lac. lib. i. Si congruentes annos diuidas, numerus consentiet. Inde consentaneus, nea, neum, pro conuenienti. Cice. lib. i. offi. Hę igitur disciplinę, sibi, si consentaneę velint esse, de officio nihil queant dicere. Aliquando consentire est acqescere. Vn̄ ꝯsēsus. Absentio. Dissentio. Pręsentio, ante vel prius sētio, hoc est aduerto et ꝓcognosco. Ci. de diui. Quia commodius arbitratus es separatim id quęri, de eoq; disseri. Idem de diuina. quę est eaꝝ reꝝ quę fortuitę putant pręzdictio atq; pręsenio. Hinc pręsentisco. Persentio, perfecte sentio, à quo persentisco. Ter. in Eu. Merito nunc ego facsenseo, quod res dedere, vbi possem p̄ntiscere. Subsentio, aliq̄tum sentio aduerto. Idē in Eu. Et si subsensi id quoq; illos ibi esse id agere inter se clanculum.

Sensus, us, sunt ille vires animę quibus corpoream et quę finita sunt percipimus, hę autem vtuntur instrumento corporeo, vt visus oculo, auditus aure. Dicti sensus à sentio, ꝗ per eos, tāquam per quasdam fenestras animus sentit. Nam sensus sunt, qui sentiunt, sensa, quę sentiuntur. Sunt autē hi sensus exteriores quinq; visus auditus gustus, odoratus, et tactus. Qui quoniam non nisi p instrumentum corporeum sentiunt oportet tales sensus finitos esse sunt et alij quinq; sensus interni, imaginatio, phantasia existimatio. Memoria. Et licet proprie sensus sint corporis, consuetudo tamen iam tenuit, vt mente cōcepta, sensus vocaremus, quę ēt sensa dn̄r. Cice. lib. de ora. Et quod dicendo exprimere sensa possumus. Augu. lib. ij. de ci. dei. Non multo sermone opus esse ad conuincendū quemlibet vanę opinionis errorem his, q recte sentiunt, et sensa verbis sufficientibus explicant. Et libro. xi. Sicut de visibilibus, quę non vidimus, eis credimus, qui viderunt, atq; ita de cęteris, quę ad suum, quemq; sensum corporis pertinent, itaq; de his, q̄ animo, ac mente sentiuntur qa et ipse rectissime dr̄ sensus. Vn̄ et snīa vocabulū accepit, hoc est de inuisibilibus, quę à nostro sensu interiore remota sunt. Accipit ēt qn̄q; sensus, pro intelligentia.

Sēsus, sa, sū, participiū est. Vn̄ dicimus dolor sēsus ē à me.

Sensim aduerbium significat paulatim, quia ea maxime sensum faciunt, quę morantur, quasi cum meditatione ē sensu. Plau. in Cas. Sensim super attolle limen pedes noua nupta. Cice. lib. i. offi. Magis decere censent sapientes. sensim diluere, q̄ repente pręcidere.

Sentētia modo iudiciū dicitur. i. id, à quod animus sentit, quod et credulitas, et opinio vocari solet, vt nemo est in ciuitate, cui non liceat libere sententiam suam dicere. i. pronunciare, quod habet in animo. Sal. At Mar. Portius Cato rogatus sententiam huiusmodi orationem habuit Modo dicitur iudicatū, hoc est, cum ex lege, vt ex ęquo, et bono sententia dicitur, vt iudex in causa mea sententiā dixit idest sanciuit, quod ius vellet. Et vt digestis de arbitris scribit Paul. Dicere sententiam ęstimaturis, q ea mēte id pronunciat, vt ꝑm hoc discedere eos, qui litigant à tota controuersia velit. Modo capitur, pro eo, quod verba sonant. Vnde dicere solemus. Hic etiam obscure loquitur, vt nulla ex verbis eius sententia colligi possit. Quę sic diffiniri solet. Sententia est oratio generalem pronunciationes habens, quę vel hortatur, vel dehortatur, vel demonstrat, vt nil metuant, qui non deliquerunt pęnas, Sententias etiam vocamus lumina orationis pręsertim, quę in clau-

ſulis ſunt breuiter collecta, vt obſequium amicos veritas odium parit. Hinc ſententioſus,a,um. Cicer. Diffinit, sniam h̄ mō, ſententia eſt oratio ſumpta de vita, quę aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita breuiter oſtendit.

Senſiculus dimi. à ſenſu. Quin. Inde minuti, corruptiq; ſenſiculi, et extra rem petiti.

Senſibile dicit̃ de eo, quod ſentit̃, et de eo, quod ſentit. Dicit̃ aũt ſenſibile, quod per oculos, vel aures, vel olfactum, vel guſtum, vel tactũ, quaſi q̃dam noticiam prębeat ſui.

Senſile, pe. cor. ideꝫ quod ſenſibile; hoc eſt, quod ſenſui ſubiectum eſt. Inſenſibile, quod ſentiri non poteſt. Luc. lib. ij. Et ſenſibilibus, nec credas ſenſile gigni.

Senſificus, a, um, quod ſenſus cãm pręſtat. Macr. Spiramẽtuꝫ ſenſificuꝫ ad ſua quęqꝫ loca naturali lege ducentes.

Sẽtina. p. ꝓ. pars nauis inferior, in quã qcqd inſtillat, aq̃rũ, defluit corruptęq; male olent, à ſentio, is, ꝙ eius fętor ſentiatur. Nam odorem fętidum emittit. Iuue. Si iubeat coniunx durum eſt conſcendere nauem. Tunc ſentina grauis, tunc ſummus vertitur aer. Per tranſla. ſentina dicitur omnis locus, q ſceleratoꝝ hominum receptaculũ ſit.

Sentino, as, ſatago, ac ſubtiliter periculum euito, à ſentina nauis quam quiſqꝫ, vt aqua liberet, euacuare contendit, vel cum multas aquas nauis recipit periclitatur. Cecil. Capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis.

Sentinum Vmbrię oppidum, quod nunc ſaxum ferratum appellatur, à quo Sentinates populi dicti ſunt. Vocatum ſentinum ab amne, qui ſentinus dicitur.

Sentis, ſpina, ꝙ à tangẽtibus q̃primum ſentiatur. Hinc.

Senticoſus, a, um, ſpinoſus, et aſper. Lucil. Qua ſenticoſa uerba pertorquet.

Senticetum locus, in quo ſentes ſunt.

Sentus, piloſus, horridus, quaſi ſpinoſus. Terẽ. in Eu. Video ſentem, ſqualidum ęgrum, annis, panniſq; obſitum.

Senones populi Gallię, finitimi Belgis, q olim vrbẽ Romã ĩcenderũt, ẽ Capitoliũ obſederũt, hos Furius Camillus agreſſus adeo cecidit, vt ĩcendioꝝ veſtigia gallici ſanguinis vndatione deleret, ſcribit Verrius iõ ſenonas appellari, qꝛ noui venerunt ex tranſalpina Gallia, quaſi cęnonas litera immutata, καινὸς enim gręce, latine nouus dicitur.

Senogallia ciuitas dicta, à ſenonibus gallis q eam condiderũt de hac Sil. Et glanis, et rubico, et ſenonũ de noĩe ſena.

Seorſum aduerbium, vernacula lingua ſignificat daparte. Hie. lib. i. Reg. Da partem, quam dedi tibi, et pręcepi, vt reponeres ſeorſuꝫ apđ te. Dr̃ et Seorſus, a, um, remotus. Vir. li. ꝯ ẽ, et nõ Panter nõnũq̃ ſępe ſeorſis Obſiſtũt dubijs.

Separo, as, pe. cor. diuido, diſtraho, à ſe, et paro. Hinc diſſeparo, et aduerbium ſeparatim diuiſim. Salu. omnia virtutis pręmio ambitio poſſidet, neqꝫ mirum, vbi vos ſeparatim quiſqꝫ conſilium capitis.

Sepes, is, ẽ ſeps, pis, fę. ge. quę obiectum introitum ꝓhibet.

Seps, mas. gene. paruus ſerpens ex cuius ictu membra percuſſa putreſcunt ab σήπω, quod eſt putrefacio. Nam quicquid momorderit reſoluitur in putredinem. Luca. Oſſaq; diſſoluens, cum corpore tabeficus ſeps. Plyni. lib. xxix. Lacerta, quam ſepa, alij chalcidem vocant Aus. An Libyę ferale malum ſit Romula vox ſeps. Eſt et ſerpens alia hoc nomine à maleficio. Videlicet, quia erodat quos momordent. Suidas tamen σὴς σητὸς τὸ σκώληξ λέγει.

Sepio, is, iui, itum, vel ſepſi, ſeptum, ſignificat teneo impedio, dictum à ſepibus, q̃ obiecte intercludunt iter Hie. in Eſaia. Sepiuit eam, et lapides elegit ex ea. Huius compoſita ſunt Conſepio, circunſepio, interſepio, pręſepio, quod eſt ſepem antefacio.

Septa, generali vocabulo, dñr omnia loca munita ẽ quodam ſepimento vallata. Inde ſtabula ouilia, bubilia, caprilia, et id genus reliqua, ſepta nuncupantur. Vnde ẽ ſepta aliquando pro ouilibus ponuntur. Vir. Quamuis multa meis exiret victima ſeptis. Econuerſo. Luca. Et miſerę maculauit ouilia Romę. Inde in martio campo loca incluſa tabulatis in quibus ſtans populus Romanus ſuffragia ferre ꝯſueuerat, ſepta dici meruerunt ad ſimilitudinẽ ouilium. De quibus Mar. In ſeptis Mamura multumq;, diu vagatus. Var. ꝺ re. ru. appellat ſepta omnia, quę hñt ĩcluſa aĩalia q̃ paſcũtur. Idem in quit. intra ſepta villę habeas aquam. Apud eundeꝫ inſcriptio eſt de fundo, et ſeptis, ſepio, munio. Inde ſeptus locus, ſepta villa ſeptũ tectũ. Iuriſconſulti accipiunt ſepta pro ouilibus, et clauſtris, q̇bus vtimur, ad impetus fluuiorum coërcendos.

Sepimentum id dicitur, quo aliquid ſepitur. Var. Primum naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet virgultis, aut ſpinis, quod habet radices viuę ſepis.

Sepia genus piſcis, q emiſſo cruore atro, occultat iter. Perſi. Nigra ꝙ infuſa vaneſcat ſepia lympha. Eſt et ſepia ſcopulus iuxta Athenienſium litus, vt inquit Hero. Sui. σηπία ὁ ἰχθύς ἀριστοφάνης κάθησο τοίνυν σηπείας μασσώμενος οἷον εἰ τρυφῶν διὰ τὴν ἐξουσίαν.

Sepius ciuitas, quę nunc Sipontum dicitur, à ſepiarum multitudine fluctibus eiectarum.

Sepum, qꝺ ẽ ſeuum dr̃ fit ex aĩalibus vna parte dentatis, et cornigeris. Hinc ſepatius, a, um, quod ex ſepo eſt, vt candelę ſepatię. Apule. Tota domus completur tędis, lucernis cęreis, ſepacijs, et cęteris nocturni luminis inſtrumentis. Sunt qui legant Sebum, et ſebo, as.

Sepelio, is, pe. cor. iui, itum, ẽ ſepultum. Oui. in Hero. Et ſepeli lachrymis perfuſa fidelibus oſſa. Quod verbum, à ſepio quidam deducunt, quia cadauer terra, vel alio materię genere circunſepitur.

Sepultus dr̃ quocũqꝫ ꝯditus ſit, humatus vero nõ niſi humo ꝯtectus. Aliqñ ſepultus ſumit̃, ꝓ eo, q mortuo ſimilis, q̃ſi ſine ſẽſu iacet. Vir. Inuadũt vrbẽ ſõno, vioqꝫ ſepultã.

Sepulchrum locus, in quo corpus, oſſaq; hoĩs ſepulta ſunt, q̃ſi ſeorſum à pulchro, vt inq̇t Ser. Propter recordationẽ doloris. Vel dr̃ à semis, qꝛ pulchrum ſuperficie intus oſſibus plenũ eſt. Vel ſm Do. ꝙ ſine re pulchra ſit. Aut ꝙ ibi ſine pulſu ſint. i. mortui. Aut à ſeparãdo, ꝙ illic aĩę, à viuis ſeparentur. Sed melius eſt, vt ſepulchrum, dicatur à ſepeliendo, ſicut ſimulãchrum à ſimulando, et lauãchruꝫ à lauando, tamen cum h, ſcribendum cenſeo. Sepulchri autem appellatione, omnis ſepulturę locus continetur.

Sepulchrale, qꝺ ad ſepulchrum ꝑtinet, vt cerimonię ſepulchrales, quę pertinent ad funerationem impenſam, ſtructuramq; ſepulchrorum. Titulus eſt apud iuriſconſultos de relegioſis, et ſumptibus funerum. Cice. Refert leges, q̇bus pręcipitur ſepulchroꝝ magnificentiã eẽ minuendã.

Sepultura quandoqꝫ ſepulchrum dicitur, quandoqꝫ ſepeliẽdi actus. Ply. Poſt ſepulturaꝫ alię maniũ ambages ſunt.

Seplaſia, fuit forum Capuę in quo vnguentarij negociabãtur, qualis Romę vicus vnguentarius, vt modo apud nos ſpãrius cuius delicijs fractam fuiſſe punicam ferociam teſtat̃. Vale. max. li. ix. Ci. contra Rul. Iam vero, qui metus erat tunicatorum illorum in Albana, et Seplaſia. Hinc ſeplaſiarius, ꝓ vnguentario, et effęminato. Lampri. in Heliogaballo. Pinxit ſe, vt Cupedinarium, vt ſeplaſiarium aut popinarium, ꝑꝑ vnguenta, quę ſeplaſie conficiebantur.

Sepono, is. p. ꝓ. diuido, et miſſuꝫ facio, qꝺ dicimus meter̃ da canto. Quin. li. xij. In ꝯſilijs vero, q̃ rõ ſuadẽdi, ẽ ab honeſti q̃ſtione ſepoſita. i. diuiſa. Liui. li. i. pecuniã in ędificationem eius templi ſepoſuit. Lac. lib. ij. Seponat̃ iterim nobis hic locus, de ira dei differẽdi. Hie. Sepoſitis occupationibus, quibus arctabar, huic vnam lucubrationem dedi.

Septentriones, ſunt, ſepteꝫ ſtellę, ex quibus, quaſi iuncti triones figurantur, ſcribit Var. Triones ruſticorum vocabulo bones vocari, quaſi terriones, hoc eſt arandę terrę, ac colẽdę idonei, uel ideo magis hę ſeptem ſtellę triones appellatę ſunt, quoniam ita ſitę ſunt, vt ternę quęqꝫ ſtellę ꝓxime inter ſe trigona, ideſt triquetram figuram ꝯſtituãt quam recentiores uocant triangulum. Ex ſeptem ẽquidẽ ſtellis duę pariles uno in loco uidentur, quę pro bobus accipiuntur, reliquę quinque plauſtri figuram deſignãt. Itaque et proximum huius ſydus bubulcus, ideſt bootes

appellatur, q̄ more bubulci currum ſeqtur. Hoc ſydus à figura, q̄a ſimile plauſtro vĩ, antiq̄ gręcoꝝ ἄμαξαν .i. plauſtrũ dixerunt, nr̃i à bubus iunctis ſeptentrionales appellarũt. Ab his ẽt ventus ſpirat q̄ hauſtro obiectus eſt, et latine ſeptẽtrio, et ſeptẽtrionalis ventus, et ſeptentrionarius. Gręce vero, ꝙ ab arcto flet Aparctias appellatur.

Septentrionarius, ria, rium, quod eſt, à ſeptentrione vt ventus ſeptentrionarius, qui flat, à, ſeptentrione.

Septicollis dicta eſt vrbs Roma, ꝙ ſeptem colles habeat. Palatinum. Quirinalem. Auentinum. Cęlium. Viminalem. Exquilinum, et Ianicularem.

Septunx nomen dictum, à ſeptem, et vncia.

Septendecim, apud Apul. Septendecim denarium.

Sepedes, pe, cor. dicuntur formicę, à, numero pedum formicis enim ſeni pedes ſunt.

Septicus, ca, cum, vt vis ſeptica, i. corroſiua. Nã gręci omnia medicamenta quę habent vim erodendi ſeptas vocant.

Sequana, pe. cor. fluuius Belgaꝝ in Gallia, iuxta quẽ habitãtes ſequãnici dicti ſunt, et Sequani. Hodie Burgundię ducatũ incolentes. Heluetijs. Heduis, ac Lingonibus finitimi. Luc. lib. i. Optima gens flexis in gyrum ſequana frenis. Mar. Hanc tibi ſequanicę pinguem textricis alumnam.

Sequeſter, ſtris, ſtre, Et hic, et hęc ſequeſtris, et hoc ſeq̄ſtre. Et ſequeſter, ſtra, ſtrum, Et pace ſequeſtra inquit. Virgil. Plau. Haud fugio ſequeſtrum. Eſt aũt ſequeſter, apud quẽ plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. Dictus, vt docet. Gel. ꝙ eius, qui Electus ſit, vtraq; pars fidem ſequatur. Eſt. n. medius, inter duos altercantes, apud quem aliquid deponit. Quapropter Virgi. paceꝫ ſequeſtrã inducias appellauit, ꝙ media ſit, inter bellũ ꝑteritũ, et futuꝝ. Vñ Aſc. Seq̄ſtres ſunt, apđ quos pecunia deponit. Ci. in Ver. Aut ſeq̄ſtros aut interꝑtes corrumpendi iudicij. Sequeſtro, ſtras, apud ſequeſtruꝫ depono. Vñ ſequeſtrata res dr̃. Interdum ſequeſtrare eſt ſeparare. Hier. Quia petitis, vt vobis diuerſos pſalmos per ordinem ſequeſtrem.

Sequeſtro aduerbium. Cato. Per deum immortalem nolite vos ſequeſtro ponere.

Sequeſtraria actio dicitur de eo quod ſequeſtro deponitur.

Sequor, eris, ſecutus, à ſeco fit, et eſt verbum commune, ſm Priſc. Vnde et in euang. Legimus ſig̃atione paſſiua. Et pſequimini de ciuitate, in ciuitatem. Huius compoſita ſunt. Aſſequor, conſequor, exequor, inſequor, obſequor, pſequor, proſequor, ſubſequor. Pediſſequus, et odoriſequus, quę oĩa habent pe. cor. Eſt auteꝫ ſequi vltra notã ſignificationem futurum eſſe. Ci. ad Cęlium. Ea quę ſeqtur in magno terrore eſt. i. ęſtas ſic capit in illo verſu. Quod ſeqtur ſpecta quodq; iminet anteuideto. i. quod futuꝝ ẽ. Aliq̃n ire. Virg. Italiã non ſponte ſequor. Aliq̃n imitari vt ſequor Ciceronem. Quandoq; ſig̃t tempus. Plyn. in grammatice ſecuti Ciceronem. i. qui fuerunt poſt Ciceronem.

Sequela, pe. pro. ipſe ſequendi actus.

Sequax, quod aliquid ſequitur. Sene. Cęteriq̃; Ariſtippi ſequaces. Leo papa Sed tu iudaicę cęcitatis ſequacior non imitaris fidem gentium. Aliq̃n ſig̃t id, quod ſe ſpargendo dilatat. Pers. Quorũ imagines lambunt Hederę ſeq̄ces. Sequacem vero materiam appellat Plyn. inherentem.

Sequius in deteriorẽ partẽ. Apule. lib. xi. figurã tuã repente mutataꝫ ſeq̄us interpretatus aliq̄s maligne criminabit.

Sequutores erant quidam peculiari nomine inter gladiatores à ſequendo dicti qui in gladiatoria pugna ſequebantur retiarios et nacti oportunitatem proſternebant. Iuuena. cum graccho iuſſus pugnare ſequutor.

Sera, per ſimplex r, inſtrumentũ eſt quo clauduntur oſtia. Ab aſſerere, quod ſignificat admouere, ꝙ foribus admotę ferę opponuntur, defixę poſtibus, habetq̃; primam cor. Iuue. Ponę ſeram cohibe, ſed quis cuſtodiet ipſos? Hanc etiam patibulum vocant, quod ea remota, valuę pateſcũt. Var. à ſarrire deriuat, quod eſt aperire. Eſt et ſera nomen vrbis in Aſia ſcythica.

Sero, ras, clando. Colu. lib. vij. de mulę fœminibus loquens. Fęmina inquit ſerari, et interdum inuri ſolent. Huius cõpoſita ſunt. Obſero, pro occludo. Ter. in Eu. Tu abi, atq; obſera oſtium intus. Reſero, aperio.

Serra, per duplex rr, inſtrumentum dentatum, quo ligna et lapides ſecantur. Col. lib. vi. Vno ictu arborem pręcidi, ſi minus ſerra defecari. Mar. Et pingues tunicas ſerra ſecare potes. Item ſerra inſtrumentum ligneum dentatum, quo trahentibus bobus homines torquebantur. Itẽ eſt genus piſcis maritimi, vt apud Amb. lib. Hex. Serra pręliari dicitur, cum aſſidue acceditur, receditur q̃;, nec vllo tempore conſiſtitur, vt ſerra facit, dum aliquid ſecatur.

Serrula diminutiuum, parua ſerra. Col. lib. iij. Et ſi fieri poteſt iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato.

Serro, ras, ſerra, per medium ſeco. Hiero. lib. ij. Re. Populum eius adducens ſerrauit. Syl. libro. vi. Auro ſerrauit ramos iunonius anguis.

Serratus, ta, tum, quod eſt ſerra ſectum. Et quod ad modũ ſerrę factum eſt. Vnde ſerrati dentes, qui inter ſe diſtincti ſunt ad ſimilitudinem dentiuꝫ ſerrę pectinatim ſeſe ſtipantes. Ply. dentium tria genera. Serrati aut continui, aut exerti. Serrati, pectinatim coëuntes, ne contrario occurſu atterantur, ſerpentibus, piſcibus canibus. Continui, vt boui equo. Exerti, vt apro elephanto.

Sero, ris, ſeui, ſatum ſig̃t ſemino. Hiero. in Leui. Si triginta modus hordei ſeritur terra. Quinquaginta ſiclis vendetur argenti. Aliquando ſig̃t planto. Lact. lib. ij. Terram ſtudioſe coluit, ac vineam ſua manu ſeuit. Vnde arguunt, q̄ authorem vini liberꝫ putant. Per tranſlationẽ. Serrere quandoq; capitur, pro generare. Vnde ſatus. i. generatus. Huius compoſita ſunt. Aſſero, circunſero. Ply. lib. xxi. Et geniſtas circunſeri aluearijs gratiſſimum. Conſero, diſſero, deſſero, exero, inſero, interſero, obſero, reſero, et ſubſero, quę habent pe. cor. de quibus locis ſuis.

Sero, ris, ſerui, diuiſas ſyllabas ſertum ſignifitat admoneo. Vnde aſſerere manum veteris dicebant comprehendere, cum eam prehendebant in libertatem. Item texere et ordinare. Quoniã ea, q̄ ordinantur annectuntur inuiceꝫ, atq; cohęrent. Inde ſerta coronę dicuntur, et ſeries.

Seranus, cognomen ſumptum à ſero, pro ſemino, ſeu planto. Cornu. Qu. Cincinatus cũ ſuũ agꝛꝫ, et araret, et ſereret. Dictatura ei, à populo Romano delata ẽ. Qui ꝯ Samnites ꝓfectus victor extitit, q̄ à ſerẽdo ſeranus appellatus ẽ.

Series, ordo, et quaſi quędam rerum continuatꝫ progreſſio, à ſerendo. i. ordinando dicta, vt in ſerie orõnis. i. in cõtextu, vel, à, ſerendo. i. ſeminando, ꝙ vlterius ſemper procedendo iactetur ſemen. Val. Ma. Quis compos mentis domeſticę, peregrinęq̃; hiſtorię ſeriem fœlici ſuperiorum ſtilo conditam, vel attentiore cura, vel pręſtantiore facundia traditurum ſe ſperauerit.

Seres populi Aſię ſcythicę à ſera vrbe ſic dicti, apud quos arbores ſunt, quę non ſolum folia, ſed lanam quoq; proferunt tenuiſſimam. Nam ex earum frondibus caniciem depectunt aqua perfuſam, ex quo vellere veſtimenta cõficiunt, quę ſerica nuncupantur. Virgil. Velleraq̃; vt folijs depectant tenuia Seres. Huius nominis noĩatiuus ſingularis eſt Ser. Sidonius Aſſyrius gemmas. Ser vellera, tura Sabeus. Auſo. Iam pelago volitat mercator veſtifluus Ser. Nã et vermiculus ipſe, vt author eſt, Pauſãnias ſer appellat. A quo etiam ſeres populi dici videntur.

Sericus, ca, cum, pe, cor. quod eſt confectuꝫ ex ea lana. Vnde veſtem ſericam dicimus. Hinc fit holoſericus, vt veſtis holoſerica ex ſerico contexta, ſine alia materia. Subſericus, ſubſerica, ſubſericum, quod non eſt plenè ex ſerico.

Sericum ſubſtantiuum, veſtis ſerica. Hier. ad Paulam. Habeant ſibi cęteri, ſi velint ſuas opes, vaſe gemmato bibãt, ſeerico niteant, plauſu populi delectentur, et per varias voluptates ſuas diuitias vincere nequeant.

Sericatus, qui eſt indutus ſerico. Suet. Calig. Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, et cycladatus.

Sericarius, textor ſericorum. Iulia. Fir, libro. viij. Matthe

ſeos refer ſeriſarium textorem naſci, qui habuerit horoſcopum in.xxviij. parte arietis.

Serius fluuius Ciſalpinę Gallię, per Bergomatem agrum in Aduam fluens, à quo vallis ſeriana, in eodem agro populoſa, artificioſaq́; nominata eſt.

Serius,ria,rium, ſignificat graue à ſero.i.tarde, quia grauia penſiculari oportet. Teren. in Eunu. Ait rem diuinā feciſſe, et rem ſeriam velle agere mecum.

Serio aduerbium ſignificat vere, et cum grauitate. Plaut. in Amp. Nunc quidem, pręter nos, nemo eſt, dic mihi verum ſerio.i.ſine riſu. Teren. in Eunu. Miſit porro orare, vt venirem ſerio.i. cum effectu.

Seria, ſunt, quę iocis opponuntur. Nam ſunt vera, et grauia. Actius. Vos nugas aſſertis, nos ſeria loquimur. Mar. Parce precor ſocero ſeria forſan amat.

Sertores, q aliqd ſerūt, quos nōnulli ꝑ aſſertoribus vſurpāt.

Serus,ra,rum, modo tardum ſignificat. Plau. Quid tam ſera aduenis? Hinc Colu. lib.i. comparatiuum formauit. Sationes eius duas ſeruamus, alteram maturam per mediam ſementem, ſeriorem alteram menſe Februario. Actius. Ne ſi forte paulo, q̃ tu, veniam ſerius. Modo ſignificat grauem, magnum. Salu. Seꝝ bellum in anguſtijs futurum. Virg. Seraq́; terrifici cecinerunt omina vates.

Serilia nauigia appellant, q̄ ſparto ac lino cōdenſant à cōſerendo, et contexendo dicta Author Valerius Flac.

Sero aduerbium, ſignificat tarde. Sene. in Trag. Sero nos illò referat ſenectus, nemo ad id ſero venit. Aliqn̄ ſiḡt veſpere quod eſt poſt occaſum. Aliquando poſt tempus. Qđ enim poſt ſolis lucem eſt, id vere poſt tempus dici poteſt. Cice. Cum accuſator Milonis identidem interrogatus perſtaret, quo tempore Clodius eſſet occiſus, vrbane reſpōdit. Sero quaſi poſt id tempus, quo debuiſſet occīdi.

Serum ſubſtantiuum, ſignificat extremam partem diei. Liui. Erat iam diei ſerum. Sue. in Augu. Nec multo poſt nauali prælio apud Actium vicit in ſerum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit.i. in horam veſpertinam. Et ſerum dicitur aqua, quę relinquitur è, lacte ſublato caſeo lactis ad multos morbos. vtilis. Virgi. Acremq́; moloſſum paſce ſero pingui.

Serotinus,na,num, pe. cor. à ſero, ꝑ veſpere fit, vt hora ſerotina, et tp̄s ſerotinū. Et ſerotinus, à ſero, ꝑ tarde, vt poma ſerotina, quę poſt legitimū tp̄s vel tardius cęteris maturēſcunt. Colu. lib.iij. Locis frigidis, et auctumni temporibus aquoſis pręcoces ſerito, locis hybernis ſerotinas ſerito.

Seria,rię, vas fictile oblongum. Liui lib.iiij. de ſecū. bel. pu. Et in vico hiſtrio fontē ſub terra tanta vi aquā fluxiſſe, vt ſerias doliaq́;, quę in eo loco erāt ꝓuoluta, veluti īpetus torrentis, tulerit dicta ſeria à ſerando, ꝙ claudat, ſicut ſera, q̄ claudit. Eſt et ſeria nomen vrbis Tuditanoꝝ ĩ Hiſpania.

Seriola, dimi. à ſeria. Perſi. Seriolę, veterē metuens deradere limum. Et ſerita eſt orcarum ordo directus.

Serta dnr̄ coronę à ſertis, hoc eſt à digeſtis inuicē floribus frondibusq́;, ex quibusq; ab initio fiebant. Author ē Ply. Cum ex floribus fierent ſerta à ſerendo. Seruię appellabant. Et ſubſtantiuū eſt, vt Sertiſq́; recentibus halant. Cū tamen dicamus Sertus,ta,tum, vt ſertas coronas Luc. Accipiunt ſertas nardo florente coronas. Serti flores dicuntur quaſi iuncti contextiq́;. Nam ſerere apud antiquos iūgere eſt. Vnde fruges ſeri dicuntur quia terrę iungunt. Et ſertorem pro aſſertore dixerunt, à ſerendo, ſcilicet cum petendo aliquem ſerat in libertatem, ideſt iungat.

Serapis,is,idis. Et ſeraphis, cum ph, ab aliquibus ſcribit, cuius pe. indifferens eſt. Mar. Vincebant, nec quę turba Serapin amant. Idē Iſęū Seraphim Nilus venerant Oſiris. Fuit cognomē oſiridis. De quo in dictiōe Apis dictū eſt.

Serapium vero, dicitur ędes ſerapidis, ſicut templum Iſidis Iſium. Lampri. in Alexādro Iſium et ſerapium decenter ornauit additis ſignis.

Seraphim, cum m, tam neu. quàm maſcu. gene. eſt. Hiero. ad Furiam. Hęc ſunt duo ſeraphim ter glorificantia trinitatem. Seraphin, cum n, pluralis numeri. neu. gene. eſt, pro choro angelorum. Vnde quotidie in miſſis dicimus Beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant.

Sermo loquela, à compoſitis, et ſimul contextis verbis. Eſt autem ſermo, vt Cice. lib.iij. ad Heren. ſcribit. Oratio remiſſa, et finitima quotidianę locutioni. Ser. ſermo eſt conſertio orationis, et confabulatio duorum vel plurium. Lactan. lib.iiij. Sermo eſt ſpiritus cum voce aliquid ſignificante prolatus. Huius diminu. eſt ſermunculus. Hiero. ad Mar. Duas epiſtolas, quas ad ſororem tuam paulam huic ſermunculo annexui.

Sermocinor, pe. cor. ſermonem facio. Ply. lib.x. Super omnia humanas voces reddunt pſittaci, et quidem ſermocinantes. Hiero. Inter has ſermocinantes ſuſcipiunt alitem coruum in ramo arboris conſediſſe.

Serenus,na,nū, pe. pro. ſignificat tranqllum ſine nubibus, ſine ībre, quod id maxime tp̄s ſationi aptū ſit. Quādoq; ponit pro ſicco. Vir. Vnde ſerenas Ventus agat nubes.

Sereno,nas, clarifico, tranquillo. Virgi. Vultu, quo cęlum, tempeſtateſq́; ſerenat.

Sereſco,is, ſiccus, fio, quaſi ſereneſco, et ſerenus fio, quoniam ſerenitas ſicca eſt. Lucil. Deniq; fluctiuago ſuſpensę littore veſtes. Vueſcunt tandem candenti ſole ſereſtunt. Aliqn̄ ſereſcere eſt in ſerum abire. Plyn. lib.xi. Omne autem lac igne ſpiſſatur frigore ſereſcit.

Seriphus, īſula in Ægeo mari, vna ex cycladibus, vt Stra. lib.x. ſcribit, à qua ſit adiectiuum Seriphius, phia, phium, vt eſt illud Themiſtoclis. Neq; enim, vel tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus extitiſſes, aut ego, ſi ſeriphius eſſem ignobilis, inde ortum eſt adagium illud. βάτραχος ἐκ σερίφου, id eſt Rana ſeriphia, in homines mutos, et canendi, dicendiq́; prorſus imperitos dicebat, inde natū, quod ſeriphię ranę in sciꝝ deportatę non ędebant vocem, vide Eraſmū in ſuis Prouerbijs, qui de rana ſeriphia perpulchre diſſerit

Serpo,is,pſi,ptum, ſignificat repo, et qn̄q;, quaſi in modum ſerpentis circuo, et paulatim decurro. Hie. Cum leni iuxta murmur ſerperet riuus. Hinc componunt Inſerpo, intro ſerpo. Clau. lib.i. Et raucum bibulis, inſerpere murmur arenis. Proſerpo, porro ſerpo. Plyn. Hęc herba, niſi ſata ſit mire proſerpit. Hinc Proſerpina.

Serpens modo participium, modo nomen, tam maſcu. q̃ foemi. generis, et generale eſt ad omnia, quę ſerpunt citra vſum pedum, à ſerpendo dictum. Hic. Serpentinus, a, num, vt vox ſerpentina.

Serpula, à veteribus dicebat, quā nos ſerpentem dicimus.

Serpillus, herba paruoꝝ folioꝝ, capillis per terrā ſerpentibus, à qbus nomen accepit. Et in gręco aſpirationem habet ἕρπυλλον λέγουσιν ὅτι ἕρπει τὸ ἕρπω. In multis enī nominibus, quę in gręco aſpirationem hn̄t pro aſpiratione s, ponitur, ἕξ ſex ἑπτὰ ſeptem ἑρπύλλων ſerpillum.

Serperaſta vocantur inſtrumenta, quę geniculis puerorū alligantur, vt cum his deprauata corrigant crura à ſerpēdo dicta ſerpunt enim magis pueri q̃ gradiantur.

Seruo,uas, libero. Virgi. ſeruatum ex vndis Strophadum me littora primum Accipiunt. Item cuſtodio tueor, vt dij patrij ſeruate domum, ſeruante nepotem. Item ſollicite, ac diligenter obſeruo. Plau. in Aſi. Tuus ſeruus ſeruet Veneri, ne eas, det, an viro. Item inhabito, poſſideo. Virgi. lib.iiij. Geor. Centum, quę ſyluas, centum, quę flumina ſeruant. Item Teneo. Idem lib.vij. Curuam ſeruans ſub imagine falcem. Item eſt in ſeruitute eſſe. Cice. pro Flac. Nunc vero hoc magis ꝙ illa gens quid de imperio noſtro ſentiret, oſtendit quoniam armis quàm chara dijs immortalibus eſſet docuit ꝙ eſt victa, ꝙ eſt capta, quod ſeruata. Huius compoſita ſunt. Aſſeruo. Plau. in Cap. Aſſeruate iſtum fultis ſerui, ego ibo, vt conueniam ſenem conſeruo. Cice. lib.ij. offi. Res familiaris quęri debet his rebus, à quibus abeſt turpitudo, conſeruari autem diligentia, et parſimonia. Obſeruo, pręſeruo, et reſeruo.

Seruus dictus eſt à ſeruo, as, Augu. lib.xix. de ci. dei. Origo

Vocabuli seruorum inde creditur ducta, ꝙ hi, qui iure belli possent occidi, à victoribus conseruabantur, serui fiebant, à seruando appellati, hi etiã mancipia dicuntur eo, ꝙ ab hostibus manu capiantur. Et est seruus, qui domino alieno contra naturam iuris institutionis subijcit. Huius dimi. est Seruulus. Compositum conseruus q, in seruitute pariter est, q eiusdem domini seruus est.

Seruio, uis, iui, itum, proprie ad seruos pertinet. Est enĩ seruire in seruitute esse. interdum parcere, seruare Teren. Rus habitatum abij concedens vobis, et rei seruiens. Huius cõposita sunt Asseruio. Cice. lib. ii. Thusc. Toto corpore contentioni vocis asseruiunt. Deseruio, inseruio, qđ est obsequor, et quasi officium seruientis alicui presto, siue in rebus, et negocijs alicuius. studiosus sum Cic. lib. i. offi. A' quo plurimum sperant etiam se ille his non egit. tamen ei potissimum inseruit. Subseruio parum, vel leuiter seruio. Interdum quadro, conuenio, respondeo. Teren. Venire me assimilabo, tu, vt subseruias orõni vbicunq; opus sit verbis.

Seruitus, pe. cor. ipsa seruiendi ꝯditio. Aliquando dominatus dicitur. Teren. in An. Vt semper tibi apud me iusta, et clemens fuerit seruitus.

Seruitium, idem quod seruitus. Teren. ego Pamphile. hoc tibi pro seruitio debeo conari manibus, pedibus, noctesq;, et dies capitis periculum adire dum prosim. In plurali vero seruitia qñq; ipsi serui dicunt. Salu. Interea seruitia repudiabat, quoꝝ in initio magnę copię ad eũ ꝯcurrebant.

Seruile, quod seruorum est, vel quod ad seruos pertine, vt seruilis conditio, et seruile officium.

Seropta, ciuitas Phęnidę apud quas nascebatur vinus laudatissimum. Vnde seroptanum vinum. Sidonius. Queq; seroptano palmite missa bibas.

Serotum, vide in dictione scrotum.

Serbonis palus iuxta montem Casium author Herodo.

Sesamus teste Homero fuit vrbs paphlagonię, quod et Stephanus comprobat.

Sesostris, idis, nomẽ regis ęgypti, cuius prima syllaba cor. Val. Flac. Cum prima sesostris Intulerit rex bella getis. dicitur et sesoostris apud Ausonium.

Sessio, modo ipsum sedendi actum sigt, mõ ipsum sedile. Cice. Tot locis sessiones gymnasiorum. i. tot sedilia.

Seessiles, pe. cor. lactucę dicuntur, quasi sedentes.

Sesquialtera ꝓportio est, q̃ tantũdem, et dimidium habet.

Sesquiplum, idem, quod sesqalteꝝ quod gręci hemiolion appellant. Verbum autem sesqui, vt Augu. Interpretatur pro eo, ꝙ est se absq; dictum videri potest. Erat et vsurę genus sescuplum in iure pontificio damnatus, quod fit, cum datur summa aliqua, et recipitur summa illa, cum sua plica. i. medietate, vt di. xlvij. Non licet foenerari ministris altaris, vel lucra, quę sesquipla dicuntur accipere, ibi tamen lectio corrupta est sescuplum pro sesquiplum. At sexcuplum, per x, dicitur quęlibet res sexies multiplicata.

Sesquatus, numerus est in quo ea pars qua excedit maior minorem ambos metitior idest aliquotiens habent eam et maior et minor, ꝙ in illis numeris iam perspeximus. sex et octo. Nam pars illa, qua excedit minor, duo sunt, quos vides esse in octonario numero quater in. senario ter. nam vbi maior fit minor vocantur complicati, ij dicunt sesquati vetere, iam nomine. Nam sesq; appellantur, vbi duo numeri ad se ea ratione affecti sunt, vt tot partes habeat ad minorem maior, quot aperti sua eum pręcedit, nã si est tria ad duo tertia parte sui pręcedit maior minores, si quattuor ad tria, quarta si qnq; ad quatuor, quinta. Atq; ita deinceps eades ratio est, et in sex ad quatuor, octo ad sex, decem ad octo, et inde licet hanc rationem in conseq̃ntibus et in maioribus numeris animaduertere, atq; explorare. Nominis autem huius origines nõ facile dixerim nisi forte sesq; quasi se absq;, dictum, idest absq; se quasi quinq; ad quatuor absq; se quinta partes sua maior hoc est, quod minor.

Sesquipes, vnum pedem, et semis continet.

Sesqmensis, vnus mensis, cum dimidia parte alterius. Var. lib. i. de re ru. Annus est diuisus in quatuor partes totus. Et idem subtilius sesquimensis in octo. Sesquilibra, libra vna cum dimidio alterius. Sesquihora, vna hora, cum dimidia. Sesquiculeare, vas, quod continet culeum et dimidium alterius. Sesquimodius qui continet vnum modiũ, cuꝫ dimidia parte alterius. Var. lib. i. de re ru. Vt nuces integras, quas vno modio comprehendere possis, ꝙ putamina suo quęq; habent loco natura composita, cũ easdem, si fregeris, vix sexquimodio concipere possis. Sesquiopera. Col. lib ij. Fabę occantur sesquiopera.

Sesquunx, seu sesquuncia, vncia cũ dimidia, siue digiti duo. Ply. li. xxvi. Fastigiũ vero ꝑuari ĩ pedes denos ẽ sesquũciã.

Sestertius, et sestertium, per s, ante t, quasi, semis tertius eo, quod contineat in se asses duos, et dimidiatum tertium. Veteris consuetudinis fuit, vt semis anteponerent;, vt semisquartus, semisquintus, semistertius, à quo Sestertius. Et est compositio attico more facta. Illi. n. ἑπτὰ ἡμιτάλαντα, hoc est septes semitalenta dixerunt seruantes illud, vt expressius numerus pro dimidio caperetur. Apud romanos ex ęre signato continet libras duas, ac semis vel dipondiũ, ac semissem, et per duo ll, et s, notabatur, vt apud Ci. in ver. Valebatq̃; mille nũmos, vt ex Ply. ĩtelligi licet, q scribit Asinium celerem sestertijs octo mulus emisse. Quod ꝑcium fuisse octo milium nummum Macro. tradit. Et nemo in ordine equestri sedebat spectaturus, nisi sestertia. xl. milia possideret. Apud eruditos quandoq; seruatur, vt sestertius masculino genere vsurpent significãtes minutulas summam sestertia vero pro maioribus summis, vt. cccc sestertia pro quadringẽtis milibus quę summa est census equestris. Est etiam sestertium genus veli triplici, licio, texti, vt tertium filũ duobus imparsit. Suet. in Aug. Ita, vt in extremus spatijs subsultim decurreret sestertio, vel lodicula inuolutus. Huius dimi. est à Sestertiolus, vel sestertiolum, cum accentu in antepe.

Seselis, herbę genus qua pasci dicuntur Ceruę parturę. Cice. lib. de na. deo. Pauloante partum ceruę perpurgant se quadam herbula, quę seselis dr̃. Hoc et Arist. confirmat.

Setta genus arboris nascentis ĩ heremo spinę albę habens similitudinem, vnde omnia ligna arcę, et tabernaculi facta sunt. Instrumentoq̃; appellat settim qđ lignũ ĩputribile, et leuissimum oĩum lignorum tam in fortitudine q̃ in nitore soliditatem superat, et pulchritudinem.

Setę, dñr pili crassiores rigidiq̃;, atq; erecti quales sues habent. Vñ setosum, siue setigeꝝ animal vocat. Et à sue dictę sunt setę, quasi suetę, à quo et suo, suis, deducitur.

Setuosum à veteribus dicebatur obscurum. Liui Setuose abste datur, quod consecuta sapiens ęgre contulit.

Setanum frumenti genus quod, et trimestre dicitur quod inopię subsidio inuentum. Ply. et Col. prędicant, sed et mespili, quoddam fastigium vocant setanum.

Setosus, sa, sum, quod est. setis plenum, vt setosus, seu setigeꝝ animal. Vnde Plyn. Caudam veterinis setosam esse tradit.

Setia, vrbs Campanię, à qua setinum vinum. Mart. Pendula Pontinus, quę spectat setia campos. Exigua vetulos misit ab vrbe cados.

Seuerus, ra, rum, pe. pro. quasi secus. i. iuxta verum, vel dicit à seuus detracta, a et prima syllaba correpta. Et mõ ponitur, pro graui, et censorio. Virg. Romulidis. Tatioq̃; seni. Curibusq̃; seueris. Modo pro crudeli, et aspero. Idem. Qui tetricę horrentis rupes, montemq̃; seuerum. Modo pro tristi vitabili. Idem. Inuidia ĩfoelix furias, amnemq̃; seuerum. Hinc Asseuero, et perseuero.

Seueritas, grauitas, quę est pars iusticię, qua iudex nihil omnino de supplitio remittit, neq; à vero discedit, adeo vt videatur misericordię contraria. Vnde et pro crudelitate, et quadam naturę toruitate ponit, quę et seueritudo dicitur. Plaut. Quid illud est, ꝙ illi caperatur frons seueritudine.

Seuum, pinguedo, ex qua fiunt cãdelę. Ply. lib. iij. Seuũ, ex

omento

omento pecudis. Serenus. parua sabucus inest hircino collita seno. Et est cornigerorum duntexat, quę in vna parte dentata sunt, et quę in pedibus talos habent. Bisfulcaa vero, et quę pedes scissos in digitos habent, et carent cornibus non seuum, sed adipem hñt, q concretus est, et cũ refrixit, facile frangitur, sempq; est i fine carnis, sine sensu qa nec arterias hẽt, nec venas. Cōtra pingue iter carne, cu temq; est succo liquidum, quod etiã in aliqbus sine sensu esse manifestum est. Vnde sues viuentes, à muribus tradũt rosas. Id pingue in sue Lardum dr. Hinc Seuosus, sa, sum, qd instar seui vngit, Legit tamen, et sepus à quo.

Seuo, uas, seu sepo, as, quod est seuum impono, seu candelas, ex seuo facio Colu. lib. ij. Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit far pinsere, faces incidere, candelas seuare, seu, vt quidam legunt sebare, aut separe.

Seuoco, cas, pe. cor. seorsum, seu in alteram partem voco, duco'ue. Cice. lib. ij. Phil. Et ob eius consilij societatem, cu3 interficeretur. Cęsar. Tũ te à Trebonio vidimus seuocari.

Sextans, sexta pars assis, hoc est duę vncię.

Sextarius, dicitur. ꝙ sit pars congij, quę mensura apud antiquos, tam liquidis, quã aridis seruiebat. Cice. lib. ij. offi. Si emere sextarium aqua mina congeretur.

Sextula, sexta pars vncię.

Sextus philosophus cheronensis Plutharchi nepos, qui doctor fuit Marci antoni imperatoris de quo Iul. capi. Audiuit et Sextum philosophum, cheronensem.

Sexus, mascu. gene. et hoc sexus sexi. Secundum. Prisc. Plau. in Ru. Virile sexus nunq̃ habui vllum. Var. lib. i. de anal. Sexus vtrunq; virile, an muliębre, an neutru3 sit dici po test habitus, vel natura. ab ἕξω futuro indicatiui, quod est habebo, aspiratione, in s, mutata.

S ANTE I

Silon insulam Indię esse docet Augu. lib. xxi. de ciui. dei. Quę ex eo cęteris terris pręfertur, ꝙ omnis arbor, quę in ea gignitur, nunquam folijs nudatur.

Si coniunctio quandoq; adiunctiua, vt si venias, facias. Quandoq; cãlis, vt eris doctus si legas. Quãdoq; approbatiua. vt Si concessa peto. Et Si qua est coelo pietas. Ser. Ibi si exponit pro siqde3. Et tunc iungit indicatiuo, Nã subiunctiuo coniuncta abnegatiua est, vt facerem si possem. Ponitur interdum pro vtinam. Virg. lib. vi. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat Interdum, ꝓ postquas. Teren. in Phor. Herus si redierit molendus vsq; in pistrino. Quandoq; pro non. Hiero. in li. i. Nume. Quibus iratus dominus iurauit, dicens. Si videbũt homines isti, qui ascenderunt ex Ægypto terram, &c. Nonnunq̃ pro ꝙ, seu siquidem. Est enī confirmantis. Plau. in Am. Si similem rem ipse in legẽ iussit esse Iuppiter. Vir. li. i. Geor. Vestro si munere tellus Chaoniã pingui glandem mutauit arista, Eius composita Sin, siquid, sine osi, et si. s. siquis.

Si est, vt admiserit, idest si admiserit apud Teren.

Sibaris, oppidum antiquissimũ, ab vrbe. xij. millibus passu. distans. Aliud est oppidũ Calabrię, quod trecẽta militũ milia contra Crotoniatas armauit. Cuius populi Sibarite dicti sunt, vitijs, luxuria intemperantes, qui à Crotoniatis turpiter victi fuere, Vnde apud idoneos authores Sibaris pro mollicie capitur, ꝙ. s. omnium mollissimi, et delicatissimi fuerint Sibaritę. Ex quo vice prouerbij sibariticę, ẽ sibaricę delicię dñr, et sibaritici ludi, cum modum excedunt, sibaritici libelli lasciui, improbij, petulantes. A' sibaris etiam fit sibaritanus, a, um. Scribuntur à nonnullis, per y, Fuit et hoc nomine fluuius in Calabria. Et Iunenis apud Horatium. Lydia dic, per oẽs te deos oro. Sybaris cur properes amando perdere.

Sibilus, pe. cor. in singulari generis mascu. In plurali mascu. et neu. Hiero. in li. Indi. Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibillos gregum? Idem contra Ioui. Hęc sunt sibila serpẽtis antiqui. Luc. li. ix. Cerberus orpheo lenibit sibila cantu. Est autem sibilus. qui fit ore, vt equi, boues, et hmõi, si ad bibendum ducantur. Colu. li. ij. Sbiloq; allectari, quo libentius bibant. Quod tamen et vento, et hmõi dicitur. Vir. in Buco. Nã neq; me tantũ venietis sibilus haustri. Nec percussa iuuãt fluctu tã littora, nec quę Saxosas inter decurrunt flumina valles.

Sibilo, sibilum facio. Hie. Per translationẽ ad Christi. Quod per os eoru3 intolerabilẽ diabolus sibilet blasphemiã. Huius composita sunt. Assibilo, quod est iuxta, seu retro sibilo. Clau. li. ij. Gorgoneisq; premẽs assibilat hydris. Exibilo, extra, vel valde sibilo, aut tumultuari sibilatione eijcio. Cice. in Parado. Histrio. si paulum se moueat extra numerum, aut si versus pronunciatur vna syllaba breuior, aut longior exibilatur, et exploditur.

Sibylla, cũ y, ante geminũ ll, puella dicitur, cuius pectus numen recipit, et quę vaticinatur, vt Lactã. et Var. testantur. Et à ꝯsilijs deoꝝ nunciãdis, veteres hoc nom̃ imposuerũt Æoles enim σιοὺς deos dicunt, βουλὴ sententia, seu cõsilium dicitur. Ergo sibyllas, quasi sibullas. i. quę sententias dixerunt. Hier. contra. Ioui. ꝙ si Æolici sermonis genere sibylla θεοβουλὴ appellatur, recte consilium dei sola scribitur nosce virginitas. Sibyllas decem fuisse scripsit Var. Prima sambethe nominata. hanc chaldaicam veteres fuisse perhibent, sunt qui hebręam dicant, et vni filiorum Noë nupsisse, et cum ipso arcam conscendisse, et ipsam prędixisse quę de turri, constructa feruntur linguarq; varietate, linguaq; vsam hebraica, et de Alexandro Macedone prędixisse multa, vt Nicanor refert, qui Alexandri vitam scripsit Secũda libyssa, cuius mentionẽ facit Euripides. Tertia delphis, quę nata in delphis est. Quarta Italica, quę in Italię solitudinibus vixit. Quinta Erythręa, quę bellũ troianum prędixit, Sexta samia quam pythô nominatã ferunt. Septima Cumęa nomine Amalthia. Alij Erophyle. Alij Taraxandram vocant. Vir. autem Deiphoben. Octaua hellespõtiaca. Nona phrygia. Decima tyburtina noĩe albumea hãc aiũt oracula certissima ꝯscripsisse, cũctis vero ꝓstitisse Erytręam, quę cum primum nata est, cępit loqui grauia, et nomine suo multos nominare. Suidas aute3 plura scribit de ipsis. et alio modo, sed quoniam Suidę nostri mentio facta est, codices ĩpressi sunt emẽdandi, vbi est maximus error, nam dr σίβυλλα ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις, immo debet dicere, σίβυλλα ῥωμαϊκὴ λέξις οὐκ ἐστὶ, σιός . n. ęolice dicitur deus βουλὴ cõsilium, quoniam scit deorum secreta.

Sibur veteres vocant callidum, et acutum.

Sic aduerbium affirmãtis, vt fecisti, ne hoc? Sic. Quãdoq; similitudinis. Vir. Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exit. Quãdoq; optãdi. Ide3 sic pr̃ ille deũ faciat, sic altus Apollo. Est et coniunctio illatiua. Ci. Sic tot simul virtutes continentię, grauitatis, iustitię, fidei defecerunt. i. igitur. Nõnunq̃ capitur pro valde. Apul. Nec ego rebar sic multorum id opus dierum esse. Frequentius tamen in hoc sensu compositum, sicq; reperitur. Duplicatur etiam maioris expressionis causa. Virg. Sic sic iuuat ire sub vmbras. Fit autem sic. à si.

Siccine, aduerbium interrogantis est. Plau. Siccine tu illas? Siccine nos habes ludibrio omnes.

Sicut, et sicuti aduerbia ęqualitatẽ denotant, vt ille valet in genio sicut tu. Aliquando similitudinem, vt cum dicimus Qui facit iusticiã iustus est, sicut ille iustus est nũqd iusticia nostra ęq̃lis est iusticię dei absit. Quo modo visa basilica ãpla si velit facere aliquis minorẽ, sed tñ ꝓportiõe ad mensuras eius, vt verbi grã. Si lata est illa simplũ, et longa duplus videt̃ sic fecisse, sicut est illa, sed ista habet centũ cubitos illa triginta. Et sicut ẽ. ipar est. Interdũ nõ res similes sed diuersas, et plane ꝯrias denotat. Quint. Sed hęc eloq̃ndi pcepta sicut cognitiõi sunt necessaria, ita nõ satis ad vĩ dicẽdi valẽt nisi illis q̃da3 facilitas, quę apud grecos lexis noĩatur accesserit, hẽt ẽt venustatẽ, atq; vtilitatem magnã quotiẽs antecedentem sententiam annecti cum sequenti. Ply. Ferũt crassum auũ Crassi in parthis interẽpti nunq̃ risisse, ob id Agelastũ vocat sicut nõ fleisse multos,

Sicubi,pe.cor.si alicubi.Hiero.in prolo.Ioſue. Et ſicubi in antiquorum voluminibus lectione dubitauerint, hoc illis conferentes inueniãt,quod requirant.

Sicunde aduerbium,ſignificat, si ex aliquo loco, vel ſi ex aliq̃ parte.Apu.li.ij.Me.Et ſicunde de ꝓximo latratus ingruerit eum putabis de faucibus lapidis exire.

Sica genus gladij breuioris, et acuti,quaſi ſeca,à ſecando. Proprie culter,qui ſub veſtibus portatur ad inſidias, quo latrones,et viarum obſeſſores vtuntur.

Sicarius,qui sica.i.gladio hominem interficit,per abuſionẽ dicitur,qui cędem telo quocunq; commiſent.

Siccus,a,um,per duplex cc,quod eſt aridum,.et ſine humore.Vir.Sũma petit ſcopuli,ſiccaq̃; in rupe reſedit.Per.tranſla.ponitur,pro exercito,quaſi nimio labore exhauſto.Plau. Siccum,frugi, continentem,amãtem vxoris maxime.Item Pro continente, ſobrio, cuius contrarium eſt madidum, quod ſignicat ebrium.

Siccitas,et ſiccitudo.Colu.li.ii.vero torpor cęli, ſiccitasq̃; regionis ſuadebit Februario ſtatim proſcindendi ſunt.

Sicco,as,tam in paſſiua,q̃ in actiua ſignificatione reperitur.Lactã.li.vij.Flumina,et ſtagna ſiccauerint.i.ſicca facta fuerint.Col.li.ij.Si humidus erit abundãtia vliginis ante ſiccetur foſſis huius compoſita ſunt Aſſico,quod eſt valde ſicco.Idem in eodem.Ea cum ſpicas ediderint prius,q̃ ſemina hient ęſtibus manu carpunt, et ſuſpenſa in ſole cũ aſſiccauerint,reconduntur,atq; ita repoſita perennant ęuo diutius q̃ cętera. Abſicco.Idem lib.i.Plurimum refert non abſiccato ſucco fimũ vires cõtinere, et aſſiduo macerari liquore,Deſicco valde ſicco.Exicco,extra ſicco,euacuo.

Siccesco,is,à ſicceo,es,Ply.li.xviij.Aquilonem pręnũciat terra ſicceſcens, ſed roreſcens repente hauſtrum immiſcet in rore occulto.Colu.lib.vlti. Fęnum gręcum vetere vino macerato deinde in ſole exponito, aut in furno,vt ſicceſcat.Hinc Aſſicceſco.Ide3 ibi in muria luere oportet,et expreſſos in cratibus pandere,dum aſſiceſcant.

Siccaneus,a,um,quod eſt naturaliter ſiccum.Col.li.ij. Eius prati animaduertimus duo genera, quorum alterum eſt ſiccaneum,alterum riguum.

Sicera,pe.cor. nuncupatur omnis potio apud hebręos, quę inebriare põt,vt ſcribit Hie.ad Nepo.Sine illa,quę fermẽto conficitur ſiue pomorũ ſucco,aut faui decoquuntur in dulcẽ,et barbarã potionẽ,aut palmarũ fructus exprimũtur in liquorẽ, coctisq̃; frugibus aqua pinguior colorat.

Sicambri populi Germanię Menapijs finitimi, ad vtranq; Rheni ripam habitãtes.Hi crines natura flauos habent, quos creſcere ſinunt, et artificio quodã intorquent.Mar. lib.i.Crinibus in nodum tortis venere Sicambri. quidam cum y,gręco ſcribunt.

Sicani,populi Hiſpani,à fluuio Sicare dicti.De quo Luc. Heſperios inter ſicaris nõ vltimus amnis,hi duce Siculo,excluſis Aboriginibus.Italiam tenuerũt,ipſiq̃; poſtea ab illis pulſi,quos ante pepulerãt,inſula3 vicinam Italię occupauerunt,et eam ſicaniam à ſuo nomine nuncupauerunt. Huius dictionis syllaba,ca, indefferenter ponitur. Vir.li. iij.Sicano pręteнta ſinu iacet inſula contra.Sil.li.xiiij.Sydera eliſęis adderat gens ſicana votis.

Sicania,dicta eſt inſulę ſicilię quęda3 pars in finibus agrigentinis. Et amnis in ea ſicanus olim fuit, ſed et inſula quandoq; tota,ſicania dicta eſt,à Briarei cyclopis filio ſicano,vel à ſicanis populis,qui primi eam inſulam incoluiſſe feruntur,qui tamen non ſunt ĩdigenę,ſed Hiſpani. Sicilia vero à ducis nomine,vt inquit Seruius.

Sicaris,penul. corre. nomen eſt fluuij in Hiſpania, à quo ſicani populi dicti ſunt.

Sycioni3,inſula eſt in mari Ægęo, ex oppoſito,ad Epidaurum.Alta quide3,et eminens,vt refert Ply.Eſt et Sycionia, ſeu Sycion vrbs in Achaia intra Iſthmũ pelopõneſſi antiquiſſima olearum prouentu,et picturis clara,et arati patria,non procul à Corintho,in qua primus regnaſſe fertur.Ægialeus,quę nunc Clarentia dicitur.Sycionem fuiſſe officinarum omnium metallarum patriam.Ply. ſcribit. In ea etiam Cicerone teſte molles, et muliebres calcei confici ſolebãt.Vnde Sycionia calcementa dicta ſunt.Lucil.Et pedibus lęua sycionia demit honeſta.

Sichen,filius Chanaam,qui ciuitatem ſui nominis ędificauit in Phęnice,quę Sidon à gręcis appellata eſt.

Sicilia,italię inſula,à ſiculo Neptuni filio dicta. Vel ſicilia, quaſi ſicilita,hoc eſt execta.Nam olim agro Brutio annexa,mox interfuſo mari ſiculo auulſa. Ob hoc gręci Rhegyo nomen dedere,quaſi auulſo.Vnde Vir.li.iij.Hęc loca ui quondam,et vaſta conuulſa ruina(Tantũ ęui longinqua valet mutare vetuſtas) Diſſiluiſſe ferunt,cum protinus vtraq; tellus.Vna foret.Eam gręci Siceliam dixerunt. Olim Trinacria appellata eſt,ꝙ tria acra,hoc eſt tria cacumina habeat.Nã tribus promontorijs in diuerſa procurrit.Vel triquetra,ꝙ trianguli, figuram habeat hmõi Δ.Triquetra3.n.figura3 triangularẽ dixerũt.Quorũ vnus angulus qui in meridiẽ vergit.Pachynus dicit, alter Pelorus,q ad ſeptẽtrionẽ ſpectat, ab Italia mille qngẽtis paſſibus diſtat. Tertius Lilybęus, qui Charthaginem maxime ſpectare videtur,et ab Africę litoribus.cxx.mil. paſſu.diſtare ꝓdiderũt.Hęc ab oriẽte,occidẽte,ſeptẽtrioneq̃; Tyrrheno mari,à meridie Africo alluitur.Patet in longitudine à Peloro,vsq; ad Pachynu3 millia paſſu.clxxxvij.In latitudine.clxxxix.Sicania pręterea dicta eſt, à ſicanis Hiſpanię populis,qui duce Sicano primum in Italiam veniſſe feruntur.Hęc à principio,vt Iuſti.ſcribit Cyclopum patria fuit, quibus extinctis Æolus regnum inſulę occupauit. Vnde Vir.li.iij.Ignariq̃; vię Cyclopum allabimur oris. Et illud Exulat ętnęos vidit cyclopas Vlyſſes.De hac Dio.ſic ſcribit, Sicilia optima inſularũ omnium, antiquitate rerum cęteras antecellit. In ea ſunt Panormus, Cathana,Syracuſę xi.olympiade conditę.Pręterea Meſſana,Eryx,et Leontinũ Gorgię philoſophi patria.Ibi Arethuſa fons.Eryx,ẽ Ætna montes.Eſt et Sicilia herba,à ſiciliendo dicta, q̃ alio nomine Fęnogręcum vocant,ꝙ nullius ferè cultus ſit,ſed tãtum ſicilitur, hoc eſt ſecatur. In ea primum ſeminatum eſt,et Comędia primum inuenta eſt.Hic archimedes natus,qui syderum diſcplinam machinatus eſt. In ea ſpecus Leſtrigonũ,vbi habitabãt,et Achates lapis inuenitur.Hic fiunt adiectiua ſicanus,ſiculus,ſicilienſis,et ſicelis.

Sicilienſes dicuntur qui alibi orti in ſicilia verſantur.

Siculi,qui ẽ Sicilia ſunt,vel inſulę,vel ĩdigenę, Siculum mare anguſtu3,atq; anceps alterno curſu,modo in Thuſcum modo in Ionium pelagus influit verticoſum, et Scyllę,ac Charybdis ſęuitia inclitum.

Sicelis,idis, forma gręca à Sicilia fit.Virgi. Sicelides muſę paulo maiora canamus.

Siciliſſo, ſas, ſicula lingua loquor. Plaut. Non atticiſſat, ſed ſiciliſſat.

Sicileo,es,ſicilui,vel ſicilio,iui,itum. Sicilire eſt, quę male ſecta ſunt ſecare.vt fit,cum fęniſces prętereũt in pratis. Ply.lib.xviij.prata quoties ſecta ſunt,ſicilire oportet,hoc eſt,qđ fęniſeces pręterierũt ſecare.Var.li.i.de re ru.Quo facto ſicilienda prata.i.falcibus ꝯſectanda,quę pręterierũt, ac quaſi herba tuberoſu3 reliquerũt campũ,à qua dictione arbitror dictum ſicilire pratum.

Sicilicus ſcrupulos ſex continet,ſiue drachmas duas dictus, ꝙ ſemiunciam ſecet.

Sicilites,haſtarum ſpicula lata.

Siclus,apud hebręos dr̃ vncia. Apud gręcos,latinosq̃; q̃rta ps vncię,et ſtateris medietas drachmas duas appendens.

Sicimina quidã ita ediſſerunt inqt.Hie.vt ea genus arborũ appellarĩ velint q̃ paleſtinę naſcunt in cãpeſtribus,quę ſi nõ vellicent amariſſimas caryculas faciũt, et à culicibus corrumpunt,nobis autem quia ſolitudo,in qua morabatur Amos,nullam huiuſmodi gignit arborem,magis videtur rubos dicere,qui afferunt mora,ẽ paſtorum famem ac penuriam conſolantur.

Sicimnium, genus veteris ſaltationis, quaſi ſiticimnium

hoc eſt

hoc est cantum apud sitos. Vnde Sicimnitem qui apud sitos canere solitus est, hoc est vita functos, et sepultos, saltabundi namq; canebant in funere defuncti.

Sicinius dentatus, strenuus bellator, qui ob ingentem fortitudinem Achilles Romanus appellatus est. Is pugnasse dr̄ centum et viginti p̄lijs. Cicatricem auersam nullam, aduersas qnq;, et. xl. tulisse. Coronis aureis octo donatus est, Triumphauit cu3 imperatoribus suis triumphos nouem.

Sycos σῦκος latine ficus dr̄. Sig̃t. n. morbum, et alio noīe dr̄ sycosis et Marisca. Liui. Hodie sycos mihi recens fuit.

Sycomorus, pe. pro. συκος ficus μωρός fatua arbor peculiaris ęgypti in nilo in itis aggeribus p̄cipue nascens fatua autem dr̄, quasi in fructifera. Gignit. n. pilulas albicantes quę instar olonthoꝝ, hoc est grossoꝝ fici apparente maturitate decidunt Diosco. scribit. Sycomoꝝ esse arborē magnam et similem arbori ficuum, habentem lactis multitudinē, cuius fructus est dulcis similis fructui ficus agrestis. Grana eius sunt minutiora, q̃ grana ficus, et non maturant nisi rudant instr̄o ferreo, et nascitur multu3 apd̄, rhodum, et in locis, vbi abundat frumentum. Ocisus Morosicon in versis litteris vocat. Stra. lib. xvij. ait moru3 nasci in libya quę fructum fert qui si comorum dicitur. Nā ficui persilis gustatu vero malus.

Sidon vrbs Phęnicis insignis Cananeorum et purpurę captura nobilis, ad Aquilonem respiciens, et postea regionis iudęę. hanc Phęnices, vt quidam aiunt, condidere q terręmotu relicto patrio solo assyrium stagnum primo, mox mari proximum litus incoluere condita ibi vrbe q̃ à piscium vbertate, sidona vocauere, eo ꝙ tali nomine pisce3 vocent. Sed deinde post multos annos expugnati ciues sunt, qui nauibus appulsi Tyron vrbem, anno troianę cladis, condiderunt. Hanc Eusta. à Sida Beli filia dictam putat Iosephus à Sichem filio Chanaam quę apud hebręos ēt Sichem vocatur. Hinc Sidonius, nia, nium, vt vestis sidonia. i. purpura, quoniam Sidon in Tyro est. Et licet do, syllabam correptā habeat. Virg. Sidoniasq̃; ostētat opes. Et Sidonio est innectus equo. Inuenitur tn̄ qn̄q; ꝓducta, vt apud eunde3. Obstupuit primo aspectu sidonia Didò. Sicut in primitiuo. Teucrū memini sidona venire.

Sidonia quoq; Troadis oppidum legitur.

Sidonij populi Sidonis vrbis. Sidones vero populi. Thracum prope Hebrum, quos Plyn. Sidonos appellat, Sunt et alij Sidones in scythia.

Sido, dis, sedi, scessum, Mutuatur. n. pręteritum à sedeo. Est autem sidere deorsum descendere, seu ad sedendum, firmādum manēdumue ponere. Virg. Sedibus optatis gemina super arbore sidunt. Huius composita sunt Assido, cōsido circūsido, desido, insido, obsido, persido, quod est valde, seu p̄fecte sido, persisto. Virgil. lib. iij. Geor. Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber Altius in viuum persidit, et horrida cano Bruma gelu. Subsido subtus cado, descendo, decurro. Virg. lib. v. Subsidunt, vnde tumidumq̃; sub axe tonanti Sternitur equor aquis. i. sublabuntur. Oui. lib. i. Met. Iam mare littus habet, plenos capit alueus amnes. Flumina subsidunt colles exire videntur. Iussit ē extendi campos subsidere valles. i. descendere.

Sideritis lapis, quem alio nomine heracleon, alio Magnetem vocamus ἀπὸ τ̃ σιδήρου, hoc est à ferro. Nā à magnete trahitur ferrum.

Sidus licet quidam gręcum esse velint, et ἀπὸ τ̃ σύν quod est simul, et εἰδεῖν videre, ꝙ plures stellę simul conspiciantur. Alij ab συνοδεύω quod est commoueo, et conuenio, vt sit plurimum stellarum conuentus, latinum tamen esse putatur, et à sido deduci, quod est fixus maneo, ꝙ sydera insidant. i. fixa stent, vt Martianus lib. de Astrologia. ait. Est. n. sydus quod aliquod signu3 complurium stellarum compositum est, vt aries, taurus, andromeda, perseus corona, et quęcunq; variaꝝ genera formaꝝ composita feruntur in cęlum recepta. Stella vero singularis est, quę non admixta alijs sola fert. Sic apud gręcos aster ē astron diuersa sunt. et aster, stella vna Astron signu3 stellis coactū, qd̄ nos sydus vocamus. Quādoq; tn̄ sydus, pro stella ponitur. Cice. Itaq; nesciūt hos sydeꝝ errores. Quint. Quid hęc fulgentiū sydeꝝ veneranda facies, quę quadā velut infixa, ac cohęrentia perpetua semel capta sede collucent. Alia toto sparsa cęlo, vagos cursus certis emetiuntur erroribus.

Sydereus, rea, reum, quod ex sydere est, vt splendor sydereus. Aliquando ponitur, pro alto. Mar. Hic vbi sydereus propius videt astra colossus. Aliquando pro fulgenti. Virg. Et splendidus ęthra Sydera polus.

Syderari, ē sydere afflari. Hinc Syderatio morbi genus partem aliquam corporis, sępe penè totum corpus percutiētis subito, atq; exiccantis, et plerunq; hominem enecantis, ꝙ cum repentino quodam eueniat impetu, et è cęlo ui quadam syderis prouenire putatur. Vnde Ply. Sideratio tota è cęlo est. Idcirco à sydere nomen assumpsit. Syderatio etiam dr̄, ꝙ corpus stupore quodam attonitum subito conficiat. Nec in humanis tantum corporibus, sed in arboribus, ac plantis syderatio est quando vaporum siccitate arbores moriuntur, vt inquit Ply. lib. x. Hunc morbū gręci ἀστροβολίαν nominant à syderis percussione maximo Saturni, et Martis coitu in sede virginis, aut geminorum Lunę. Solisq̃; defectu. Sic syderati dicūtur, qui sydere vexantur, et lęduntur. i. qui vim, et malignitatem alicuius syderis statutis temporibus sentiunt. Ply. fluuiatilium silurus caniculę ex ortu syderatur, et aliâs fulgore sopitur. Plau. Syderatus est, moueri non potest. Hinc p̄syderari dr̄ cum maturius hyberna tempestas mouet, q̃si syderis tp̄s.

Siderites, pe. pro. herbaq̃;, et asteriscum, folio similis ocymo nigrior, tantus nascens in tegulis parietinis, et h3. pe. cor.

Sifilatores à veteribus dicebantur, Sibilatores dn̄r qui sibilis quēpia3 explodunt, et Sifilare, qd̄ nos sibilare dicimus.

Sigala genus frumenti ꝙ alio nomine siligo dicitur. Hiero. in Ezechi. quam nos vitiam interpretati sumus alij auenam, alij sigalam putant.

Sigalion simulāchrum quod Harpocrates alio nomine dr̄ à silentio σιγάω gręce sileo, et σιγὴ silentium.

Signum proprie est parua quędam significatio, indicans totius rei qualitatem, inquit Do. Teren. Num eius color pudoris signum vsq̃ indicat, vel signum est, quo aliquid in noticiam nostram inducit, vt signa tibi dabo; tu condita mente teneto. Hinc literarum notę signa dn̄r. Item notę genitiuę, et quę pecudibus inuruntur, et signum, qd̄ imprimitur cuius dimi. est sigillum, et denominatiuum signaculum, et Astronomis signum dr̄ stellarum multitudo sub vna comp̄hensa effigiē. sicut duodecim signa cęlestia signa dn̄r, quę in zodiaco sunt, quia notę quorūdam animaliu3 sunt, quę ad naturam solis iure referuntur. s, Aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, libra, scorpius, sagittarius, capricornus, aquarius pisces. Et extra signiferum alia vt bootes, cynosura, helice. Plaut. in Am. Stant signa. Et apud oratores signum est vis argenti in exptibus artis sumpti locis. Item signum in re militari vexillum dicitur ab effigie animalium, quę in vexillis fieri consueuerunt. Luc. Signa pares aquilas, ac pila minātia pilis. Hinc antesignanus signorum propugnator, qui ante signum constituitur in acie. Signa quoq; dicuntur sculptilie, siue fusilia, ad effigiem animalium fabricata, quemadmodu3 tabulę opera pictorum. Vnde signa, et tabulas dicimus pro cęlatis operibus, atq; depictis. Siquide3 in tabulis antiqui pingebant, nō in parietibus. Tabulę igitur picturę sunt signa vero statuę. Vnde apud Sal. Signa et tabulas pictas, vasa cęlata murari, ea priuatis, et publice rapere delubra spoliare. Hinc fit insignis. In figuris autē, vt Aug. lib. de q̃titate animę scribit, signum dicitur, si principium lineę est, aut etiam finis, vel cum omnino aliquid notat, quod sine partibus intelligendu3 sit, nec tn̄ obtineat, figurę medium punctum, cum medium tenet figurę. Est igit̄ signum nota sine partibus, punctum nota mediu3 figurę tenens. Ita fit, vt omne punctum ēt signum sit, nō aūt

oē ſignū punctū videat.Signū ēt miraculū iſolitū ꝓdi-
giū dr̃ qđ cū pñtat mirū eſt et i futuro aliqd p̄mōſtrat.

Sigillum dimi.i.paruū ſignū.pro vt ſignū ſtatuam ſigt.

Sigillatim aduerbium, ſignificat per ſingulos. Separatim
à ſingulus,ſicut et ſingultim à Plau.dicitur ſingulariter.

Sigillo,as,ſignum imprimo.Hinc ſigillatę dñr literę.i.clau
ſę et annulo impreſſę, pp quod veteres ſigillarę, ꝓ clau-
dere vſurpabant.Var.Contra lex nimis impia eſt, ne filij
patribus luce ſigillent oculos.

Sigillaria opera,ſunt paruę imagines, fictilibus deſcriptę,
dicta à ſigillis,ideſt paruis ſignis.

Sigillaria vicus erat, vbi ſigilla vendebant.Gel.lib.v.Sigil-
laria forte i libraria ego,et.L.Paulus apđ poëtas ꝯſedera-
(mus.

Signifex,qui facit ſigna, hoc eſt ſtatuas.Apule.li.
ij.agregius ille ſignifex.

Signifer,qui ſigna fert,hoc eſt vexillifer.Et ſignifer dicitur
circulus,in quo.xij.ſigna ſunt, qui gręce zodiacus appel-
latur,ab effigie aialium,quę in eo ſunt. Per tranſla. ſi-
gnifer princeps in q̃cunq; re dr̃,qm̃ militari more, non
niſi ſtrenuiſſimo cuiq; vexilla committebant,Prudentius
ī diuo Ro.Tu cauſa mortis,tu maloꝝ ſignifer.i.author.

Signo,as,ſignum imprimo.Virg. Et ſummo veſtigia pul-
uere ſignent.Vnde ſignare epiſtolam dicimus annulo ſi-
gnum imprimere.Cuius contrarium eſt.Reſigno,quod ē
deleo ſigno aperio.Sic ſignatam pecuniam dicimus . Hie.
Habitacula,in quibus ſcabrę et incudes, et mallei, qbus
pecunia ſignat,viſebantur.Sic ſignata pecora.quę ſignis
notata ſunt,et quę notam inuſtam hñt.Interdum ſigna
re ſignificat oſtendere, indicare ſigno.Plaut. in Cis. Cui
hęc excidit ciſtella? recte eccum locus ſignat vbi ea exci-
dit.Idem hic meretricem deperit ſignat,tamē ſe eam non
amare.Interdum ſcribere.Col.lib.i. Huc pertinet pręclara
noſtri poëtę ſententia. Laudato ingentia rura, exiguum
colito.Quod vir eruditiſſimus,vt mea fert opinio, tradi-
tum vetus pręceptum numeris ſignauit.Vnde et ſubſigna
re,ſubſcribere dicimus.Et ſignare deſignare.Virgil.lib.ij.
Geor.Quinetiam cęli regiones in cortice ſignant.Huius
compoſita ſunt.Aſſigno,quod eſt attribuo.Dona. Ci.li.i.
ad Heren. Sed ſi quo tardius hęc, q̃ ſtudes, abſoluentur,
tum rerum magnitudini,tum occupationibus aſſignare
debebit.Lactan.lib.iij.Exiſtimauit oportere etiam mulič-
res militare,et conſilijs publicis intereſſe,et magiſtratus
ingerere,et imperia ſuſcipere,ita his arma et equos aſſi-
gnauit.i.dedit.Conſigno,ſigillo.Plaut.in Cur.Eamus in-
tro nunc, vt tabellas conſignemus.Lactan.li.de ira dei ꝓ-
mando vſurpauit . Cum hęc etiam ſcriptis ad ęternam
memoriam conſignaret.Circunſigno.Colu.lib.iij. In his
deinde obſeruato gemmam,quę bene apparebit,certā q̃;
ſpeciem germinis habebit,eam vndecim digitis quadra-
tis circunſignato.Deſigno,exigno,perfecte ſigno, notoúe.
Liui.li.i.Eiq̃; ſacra omnia exſcripta exignataq̃; attribuit,
quibus hoſtijs quibus diebus,ad quę templa ſacra fierēt.
Obſigno,reſigno,et ſubſigno.

Significo,as,ſignum,facio,ſiue per ſigna notū facio,demō
ſtro.Ci.Heu quę ſig̃atio doloris.Hinc conſignifico.Apule.
Ea furoris conſignificatione perterriti omnes.

Signatores dicebant,q'aut teſtīs,aut cauſis ſe'ſubſignabāt.
Sal.Multis modis mala facinora docebat,ex illis teſtes,ſi
gnatoresq̃; falſos cōmodare,fidē,fortūas picula vilia hr̄e.

Significatiuus,a,um,quod naturaliter ſignificat.

Signatorius,ria,um,quod ſignat, ſeu quo ad ſignandum
vtimur,vt ſignatorius anulus.Vale.maxi.Vt anulo quo ſi
gnatorio vtebatur.Paul.Iuriſconſultus.Anulus ſignatori
us ornamenti appellatione non continetur.

Signaculū,ꝓe ē ſignū alicui rei impſſum, vt lateat q̃uſq;
(referet.

Signio,is,iui,tum,ſigno aliquo noto,à quo fit
compoſitum inſignio.Inde inſignitus,a,um,eiuſdem ſi-
gnificationis cum ſignitus.

Signinum opus, quod fractis teſtis, addita calce conficie-
batur.Colu.lib.i.Cuius ſolum terrenum prius, q̃ conſter-
natur,perfoſſum, et amurca recenti madefactum velut
ſigninum opus pilis condenſatur.

Signia, vrbs Campanię,in Lepino monte poſita.Colu.Quę
Marrucini,quę ſignia monte Lepino.

Sigeum Troię promontorium appellatū eſt propter Her-
culis taciturnitatem. Hic enim, quia prohibitus hoſpitio
fuerat,ſimulauit abſceſſum, moxq; per ſilentium aduer-
ſus Troiam veniens eam cępit,σιγᾶν.n.ſilentium facere
gręci dñt,tamē ꝯtra Sui.aliter dicit īquit.n.σίγειον πολῖς
τῆς τροάδος ὁ ἀπὸ ταύτης σιγεὺς καὶ σιγεῖον ἀκρωτήριον.

Sigma,atis,menſula exculta,vel potius cęnaculum inſtar
hemicycli,et lunatę teſtudinis,quę ſex caperet conuiuas,ī
ſimilitudinē elementi gręcanici.Vnde forte et nomen ac-
cepit, quemadmodum zeta,ſiue zetecula,a,ζ, literę figu-
ra,de quo Martia.Septem ſigma capit,ſex ſumus adde lu-
pum.Lampridius de Heliogа. Primus inuenit ſigma in
terras ſternere.Idem.Vt de croco ſigma ſtrauerit,cum sū-
mos viros vocaret ad prandium.

Sileo,es,lui,ſignificat taceo,q̃uis inter ſe differant,ꝙ ſilē
dicatur,qui nondum cępit loqui. Tacere qui iam cępit.
Si hęc differentia vere eſt,quā ponit. Ser. Falſi ſunt, qui
dñt Silere factitium verbū eſſe,ab s,lr̄a,quę ſilentij nota
eſt,qm̃ in ludis literarijs,publicisq̃; conuenientibus, dū
volunt ſilentium indicere,s,literam quaſi ſibilando pro
nunciant.Hinc ſit compoſitum Conſileo.

Sileſco,tacitus ſio.Ter.in Adel. Quid ego nunc agam niſi
dum hę ſileſcunt turbę,interea in angulū aliquo abeas.

Silentium,taciturnitas.Vñ ſilentiū noctis pro intempeſta
nocte ponit,quam alij concubium,alij conticiniū vocāt.

Silētiarij dcī sūt,q honeſtati sūt ab impatore quodā digni
tatis.Sic.n.ait Iuriſcō.ī codice. Viros clariſſimos ſacri nr̄i
pallatij ſilētiarios circa latus nr̄m militātes de tutelis &
curationibus excuſari ſancimus.Accurſius ſilētiarios dicit,
quos vulgo principes ſcribaꝝ et ſecretarios appellamus.

Silentia dicuntur loca,in quibus ſiletur.

Silenus.Bacchi nutricius fuit.

Silanius,mons Hybernię inſulę altiſſimus, à ſilanio regē
in vertice eius ſepulto,dictus.

Siler generis neu.arbor quā vulgo ſalicē vocāt.Virg.lib.ij.
Geor.Namq; alię,nullis hoīum cogētibus,ipsę.Spōte sua
veniūt,cāposq̃; et flumina late Curua tenēt,vt molle, ſi-
ler,lentęq̃; geniſtę.Siler.ge.maſc. fluuius picentinoꝝ, iu-
xta Salernū decurrēs,q et Silerus dr̃.Lu.li.ij.Raderiſq̃; Sa
lerni Tecta ſiler.Hic Lucaniā diuidit à picentinis campa
norum,cuius aqua virgulta induteſcunt, vt inquit Syl.

Silerus,pe.cor.fluuius,de quo modo Syl.lib.viij.Nunc ſile-
rus,quo nutrit aquis.

Sile herba,quā alio noīe Siſelin vocant ,cuius, vel radice,
vel ſemine vinum condiebant , quod ante meridiem su-
mere mos erat,propterea ſilatum antiqui dixere .

Sil,ſilis,idem,quod cęruleum,vt eſt apđ Ply.libro.xxxv.In
auri,ē argēti metallis naſcunt̄ ēt num pigmenta,hoc eſt
ſil,et cęruleum,hoc pingendis abacis.Vic.li.ix.commen-
dat.Auſo.Sit ne peregrini vox nominis,an latij Syl.

Silus,naſus ſurſum verſum aduncus,vel repandus. Vnde
galeę quoq; à ſimilitudine,ſilę appellatę sunt, quemad-
modum. Simus vocatur,qui preſſis eſt naribus.

Silis,amnis venetię primus in ſtagnū cadēs,vbi nunc ha-
bent ſuburbanę Venetiaꝝ inſulę.Murianus, torcellūq̃;.

Silli ꝑ duplex ll,nā apđ gręcos σίλλοι ſcribit, pro dicacita-
tibus,et ſalibus,Vñ Gel.refert Timonem quendam ſcripſiſ-
ſe librū maledicentiſſimū,q ſillos inſcribitur.

Sillo,qui prominentia habet ſupercilia à ſileno quem hir
ſutis ſupercilijs fuiſſe tradunt.

Silicia ſiue ſilicula,herba quę alio noīe dr̃ ſęnū gręcum, à
Theophraſto Buceras vocat,ab aliqbus ceraitis epiceras
hippocrati,qm̃ ſemen habeat ſimile corniculis, vñ ſiliq̃
nonnulli appellant,inuenio et carpum in nr̄is et gręcis
authoribus vocatum, q̃q̃ ei ꝓ balſimi ſemine carpum
ferè accipiunt,item Carphos pro ſęno gręco, quaſi ſiocu-
lum.

lum, siue arentem surculum et telis à Dioscoride vocatur.

Sil ex mas. ge. lapis durus, ex quo ignis excuti solet dictus, ꝙ de eo ignis saliat, vel ꝙ silentem intra se ignem hẽat q atritu, aut percussu excitetur. Virg. lib. vij. tñ foe. ge. vsus est. Stabat acuta silex ꝑcisis vndiq; saxis. Ouid. lib. vij. Met. Aut vbi terrena silices fornace soluti. Hunc lapidem iuraturi ꝑ Iouem tenebãt dicẽtes. Si sciens fallo, q me despiciat salua vrbe, arceq̃;, is me eijciat, vti hunc ego lapidem.

Siliceus, cea, ceum, quod est ex silice.

Silicatus, ta. tum, qđ est ex silice factum, vñ stratę vię dicuntur silicatę, à silico, cas, silicare. n. est silicibus sternere.

Silicernium varie exponi solet, scribit Nonius esse funẽbre conuiuium, quod senibus exhibet. Fes. docet esse farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgat, quia cuius nomine instituebat ea res is iam silentius cerneret. Cęcil. Credidi me silicernium eius esse esurum. Dona. inquit esse coenam, quę infertur dijs manibus, vel ꝙ eam silentes cernant vmbrę, vel, ꝙ, qui hęc inferunt cernant, neq; degustent. Nam de his, quę libantur inferis quisquis ederit, aut biberit funestatur. Hinc Teren. in Adel. appellat senem silicernium, qui ianiam silentibus cernẽdus sit. Alij Silicernium nomen fictum, à Terentio existimarunt, pro sene, ꝙ incuruitate silices spectet. Qui recte sentiunt, affirmant silicernium funẽbre conuiuium esse quod apud veteres senibus exhiberi solebat, dictum, ꝙ cum silentio edẽtes cernerent, vel ꝙ cogitarent se moxillũ secuturos. Quapropter abeuntes, à conuiuio, veluti se amplius non visuri, mutuo se salutabãt. Var. Funus executi laude ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus, idest conuiuium, in quo pransi discedentes dicimus alijs, alij vale. Silicernium ergo. Teren. senem vocat, atq; decrepitum, idest dignum vel cui silicernium fiat, vel q ad silicerniũ vocet.

Siligo, pe. cor. à Prisci. sumitur, pro maguderi, qui lib. vij. inducit. Plau. in ru. Sen. tibi confidis fore multam magu derim, idest frugis genus, hoc est caulis, q nascitur ex ea parte, cuius radix scirpis auellitur, vel potius, vt alij dicũt, siliginem. Ply. vero siligo nunq̃ maturescit pariter, nec vlla segetum minus dilationem patitur, propter teneritatem his quę maturuere, granum demittentibus, sed minus, q̃ cętera frumenta in stipula periclitatur, quoniam semper habet rectam spicam, nec rorem continet, qui rubiginem faciat. Idẽ lib. xvi. Siligine lautissimus panis, pistrinarũq; opera laudatissima pręcellit in Italia. Colu. lib. ij. Omne triticum solo vliginoso, post tertiam arationẽ ꝯuertit in siliginẽ. Ex quo hic patet siliginem esse, tritici genus.

Siligineus, nea, neum, quod est materiatum ex siligine, vt panis siligineus quem Seneca commendat his verbis. Malum panem inquis expecta, bonus fiet, etiam illum tenerum tibi, et siliginem fames reddet.

Siliqua, pe. cor. folliculum, seu integumentum, vbi grana leguminum includuntur, et siquod leguminibus est simile. Virg. lib. i. Geor. Grãdior, vt foetus siliquis fallacibus esset. Ply. lib. xviij. de fabis loquens ait, Nam siliquę, caulesq; gratissimi sunt pabulo pecori. Nescio an Amb. De hac intelligat, cum super Lucam inquit. Qui autem aptior huiusmodi cibus, q̃ is, qui siliquę modo, intus inanis, foris mollis est, quo corpus non reficitur, sed impletur, ut sit magis oneri, q̃ usui. Siliqua itẽ grani genus est, vt ẽ apud Colu. Siliquę modij sex uel septem totidẽ operis obruũtur, metuntur vna. Item siliqua fructus arboris. Hora. Viuit siliquis, et pane secundo. Arbor ipsa similiter Siliqua appellatur, ꝑdulcis est, et cortex ipse, ut Ply. scribit manditur digitorum hominis longitudinem habet, latitudinem uero policarem, et nonnunq̃ falcata est. Quidam ex recentioribus non indoctus scribit siliq̃ esse granum thecę inclusum, quo abundat Apulia varioq; vocabulo, apud italicos, thecaq; oblonga, et plana saporis dulcedinem habet. Genuenses carubam vocant et alij fabam grecam, Arabice carrub. Vnde quidam latinorum Carrubiam dicunt. Grece ξυλοκέρατα, idest lignea cornua. Vnde et primam omnium, et minimum pondus erat apud Romanos. Post siliquam, erat scrupulus grece, latine obolus, qui sex siliquis conficiebatur, quem nos pensum denarium iam dicimus. Est vero vigesima quarta pars vncię. Supra scrupulum drachma erat, quę ex scrupulis tribus constabat. xviij. siliquas comprehendens. Sextula autem ex quatuor scrupulis, hoc est drachmam, et tertiam continebat. dicta, ꝙ sexta sit pars vncię. Hanc quodam tempore vetustiores denarium appellarunt denarius tunc argenteus minimus erat ponderis siliquarum. xxiiij. q̃q̃ denarius proprie de decem assium pondo constat, atq; erat apud antiquos minima ęris signati pars. Supra Sextulam semunciam legimus dimidium vncię continentem. Vncia ab vno denominatur, ꝙ ex. xij. ea vnica est pars assis, et ea ex octo drachmis conficiebatur, siue sex denarijs. vncię duę sextans, quasi sexta pars assis nuncupatur. Quadrans, quarta pars. Triens, tertia pars. Vide in dictione as. Inde as, ex xij. vncijs constans, quę et libra dicitur ex. xci. drachmis, siue denarijs. lxxij. confecta. Supra assem erat dupondius duę librę, à duobus ponderibus. Põdus. n. et põdo assis põdere dicebatur. Vnde et vnum pondus est assipondium appellatum. Vltra dupondium est. Sestertius librę duę, et semis quasi semistertius, hoc est post sequens tertio loco semis. Quod enim fiebat ex duobus assibus et tertio semisse sestertium veteres vocauerunt. Supra sestertium. Tressis, à tribus assibus. Octussis quoq; ac nonnullis, decussisq; reperitur octo, nouem ac decem asses. Decussem vero denarium, et à decem assibus nominauerunt. A duobus deinde decussibus vicessis, idest viginti asses. A tribus tricessis, triginta asses, à centum centussis, centum asses, qui erant breues, ex ęre nummi, supra centussem. maius ęris vocabulum non habemus.

Siliquor, aris, siliquas facio, hoc est integumenta. Ply. lib. xvij. Inter omnes autem constat nihil esse vtilius lupini segete priusq̃ siliquetur aratro, vel bidentibus versa.

Siliquastrum. Vide in dictione Seliquastra. herba hortensis quę aliter piperitis appellat cuius meminit Ply. lib. xx.

Silurus, pe. pro. peculiaris Nili piscis traditur quanq̃ et in danubio reperiatur, quem non absimilem ei putant quidam doctissimi, quem sturionem appellamus. Amb. li. Hexa. Captus est silurus, ẽ inutilis ꝑda detecta est. Et rursus. Et silurum, qui minorum piscium visceribus aluum replet. At scylurus, ꝑ c, et y, nomen viri ꝓprium, q (vt Plut. author est) cum relictis maribus filijs octoginta, diem eẽt obiturus, hastilium fascem cuiq; obtendens, vt illum confringerent, iubebat, id autem singulis se posse negantibus, ipse singillatim educta hastilia omnia facile confregit. Ita docens illos, vbi vna esse perseuerarent, firmos, ac potentes fore, ĩbecillos autem, si separarentur, ac dissiderent.

Sillura, insula in oceano britanico, vt Soli. inquit, cuius homines nũmos refutant. Dãt res, et accipiũt mutationibus.

Silla, vt Diodo. Siue filia vt Stra. Stagnum est in indis in quo nihil innatat sed omnia merguntur.

Silys fluuius. Eusta. ταναΐς ἑλλήνισι καλούμενος σιλὺς παρὰ τοῖς παροικοῦσι βαρβάροις ὠνόμασαι, hoc est Tanais grece dictus. Silys ab indigenis appellatur, de quo Ply. Supra tanaim, inquit scythę silyn vocant

Siloen dicunt esse fontẽ ad radices montis sym q non iugibus aqs incertis horis diebusq; ebulliat et ꝑ terrarum ꝯcaua et antra saxi durissimi cum magno sonitu veniat.

Simois, fluuius, qui ex Ida monte Troiano defluens, iuxta Troiam labitur, et mari appropinquans commiscetur Xantho ac in paludem cogitur deinde exit in mare iuxta sigeum promontorium.

Simbella, libellę dimidium, hoc est signũ semis assis. Item instrumentum paruum, quo singuli nummi ponderant.

Similis, quasi simulis, cum ad moꝝ, vel doctrinę vel hmõi imitationem refert iungit gtõ, vt versus lucani nõ sunt similes versuũ. Virg. Hora. in Ser. Similesq; meoꝝ. Mille die versus describi posse Trebati. Ci. Vt aliquoꝝ similes in

dicendo valeamus esse. Quando vero, vel ĩ forma, vel in ętate, vel in fortunis, aut alijs huiusmodi rebus similitudo est datiuo iungit. Virg. Os, humerosq́; deo similis. Ply. Effigie, ac lineamentis corporis patri similis. Sed confundit quãdoq; apud authores hęc differẽtia. Cõposita sunt. Absimilis, dissimilis, assimilis, q est alicui similis. Plau. in Mer. Quasi tu nunq̃ quicq̃ assimile eius facti feceris. Consimilis, et verisimilis.

Similo, las, similis sum construiturq́; cum accusatiuo. Mar. Cum sint crura tibi, similent, quę cornua lunę. Hinc componitur assimilo, quod est comparo.

Simulo, las, à similis fit, ẽ sigt imitor et refero. Quidã à simul deriuant. Nihil enĩ aliud est simulare, q̃ ea q̃ absũt simul esse ostẽdere. Hora. in Epi. Duceret ęra fortis Alexandri vultũ simulantia. Hĩc quoniã ꝓxima est sigatio. Simulare ponit ꝓ fingere. Cice. Simulabat se Romã reditu℞ cũ in Africam nauigaturus esset. Huius composita sunt. Assimulo valde simulo. seu ostẽdo vnã rẽ ꝓ alia. Plau. in Amphi. Sed ita assimulauit se quasi Amphitrio siet. Dissimulo, et Insimulo, de qbus alibi. Quę oĩa p, v. Scribuntur. Licet similis dicatur p, i, vt author est Diomedes.

Similitudo, quę et similitas dicitur apud veteres. Cecil. Vide quid ferat morum similitas Eius contrarium est dissimilitudo. Cic. in Lel. Dispares mores, disparia studia sequunt, quorum dissimilitudo dissociat amicitias.

Similiter aduerbium dixerunt antiq, ꝓ similiter. Plautus. Ex ossabo ego eum semiliter, vt muręnam coquus.

Simitu, ꝓ simul. Plau. ĩ mer. Ita tres simitu res agẽdę sunt. Idẽ in Am. Non ego cũ vino simitu ebibi impium tuũ.

Simultas dicta est, à ꝯtrario sensu, qa non sunt simul. Põt etiam dici à simulatione, ꝙ q simultates exercent, inter se simulata loquuntur. Est autem simultas odium, quę plęrunq; intelligi ꝯtenta est, cum inimicitia opere se ostendat. Cice. pro Man. Vt multas simultates partim occultas, partim apertas intelligam mihi esse subeundas, neq; politicus est, neq; tyrãnus tam felix, q hanc euadere potuerit. Vñ merito Demosthenes ĩ philippicis μὴ γὰρ ὡς θεῷ νομίζετε ἐκείνῳ τὰ παρόντα πεπηγέναι πράγματα, ἀθάνατα, ἀλλὰ, καὶ μισεῖ τις ἐκεῖνον, καὶ δέδιεν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι.

Simulto, tas, simultates exerceo.

Simulãchrum, pe. ꝓ. à simulo, las. Et ꝓprie dicit alicuius ficta imago. Lactan. Quod si à similitudine id nomen accepit quomodo possunt ista simulachra deo similia iudicari quę nihil sentiunt nec mouentur. Simulãchra. n. principio ex desyderio mortuorum orta sunt, vt quę iam defecerant, viuere viderentur.

Simones, q sine naribus nati sunt, vt inqt Plyn. lib. xi.

Simonides, nomen viri ꝓpriũ, ẽ Cęa insula, q Melicus dictus est. Hic longas, et duplices literas inuenit, longas, i, v, ω. Eusta. inqt duplices cuiusmodi sũt, ζ, ξ, ψ, Palamedes vero, θ, ξ, φ, χ, et, v. Pręterea memorię artem et lyrę tertium sonum comperit. At Ply. Octauam, inqt chordam addidit Simonides. Fuit et alius Simonides poëta Iambicus ex Amorgo insula.

Simõ, onis, pe. pro. cũ apud gręcos scribat p, ω, nomen viri.

Simila, ę, p. cor. farina alba, et flos, seu delicię farinę triticeę. Mar. Nec poteris similę dotes numerare, nec vsus. Hiero. in Geñ. Accelera tria sata similę ꝯmiscę, et fac subcinericios (panes.

Similago, pe. pro idem quod simila. Plyn. Similago, ex tritico fit laudatissima.

Similax. Vide infra in dictione Smilax.

Simul aduerbium congregandi, vt omnes simul currunt Aliquando ponit ꝓ deinde, vel etiam. Vatinius. Cice. Ciues Romanos occĩdit, abripuit, disperdidit, regiones vastauit, simul vero semissis homo contra me arma tulit. Sal. His amicis, socijsq́; ꝯfisus Catilina simul, ꝙ ęs alienũ, per oẽs terras ingens erat. i. ẽt Inuenit quandoq; geminata, et habet vim copulę, qua dictione sigatur duo simul vno ẽ eodem tpe fieri, siue idem sigt, quam cum, et tũ siue partim. Quin, Simul vt pleniori obsego demererer amantissimos mei simul ne vulgarẽ viã ĩgressus alienis vestigijs ĩsisterẽ. Hinc fiunt insimul, qđ est vna Simulac, ẽ simulatq́;.

Simulac, et simulatq́;, significant q̃ primum, vel statim cũ, siue postq̃. Sal. Iam primum iuuentus, simul ac belli patiens erat. Colu. lib. vi. Semp conueniet simul, atq; folia, agere coepint ficus rubricã amurca diluere. Cic. Appi. Gratissimũ mihi feceris, si ad me simul atq; adeptus eris mi (seris.

Simus, ma, mũ, qđ est ꝓssum. Hie. de Socrate. Quę cũ crebro ĩter se iurgarent, et ille eas irridere eẽt solitus, ꝙ ꝓp se foedissimum hominem simis naribus recalua fronte, pilosis humeris, et repandis cruribus disceptarent. Virg. Dum tenera attondent simę virgulta capellę. Huius dimi. est simulus. Composita Desimus q est contrarius simo, vt Depes, denares depiles, deplumes, et mille alia. Hoc à gręcis sumptum est, qui σιμὸν ἢ ἀνάσιμον, pro eodẽ capiunt. Subsimus parum simus. Var. lib. ij. de re ru. Vt sint bene compositę, vt ĩtegris membris pilosis oblonge amplę subsimi, nec gibberi. Resimus, de quo alibi habentq́; pe. pro.

Simię, et simij hominum figuris proxima animalia, quę cauda carent, et in libya nascunt, dictę ꝙ simę sint, idest naribus depressis, vel q̃si mimę, hoc est imitatrices, Mar. Callidus emissas eludere simius hastas.

Simplarię antiqtus dicebãtur res minutę et nullius precij q̃q̃ etã simplo quoq; quod ad duplionem refertur, simplarię actiones vocantur, qa in simplum dentur, vt duplarię in duplum, quadruplarię in quadruplũ. Vnde quadruplatores ꝓprie dicuntur qui eo se quęstu tolerabãt vt ea persequerent quorum ex legibus q̃drupli erat actio. Quo nomine vt inqt Cato foeneratores veniebant.

Simplatrices. Vide in Simplum.

Simplex nomen numerale, vt simplex, duplex, triplex. Aliquãdo ponit pro vero et syncero, sicut ẽ contrario duplex pro fallaci. Cice. Tuum erga me animum simplicem, atq; amicum apuit. Hora. Aut cursus duplicis, per mare Vlyssei.

Simplus nomen numerale, et sigt semel tm̃, sic duplus bis tm̃ triplus ter tm̃ et hm̃i. Et simplũ dr̃, cui ꝯtrarium est multiplex. Plau. Simpla est hĩtatio. i. ad vnũ nõ ad plures (ꝑtinet.

Simplũ calix fictilis, quo vinũ in sacrificijs libabatur, à sumẽdo, ꝙ eo vinum sumebãt minutatim. Ply. li. xxxv. Sed fictilibus prolibabatur simpulis innocentius. Apul. Catinum, et simpulũ sacrificijs adhiberi solita ostẽdit his verbis. Paupertas populo Ro. Imperiũ à primordio fundauit, proq; eo in hodiernum dijs immortalibus simpulo, et catino fictili sacrificat. Fes. Simpulus vas est ligneum paruum non dissimile cyatho. Vnde mulieres diuinis rebus deditę simplatrices vocentur.

Sin, ex si et ne componit, abiecta ẽ, significatq́; si vero, qđ nunq̃ in prima parte collocat, et nisi ꝑcessent si, sed in secunda, vbi ferè duo℞ est oppositio. Ter. Si illum relinq̃, eius vitę timeo, sin opitulor, huius minas. Habet. n. q̃dã vim negationis, ꝑinde ac si diceret. Si autẽ nõ relinquo, sed opitulor. Aliquando sin solum repitur, sed ꝙ secundi loci vim obtinet. Salu. Imperat, vt precio, sicuti multa confecerat ĩsidiatores maxime paret, ac maxime occulte. Sin id pa℞ procedat. quouis modo Numidam interficiat. i. si potest occulte, si non potest vt cunq;.

Sina, vrbs Mesopotamię, quo nomine etiam dictus est mõs Petręę, et Arabię. Apostolus. Sina mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quę nunc est Hierusalem.

Sinapodes populi fuerunt in desertis Africę, q, vt Pompo. refert inflexi lẽtis cruribus serpere magis, q̃ ingredi tradũt.

Sinarum regio, authore Pto. lib. vij. terminatur à septentrione parte se℞, ab ortu solis terra ĩcognita, ab occasu ĩdia extra Gangem.

Sinapis, is, pe. pro. foe. ge. et hoc sinapi indeclinabile, herba, seu semen, quod prosilit cum tanta acrimonia, vt lachrymas ciat comedenti. Id ãt tritũ admixto musto, ac melle, ac vua passa, necnon defruti paululum confectionem gustu suauẽ efficit, nec decrescit, si addijcias cynnama, et caryophales. Colu. Hoc sinape declinat. Ait enim Sinape, atq;

coriandrum

coriandrum vti ſata ſunt, ſua ſede immota permanent. Plau.in Pſeu.genere foe.vſus eſt. Teritur ſcelerata ſinapis,cum illis.Macer. Inter eas,quas Pythagoras laudanerat herbas,aſſeritur primam laudes tribuiſſe ſinapi. huius vim.Augu.in quodam ſermone,his verbis expreſſit.Sinapis creſcit in arborem cuius granum prima fronte ſpeciei ſuę eſt paruum vile, deſpectum non ſaporem prǽſtans,non odorem circunferens, non indicans ſuauitatem.At vbi teri coeperit ſtatim odorem ſuum fundit,acrimoniam exibet, cibum flammei ſaporis exalat, et tanto caloris feruore ſuccenditur vt mirum ſit in tam friuolis tantum ignem fuiſſe concluſum, cuius etiam ſemen in cibum homines hyemis pręcipue tēpore magna pro ſuauitate percipiunt quatenus repellant frigora, humores egerant,viſcerum interna calefaciant,sępe etiam ex hoc capiti adhibent medicinam,vt ſi quid inualidum ſi quid ęgrotum fuerit ſinapis igne curetur ita fides chriſtiana prima fronte videtur eſſe parua vilis et tenuis non potentiam .ſuam oſtendens,non ſuperbiam pręferens non gratiam ſubminiſtrans.At vbi diuerſis tentationibus teri cępit ſtatim vigorem ſuum ꝓdit acrimoniam indicat,calorem dominicę credulitatis aſpirat,et tanto diuini ignis ardore iactatur vt et ipſa ferueat, et participantes ſibi ardere compellat.

Sinapium,à ſinapi,ſicut ab allio,alliatum. Quidam tamē per y,ſcribunt,ſed male.

Sinapiſmois,q̄ vtunt̄ medici ad totuȝ corpus purganduȝ.

Sinciput, quaſi ſemicaput, inquit Phocas grammaticus, ſignificatq̄; partem porcini capitis conditam,et ad edendum paratam.Nam inter ędulia annumeratur. Plyn.lib. viij.Interdicta quoq; coenis abdomina,glandia teſticuli, vuluę ſincipita verrina. Hieronymus contra Ioui. Comę in occipitium,frontemq̄; tornant̄.Eſt ē ſinciput anterior pars capitis aures,temporaq̄; complectens.Cornu.in Perſium.Synciput anterior, occipidum dicitur poſterior pars capitis Apollinaris ad Valerium maioranum. Partemq̄; cerebri.Hic galeę cum parte rapit, furtiq̄; lacerto Diſijcit accipiti miſerabile ſinciput enſe. Plau.in Mene.partem ꝓ toto poſuit ac de homine, quod eſt contra Georgium Merulam,q negat inueniri ſinciput,ꝓ anteriori capitis ꝑte. Ait enim nō eſt tibi ſanum ſinciput adoleſcens.

Sindon,veluȝ ſubtiliſſimū,vt in Euā.Et inuoluit eū in ſindone mūda.Hie.Dicit ſindones eſſe q̄ amictoria vocamus.

Sine ꝑpoſitio ſꝑ ſeparatiua,et ſignificat abſq;, vt Sine cerere,et bacco friget venus.Eſt et imperatiuum verbi ſino,is, vt ſine videamus,an veniat Helias ad deponendum eum.

Sino,nis,iui,itum,ꝑmitto.Var.Sine is ad pubertatis annos ꝑueniat.Huius compoſituȝ ē Deſino, qđ ē ceſſo termino.

Sinope,pes,pe.ꝓ. vrbs Ponti Vale.Flac.li.v.Aſſyrios cōplexa ſinus ſtat opima Sinope.Hanc Mileſij ꝯdiderūt,cuius potentia magna fuit,q̄ claſſe comparata,mari,qđ intra Cyaneas ē,impauit,ędificia in vrbe magnifice extructa. gymnaſium,et foꝝ,et porticus,et tēpla ſplendida.Hic Diogenes cynicus et Timotheus,et patron, et diphilus Comicus orti ſunt.Eſt et ſinope nomen regis numidarum.

Sinopis,idis,color quidā natiuus,ſeu rubrica dr̄ quę primo apud Sinopen inuenta eſt. Vic.lib.vij. eam rubricam ſinopicam appellauit,de qua Stra.lib.xij.ſic ſcribit.In cappadocia naſcitur ea,quę ſinopica rubrica dicitur omnium optima,quę cum Iberica decertat idcirco ſinopica appellatur,ꝙ eam mercatores eo deferebāt prius, q̄ ephesioruȝ emporium,tam celebre eſſet.

Sinus,us,pe.cor.dicitur illa pars,quę eſt intra pectoris,brachiorumq̄; cōplexū hinc ſinus veſtiuȝ appellati sūt q̄les erant tunicę romanoꝝ,et laxitas illa ſupra cincturā.Vir. Sinus collecta fluentes.Per tranſla. Sinus vocantur litora curua,ad ſimilitudinem ſinus,et quaſi brachijs mare amplectentia. Gręci κόλπον vocant, à quo curuitas ipſa ſinuatio dicitur,et Sinuatim per ſinus. Aliquando ſinus dr̄ concauitas oculorum. s.palpēbre. vbi lachrymarum conceptacula ſunt,propter quandam ſimilitudinem. Vig.lib. iiij.Sic effata ſinum lachrymus īpleuit obortis.Aliquando ponit̄ ꝓ quacunq; refluente ob laxitatē, atq; capacitateȝ. Iuue.fata regunt homines,fatū eſt in partibus illis.Quas ſinus abſcondit.Vnde,et retia ſinus vocantur.Idem Impleuitq̄; ſinus.Aliquando ponit̄ pro velo,ꝙ ventis flantibus curuatur, et ſinum facit.Ideȝ.Totos pande ſinus. Et ſinus in ſacra ſcriptura,locus eſt, in quo Abraam cum ſanctis patribus,vſq; ad Chriſti aduentum perſtitit.

Sinuoſus,ſa,ſum,quod habet multos ſinus, vt mare ſinuoſuȝ.vela ſinuoſa,quę ſinus.i.curuationes faciunt.Clau.li.i. de rap.Sinuoſa draconum mēbra regens.i.nodoſa.

Sinuatim aduerbium ſignificat per ſinus.

Sinuo,nuas,curuo,in ſinus flecto.Virg.lib.ij.Sinuatq̄; immenſa volumine terga.i.in ſinus flectit.Ouid. lib.ij.met. Tremulę ſinuantur flamine veſtes.i.formantur,rugantur vel in ſinus colligunt̄.Clau.lib.i.Ceperat ē vitreis ſumma iam margine texi oceanum ſinuare vadis.i.nodoſum facere.Hinc componitur Inſinuo,qđ ꝓprie ſig̃t coniungo,et quaſi in ſinū pono,īmitto,īfluo.Iuſti.Cui ſe celeriter officij cōmitate,et obſequendi gr̄a īſinuauit.Lact.lib.iiij.Deſcendēs itaq; de coelo ſcōs ille ſpūs dei ſcām virginem,cuius vtero ſe inſinuare elegit.i.īmittere.Idem in eodē.Iteȝ ſurdorum patefactis auribus inſinuabat auditū.Plau.in Cis.Obſecro quo is hō īſinuauit pacto ſe ad te.i.introduxit.Et īſinuare eſt oñdere.Hie.ad Ruſticū.Totum quod inſinuare tibi cupio.Et in prolo.Heſter.Volentes.lxx.interꝑtum ordinē,ꝑ hoc īſinuare ſtudioſo lectori.Similiter inſinuare dicimus,nō apte,et sīpliciter rē exponere,ſed latēter vel caute in aīum audientis,veluti in ſinū, qđ volumus mittere,et ingredi facere.Cic.Pu.Figulo.Nā et complector eius familiariſſimos,q me admoduȝ diligunt. multumq̄; mecuȝ ſunt, et in ipſius ꝯſuetudinem, quā adhuc meus pudor mihi clauſio,inſinuabo. Hinc inſinuatio occulta ingreſſio,q̄ eſt exordij ꝑs,qua artificioſe diſſimulant̄ ſurrepimus aīs iudicū ī cā nō ſatis fauorabili.Idē ad Herē. Ergo ſi fidē factā putabimus, inſinuabimus ad cām.i.ꝑ ſinū locuȝ dicendi,quē ſumpſimus,occulte ingrediemur. Sic inſinuatus ſumit̄ ꝓ ꝯciliato ī amicitiā nō rectā,ſed ꝑ quoſdā ſinus et q̃ſi diuerticula ītrat ī amicitiā latenter.

Sinuatus,ta,tum,quod eſt flexuoſum et criſpum.

Sinus,us,et ſinum pe.ꝓdu.genus vaſis,ſicut galeola. Plau. in Cur.Hic cum vino ſinus fert̄.Var.Vbi erat vinum poſitum in menſa,aut galeola,aut ſinu.Virg.Sinum.lactis. etc. Quidam accipiunt pro flaſco.

Sinueſſa,ciuitas mediterranea.Campanię vino ſatis abundans ꝙ ſinueſſanum dicitur. De hac Liui. lib.x.In ſaltu veſtino Falernum ꝯtingente agrum Sinope dicitur. gręcā vrbs fuiſſe.Sinueſſa deinde à romanis colonis appellata. Stra.li.v.Sīneſſa ī ſentino ſita ē ſinu à q̊ nomē vēdicat, ei ꝓximę calidę sūt balneę,ad ęgritudīes q̃sdā accōmodatis.

Singulus,la lū,q̃ſi ſine angulo, ꝙ ea q̄ vnica sūt ſimę. neq̄ant ꝯſtituere angulū.Dicunt̄ āt ſinguli vnus quiſq; ꝑ ſe hoc ē ſeparatiȝ ab alijs.Plau.Et ad ſingulum video veſtigium.Augu.lib.xiij.de ci.dei.dixit.Singulus quiſq; homo,vt in ſermone vna litera,ita quaſi elementum eſt ciuitatis,et regni q̃ talibus terrarum occupatione latiſſimi.

Singulare,quod eſt vnicum, excellens, et tam in malum, quàm in bonum ſumitur.Cice.pro Sylla.Me ſingulari immanitate, et crudelitate preditum.

Singulatim,multi ſeparatim,ē vnum quodq; per ſe.Cęcil. Primum malo publico ſingulatim gratias agere.

Singillatim,à ſingulo,idem,ꝙ ſingulatim.Lucil.Singillatiȝ vnuſq́ſq; noſtrū monet.Suet.in Augu. Atq; ēt ſingillatiȝ è certo genere hominū libentes,ac ꝓ facultate q́ſq; pecunias ꝯtulerunt.Hora.lib.Ser.ꝑ syncopen,dixit,Vt veni coràm ſingillatim pauca locutus,verius legitur ſingulatim.

Singulariter,vnice,excellenter.

Sīgularius,a,riū,qđ ſingulis tribuit̄.Plau.ī Cap.Cathēas ſingularias.

Siniſtra,manus leua,à ſino nis, ꝙ gerere nos

dextra manu,quę aptior eſt,ſinat. Siniſtrũ autẽ,quãtum ad auguriã ptinet ſignificat ,pſperũ,ꝙ nos agere aliquid ſinat.Aliquãdo dicitur aduerſum,noxium.Vir.li.i. Geor. Arboribusq̃;,ſatisq̃; notus,pecoriq̃; ſiniſter.

Siniſtroſum aduerbium ſigt verſus ſiniſtram partem.

Siphones,pe.pro.cãnales,tibię,fiſtulę,per quas,vrgẽtes ſpiritu aqua,vel alius liquor emittit,à ſono vocis dicti, ſi,ſi,ſi. Vñ illud Iuue.Effigiemq̃; deę lõgis ſiphõibus implẽt.Ply. li.ij.de aqua in ſumma iuga erumpente,quo ſpũ acta,et põdere terrę preſſa ſiphonũ modo emittat.Tales ſunt in fontibus manu fabrefactis, in quibus ſunt hmõi lingulę plures prominentes,et aquas plurifariam euomentes. Ply. ad Apollinarem. In hoc fonte crater circa ſiphonculi plures miſcent iucundiſſimum murmur.

Siphonculus dimi.à ſiphone,et accipit, pro exigua fiſtula ex ęrę vel marmore, aliaue mã ex qua aq̃ exilit è fonte.

Siphnos,inſula in mari Ægeo in qua auri, et argenti fodinę erant,vt Herodo.ait.

Sipo,as,ſpargo.Hinc fiunt compoſita Diſſipo, quod eſt deſtruo.Cic.Marcel.Habemus etiã rõnem rei familiaris tuę, quam diſſipari nolumus . Aliquando diſſipare eſt diſpergere,diuulgare.Col.li.ij.Grumoſq̃;,quos ad verſuram plęrunq; tractę faciũt crates diſſipabimus. Inſipio iniĳcio, intus iacio.Cato,de re ru.Pultem panicã ſic coquito,librã alicę in aquam indito,vti bene madeat, id infundito in alueum paruũ eo caſei recentis.p.iiij.mellis.p.v. ouum vnum omnia vna permiſceto,bene ita inſipito in aulam nouam.Obſipo,de quo alibi,et habent pe.cor.

Sipontum , vrbs Apulię iuxta Garganum montem à Diomede ędificata,quę et ſipus , et à gręcis ob multitudinem ſepiarũ, quę ibi capiuntur.Sepius, Sepiuntis dicitur.Hinc Sipiontinus à ſiponto,et ſepiuntinus,à ſepiunte.

Sipiarum,velum inimicũ,qd Apul appellat ſęnicũ quo vtebantur mimi ſcęniciq̃; artifices ad ſcęnã velandã, quod populo obſiſtebat . Et hęc ſiparia pro aulęis ętas poſterior vſurpauit.Iuue.Conſumptis opibus vocẽ damaſippe locaſti ſipario.Quidã legũt ſupariũ.Señ.li.tranqlli. vitę appellat verba cothurno et ſiparis fortiora quę grandia ſunt, et ſupra ſublimitatẽ tragicã euehuntur. Idem lib.xi.Epi. ait ſupera, vnde per dimi.ſuperaria inclinari vidẽtur, eſſe inſigne nauium alexãdrinarũ qbus ſolis licet ſuparũ intẽdere quod in alto non oẽs hñt naues.Et Luc.Supera velorum dixit. Alius ſuparũ veſtimentum puellare lineum. Afra.Puella non ſum,ſi ſuparo induta ſum.

Siquidẽ hẽt accẽtus in añpe,cõponiturq̃; ex ſi,et qdẽ,q̃uis ſi per ſe ,pducat, ibiq̃; correpta ſit, nec ſigtionem partiũ habeat,ex quibus cõponitur.Sigt.n.naʒ,ſeu quoniã. Ci.Dolobellę.Gratulor Baĳs nr̃is,ſiquidẽ,vt ſcribis , ſalubres repente factę ſunt ponitur et pro ſi certe dubitatiua coniunctione. Aſinius.Ci.Nam,et robur,et ſoboles militũ ĩterĳt,ſiquidẽ quę nũciant vera ſunt.Col.in pręfa . Accedit huc ꝙ ille quẽ nos pfectũ eſſe volumus agricolã ſiqdem artis cõſummatę ſit.i.si vere.Quidẽ duplã eſſe putãt,ſed vnã dictionẽ oſtendit.Oui. Qui in eodẽ ſigto vtit prima breui,qd nõ accideret,niſi eſſet compoſita.Quę mihi ventura eſt,ſiquidem ventura ſenectus . Cum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis. Valla quoq; ſic legit,ſed duas particulas cenſet,vera autem lectio eſt,ſi qua eſt.

Siquis alius,elocutio ornata,vt cum dicimus.Var. Doctus eſt ſiquis alius,hoc eſt, prout qſpiam alius doctus reperiri põt.Sue.in Claudio. Siquidẽ alium, et ſe liberum eſſe.

Siren,et ſirena monſtrum maris,ab εἴρειν, quod connectere,vel retinere ſignificat,vel à σειρὰ catena,eo ꝙ libidinis vinculum ſirenes fuerint.Sunt et q hoc,ab σύρω traho deducant.Vnde fit,vt quidam per i.latinũ, qdam per y,ſcribant Hie.in prolo.Ioſue.Et nos ad patriã feſtinãtes mortiferos ſirenarũ cantus ſurda debemus aure tranſire.Fuerũt ãt ſirenes,Acheloi,et Calliopes filię ore, & pubetenus virgines reliqua pte corporis piſces,ſiculum litus incolentes,quaʒ noĩa fuerũt Parthenope,Lygia,et Leucoſia,Fulgẽtius mythologus ait ſirenes,latine tractorię tres ãt ideo fingi quia amoris illecebra tribus modis trahitur,aut cãtu,aut viſu,aut conſuetudine.

Sirius,ſtella in ore canis pnitioſa.Continent.n.canis. xviij. ſtellas.Luc.li.x.Rapidus qua ſirius ignes exerit.Sta.li.i.Syl. Nec calido latrauit ſirius aſtro, ductũ nomen ἀπὸ τοῦ σείρειν hio,ꝙ per ęſtũ pręcipue canes faciũt,quo tempore plerunq; in rabiem conuertunt.Vel ἀπὸ τοῦ σειριάειν quod eſt arefacio,quia tũc maxima ſiccitas eſt amnibus,ac fontibus deficientibus.Vel dr̃ ſirius,à longo tractu,qm̃ magnitudine ſua triũ ſignorũ ſpatiũ occupare videt. Hęc annis oĩbus,vt inqt Ser.orit circa.viij.Kal.Iulij.Sui.σείριον ἐκάλουν λεπτὸν ἱμάτιον ἀσπασθέντα . Et ſubdit ſolem ſirium dici, et oĩa aſtra noĩari ſiria. σείριον τὸν κύνα ὅτε δὲ καὶ τὸν ἥλιον ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα σειρία λέγει. etiam ex authoritate Æliani dicit ꝙ ſol dici poteſt ſir ſiros,et ſirius ſirij καὶ σεὶρ σειρὸς ὁ ἥλιος οἱ δὲ καὶ σείριος.

Siri defoſſiones terrę in modum puteorum,vbi tranſmarinę prouincię loco horreum frumenta defoſſa ſeruant,vt Colu.li.i.et Varro de re ru.ſcribunt.

Sirpi iunci fragiles,paluſtresq̃; ſunt,nec in fruticũ, vepriumue,aut cauliũ,siue herbarũ, genere numerantur . Ex his teguntur domus,et tegetes fiunt,his velificant in Pado nautici, dñr ſtoreę. Do.Sirpus ſine nodo, et lenis iũci ſpẽs,paluſtris res. Hĩc factũ eſt prouerbiũ. Nodũ in ſirpo quęris,de his,qui in rebus claris, atq; apertis difficultates faciũt.Hie.ad Pãma.Qui inimicus eſt ẽt in ſirpo nodum q̃rit.Sirpi ẽt dñr nodoſa poëmata,et implicata inſtar uiminũ capreolatim ſirpata,ut enodari non poſſint.Gel.li. xi.Quę gręci ęnigmata,latini ſirpo, appellauerunt.Tales etiam à gręcis itidem Gryphi uocitantur.

Sirpo,as,uincio,ligo,innecto,implico,à ſirpis dictum.

Sirpea,qui virgis ſirpatur,hoc eſt colligando ĩplicatur,in q̃ ſtercus aliudue ſimile vehitur iumẽtis.Oui.in plauſtro ſirpea matta fuit.Cato.Crates ſeſternarias vimine cõtextas appellat ſirpeas.Sirpea,ſimulãchra vocat.Oui.li.v.Faſto. Pro vimines argęis ſirpea dolia quaſſa.

Sirpicula,falces quibus in ſirpãdis, hoc eſt ligãdis vineis, vtimur ad ãputãda à ſupflua ligamẽtoꝝ.Var. Falces dñr vineaticę opus eẽ ſex ſirpiculę qnq;.Hę ẽt dñr ſirparię falces.

Sirpiculũ,caniſtrum,vel quod de ſpinis confectum eſt,vel quod verius videtur,à ſirpando.

Siſamus,teſte Homero,fuit vrbs Paphlagonię.

Siſer,herba cuius radicem olim nobilitauit Tyberius flagitans eam omnibus annis à Germania.

Siſapo,pe.cor.locus in Hiſpania,vbi miniũ celeberrimũ naſcebatur.Vñ ſiſaponenſis regio.Ply.li.xxxij.Celeberrimum miniũ ex ſiſaponenſi regione bethica miniano metallo.

Siſyphus,pe.cor.fuit Æoli filius,qui ob latrocinia,à Theſeo fertur occiſus,et hac pęna apud inferos affici, vt grande ſaxũ ſupra montem portare coactus, cuʒ ad appicem deduxerit,cõtinuo ad ima relaxetur.Vnde Oui. li.xiij.Met. Aut petis,aut vrges rediturum Siſyphe ſaxum.

Siſto,is,ſiſti,ſupinũ non hẽt ſigt ſtare facio,ſeu retineo,vt ſiſte gradum,ſiſte lachrymas.Ply.Sanguis profluuiũ ſiſtit herbę pęonię ſemen rubrũ. Quandoq; ſyſtere ſigt pñtare, et quaſi pñtiam corporis exhibere cõparere.Dicitur ab eo ꝙ eò nõ tantũ cõparere qs dẽt,ſed ẽt manere.Ci.ad Atti. Des opam id,quod mihi affirmaſti, vt te añ Kalen. Ianuarias vbicũq; erimus,ſiſtas.Idem. Vas fcũs eſt alter ſiſtendi vt ſi ille nõ reuertiſſet,moriendum eſſet ſibi.Qñq; eſt cõfirmare,corroborare,vt Hic rem Romanam magno turbãnte tumultu ſiſtet eques. Et ſiſto ſtatui facit Plaut. in Bac.Nauem ex templo ſtatuimus Sto vero .Steti ſtatuʒ facit.Vnde ſtator.non à ſiſto,vt qdam putarunt,cum teſte Priſc.nullum hẽat ſpinũ,nec vllũ vocabulũ, à ſiſto profectum legamus.Nã ſi ſupinũ hẽret,nõ ſtatũ, ſed ſtitũ eẽt quoniã eius pręteritũ,nõ ſteti ẽ,vt Priſc.quoſdã,velle dicit neq; ſtatui,vt ipe Sentit,qm̃ tũc.ſtatutũ ſupinum faceret ſed ſtiti eſt, ſi Gellio credimus ita dicenti in li.vetere.M.

catonis,qui inscribit contra Tyberium exulem scriptus quidem sic erat. Quid si vadimoniū capite obuoluto stitisses Recte ille stitisset scripsit,sed falsi, et audaces emendatores exscriptos,per libros stetisses fecerunt,tanq̄ stitisses vanum,et nihili verbum esset, quin potius ipsi,neq̄ et nihili sunt,qui ignorant stitisses dcm̄ à Cato. qm̄ sisteretur vadimoniū,nō staret.Igit cū supinū huius vbi,si hēt cōueniat eē stitū,nō statū,iā ꝯstat stator à statū, nō à stitū eē formatū ꝑterea cū nullū vocabulum, à sisto discendat multa vero à sto nemini dubiū eē dēt,qn sisto supino careat nisi forte,à statū mutuet. Hinc.n. stabilis, stabilio, stellę, staturus,et multa alia.Nec ꝙ Romulus orauerit Iouem vt suoꝝ fugā sisteret, et statori Ioui templū vouerit, idcirco à sisto, stator est. Non.n.dicit.Liui. propterea ꝙ Romulus precatus est Iouem,vt suos sisteret, inde Iouem sistorem appellatum, nec Romulus Iouem statorem appellaturum,si suos sisteret,sed ait. Hic ego tibi templum statori Ioui.i.q es stator ,ꝑa virtute stās, et reꝑ stabilior, tanq̄ stabilitori nr̄o futuro,templū,qđ monumentū sit posteris tua pr̄tia ꝑseruatā eē vrbē voueo.Nam ꝙ Romulus dixit fugā fedā siste, nō sic accipiēdū ē,ꝙ ꝑcatus sit Iouē, vt suos solū sisteret(hoc.n.ridiculū foret)sed,vt sic sisteret vt in Sabinos impugnantes,ac insectantes starent,illisq̄; resisterent.Quod Liui.Eodem loco tangit,cum ait.Hęc ꝑcatus,velut si sensisset auditas preces, hic inquit Romanis Iupiter optimus maximus resistere,atq; iterare pugnā iubet.Resistere romani tanq̄ cęlesti voce iussi. Hoc etiam Cic.lib.i.innec.Proprie posuit.Tu iupiter, qui ijsdem rebus,quibus hęc vrbs condita auspicijs à Romulo es constitutus,quem statorem,huius vrbis , atque imperij vere nominamus,hunc,et huius socios à tuis aris,ceterisq̄; templis,ac tectis vrbis, à vita fortunisq̄; ciuium oīum arcebis.Et.li.iij.de fini.Ad seruandū genus humanum natura incitantur,atq; etiam Iouem tum optimū maximum dicimus,cumq; eum salutarem hospitalem statorem hoc intelligi volumus salutem hominum in eius esse tutela. Ex his constat Iouem cognominatum statorem fuisse,nō à sistendo,vt Valla dixit,sed à stando,quia cum stare solus putaretur aduersus templo sibi dicato,tanq̄ vrbis Romę,Romaniq̄; populi stabilior,vt tibi pro tutela romanorum veneratus staret hospitalis, eo ꝙ romanos aduersus sabinos stare fecisse crederetur.Quod et diuus Aug. li.iij. de ci.dei paucis verbis complexus est dicens. Hic tamen Romulus de suorum virtute desperans.Iouem orauit, vt starent, atq; ille hac occasione nomen statoris inuenit. Nec mirum,si à sto stator sit,quoniam stare est virorum fortiter pugnantiū vt apđ Plau.in Amp. Si in fugam se tamen nemo conuertit,nec recedit loco.quin statim rem gerat aīam omittunt prius, q̄ loco demigrent, quisq; vt steterat, iacet,obtinetq̄; ordines.A' sisto fiunt composita, Absisto,assisto,quod est pręsentem me exibeo,siue coràm me firmo.Terenti.in Adelph. Accede huc parmeno nimium isthoc abisti.Hic propter hunc assiste. Virg. Ac libyę citus astitit oris,idest pręsentauit.Consisto,circunsisto,desisto,existo insisto, obsisto,persisto,duro,perseuero.Apul. Cum me rogassent, an in proposito persisterem pręsisto, antesisto,resisto,et subsisto.

Sistrum musicum instrumentum, stridulum et sonabile peculiare Ægyptioꝝ, quo vtunt in Isidis sacris argutum et sonorum dū pcuteret,qui ob id sistrati dr̄.Mar. Linigeri fugiunt calui.sistrataq̄; turba.Isis maxima ęgyptiorum dea sistrum in dextra gerens figuratur. quo Nili accessus sigāt̄ur.Oui.lib.ix.Met. Cornua fulserunt crepuitq̄; sonabile sistrum.Per tua sistra,precor.ꝑ Anubidis ora verendi.Apu.Aereis et argētēis et aureis sistris argutū tinnitū cōstrepentes.Mar. Si quis plorator collo tibi vernula pendet.Hęc q̄tiat tenera garrula sistra manu. Hoc tm̄ instr̄m apđ ęgyptios vicem tubę exibebat.Virgil. Patrio vocat agmina sistro,Inde à Martiale dicit sistrata tuba.

Sitaces,auis,q̄ alio noīe psitacus,et papagallus dr̄.Ply.India auem hanc mittit sitacen vocant viridez toto corpore,torq̄ tm̄ miniato in ceruice distinctā, et hēt pen. co.

Sphera latine globus, ẽ id ẽ quod ex omni exteriore par

te rotundum apparet. Nonnunq̃ etiam Sphęra cum ph, aſpirato ſcribitur. Nam gręce σφαῖρα dicta, vt Euſebius li. pręp. quaſi Sphęra, hoc eſt corpus ęthereum. Manil. Ingenti ſphęra totum ꝑcingit olympum. Higi. Sphęra eſt ſpecies quędam in rotundo conformata, omnibus ex ꝑti bus ęqualis apparens. Huius diminutiuum eſt ſphęrula, et ſphęrula, parua rotunditas.

Sparta, lacus ĩ Atropatia, ĩ quo ſales naſcunt, et ꝯgelaſcũt.

Spargapiſes, fuit teſte Herodoto filius Tomyris Maſſagetarum reginę.

Sparta, ę, et ſparte, es, eadem eſt quę et Lacedęmon vrbs Laconię metropolis in pelopõneſo, à Sparto Phoronei filio, qui eam condidit, appellata. Sparta. Fuit autem ciuitas gręcię inſignis, quę diu cum Athenienſibus grauia bella geſſit quę Lygurgi legibus optime inſtituta fuit, fuit olĩ πόλις ἀτείχιστος. i. ciuitas ſine muris tanq̃ vera vrbis ſepimenta eſſent armati viri, non ſaxa conſtructa. Ab ea dcĩ sũt ſpartiatę, ſpartę, et ſpartani. Spartiatas legimus in li. Machab. Romanis fuiſſe confęderatos. Virg. Veloces ſpartę catulos acremq̃; moloſſum Paſce ſero pingui. Idem Virginis os. habitumq̃; gerens, et virginis arma Spartanę σπάρτη latine filum, linea carpentarij, ſiue rubrica transferri poteſt. Sui. σπάρτη σχοινία σπάρτη ἡ πόλις, τῶν λακεδαιμονίων ὁ ἀπὸ τῆς σπάρτης, καὶ σπαρτιάτης.

Spartacus, pe. cor. famoſus gladiator fuit, ex thracia oriundus, robore animi, et corporis pręſtans, qui vna cum Chryſo, et effracto Lentuli ludo gladiatorio cũ. lxx. gladiatoribus erupit Capua, manuq̃; ſeruorum congregata, quaſi iuſto exercitu comparato, bellum ingens excitauit, ſed victus à Craſſo, et enomao fuit. De quo Luc. Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis.

Spartopolis, ſignificat caniciem, ſed in tragędia virili ſpecie nigra ac ſub pallida. In comędia vero muliẽbri erat habitu. Nam inter perſonas tragicas, et comicas, vt ait Iuli. Pol. numerant polia et ſpartopolis, polia, inquit erat anus ętate dignitateq̃; cęteris anteſtans.

Spartea ſunt vtenſilia, ad maioris ſummę pecunias capiẽdas. Nũmorum. n. receptacula varijs nominibus appellata fuere. Nam, vt ſacci, ſacculi, ſacelli, crumenę ſcortę, et manticę, et marſupia, ita fiſci, fiſcinę, et fiſcellę. Pręterea ſpartea ponitur pro vinculo ad trahendum accommodato dicta à ſparto herba iberica ſiue iunco quo ſutiles naues ſuebantur, à cuius copia carthago noua in Hiſpania ſpartaria cognominatur, hinc ſporte quaſi ſpartę.

Spartum, genus herbę apud hiſpanos frequentis. Quidam latini hanc geniſtam interpretantur. Ply. lib. xix. dubitat an geniſta quę pręſtat vſum vinilium ſit ſpartum gręci ad funes ſparto vſi ſunt. Vnde ſpartea pro fune. A ſpartum fit ſparteus, a, um.

Sparus, ſeu ſparum, telum ruſticũ, in modũ pedis recuruũ. Virg. li. x. agreſtisq̃; manus armat. Sparus. Sal. Sed ex oĩum copia circiter quarta pars militaribus armis ĩſtructa, cęteri, vt quosq; caſus armauerat, ſparis, aut lẽceis, alij pręacutis ſudes portabãt. Feſt. Spara paruisſimi generis sũt iacula, à ſpargendo dicta, ꝙ paſſim pugnãdo ſpargerent. Lucil. Tũ ſpara, tum murices portantur tragula porro.

Spargo, is, ſi, ſum, paſſim aliquid iacto. Virg. Iam cornu petat, et pedibus qui ſpargat arenam. Et ſpargere ſternere. Idem. Spargite humum folijs. Quandoq; guttatim infundere. Idem Spargit rara nugula rores ſanguinis. Quandoq; madefacere. Vnde à ſpargere dicimus. ſolebant. n. veteres, vt nos quoq; facimus, aqua corpus purgationis cauſa madefacere, dijs inferis ſacrificaturi. Huius compoſita ſunt Aſpergo. Conſpergo. Colu. lib. iij. Stercore, vel palea conſpergito humum, ante brumam ideſt ꝑfecte ſpargito. Diſpergo diuerſe ſpergo. Lactan. lib. iiij. Vbi animus in multa diſperſus, huc, atq; illuc diuagatur. Circunſpergo. Ply. lib. xviij. Ibiq; se purificantes ſolenniter aqua circunſpergi. Inſpergo, intus vel valde ſpargo. Reſpergo ſatis bene ſpargo. Liui. lib. i. Ne ſanguine se nefando ſoceri, generiq̃; reſpergerent. Colu. lib. i. deinde cum prędictũ tectorium inaruit, rurſus amurca reſpargitur.

Spaſtici dñr qbus aliquid intus ꝯuulſum eſt. Ply. li. xxviij. Tremulis ſpaſticis exilientibus.

Spaticus dicitur, quaſi maligno ſpiritu correptus, qui in aliquo loco neqd ꝯſiſtere, ſed ſubito mouetur. Ply. lib. xxiij. Neq; eſt expaueſcentibus repente, nec ſpaticis rurſus torpentibus, nec ſuper ſomnos genitura effundatur.

Spatha, à σπάζω ſtĩdo, vel dilacero, vel ab σπαθάω qȯ euello, ſiue euagino ſigt latine dr̃. enſis, gladius. Mucro. Apul. Militaris et ſacramenti geniũ ob amiſſã ſpatham uerebat. Vege. Gladios maiores ſpathas, uocari docet, minores uero ſemiſpathas, et hęc authore. Aug. dr̃ framea et alio noïe Rũphęa. Et ſpatha apud Ply. inſtrm̃ eſt, et rudicula qua utimur inuerſandis rebus quę coquuntur.

Spatha, cuius dimi. eſt Spathula ramuſculus palmę cũ balanis hoc eſt dactylis. Hie. ĩ Leui. Sumetis nobis die primo fructus arboris pulcherrimę, ſpatulasq̃; palmarum.

Spathalion, à ſpathe, palma Ramulus cũ dactylis dependentibus. Eſt etiam ornamentum muliẽbre inter delicias fęminarum annumeratum, à verbo gręco σπαθάω, ſiue σπαθαλάω, quod ſigt. Delicias ago, et laſciuio. Ply. li. xiij. Iuba tradit circa trogledytaꝝ inſulas fruticem q vocetur charith ob lepharon efficaces in amatorijs Spathalia eo facere et monilia fęminas. Plau. in menę. Ambo menechme inaureis da mihi faciẽdas põdo duum nũmum ſpathalia vt te libenter videam cum ad nos veneris.

Spatium. nõ ſolũ de loco dr̃, ſed ẽt de tp̃e. Cice. li. ij. ad Heren. Spatiũ ita ꝯſiderat, ſatis, ne longũ fuerit ad eã rem trãſigendã, ſcierit ne ſatis ad ꝑficiendum ſpatij futurum.

Spatior, ſpatiatum eo. Virg. li. i. Geor. Tũ cornix plena pluuiam vocat improba uoce. Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena. Et ſpatiar eſt intra certum ſpatiũ deambulare. Idem Aut ante ora deum pingues ſpatiatur ad aras. Feſtus. Spatiatorem, pro erratore poſuit Cato.

Spacio, is, xi, ctum, apud antiquos in vſu fuit, qȯ videre ſignificat. Vnde Augures ſpecere, hoc eſt inſpicere aues dicebantur. Enni. Vos epulo poſtq̃ ſpexit. Eius compoſitis tantum utimur. Aſpicio, Conſpicio, Circunſpicio, Deſpicio, diſpicio, inſpicio, perſpicio, ꝓſpicio, pręſpicio, reſpicio, introſpicio, ſuſpicio, et tranſpicio.

Specto, as, frequentatiuũ ſignificat ſępe, ſeu fixe intueor. Lactan. lib. ij. Spectare nos coelum deus voluit vtiq; non fruſtra. Et refertur ad oĩa, ſed proprie ad voluntatem. Vñ ſpectacula dicta ſunt. Interdum Approbo. Cice. li. v. Thus. Non igitur ex ſingulis uocibus philoſophi ſpectandi ſunt. Vnde et ſpectatores pecunię dñr qui eam probant. Interdum caueo, inſpicio. Plau. Spectandum ne tibi annulum det, neq; roget. Interdum Tendo, et quaſi reſpiciendo tendo, ut apud Cice. Ad extremum, ſi ad perniciẽ patrię ſpectabit, patrię ſalutẽ antepones, ſaluti pr̃is. Quinti. Et quod ad peſſimum ſpectat euentum miſerabilis ſis oportet, ut amator eſſe uidearis. Interdum. Comparare. Virg. Si ad uitulam ſpectes, nihil eſt, ꝙ pocula laudes.

Spectatores, q ad ludos, ſpectandi cauſa ꝯueniunt. Plau. Nunc ſpectatores Iouis ſummi cauſa clare plaudite. Et ſpectatores probatores dicuntur. Teren. in Eu. Cum me ipſũ noris, q̃ elegans formarum ſpectator ſiem.

Spectabilis, ſpectatione dignus, ẽ quaſi admiratiõe dignus. Apul. Iubet ꝯſtrui pulchrum, ẽ ſpectabilem currum.

Spectatus, probatus, cuius ſcilicet ſpectata iam uirtus eſt. Virgil. ſunt nobis fortia bello pectora, ſunt animi, et rebus ſpectata iuuentus.

Spectaculum dicitur id, quod ſpectatur, hoc eſt ludi. q ſpectantur. Virg. Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane. Liui. lib. i. Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet. Aliquando dr̃ ipſa ſpectatio. i. uiſio. Lactã. li. ij. Cęlum potius intuemur ad cuius ſpectaculũ nos excitauit ille artifex verus deus. Ci. O graue, acerbumq̃; ſpectaculũ. Aliqñ locus, vnde ſpectat. Sue. De ſpectaculo excitatus deſcendit. Liui.

Tum primum Circo, qui maximus dicitur designatus est locus, diuisa loca patribus, equitibusq;, vt spectacula sibi quisq; faceret fori appellati.

Species, effigies, facies, vel imago. Cice. lib. i. offi. Quę autem specie quadam vtilitatis, hanc gręci idęam vocant. Et in top. In diuisione formarum, quas gręci idęas vocant nostri, siqui hęc forte tractant, species appellant. Item Cęsar in com. iiij. Auxiliaresq;, quibus ad pugnam non multū Crassus confidebat, telisq; subministrandum, et ad aggerem cęspitibus comportandum speciem, atq;, oppugnationem pugnantium pberent. i. demōstrationē, siue simulationē, prętextum, et quasi velamentum. Quandoq; species sumit, pro aspectu, et re visa. Virg. Non tulit hāc spēm furiata mēte Chorębus. Quādoq; pro pulchritudine seu deformitate aspiciēdo. Vñ dicimus Speciosus forma pręfilijs hominum. Et Species, vt diffinitur à dialecticis est quę dr̃ de pluribus differentibus numero, vt est homo est species, quoniam de Socrate, et Platone, et alijs nō spē, sed numero differentibus pdicatur. Ob eam rōnem ita appellata, q̄ multoꝝ collectio vna, quasi visione comprehēdat. Nā genus est, quod prędicat de pluribus differentibus spē vt aīal, qđ de hoīe, equo, asino, et hmōi dr̃, quę specie differant. Quādoq; species sumit p aromatibus Macr. lib. vii. Satur. Spēs, et acres, et calidę superficiem, cum apponunt, exulcerant. Hier. in Canticoꝝ Homelia dixit. Aromata quidem species esse, sed non simpliciter. Addit enim species pigmentorum. Martianus iureconsul. Species pertinentes ad vectigal. Cynnamomum, piper longum, piper album. Sic dicitur vicus speciarius, à speciebus arabis pegrinisq;.

Spālis, et hoc le, sigt, non tam particulare, q̄ proprium, et veluti peculiare, sicut ait Iul. Cap. Macrianoꝝ familiam id speciale semper habuisse, vt Alexandrum magnum in auro, et argento exculptum semper haberent.

Speciatim aduerbium significat particulariter.

Specificus, ca, cum, quod est particulare.

Speciosus, pulcher. Semper enim in bonum accipitur, q̄uis species medium vocabulum sit. Virg. Neq;. n. spē famaue mouetur, hoc est, nec priti deformitate, nec rumore mox futuro, sic et formosus licet forma indifferenter ponatur.

Specimen, pe. cor. experimentum probatio, siue exemplar. Nam est illud paruum, quod in mercibus emptori ostendi solet, vt in pānis, vel degustatio in ęsculentis. Id plutarchus in Demosthene vocat δεῖγμα. Ci. in Thuscu. Quid illud, num dubitas, quin specimen naturę capi deceat, ex optima quaq; natura. Augu. lib. xvi. de ci. dei. Veꝝ et hoc eoꝝ supplicium futuri iudicij diuini specimen fuit. Item specimen pulchritudo, et quod spectandum obijcit specimen dicitur. Dr̃ et in malum. Apul. in Flor. Sed marsias quod stultitię maximum specimen non intelligens sed de ridiculo habere quędam deliramenta effutiuit.

Specula, lę, accipitur pro loco ędito, et eminenti, vnde aliqd longē videri, et speculari potest, siue sit mons siue turris, siue lapis, siue arbor, siue quid aliud eminens. Virgil. Specula de montis in altum Deferar. Ouid. In speculis omnis Abydos erat. Est, et specula diminutiuum, à spe, et significat paruam spem q̄ fit blandimenti causa. Cice. Cęlio. Hac tamen oblectabar specula. s. Tullia. Vt. n. à res recula, ita, à spes specula fit.

Speculum, in quod aspicimus, ac speciem. i. imaginē. nr̃am contemplamur, quod datum nobis, à natura fuit, vt nosmetipsos nosceremus, et formosi deuitaremus infamiam. deformes redimendum sciremus, esse virtutibus quicquid corpori deesset, sicut Socrates monebat adolescentes.

Speculare, et per apocopen Specular, et speculariumi idem, quod speculum. Interdum ponitur, pro vitreata siue pro ocularijs vtpote olim facta ē speculari lapide translucido, nunc autē ē vitreis orbibus, vel tessellis plumbo iunctis. Vlp. Specularia, et vela, quę frigoris causa, vel imbrium ī domo sunt istr̃o, domus nō ptineri Cassius existimauit. Iuue. p fenestra. Quę vehit clauso lętis specularibus antro.

Specularis aūt lapis dictus est, q̄ ad speculi similitudinem luceat, atq; imaginem reddat. Finditur in tenuissimas crustas. Ply. Multi aluearia, ē ē speculari lapide fecere, vt operantes intus spectarent. Idē li. xxxvi. In arabia quoq; esse lapidem vitri modo translucidum quo vtunt pro specularibus. Iuba anthor est. Specularioꝝ vsum claꝝ transmittentium lumen memoria sua prodijsse scribit Seneca in epistolis. Qui itē de Scipione ait, q̄ nō in caldariū suū latis specularibus diem admiserit. Mar. Hybernis obiecta notis specularia puros Admittit soles, et sine fece dies.

Speculatorium, à Cypriano sumitur pro specula, et loco vnde speculamur.

Speculor, à specula fit, quasi ē specula prospecto, vel vt videam, intendo. Ouidi. Abdita fronde leui summa speculabar abulmo. Vnde speculatores, (qui ē specula aspiciunt, vel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti solent. Per transla. speculari ponitur, pro scrutari, et exacte consyderare. A' quo cōpositum Pręspeculor, quod, est ante speculor. Sue. de Cęsa. Exercitū, neq; p insidiosa itinera duxit vnq̄, nisi pspeculatus locorum situs.

Specus, à specio. Est. n. (vt in proble. Plutar. inquit) locus vnde despicitur, et inde spectacula dicuntur. Vnde et specula dcā est. Et dicimus specus, us, & specus, ci, tam masc. q̄ femi. ge. Siliter specus, oris, neu. ge. pro spelunca, q̄ à grecis spelęum. Vñ Virg. Ad imitationē gręcoꝝ Spelęa feraꝝ dixit. Gel. lib. vi. Sole medio, et arido, ac flagranti specum quandam nactus remotam, latebrosamq; penetro. Hora. lib. iij. Car. Quę nemora, aut quos agor in specus. Inuenitur ēt hęc speca, hoc specum, et hoc specu, et ī plurali hę specus. Seruius, docet specus apud maiores triū generum fuisse, quod hodie in numero singulari tribus tantum vtimur casibus. In plurali à genere mascu. habet oēs casus.

Specium. Instrumentum teres et paruum, quo medici ad tentandam vulnerum, ac fistularum viam, vel profunditatem vtuntur. Pacu. Vt medici faciunt, qui prius specio Vulnus tentant. Fit autem à specio.

Specillum dimi. paruum specium. Cor. Cel. lib. v. Ante oīa specillum dimitti in fistulam conuenit, vt quo tendat, et q̄ alte perueniat scire possimus. Hinc auricularium specillum dicitur, quod curandis auribus adhibetur. Est et specillū instr̃m, quo oculosi inungimus Ply. lib. vij. C. Iulius medicus, dum inungit specillum per oculum trahēs. Cel. lib. vi. Specillo super oculum inducat. Specillum ēt instrumentū vitreū qđ oculis admouemus, q̊ facilius spectemus aliqd. Opilius Aurelius ait specillū vocari caprę barbā.

Spelęum, à nostris dicitur spelunca. Virg. Certum est in syluis inter spelęa ferarum Malle pati.

Spectra simulachra. Ci. Cas. His autem spectris etiam si oculi possent feriri. i. imaginibus mentis.

Spera, vide supra, quia scribitur cum diph. sphęra.

Sperma, matis, gręcum est, et latine Semen dicitur generale ad omnia semina.

Sperno, nis, spreui, spretum fastidio, despicio. Antiqui etiam spernere, pro separare posuerunt. Ennius. Ius, atq; ęquum se à malis spernit procul. Hinc fit compositum. Desperno, quod est valde sperno. Var. Homo ridiculus, et ab omni pube despretus.

Spes, spei, et speres, is, antiqui protulerunt. Var. Quibus suas delectet ipse amicā, et sese speribus iactet suis. Vnde à spere, quasi sine spere et prospere, pro spere. In plurali habet omnes casus, et maxime spes, et spebus. Hierony. in libro Macha. Noli extolli vanis spebus. est aūt spes opinio futuroꝝ. Referturq; tam ad mala q̄ ad bona. Huius diminutiuū est specula, de quo supra. Et ɔpositū Expes, sine spe.

Spero, ras, ad dolorem et ad voluptatem refertur. Virgil. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Et perferre soror potero. Sperare inquit. i. futurum opinari, siue timere. Plyn. libro. xi. Speratur largior prouentus. Hinc bene spero, et male spero. Aliquando Sperare est existimare seu credere. Et tam de pręsenti, q̄ de pręterito, dicitur, de

pręſenti. Quin. Facilis vt aīaduertere vos ſpero defenſionis meę curſus eſt. De pręterito. Idē. Et innocentiā qdem puellę ſatis, vt ſpero, defendimus. Hinc ſperatū veteres dicebāt eum, q vxorē petit, et ſperatā virginem quę petit. Afra. Curre, et nuncia venire, et mecum ſperatam adducere, vt videat puellam. Poſtq̄ vero ſponſio facta erat non ſperata, ſed vel dicta, vel pacta, vel ſponſa vocabatur. À ſpero fit compoſitum. Deſpero, et inſperatus.

Spchius, fluuius Theſſalię, vt inquit Stra. li. viij. quē Peliō mōs effūdit, et velociſſimo curſu defluit ī ſinū Maleacū.

Speuſippus philoſophus Athenienſis Platonis, ex ſorore nepos qui octo annos Platonicę ſcholę pręfuit. Ferunt hunc ſenio confectum ſibi mortem conſciuiſſe męrore impulſum. Plutarchus vero ſcribit illum pediculis efferueſcentibus interijſſe. Primus inuenit, quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vaſa capacia.

Speuſtici panes dicti ſunt, à feſtinatione, σπεύδω enim gręce ſignificat feſtino.

Sphęra, vide in dictione ſpęra. Sui. σφαῖρα ἐπιβολεῖς τῆς δὲ σφαίρας εὑρεσιν ἀγάλλις ἡ κερκυραία γραμματικὴ ναυσικάᾳ τῇ ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησι. pro pila luſoria etiam ponitur, vnde et ſphęriſterion locus, vbi luditur.

Sphęriſterium, locus balnei ſpē rotunda, in quo varia exercitationū genera veteres habuere. Ply. in epiſtolis. À podyterio ſuppoſitum eſt ſphęriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresq; circulos capit. Sed in primis ad exercitium pilę deputatus eſt, quam gręci σφαῖραν appellant. Nam σφαιρίζω ſignificat pila ludo. Lampri. Poſt lectiones operam palęſtrę, aut ſphęriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat.

Sphęromachia, pilę luſorię certamē à ſphęrica circulariq; figura dicta eſt.

Sphecas gręci dicunt veſpam. ὁ σφὴξ σφηκός, vnde pſeudoſpheces falſa mentitaq; veſpa dicitur.

Sphyręna, piſcis, qui et ceſtra vt pollux inquit.

Sphinx, gis, vel gos, monſtrum apud thebas, cuius caput puellę et manus, corpus canis. Alę, auis, vox hominis et vngues leonis, et cauda draconis. Quod quidem monſtrum chimęra produxit ab Orcho compreſſa. Dictum ſphinx ꝙ cogeret tranſeuntes conſiſtere quibus ęnigma proponebat, quid nam id eſſet in orbe terrarum, quod quaternis primum pedibus inambularet, vel tribus, duobus, porro. Atque mox tribus, et poſtremo quaternis quos neſcientes diluere ſublatos in rupem agebat pręcipites. Oedippus illac iter habens ęnigma diluit. Dicitur ſphinx à σφίγγω, quod eſt aſtringo Aſtrictos, namq; homines de rupe agebat pręcipites. Ply. Aſtringēdo ἀπὸ τοῦ σφίγγειν. De hoc Sol. Inter ſimias habentur et ſphinges villoſę comis manus prominentibus dociles ad feritatis obliuionem. Similiter Alber. li. xxi. de animalibus inter ſimiarum genera enumerat ſphinga inſignem duabus in maxilla maculis nigricantibus cauda coloris ſubnigri oblonga. De ſphinge. Ply. meminit fuſciores, pilo, et mammis in pectore geminis deſcribens.

Sphygmos σφυγμός. i. pulſus et definitur, ꝙ ſit diſperatio et contractio in diuiſibilis arterię, et cordis. Vel pulſus eſt ſubſultio, et palpitatio, vel ebulitio venę, et arterię.

Sphondylium, internodium, ſeu vertebrum ſpinę, dicitur, ē ſphondylus pe. pro. Sunt autem decem, ē ſeptem ſpondyli, quorum. xij. ſpinā faciunt reliq vero lumbos. Sunt et qui ſpondylos dicant cubos. Seneca, et Macro. videntur accipere pro quodam piſcis genere, quem iuniores Schinalū dictitant. Ariſtoteles, ſpondylęnam vocat. Ply. li xxvij. Cęterum nullum animal radices, à nobis dictas attingitur excepta ſpondyle quę omnes perſequitur ſerpentes. Genus id ſerpentis eſt. Athenęus, id quod in capite mugilū eſchinata ſpecie conſpicimus ſphōdylus tradit appellari, ſed et calculus is ęneus quo ſuffragia ſua iudices Athenis dabant ſphondylos vocabat vt eſt apud Iul. pol. Sphondylus ēt verticulū dr̄ appoſitū fuſis, vt nēdo melius verſātur. À cuius ſimilitudine callus ſiue caro īterior oſtreorum omnium dr̄. Ply. li. xxxij. Intus pro ſphondylo. Mar. eo vtit̄ ꝑ aīalium oſſiculis ī ſantrā. li. vij. Raſos tepenti ſphondylos ſinu condit. Eſt et ſalſamenti cuiuſdam genus ſpondilos vt inquit Athenęus.

Spica, cę, et ſpicus et ſpicum dr̄ cū per culmi folliculū. i. extremum tumorē ariſtę adhuc tenues, ī modū ſpiculi eminent. Abuſiue tn̄ et de maturis frugibus dr̄, et de quocunq; acumine ad ſpicę ſiltudinem facto. Dicta ſpica à ſpe, vt ingt Var. Nā cū fruges in ſpicā exit ſpē ꝑbet hominibus. Spica in hordeo et tritico tria habet ꝯtinentia granū, glumā, ariſtā. Sciendū eſt, à ſpicus vtrunq; numerum eſſe, à ſpicum tm̄ ſingularē. Cice. in Arato. Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo. Eſt ♍ ſignum in cęlo oriens in virginis parte decima. Firmicus. Quicunq; in ortu ſpicę natus fuerit, erit ruralibus officijs ſemper applicatus, ē multas fruges horreis condet.

Spica mutica, quę non habet ariſtam ariſtę enim, quaſi cornua ſunt ſpicarum.

Spiceus, cea, ceum, quod ex picis eſt. Tibul Flaua ceres tibi ſit noſtro de rure corona Spicea.

Spicilegium, collectio ſpicarum. Var. Ad corbem meſſe facta ſpicilegium venire oportet, aut domu legere ſtipulam.

Spico, as ſpicas emitto. Ply. lib. xviij. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur. Vnde ſuſpico. as, pe. pro. quod eſt ad ſpicarum ſimilitudinem incido, vel fodio.

Spicatus, a, um, quod habet ſpicas. Idem lib. xxi. Aliud rurſus ſpicatarum genus herbarum.

Spicifera, à poëtis dicitur dea Ceres.

Spiculum lancea breuis, ſeu, vt Vege. Ait telum miſſile cuius ferrum eſt triangulum vnciarū nouem, haſtile pedus quinq;, et ſemis. Antiqui pilum neutro genere vocauerūt. Ad huius ictum exercebantur milites, quod arte, et virtute directe ſcutatos pedites, et loricatos equites ſępe tranſuerberabant nunc ſpiculum dicitur, ab hoc genere telorum ſpiculatores dicti. Accipitur et pro ſagitta. Virg. Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu. Aliquando dicitur ſagittę ferrum, ſeu cuſpis ipſa, et aculeus, vt ſūt ſpicula ſagittarum, et aculei apium. Curtius Alexander ſagitta ictus eſt, quę in medio crure reliquerat ſpiculum. Virg. de Apibus. Et ſpicula cęca relinquunt, Affixę venis. Dictum ſpiculum à ſpicarum ſpecie.

Spiculo, as, cuſpidem acuo. Ply. lib. xi Telum vero perfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio.

Spiculatores dicti ſunt ſatellites principū, qui cū ſpiculis ꝑſto ſunt ꝑncipibus eorūq; corpa tutant̄. Cor. Tacitus. Obuius in palatio. Iulius Atticus cruentum gladium oſtentans occiſum à ſe Othonem exclamauit. Idē. Dilapſis ſpiculatoribus cętera cohors non aſpernata concionantem. Quidam etiam accipiunt ſpiculatorem, pro carnifice.

Spinus, pyrorū, ſeu prunorū arbor, ꝙ ſpinis referta ſit. Virg. li. iiij. Geor. Eduraq; pyrū, et ſpinos iam pruna ferentis.

Spina, ſentis, qua pūgimur. Hinc ſpineus a, um, vt corona ſpinea, quę ē ſpinis facta eſt Spinoſus, a, um, ſpinis abundans. Spina etiam dicitur, à collo vſq; ad natium flexus depreſſa ꝙ quaſi vallis eſt, inter colles. quos vocant dorſa. Ply. li. xi. Spina lumbus, oſſea, ſed tereti ſtructura per media foramina à cerebro medulla deſcendente, eſſe eī naturam, quam celebro colligunt, quoniā pręrenui eius mēbrana mō īciſa ſtatī expiret. In ſpinę igit̄ parte ſupiore ſcapulę, à lateribus dorſa, quę omnia dicuntur terga. Hęc ſpina dorſualis, à medicis dicitur longum cerebrum.

Spinter, fibula in humeris, aut armilla, vt īquit Pris. Plau. in Menę. Iubeas ſpinter nouum reconcinnarier. Hoc armillę genere mulieres vtebantur brachio ſummo ſiniſtro ſoliſq; fęminis decorā fuiſſe veſtem longe lateq; diffuſam ad vlnas, cruraq; ab oculis defendendas.

Spintrię dicti ſunt repertores monſtroſę libidinis nouiq; concubitus. Sueto. in Tybe. Monſtroſiq; concubitū repertores, quos ſpintrias appellabat.

Spinthurnix, auis, turpis figurę, et inauspicata, quam nri incendiariā. Plau. Per diminutiones spinturnitium dixit.

Spitrillum, barba caprę.

Spirę sunt reuolutiones, siue circuli, qui in seipsos non recurrunt. Hinc in ornamētis capitis matronarū, et in serpentibus est spira, cum se in girum voluunt, hinc Conspiro, as, de quo loco suo. Vnde et pro serpente quandoq; ponitur. Ply. lib. ix. Lolliam paulinam, quę fuit Caij principis matrona, vidi smaragdis, margaritisq; opertam alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus collo, monilibus, digitisq;. Virg. lib. ij. Geor. Nec rapit immensos orbes per humum, neq; tanto Squammeus in spiram tractu se colligit anguis, i. in circulum. Et li. ij. Æn. Spirisq; ligant ingentibus, et iam bis medium Amplexi. Ser. spiris nodis. Vnde et bases columnarū spirulas dicūt. Nam ꝓprie spira est volubilitas funium puta cum funis nauticus in orbem conuolutus est. Item spira dr̄ funis, qui à pileo ad fauces distendit, et sub mēto alligat. Iuue. de faucibus aurea, cum se Porrigat, et longo iactetur spira galero. Item dicitur basis columnę vnius tori, aut duorū. Ply. in Ephesię Dianę ęde primum columnis spirę subditę, et capitella addita. Itē spira genus opis pistorij. Enni. etiam spiram hominum multitudinem vocauit.

Spilumenen, gręci dn̄t inquinatā et sordidā muliērē, psilumenē vo glabrā, ē depilē, atq; vulsā. Vn̄ nom̄ ēt psilothro.

Spiro, as. exhalo. Plyn. Hęc duo genera fistulis spirant, quę ad pulmonem pertinent. Aliquando spirare est emittere, et sic construitur cum accusatiuo. Virg. Ambrosięq; comę diuinum vertice odorem Spirauere. Colu. lib. i. Reliquisq; immundicijs tetrum odores spirantibus. Si aūt de morte fit sermo, absolutum est. Huius verbi composita sunt Aspiro, Conspiro, Expiro, Inspiro, Interspiro, Prospiro, Respiro, et Suspiro.

Spiritus halitus. Idem enim sunt spiritus, halitus, ē animę. Ply. Animę leonis virus graue, vrsi pestilens hominus tantum anima infici voluit pluribus modis. Aliquando etiam spiritus dicitur ventus.

Spirituale, et per syncopen spiritale, quod est spiritus.

Spirabile, vitale, quo spiramus. Virg. lib. ij. Ænei. Per sydera testor. Per superos, atq; hoc cęli spirabile lumen. Cic. tamē spiritabile dixit in libro de natura deorum.

Spiramentum est, per quod exit spiritus. Virg. lib. iiij. Ge. In tectis certatim tenuia cera spiramenta linunt.

Spiraculum idem, quod spiramentum. Virg. Sęui spiracula ditis. Hier. in Geñ. posuit pro ipso spiritu. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitę.

Spirarchus, quasi primipilaris, aut cohortis prefectus.

Spissus, a, um, proprie densus significat, à sepium densitate. Virg. Scrobibus, superabit. Terra repletis spissus ager quādoq; significat tardum. Plau. Spissum, hoc est amanti dicere veniet. Ide. Quia quod bene promittunt haruspices, perspisse euenit id quod male promittunt presentaneum est. Hinc Spissitas, et spissitudo.

Spisso, as spissum facio. Cuius composita sunt. Inspisso, et cōspisso qđ est totū simul denso. Col. lib. viij Atq; vbi duratus est, vehementius premitur, vt conspissetur caseus.

Spithama. i. palmus qui constat ex. xij. digitis. Augu. Super lib. Exo. Scribit spithamum est mensura extentę palmę, à fine pollicis vsq; ad finem digiti.

Splen dicitur, qui et lyen. Cel. lib. iiij. Splen in sinistra parte est intestino innexus, natura mollis et rarus longitudinis, et crassitudinis modicę.

Spleneticus, qui ex splene laborat.

Splenium, vt Iul. Pol. inqt est caput splenis pinguis. Hinc splenia, velut per similitudinem dicuntur facta ex panno laneo, vel lineo, quę ad curas corporis supimponi solent. Ply. superimponi oportet splenium è melle decoctum.

Splendeo, es, dui, luceo. Vnde splendesco, is splendidus fio. Apul. Cum iam aurora splendesceret. Huius compositum Resplendeo.

Splendor lux per translationem ponitur pro decore, dignitate gloria. Vnde splendor nominus, splendor familię, splendor virtutum, hoc est claritas.

Splendidus, a, ū, clarus, fulgens. Et splendidi dn̄r, qui operas suas ad libertatē ꝯuertunt. Ecōuerso Sordidi, auari. Hor. Quatinus, id facis, vt qdam memorat Athenis Sordidus, ac diues. Et alibi. Obijciet nemo sordes. i. auaritiam.

Spolio as, priuo. Tractum à militibus. Spolia. n. dicuntur quęcunq; hosti detrahuntur. Teren. in Ecy. Quin spolies mutiles, laceres. Huius composita sunt, Despolio Dispolio varie spolio. Amb. Hi autem dispoliant, quę accepimus indumēta gratię spiritualis. Expolio perfecte spolio, vt apud apostolū. Expoliātes veterem hominem induite nouum.

Spoletiū, cum i, ante um, ciuitas in vmbria quę nunc ducatus spoletinus dicitur non spoletanus, sicut ab Aretio aretinus. Mar. De spoletinis, quę sunt cariosa lagenis. Malueris, q̄ si vina falerna bibas. Sic Cice. li. de claris oratoribus P. Conutium spoletinum dixit.

Sponda latus lecti. Nam spondę sunt tabulę, quę vtrinq; lectum sustinent. Mar. Nec nudi sponda grabati.

Spongia in mari nascitur in petris fracturę & vulnera spongijs vtilissime forent medici africanas laudāt et rhodiacas apud antiquos in vsu erat tergendarus mensarū, adhibebaturq; ad obscęna emundanda. Martia. Hęc tibi sorte datur tergendis spongia mensis. Señ. li. x. epistolarū. Vnus è germanis lignum id, quod ad emundanda obscęna adherente spongia totū in gulam farsit, et in preclusis, faucibus spiritum emisit. Spongiarum triplex genus. Nam alię rarę, alię spissę, alię quas achilleas vocant spongię omnes ad saxa nascuntur aut iuxta litus lutcq; aluntur. Ply. spongiam animal esse autumat, et inter aquatilia marina percenset. Accipitur et spongia, pro asparagi satiui radice, vt apud Ply. et Col.

Spongiare sigt spōgia extergere quo frequēter vtit Apitius.

Spondeo, es, spopondi, sponsum. Vide in dictione Despondeo. Eius cōposita sunt. Cōspondeo. Vn̄ veteres ꝯsponsos dicebant fide mutata obligatos, et Consponsores, sibi inuicem promittentes. Cice. Leptę. De negocio tuo, ꝙ sponsores, pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Despondeo, et Respondeo, de quibus alibi.

Sponso, as, frequen. à quo Desponso, as, et Desponsor, aris.

Sponsio non solum promissio dicitur, sed etiam actionis genus est. Caper. Religione sancitur fędus, at sponsio pęna Paulus iureconsul. sponsionem dici affirmat, non solus, quę per sponsi interrogationem fit, sed etiam omnem stipulationem promissionemq;, et sponsor, pro fideiussore quandoque ponitur.

Sponsus, us, idem quod. Sponsio. Serui. Sul. Si post eas stipulationes vxor non dabatur, qui stipulabatur ex sponsu agebat, iudices cognoscebant.

Sponsus, sa, sum, participium. Terentius in Eunu. Scis spōsam mihi et deest esse.

Sponsalis, & hoc sponsale, quod ad sponsionem pertinet. Vnde sponsalis dies dicitur, quo puella promittitur.

Sponsalia, orum, promissio, siue contractus stipulationum futurarum nuptiarum, Sponsalia hoc modo fiebant. Qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat stipulabatur eam in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat itidem spondebat daturum. Is contractus stipulationum, sponsionumq; dicebatur sponsalia.

Spondęus, pes duabus syllabis longis constans. Legitimus pes, qui in heroico versu omnem sibi vendicat locū licet raro quinto loco reperiatur. Dictus ꝙ in sacrificijs et libamentis eo maxime vterent. Nam σπονδή libamentū, fędusq;, ac sponsionem significat. Spondeon gręci dn̄t calices, et poculū libatoriū, atq; sacrificale σπονδὴν libamina appellāt. Sui. ait spondea esse vasa, in quibus sacrificant.

Spondylus est, qui in ima parte fusi apponitur, vt fęminę melius nere possint, à cuius similitudine callus siue caro interior omnium ostreorum spondylus dicitur. Mar. pro

animalium officulis in Santra.li.vij.Rosos tepēti spondylos sinu pdit.Est et salsamenti genus spondyle apð Atheneum,et nomen piscis apud Ply.insectum apud Aristotelem.Ply. lib.xxvij.Nullus aīal radices,à nobis dictas attingit,excepta spondyle,quę oēs psequitur.Genus id serpētis est.Atheneus id, quod in capite mugilum echinnata specie conspicimus,spōdylum tradit appellari. Sed et calculus ęneus, quo suffragia sua iudices atheniẽ dabant, spondylos vocabatur,vt est apud Iul.Pol. Et nodos greci spondylos appellant interim cubos et astragalos.

Sponte aduerbium significat naturaliter, vt multę arbores sponte nascuntur.i.naturaliter,et non ab hominibus satę. Aliquando significat sine requisitione, vt sponte ad te venio.Aliquādo nomen est, vt sponte mea,sponte tua. Virg.Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.Cuius nominatiuus est.Spons spontis.Aus.Sponte ablatiui casus qs rectus erit.Spons Cor.Cel. Sanus homo,qui et bene valet ē suę spontis est nullis se obligari legibus debet.

Spontaneus,a,um, quod est voluntarium, aut naturale. Ambro.Terra autē spontaneos fructus germinat,aut cre ditos vberiore cumulo refundit.

Spontalis,ē & le, idem qð spontaneū vltroneū.Apul.li.iiij. Cūq; nulli nostrū spontale parricidium suadens psuadere posset gladiū p medium pectus ictu fortissimo transadijt.

Sporos grece,latine semen dicitur.

Sporades, insulę quę circa cretē in mari Carpathio sicut Stra.li.x.Scribit dictę φ in mari sparsę,sint,sunt autem harum nomina Hellene.Phocusa.Hecaria.Schimusa.Polegrados.Thera.Anaphe.Astipalea. Lagusa.Ion, vbi sepultus fertur Homerus.

Sporta.q̄ ē sportula,aut à sparto herba,quę frequens apð hispanos nascit,aut ab asportando,vasis genus q̄si fiscella Salu.li.ij.Hist.E muris canes sportis dimittebant, Et q̄m in sportis pecunia,q̄nq; etiam cibus in quotidianum vsum deferri solebat,modo pro distributione ad populū, modo pro ipsis cibis sumitur forte φ primo sportulis asportaretur.Sue.in Clau.Exibuit anniuersarium in castris pretorianis sine veneratione, apparatuq; iustum atq; legitimum in septis ibidem extraordinarium,et breue die rum q̄; paucorū.Quodq; appellari cępit sportulā,quia primum daturum se dixerat,velut ad subitam dictamq; cęnulam inuitare se populum. Idem dicit Neronem cęnas ad sportulas reuocasse,idest ad parua conuiuia.Iune.Nōne vides quanto celebretur sportula fumo? Erat et sportula locus in atrio domus,vbi proponebantur eo die, q̄ dono danda erant. Diminutiuum à sporta est sportula, à quo fit sportella.

Spuma,sordes earū rerū,à quibus eiicitur.Virg.spumas salis ęre rubeant.Hinc spumeus,et spumosus adiectina.

Spumo,as,spumam facio,à quo Despumo, de quo alibi.

Spuo,is,spui,sputum,salinam emitto.Virg.lib.iiij.Georgi. Namq; alię turpes horrent,ceu puluere ab alto.Cum uenit,et terram sicco spuit ore viator.Andus. Huius composita sunt.Cōspuo,simul spuo,vel sputo, aliquem fędo. Lactan.li.iiij.post hęc conspuerunt in faciem eius. Plan. Ab omnibus derisus,atq; consputus.Despuo,Expuo, Inspuo,in aliquem spuo.Ply.lib.xxiij.Tradunt commanducata ea si inspuatur mori serpentem respuo repudio,ē quasi cum sputo per contemptum reijcio.Lac.lib.i. Hanc totā opinionē,quasi à poëtis confictam.Salustius respuit.

Sputo,as,frequentatiuum.Plan.Nam illic isti,qui sputatur interdum morbus venit.

Sputum saliua quod à pus descendit.Dicitur et sputus,us. Lactan.lib.iiij.Dabunt autem deo alapas manibus incestis,et impurato ore expuent venenatos sputos.

Sputamen,idem,quod sputum.Hiero.li.Indi.Quomodo si rumpat quis filum de stupa tortum sputamine.

Spudacten,quidam interpretant amatores,seu studiosum alicuius.Hie.li.de viris illust.Vbi de diuo Luca agit. Sed et Tertulianus vicinus eorum temporum refert presbyterum quendam in Asia σπουδαστὴν.i. amatorem Pauli, conuictum apud Ioannem,φ author esset libri et confessum se hoc Pauli amore fecisse.loco excidisse.

Spurcus,a,um,qð est impurus,obscęnus lutulentus à spuendo dictū,φ tale sit,vt de eo spuatur.Plau. Tot noctes reddat spurcas,quot puras habuit.Aliquando ponitur p fętido.Apul.Tam multę res spurcę,et graues nares infestant.Aliquando pro vehementi, dispo. Cice. iactati tempestate spurcissima.Colu.Atq; in his ipsis haberet cognitum,quid recusaret collis,quid cāpestris positio, quid humidus,et graminosus, quid siccus, et spurcus ager. Aliq̄n p sęuo,et sanguinario.Var Spurcus gladiator,et carnifex.

Spurcicia,ē spurcicies immundicia.Lucre.li. vi.At contra nobis cęna teterrima cum sit spurcicies,eadē porcis hęc munda videtur.

Spurco,as,fędo,vitio.Celsus iurecon.Cū eo agi posse Aquilia,qui vinum spurcauit,vel effudit, vel acetum fecit,vel aliquo alio modo vitiauit.Plau. Spurcatur nasum odore illutibili.Antiqui spurcum vinū dicebant cui aqua mixtum,tanq̄ non amplius purus foret,aut igne calefactū, aut mustus,anteq̄ deferuescat.Hinc fit compositū.Cōspurco.Colu.lib.ix.Nam super siliens auis proluuie ventris cibos,et aquam conspurcat.

Spurius,vulgo pceptus,vel q̄si sine pr̄e filius,vel à gręcavoce σπόρον qð siḡt pudēda.Author Plut.in proble. Sabinos vxoris pudēda sporion appellare,et inde spurium dictū, vel ab σπείρειν seminare,φ nihil habet à pr̄e nisi semē. Vn̄ spurios v̄sus dicimus alterius,aut īcerti authoris.Aus. Quiq; notas spurijs versibus apposuit.Ser.Spurius dicit q ex muliēre non nota ortus est.Inter p̄nomina antiquorum duabus literis.Sp.spurius notatur.

S ANTE Q

Squallor,inquinatio,sordes.Gel.Incorporibus incultis,sq̄mosis alta congerie sordium squallor appellabatur.

Squallidus,sordidus incultus.Vnde ager non aratus squallidus dicitur.Aliquando ponitur pro fulgenti.Virgil.Alter erit maculis auro squallentibus ardens.

Squalleo,es,lui. à squāmarum crebritate, et asperitate dictum.Vnde et squallens,pro fulgenti, pleno diuite honerato,abundantiq; ponitur.Quicquid enim nimis inculcatum,obsitumq; aliqua re erat,ita vt incuteret visentibus horrorem,squallere veteres dicebant.Virg.li.xij.Per tunicam squallentem,auro latus haurit apertum. Hinc postea tractum est,vt corpora inculta,et veluti squammosa alta congerie sordium squallere dicant.Idem.lib.ij.Squallētem barbam,et concretos sanguine crines.Et lib.i. Geor. Squallent abductis arua colonis.

Squammę,q̄bus coriū piscis aut serpētis tegitur.Hinc.Desquāmo,as,et exquamo, as, quod est squammas detraho.Plau.in Au.Dromo desquamma pisces.Ab harum similitudine,loricarū quoq; catenulę squāmę dn̄r.Vir. Quē pellis ahenis in plumam squāmis auro pserta tegebat.

Squarosus,à squammarum similitudine dicitur cuius cutis exurgit,ob assiduam illuuiem.Luci.Varronum ac rapicū squarosa incondita rostra.

Squatina, ex planorum piscium genere φ propter squallorem,hoc est asperitatem cutis ligna,eborea poliantur.

Squintij erant Italię populi,quos sabellos et samnitas vocat.Plynius libro tertio.

Squillę genus arboris.Varro.lib.i.de re rusti.Alia in mari vt palmas,et squillas.

S ANTE T

Stalagnium,genus laurū fuisse ostendit.Nonius, allegans Cecilium, qui ait.Ex auro eius stalagnium domi habeo.

Stadium latine curriculum siue spatium,in quo equi, hominesq̄ue currunt ad brauium,et octo stadia faciunt mille passus,stadium vero cxxv. passibus explicatur. Nam et Domitianus inter cętera stadium extruxit. Dictum stadium ἀπὸ τῆς στάσεως,hoc est à statione, quod hercules eo spatio vno spiritu confecto constitisset. Nam clarissimum

mum fuit curriculum ſtadij olympij, quod Hercules ſuis pedibus metatus fertur, continetq; octauam mille paſſuum partem, quod centum.xxv. noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes ſexcentos vigintiquinq;, vt ſcribit.Plyn. Quę menſura octies efficit mille paſſus. dicimus autem curro ſtadium in ſtadio et per ſtadium.

Stadiodromi dicti ſunt, q in ſtadio curſu certant. Firmicus. Si Mars reſpexent leporē cęleſtē ī horoſcopo. faciet ſtadiodromos. Stadiodromos ē locus, in quo ludi, et curſus exercent. Ply. lib. xxxiiij. Eundē vicit, et Leontius, qui fecit ſtadiodromon, aſtylon, qui Olympię oſtenditur.

Sto, tas, eti, ſtatum proprie ſignificat in ſe, et ſua mole ꝯſiſtere. Et non tantum de aīatis, ſed de inaīatis quoq; dr̄, vt nauis ſtat, flumen ſtat, currus ſtat, ſol ſtat. Vnde ſolſtitium. Itē auis in aëre ſtat. Arbor ſtat. Virg. Stabat acuta ſilex. Itē Stare ſignificat erectum eſſe. Sene. Alios ſtantes alios genibus flexis vidiſſes, ſedentem, aut cubantem neminem. Item permanere, durare. Cice. Facere promiſſa, ſtare ꝯuentis, reddere depoſitum. Virg. et bene apud memores veteris ſtat gratia facti. Item horrere. Cecil. Stat ager ſentibus. Item plenum eſſe Virg. Iam puluere coelum Stare vident. Item prominere. Lucil. Hic corpus ſolidus inuenies hic ſtare papillas Pictor marmoreo. Item pręſtitutum, eſſe ē immobilem. Virg. Stat ſua cuiq; dies. Oui. Sic ſtat ſententia, ideſt immobilis, et fixa eſt. Item in animo eſſe, vt Virg. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parētis. Item quieſcere. Apul. Dum forte ſtarent in taberna ludentes. Item in priſtino ſtatu mane. Virgil. Troiaq; nunc ſtares Priamiq; arx alta maneres. Item conſtare in precio eē. Liui. li. xxiij. Multoq; ſanguine, ac vulneribus ea poenis victoria ſtetit. Gel. Magno ei ſtet ea nocte abſentem fuiſſe. Quint. Neq; ipſe hoc periculum ignoro expertus non leui documento, quanti ſteterit mihi, ꝙ ſemel imperata non feci. Stare firmum eſſe, non moueri, ſed conſtantem eſſe. Liui. Reſiſtis autem aduerſus famam rumoresq; hominum ſi ſatis firmus ſteteris. Stare per me, per te, per illum dicitur, cum nos ad aliquid aliud cauſa ſumus nequid fiat. Ply. lib. xviij. Non ſtat per me, quo minus coelum intelligas, et coeleſtia ſcias. Quint. Non ꝑ me ſtetit ſed per illam. Cōpoſita huius verbi ſunt. Abſto, adſto, vel aſto. Conſto. Circunſto, Anteſto. Contraſto, pro aduerſor. Nęui. Contraſtat ſemper, nec me ſinit loquier. Exto à quo ſuperexto. Inſto. Interſto. Diſto, Obſto. Perſto, Reſto. Subſto, Supſto. Et ſecundum aliquos Manifeſto, quod eſt, quaſi ad manus foris ſto. Pręterea. Solſtitium, et iuſticium, à ſto dicuntur, ſta hic, ſiſte huc dicimus.

Stabilis, qui eſt aptus ad ſtandum.

Stabilio, lis, ſtabilem facio, firmo. Plau. in Am. Regiq̄; thebano Creonti regnum ſtabiliuit ſuum. Hinc Conſtabilio, quod eſt totum ſtabilio. Idem in Cap. Ego rem meā conſtabiliui, cum illum emi de pręda, à quęſtoribus.

Stabulum, à ſtando locus dicitur, in quem longo itinere feſſi ſuccedere ſolent, ꝙ et diuerſorium, et hoſpitium dici ſolet. Vnde, et proſtibulę meretrices dictę, ꝙ quęſtus copioſioris gratia concurrentibus illuc aduenis manſiones ante ſtabula habuere. Petro. in ſaty. Sed nec viam diligenter tenebam, quid nec quo ſtabulum eſſet, ſciebam. Hinc ſtabula dicuntur loca generaliter, in qbus armenta gregesq̄; conſiſtunt in agris, et ſub dio, veluti quędam ſtationes animalium. Nam vbi equi tenentur ſpecialiter vbi equos. Eq̄le, vbi oues. Ouile. vbi ſues haram dixere, Bobile quoq; à bobus Caprile à capris nomen traxerunt. Virg. Quatuor à ſtabulis pręſtanti corpore tauros. Auertit. Idem. Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret Amphitryoniades armenta abitumq̄; pararet. Poteſt etiā pręſępe in hoſpitijs ſtabulum dici. Apule. Duriſſimo caſui meo ſeruiens ad equum illum vectorem meum probiſſimum in ſtabulum concedo. Vbi alium etiam Milonis quondam hoſpitis mei aſinum ſtabulantem inueni. i. quaſi hoſpitantem. Stabulum etiam ſumitur ꝓ quacunq; ſtatione, ſeu habitatione, et loco, vbi quis ſtare conſueuit. Virgil. Ardua tecta petit ſtabuli, ē de culmine ſummo paſtorale canit ſignum. A ſtabulum fit proſtibulum.

Stabulo, las, neu. ē ſtabulor deponens ſignificat ſto, diuerto, et quaſi ſtationem habeo, ſiue etiam in ſtabulo gubernor. Var. li. i. de re. ru. Si prata ſint ī fundo, neq; pecus dominus habeat, dando opera, vt pabulo vendito alienum pecus in ſuo fundo paſcat, et ſtabulet. Colu. lib. vij. Si idoneis temporibus ad pręsępia, ad aquam, ad exercitationē pecus duxerimus, cureq̄; fuerit, vt ſtabulentur, ſic ī eo loco, ne humore madeſcant vnglue, qꝺ facile vitabimus, ſi ſtabula roboreis aſſeribus ꝯſtrata, aut diligenter ſubinde emundata fuerint humu, et palea ſuperiecta Sta. lib. i. The. Geticeq̄; pecus ſtabulare ſub Hemo. Ouid. lib. xiii. Met. Hoc pecus omne meū multę ſtabulantur in antris. Gel. Tubero in hiſtorijs ſcriptum reliquit. Attilium conſulem in Africa, Apud Bragadam flumen, grande feciſſe, aduerſus ſerpentem in illis locis ſtabulantem ꝑlium. Hinc ſtabulatio manſio in ſtabulo. Colu. lib. vij. Calore boues ſub dio, frigoribus intra tectum manere oportet, Itaq; hyberna ſtabulatio eorum pręparanda. i. locus ſtabuli, vel vbi ſtabulentur.

Stabularius hoſpes viatores ꝑcio recipiens. Apul. Sumo ſarcinulam, et precio manſionis ſtabulario perſoluto capeſſimus viam. Vlpi. Caupones, et ſtabularios eos ęque accipiemus, qui cauponam, et ſtabulum exercent, et ſtabularius dicitur, qui ſtabuli, hoc eſt loci, vbi animalia ſtant, curam gerit, qui et famulus villaticus dicitur. Cato. Oportet habeat villicus ſtabularios quatuor. Colu. lib. vij. Hic enim recognoſci grex poterit numerusq̄; conſtare, ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularij caſtra māſerit. Stabularias mulieres ingt Augu. li. viij. de ci. dei dicunt quę exercent ſtabulum, ē viatores mercede paſcunt. Vnde apud Amb. legimus. Hellenam conſtantini matrem ſtabulariam fuiſſe.

Statio, locus in quo naues, aut milites tuto ad tēpus ſtāt, vel in quo frequenter conſiſtitur. Cur. Cognitum id per exploratores, qui ſtationes hoſtium fuerant ingreſſi. Item ſtatio dicitur locus ad cuſtodiam aſſignatus quando milites ſtantes vigilant. Sunt. n. loca ante fores caſtrorum, vbi ſtare cuſtodes caſtrorum ꝯſueuerunt. Et à ſtando dictę sūt ſtationes q̄q̄ ē ipſi cuſtodes ſtatiōes sępe vocant. Vir. Seruantq̄; vices ſtatiōe relicta. Ipse comes Nyſo graditur. Hinc ſtationarij milites. Item officina, in quā multi conueniunt, vt de aliqua re decernat, et ius dicatur, ſtatio appellat. Gel. Quęſitum eſſe memini in pleriſq; vrbis ſtationibus ius publice docentium. Iuue. Stationes omne theatrum. Similiter errantiū ſtellarum matutinę, q̄s primas vocant, et veſpertinę, quas ſecundas, conſtare ſpectātibus videant in oriente, et occidente ſtationes vocant. Et ſtatio ipse ſtandi actus. Vnde et nomen accepit ſtatio. Hie. Ieſus filius naue ſtationē īpetrauit ſoli, ē lunę. i. vt ſtarēt

Statiuncula, dimi. i. parua ſtatio ſicut à ratio ratiuncula.

Stationarij milites dn̄r, qbus cuſtodię, aut pręſidij gratia ſtatio aſſignata eſt. Itē qui in vrbibus, aut ꝓuincijs tenentur, ad populoꝝ q̄etem tuendas, ſtationarij vocant.

Stationalis fermiter ſtās. Ply. de ſyderibus. Eadem ſtationalis ſenis menſibus commoratur in ſignis. aliogn bimeſtris, cum cętere vtraq; ſtationem q̄ternos menses nō ıpleāt.

Statiua, et ſtatinę, quaſi ſtationes dn̄r, ſiue munitiones in quibus, vt propius pugnent milites ꝯſident. Liui. lib. i. Tentata res, ſi primo impetu capi Ardea poſſet. Vbi id parum ꝓceſſit, obſidione, et munitionibus ſepti primi hoſtes in his ſtatiuis, vt ſit longo magis, q̄ acri bello ſatis liberi cōmeatus erant Et lib. ix Statiua nr̄a munimēto ſatis (tuta ſunt.

Stata ſacrificia, quę certis, ac ſtatutis diebus fiebant. quę non mutabant, ſed firma, et ſtabilia erant Cato. Sacra ſtata ſolennia ſancta ſeruaſti. Enni. Modicam, ē modeſtam formam mulieris ſtatam vocauit.

Statarius, ria, rium, à participio ſtatus, quaſi ſtabilis, ſiue

idoneus ad ſtandum. Teren.in Heau.Adeſte, ęquo aío, date mihi ptātē ſtatariam agere,vt mihi liceat, per ſilentium.Liui.lib.ix. Statarius vterq; miles ordines ſeruant.

Stator,qui apud magiſtratum aſſidue eſt, à crebra ſtatione quales ſunt nuncij,vel tabellarij,vel apparitores, qui reos in ius,vel in carcerem ducunt,qm̄ apud magr̄atus dicati ſunt,vt ſtent parati ire, quo ab illo miſſi fuerint. Vnde Plancus de ſtatore Lentuli conſulis ad Cice. Scribit. Preſto mihi fuit ſtator eius cum literis, quibus ne venirem,denunciabat.Et ſtator dictus eſt Iupiter,quoniā ſtare fecerit Romanos in fugam,à Sānitibus verſos. De quo inſiſto dictum eſt.Non enim à ſiſto,ſed à ſto deſcendit, quod patet ex eius compoſito Antiſtitor,quod compoſitionem,et ſignificationem habet,à ſto,ſicut,et antiſtes.Et dicitur Stator Iupiter,qui ſtare animo facit.

Status,us,cōditio,habitus,quod lingua vernacula dicimus conditione.Hie. Nam corporis noſtri certus eſt ſtatus, vt omnium animantium.Sed quoniam apud deum.Non de ſtatu corporis nr̄i,ſed de vitę meritis iudicamur,apparet oēm hoīem mente ſua ſibi ipſi ſtatum nomenq̄; formare.Col.lib.viij.Quare ſtatus eius longior productiorq̄; ad hos caſus magis habilis eſt.Cice. Qui ſtatus rerꝝ?quę ꝯditio tempoꝝ. Do.Status ad habitū refert.Statura corpori aſcribitur. Status eſt ſcęnici, ſtatura longitudo corporis.Apul.li.vij.Me ta.Statum pro ſtatura poſuit,ꝑ ſua parte quendam conueniſſe hominem,et ſtatu procerum et ętate iuuenem,et corpore vaſtum,et manu ſtrenuum Aliâs ſtatus dicitur ꝯſtitutio,à ſtando,inde baſilicus ſtatus, apud Plau.i.regius magnificusq̄; conſiſtendi modus Et ſtatus.Reipu.Apud eundem prouerbiale eſt, in ſtatu ſtat ſenex pro eo,ꝙ paratus eſt.Quandoq; apud rhetores. Status dicitur in quo cauſa maxime vertitur.Cice. Status eſt,in quo primo inſiſtis, quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio.Quin.Status eſt, quod ex prima conflictione naſcitur.Exempli cauſa.Intentio eſt.Fecisti homicidium.Depulſio eſt.Non feci.Queſtio an fecerit.Hinc conſtitutio coniecturalis,quę et ſtatus dicitur.Tres autem eſſe ſtatus qdam dixerunt.Coniecturalem, Iuridicialem et finitiuum,ſiue legalem.De quibus in rhetoricis.

Status,ta,tum,idem,quod firmus.Ply.lib.xviij.Iam primū hanc iniuriam omnibus annis accidere non poſſe pp ſtatos ſyderum curſus. Stati dies dicebantur,qui iudicij cauſa cū peregrino īſtituunt.Plau.in Cur. Status ꝯdictus cū hoſte ītercesſit dies.i.cū pegrino,q pari iure cū po.Ro.vti(tur.

Staturus.ra,rum,participium eſt à Sto,as.

Statim,pri.pro.aduerbium ſignificat conſtanter perſeuerāter ęqualiter continue,quaſi inſiſtendo,et vno ſtatu à ſtādo.Plau.in Am.Nec recedit loco,quin ſtatim rem gerat. Neq; veſperugo,neq; vergilię occidunt iſta ſtatim ſtant. Teren.in Phor.Bina talenta capiebam ſtatim.

Statim pri cor. mox.illico,ꝙ ea,quę mox fiunt continenter fieri videant.Cice.ī Ver.Statim Meſſanā literas dedit.

Stagnum,à ſtando dicit aqua ſtans.Virg. Stagnum,pro parte maris ꝓfundisſima poſuit,ꝙ ea minime moueat ſemperq̄; ſtet.i.qeſcat.Emisſamq̄; hyemen ſenſit Neptunus et imis Stagna refuſa vadis.Stagnum etiam metallum eſt,à quo Stagneus,nea,neum.Ply.lib.xxx.Pyxide ſtagnea dixit,hoc et ſtannum dicitur.

Stagno,nas,ſtagnum facio,aquam contineo. Virg.lib.iiij. Geor.Nam qua pelei gens fortunata.Canopi Accolit effuſo ſtagnantē flumine Nilum. Et dicimus ſtagnare aq̄,cuꝫ non effluit,neq; ſorbetur. Ply. Vbi marini fluctus effuſi ſtagnare ſolent.Et ſtagnare terram,quę non abſorbet,ſed continet aquam.Idem.Agris humidis,atq; ſtagnantibus. Huius cōpoſitus eſt.Reſtagno, quod eſt exundo vt apud eundem lib.ix.Idem tradit in Paphlagonia effodi piſces gratisſimos cibis terrenos,altis ſcrobibus in his locis, vbi nullę reſtagnent aquę.

Stannum plumbum à ſtando dici videtur,ꝙ in fornacibus primum fluat,ac per ſe ſtet,quod et ſtagnum,et grece casſiterum,ſiue Catiteron,ſiue Casſiriton immutatis ab homero literis.Nam plumbi ſunt duo genera nigrum.s. et album.Hinc Stanneus,nea,neum.Vnde vaſa ſtannea.

Hiero.in Iob.Penna ſtrutionis ſimilis eſt pennę herodij,ē accipitris.Alias Struthius genus herbę,q̃ nos radiculam dicimus à paſſeris vocabulo Theophra.lib.ix.folium habet quales ſtruthos quo lintea candorem capiunt.

Strutheus,membrum virile, à priſcis dicit̃ à,ſalacitate paſſeris qui gręce ςρȣθὸς dicitur.

Strutea Ply.lib.xv.de cidonijs,minora ex eodez genere ſtrutea odoratius viberant.ſerotino prouentu.

Struthiocamelus,maxima auium eſt,ſi tamen auis eſt dicenda,cum pennas dumtaxat habeat,vt adiuuēt ad currendum,cętero volucris non ſit,nec à terra tollatur.Vngulas habet ceruinis ſimiles biſulcas comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra inſequentes pedibus ingerit.Concoquit quęcunq; deuorat,ſine aliquo delectu. Mira in eo ſtoliditas . Etenim in tanta corporis altitudine,ſi colla frutice occultauerit latere ſe putat. Oua eius in precio ſunt,propter amplitudinem,et pennę,quia galeas varijs coloribus infectę adornant.

Struices,omnium rerum extructiones. Plau.in Mene.Tantas ſtruices concinnat patinarias.

Studium eſt vehemens applicatio animi ad aliquid peragendum.Accipitur quandoq; ꝓ exercitatione,vt cum dicimus ſtudia literarum.Col.Et ne ſingula pſequar ei ſtudio, quod quiſq; agere velit,ꝯſultiſſimum rectorez adhibeat. i.exercitio,vel operi,vel arti.Quādoq; pro diligentia.Quādoq; pro fauore ſeu amore.Sal.D.Syllanum certe ſcio,quę dixerit,ſtudio reip. Dixiſſe. Quandoq; pro voluntate, vt Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Studioſus,mō aſſiduū,ac pſeuerantē ſignificat.Cice.ad Herē.Ideoq; bonis viris,et ſtudioſis amicus erat.Mō cupidū et alicui rei debitū,atq; addictū,vt ſtudioſus laudis.i.cupidus,et ſtudioſus cęſaris.i.amator,vel beniuolus. Cic.Cecinnę.Viri sūt optimi,et tui ſtudioſi,et mei neceſſarij.Hic ſit.Per ſtudioſus.Idem in Cato.Attribuito literis gręcis,quarum conſtat eum per ſtudioſum fuiſſe in ſenectute.

Studeo,des,dui,itum,ſtudium adhibeo,do operam alicui rei.Cęſar con.i. Cupiditate regni adductus nouis rebus ſtudebat,ideſt vacabat,conſtruitur etiam,cum abltō mediāte in vel etiā actō,pſertiz ſi aliqd ſtudioſius legimus. Titi.in pſal.Ferentinatis populus gręca ſtudet.Plau.in Mili.Minus has res ſtudeant.Ci.ꝓ reditu ſuo cū vero literas ſtudem incipit.Et ſtudere eſt amare,ſiue fauē. Salu.Neq; ſtudē neq; odiſſe,ſed minime iraſci decet. Oui.lib. ix. me. Cui ſtudeat deus omnis habet.Item Eniti. Cice. lib.i.offi. Quorum vero patres,aut maiores aliqua gloria pſtiterunt, hi ſtudent plerunq; in eodem genere laudis excellere.Lactan.lib.iij. duo ſigna eius comprehendit. Qui ſapientię ſtudet,vtiq; nondum ſapit,ſed vt ſapere poſſit ſtudet.

Stupa linum vile,quod lini cortici proximum eſt,vt inqt Ply.ab gręco συπεῖον, quod ſtupam ſignificat, vel à ſtipādo,ꝙ ea ſtipent naues.Hinc Stupeus,pea, peum,Virgi. Subijciunt lapſus,et ſtupea vincula collo.

Stuparius,ria,rium,quod ad ſtupam pertinet,vt ſtuparius malleus,quo lina tunduntur.

Stuprum eſt coitus lege vetitus,q duplex eſt.Vnus cum nupta qđ adulterium dr̃,aut cum puero,aut cum ſanguine ꝯiunctis,ſiue ſacris virginibus,aut cū his affert, cuilibet pſonę,ēt ſi ancilla ſit.Aliqñ ſtuprum ponit̃, ꝓ turpidine Nęui.Perire malunt ibidē,q̃ cum ſtupro redire ad ſuos populares.Enni.Fede.ſtupreq; caſtigor quotidie turpiter.

Stupro, ras,vitio ſtupro. Plau.in Aul.Is adoleſcentis illius eſt auunculus,q illam ſtuprauit noctu cereris vigilijs.Cice.li.iiij.ad Herē.Qui violaſſet īgenuā mr̃em ꝯſtupraſſet.

Stupeo,pes,pui,ſignificat quodam modo ſenſum rerum non habere.Perſius.Sed ſtupet hic vitio.i.inſanus eſt factus vitijs.Iungitur et cum accuſatiuo.Cice.de fi.bo. Hęc cum loquens Varrones ſtupemus.Huius compoſita ſunt Obſtupeo,et Subſtupeo,à quibus Stupeſco obſtupeſco, ſtupefacio,obſtupefacio,ſtupefio et obſtupefio.

Stupor,eſt alienatio,quędam ſenſum,ꝙ ſcilicet ſenſus conſtipētur.Et eſt admirationis ſpecies ex magnitudine miraculi proueniens ita,vt etiam impediatur inueſtigationez cauſę miraculi apparentis.Stupidus quādoq; pro ſtupefacto,quandoq; pro inſenſato accipitur.Vnde ſtupentia,ſiue ſtupida dicuntur quando, vel paruum,vel nullum habent ſenſum.

Stultus imprudens,improuidus,affectibus obnoxius.Cice.in Parad.omnes ſtultos inſanire.Hora.Stultus ē inſanus.Nā et multi nō inſipientes aliquādo ſtulte aliquid vel agūt, vel loquuntur.Fatuus pleni inſipiens qui ſale caret.Afra. Ego ſtultum me exaſtimo fatuū eſſe non opinor.Inſanus, qui abiecta ratione cum furore, et impetu omnia facit. Rudis qui nunq̃ didicit.Stolidus ſenſibus,imperfectus inter ſtultum,et inſipientem hoc intereſſe putat .Augu.li. ſpeculi peccatoris,cum ait omnis ſtultus eſt inſipiens,inſipiens.n.dicit̃ quaſi non ſapiens.Multi.n. manent q ſapientes nō ſunt tamen ſtulti non ſunt.Multi iuſti ſunt, et multi iuſti non ſunt,et tamen iniq nō ſunt.Vis noſcere qs ſit inſipiens ē qs ſtultus.Ego reſpōdeo inſipiens eſt q ſe à gaudijs paradiſi pegrinuz eē nō ꝯſiderat et ſe exulem,ī hoc exilio nō attendit ſtultus eſt q licet iſta cognouerit liberari tñ à,mūdi miſeria nō intendit. Vñ eſt illud in ps.Simul inſipiēs et ſtultus pibunt. Stultitia eſt infactis dictiſq; p ignorantiā recti ac boni erratio inquit Lac. lib.v.Aug.autem lib.de libe.ar.Sic ſtultitiam diffinit ꝙ ſit rerum appetendarum ē vitādarum nō q̃libet ſed vitioſa ignorā(tia.

Stultitia,quatuor modis dignoſcitur.Aut cum non venerit in mentē, quod opz.Aut ſi venerit, non tenere aut bonum conſilium non admittere,aut maluz admittere, hinc Heſiodus econuerſo.Optimus ille qdem, q p ſeſe oīa noſcens Pręceptor ſuus ipſe ſibi meliora pegit.Rurſus et ille bonus monitus,q recta ſequet̃.Qui non ipſe ſapit,neq; credit recta monenti.Hic nullam in partem eſt vtilis.

Stypticus,idem, quod ſtrictus,ab ςύφω obturo, ſtringo.

Stymna ē ſpiſſamentū,et domitura vnguēti,vt inqt Dios.

Stymphalus lacus in Arcadia,in cuius ripis erat ſtymphalum oppidū. Oui.li.ij.Fa.Teſtis erit Pholoē,teſtes ſtymphalides vndę.A ſtymphalo lacu ſtymphalides aues appellatę ſunt tantę magnitudinis,vt ſolis radios obumbrare dicerentur omnem Arcadiam deuaſtantes. Hiero. cerberum ē ſtymphalidas narrant fabulę poetarum.à Stymphalo oppi(do fit.

Stymphalius,lia,lium,et Stymphalis,idis.Hie contra Ioui.Ariſtoclides Orcomeni tyrannus adamauit virginem ſtymphalidem,quę cum pr̃e occiſo ad templum Dianę conceciſſet,et ſimulachrum eius teneret ,nec vi poſſet auelli,in eodem loco confoſſa eſt. Ob cuius necem tanto omnis Arcadia dolore commota eſt,vt bellum publice ſumeret,et necem virginis vlciſceretur.

Styx,gis,ge.foe.proprie męſtitiam deſignat,.ςυγνὸς.n. triſtis dicitur ςυγνάζω męreo,vel dicit̃ ab ςυγῶ timeo odi, ꝙ terrori omnibus ſit.Virg.Stygiamq; paludem,dij cuius iurare timent et fallere numen.Fingit̃ à poëtis, ꝙ ſit infernalis palus,cum ſit fons in Arcadia exitioſus aīalibus cuius aqua illico necat ex nimio frigore,vtpote cum perfluens ipſa ſtatim lapideſcat.Tradunt hac aqua ęs,ferruz erodi,et,omnia vaſa in ea miſſa frangi pter cornea.Eſt et alia palus in ęgypto iuxta Memphim quam veteres ſtyga vocauere.Ply.Tres ſtygas videtur nouiſſe Arcadicam ad nonacrim.Achaicam ad pheneum vrbem theſſalicam,et ad peneum amnem de qua Vic. Et Sene.Hinc ſtygius,gia, gium.Sene.Hic ſęuus vmbras territat ſtygius canis Ariſtophanes autē in ea comędia,quę βάτραχοι ἐγγράφεται. ἐντεῦθεν αὐλῶν τίσοι περίεισι πνοὴ ὄψεσθέ τε φῶς κάλλιστον ὥσπερ ἐνθάδε, καὶ μυῤῥινῶνας, καὶ θιάσους εὐδαίμονας ἀνδρῶν, γυναικῶν, καὶ κρότον χειρῶν πολύν. Nam ſtyx proxima eſt elyſio

S ANTE V

Suauis dulcis,à quo ſuauitas,et ſuauitudo, pro dulcedine. Plau.Suauitudo mea. Quorum contraria ſunt Inſuauis, auſterus,aſper.Inſuauitas,inſuauitudo.Aduerbia ſuauiter

īſuauiter ſuaue,ē īſuaue.Virg.Et ſuaue rubēs hiacinthus.

Suadeo,es,ſi,ſum,ſcdm naturā biſyllabū eſt,licet multi triſyllabum putēt.Quod et ſi inueniat ſolutio dicenda eſt, à ſuaue,et do pro dico,compoſitū eſſe qdam arbitrant, hoc ē ſuaue dico.Eſt.n. ſuadere accommodatis, et ſuauibus vbis aliquem in opinionem nr̄am inducere hoc eſt hortari aliquē ad id,quod intendimus. Cuius contrarius eſt diſſuadere.De perſuadeo ſupra habitum eſt.

Suadela,pe.pro.ſuaſio dicitur.

Suaſorius,a,ū,qd ad ſuadendū ptinet vt ſuaſoriū munus.i. offm̄ ſuadendi.Et ps deliberatiua à rhetoricis ſuaſoria dr̄.

Suaſum color ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo.Sūt et qui omnem colorem ſuaſum velint appellari,ꝙ quaſi perſuadatur in alium colorem tranſire.

Suauium,quod et ſauium dicitur,per diminutionem,ꝗ, voluptas dicitur.Teren.O' Thais meum ſuauium.

Suauior, aris, et ſauior ſignificat cum voluptate, aut prę gaudio oſculor. Catul. Ad veranium. Lucidum os oculoſq; ſuauiabor. De hoc etiam in Diſſauior.

Suapte ſua ipſius natura.et ſuopte ſuo ipſius,ſicut me opte meo ipſius.Ci.li.i.Thuſc.Terrena,ē humida ſuopte nutu, et ſuo pōdere ad pares angulos ī terrā,et ī mare ferunt.

Sub prępoſitio,et ſeparat,et componit.Separata.Aliquando denotat tp̄s et actō iungit, ſignificatq; circa, vel per. Virg.Sub lucē exportant calathis.i.per lucem, ſeu adueniente luce.Aliqn̄ ponit pro in,vt ſub idem tempus, ſub eandem horā.i. in eodem tpe,in eadem hora, q̄q̄ et per idem tp̄s,et per eandē horā,vel circa idem tp̄s,et circa eādem horam exponi posſit.Liui.Vtrinq; legati ferè ſub idē tp̄s ad res repetendas misſi.Sue.de Aug. Sub horam pugnę,tam arcto repente ſomno deuictus,vt ad dandū,ſignum ab amicis excitaretur.Aliqn̄ pro ſtatim poſt,vt ſub hęc verba.Cice.Planco.Sub eas autem redditę Sunt. Aliquando ſignificat ad locum,et pro ante ſumitur. Virgi. Poſteſq; ſub ipſos nituntur gradibus.Aliquando in loco, et pro ſubter capitur,conſtruiturq; cum ablatino.Idē.lib. viij.Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Item cū ablatiuo accipitur, pro in vt apud eundem. Namq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo. Item propè,vt quo deinde ſub ipſo Ecce volat.Itē ſignificat cum,vt ſub ſarcinis.i.cum ſarcinis.Compoſita etiam plerunq; localē ſignificationē retinet,quę illi propria eſt , vt ſubeo ſuppono.i.ſubter.Interdum ſignificat īfra,vt caudamq; remulcens ſubiecit pauitantem vtero ſyluaſq; petiuit.Interdū diminutionem vt ſubdubito ſubiraſcor.i.aliq̄tulum. Eſt enim,vt Dona.inquit temperamentum plene pronunciationis.Interdum ſignificat ſupra, vt corpora ſaltu ſubijciunt in equos, ideſt ſupra iaciunt. Interdum proſpere, vt ſuccedit.Interdum,poſt,vel q̄ primum, vt ſubſequor. Interdum contra, vel propè,vt ſubſiſto. Cęſar. Audacius ſubſiſtere, nonnunq̄ et nouisſimo agmine pręlio noſtros laceſſere.Interdum prudenter,ſeu diligenter,vt ſubſeruio. Interdum in promptu,vt quomodo ratio non ſubeſt.Interdum latenter,vt ſuppilo.Interdum ſenſim,vt ſurrepo. Interdum adhuc.Liui.Tanq̄ ſpes ſubeſſet.Componit aūt ferè,cū omnibus literis.A,ſubaro.B,vt ſubbibo.C,vt ſuccido.D, vt ſubdo. E, vt ſubeo, F , vt ſuffero. G , vt ſuggero.H,vt ſubhaſto.I,vt ſubiungo.L,vt ſubleuo.M,vt ſubmoueo.N,vt ſubnecto.O,vt ſuborior.P,vt ſuppono. R,vt ſurripio.S,ut ſubſanno.T,vt ſubtraho.V,vt ſubuenio.Sed quotiens ſubiūgitur vocalibus,vel,b,d,h,l,n,s,t,remanet b,integra,in alijs mutatur b,in literam ſequentē,ſubrideo,ſubrogo,ſubruo.Suſtineo vero ſuſpiro, ſuſpicor ſuſpitio,ſuſtuli ſuſtollo, et huiuſmodi ſine b , ſcribenda ſunt, quia non à ſub,ſed à ſuſum,ſiue ſurſū compoſita ſunt.

Subaratū aurum,à ſub ęs,ęris,aurum,qd habet ęs ſubtus. Perſi.Ne qua ſuberato mendoſum tinniat auro.

Subalpini populi qui ſunt ſub alpibus.

Sub corona venundari captiui dicebant, ꝗ coronati vendebantur.

Subiugum dicebant hoſtes misſi eſſe,quia duabus haſtis in terra defixis, tertiaq; ſuperligata inermes ſub ea tranſire cogebantur.

Sub manu vulgaris locutio et ſignificat ſtatim,temporiſq; momentum, quaſi de manu in manū.Sen̄. lib. x.Epi. ad Lucil.Conſilium naſci ſub die dent,et hoc quoq; tardum eſt nimis ſub manu quoq;, quod aiunt, conſilium naſcatur.Sueto.de Aug.Et quo celerius, ac ſub manu annunciari,cognoſciq; poſſet,quod in prouincia quaq; gereretur,iuuenes primo modicis internallis , per militareis vias dehinc vehicula diſpoſuit.

Sub vitem haſtas iacere dicebat veles , cum ſub manum furſum haſtam mittebat.Sub vitem pręliari milites dicebantur,cū ſub vinea militari pugnabāt.Sub vineā iacere cū adſtantibus centurionibus ſudes iacere cogebantur.

Subactus,a,um.Vide in dictione ſubigo.

Subagito,as,ſignificat in eo. Plau. Dum ille meretricem ſubagitat ego quieſco.

Subaquaneus,nea,neum,quod ſub aqua manet,vt ſcopulus ſubaquaneus.

Subalaris,et hoc re,quod ſub alis eſt.Vn̄ ſcribit Lampridi. Heliogab.ſolitū fuiſſe ī accubitis hr̄e plumas ſubalares.

Subcerniculum farinarum cribrum,quod fit è ſetis equorum quemadmodum excusſorium , et pollinarium fit è lino.Excusſoria cribra ſūt,qbus furfur excutit. Pollinaria,qbus pollī,hoc ē farina ignobilior ad panē ſecundariū,q eſt groſſus,tenuiora ſunt accōmodata flori farinę.

Subcineritius,a,um,quod ſub cinere coquitur.Vnde ſubcinericium panem legimus.

Subcoacta mollior pellis dr̄ vtpote alijs pellibus ſubiūcta.

Subdo,is,ſuppono,ſubijcio.Cato de re ru. Ignem ſubdito, vbi bullabit vinum ignē ſubducito, et ſubdere ſubiungere.Quin.His dictis,et alia ſubdidit.

Subditus,q alicuius impio ſubiectus eſt , ſubditum etiam ptum dicimus ſuppoſitū.hoc ē ſublatū ab ea muliere, q̄ peperit,et alteri appoſitū.Itē apud iuriſconſultos ſubditū taſtamentū dr̄,cū vero teſtamento occultato, aliud clàm fuit appoſitū.Subditus iudex,qui loco mortui datur.

Subditiuus, a,um,qui ſubditus eſt.Plau.in Amph.Subditiuus eccum exit foras.

Subdititius,ſuppoſititius,vnde à Plau.Iuppiter dcūs eſt ſubditìtius.Amb.Sue. Non mō verſus cenſoria q̄dam virgula notare,et libros,qui falſo viderentur inſcripti, tanquā ſubdititios ſummouere familia permiſerint ſibi.

Subdulus,pe.cor.occulte decipiens.

Sub dio aliqd eſſe dicimus,nō eſt ſub tecto,ſed in nudo, et ſub cęlo.Aliter dr̄ ſub Ioue,ab eo,ꝙ gręci Iouē τὸν δία dn̄t.Hora.lib.i.Car.Vitamq; ſub dio,et trepidus agat,hīc ſubdialia pauimenta,et ſubdiales deambulationes , quas Victru.gręco vocabulo vocat hipętras.

Subdiale,qd ſub dio pmanet.i.ſub aëre,Plyn. Illa ſup terrā ex ſubdialibus petris cędit.Hęc ex obrutis.Subdialia pauimēta à gręcis primo hīta,qbus ꝯgerent domus ex tūſa teſta,et pedali craſſitudine fiſtucata Terratiū nūc appellat.

Subduco,is,pe.pro.ſubter duco. Interdū ſubtraho.Cato.Ignem ſubdito, vbi bullabit vinum ignem ſubducito.Sunt.n.ꝯtraria ſubdo,et ſubduco.Iuuena. Et nos ergo manum ferulę ſubduximus . Interdum ſurripio Virg.Et ſuccus pecori,et lac ſubducitur agnis . Interdum ſurſum duco,leuo extollo.Idem.Qua ſe ſubducere colles Incipiunt.Hinc ſubducere naues dicimus in terram trahere,ꝙ terra,mari altior ſit ſicut econtrario deducer̄ in mare,è terra ducere.Idem. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem.Plau.in Cas.Ibo intro, vt ſubducam nauum rurſum in puluinarium.Interdum ſubducere,cū hoc noīe ratio ſiḡt computare,calculare.Cicero. Lentulo. Rationibuſq; ſubductis ſummam feci cogitationem mearum.Plau.in Cap.Subducā ratiunculā q̄illum argentū mihi apud trapezitam fiet. Et ſudducere eſt furtim ſubtrahere.Idem in Cur.Propino magnū poculum,ille bibit caput ponit cum dormiſcit, ego ei ſubduco annulū.

Sal.Pręterea

Sal. Preterea ex gregarijs militibus quẽq; armatum in prima acie ſubducit.i.extrahit,et alibi locat.

Subeo, bis,iui,vel ſubij,itum,ingredior.Ceſar.cõ.i.Qui intra annos.xiiij.tectũ nõ ſubijſſent.Lact.Sine virtutes inferas vitia ſua ſponte decedent,ſiue vitia eximas virtutes vltro ſubibunt. Paſſiuum ꝓtulit Iuue. Quod ſi ſubeunt proſpera caſtra. Et ſubire eſt ſuſcipere, aut pati,vt ſubeo periculum,ſubeo crucẽ,mortez.Ci. lib.iij.offi.Qui retinẽdi officij cã cruciatus ſubient vltro. Itẽ ſuccreſcere.Virgil.Ne ſubeant herbę,neu.puluere victa fatiſcat. Itez in memoriã venire. Et mõ cũ dtõ,mõ cum actõ ꝯſtruit,vt ſubijt mihi.Cur.Sera penitentia ſubijt regẽ.i.in mentez, vel in memoriaz venit.Item ſubdere,ſupponere. Virg.lib.x.Ænee ſubijt mucronez, ipſumq; morãdo Suſtinuit.Itẽ extolli.Ply. Sed hi rõnẽ afferunt,ꝙ leuiſſima ſit imbrium ciſternaꝝ aqua,vt q̃ ſubire potuerit,et pẽdere in aërem.Idez.Nec leuitatis in pluuia aqua argumẽtuz eſt ſubijſſe eã in cęlũ cũ ẽt lapides ſubijſſe appareat.Itẽ ſuccedere.Var.In quaꝝ locũ ſubierunt inqlinę impietas, pfidia ĩpudicitia. Item rñdere,ſeu,reſiſtere.Cice.ĩ Ver.Diuinatione poteris ne orõnem eius ſubire.Item aggredi.Hiero.Nunc dep̃cor Desyderi clariſſime, quia me tantum opus ſubire feciſti.Item ſcandere.Plyn.lib.iiij.Hemi excelſitas ſex.M.Pas. Subitur.

Subfibulum.Vide in dictione Fibula.

Subhaſtare, eſt ſub haſta mittere , hoc eſt, per auctionem vendere. Haſta enim erat virga, quę dabatur, cum poteſtas alicui daretur de aliqua merce.

Subigo,gis,pe.cor.ſigni.cogo.Sal. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. Quãdoq; ſubigere,eſt ſubijcere domare.Idem.Poſtea vero, q̃ in Aſia Cyrus in Grecia Lacedemonij, et Athenienſes cepere vrbes,atq; nationes ſubigere.Quandoq; ſummittere, vt ſubige, ſub arbore pecus, Quãdoq; acuere.Virg.lib.vij.Pars leues clypeos,et ſpicula lucida tergũt.A' ruina pingui, ſubiguntq; in cote ſecures. Qñq; attrectare,agitare.Cato. Farinã in mortarium indito,aquã paulatiz addito,ſubigitoq; pulchre.Qñq; bñ arare,bene colere.Virg.Ante Iouem nulli ſubigebãt arua coloni. Col.li.ij.Seqtur, vt tempora quoq; ſubigendi arui precipiamus.Cice.Per tranſlationẽ lib.ij.de Ora.Pro exercere poſuit. Subacto mihi ingenio opus eſt vt agro nõ ſemel arato, ſed nouato,et iterato,Quãdoq; ſuffodere.Virg.lib.ij.Geor.Tñ hęc quoq; ſi qs Inſerat,aut ſcrobibus mãdet mutata ſubactis.Quãdoq; ſubagitare.Cice.Gallã ſubigo.Quandoq; ſurſum agere.Et tunc à ſus,quod ſignificat ſurſum componitur.Virg.lib.i.Geor.Nõ aliter, q̃ qui aduerſo vix flumine lembum Remigijs ſubigit . A' ſubigo fit aliud compoſitum.Pro ſubigo,de quo ſupra.

Subijcio cis,pe.cor.ſuppono.Virg. Et ramea coſtis ſubiciũt fragmẽta.Et illud ſubijciẽtibus prunas ĩſultat leuita Xp̃i. Aliqñ ſubigo.Cice.Tot ſibi populis repente ſubiectis. Aliquãdo ſurſuz iacio.Virg.Et corpa ſaltu ſubiciũt in equos.

Subices,pe.cor.dñr ſubiecti.Ennius.Ergo deũ ſublimis ſubices humidus, vnde oritur imber ſonitu ſeuo, et ſtrepitu.

Subiecto,ctas,ſepe ſubijcio.Virgil.Nigramq; alte ſubiecta arenam.

Subiacto,ctas, ſepe in altum iacto,quod fit cum in areis frumẽta,à paleis ſecernunt.Var.His tritis oportet ẽ terra ſubiactari vannis,aut ventilabris,cũ vẽtus ſpirat lenis.Ita fit,vt qd leuiſſimũ eſt in ea atq; appellatur acus euãnet foras,ac frumentuz,quod eſt ponderoſum,purum veniat.

Subitus,ta,tum,à,Subeo,is idem, quod repentinus. Virg. Tum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion.Hinc ſubito aduerbium.Mar.Nam ſubito collapſa ruit.

Subitarius,ria,rium,repentinus, ſiue extemporalis ſumat. Gel.Quid ſibi vellet ſubitaria dictio.Apul. lib.de deo Socratis.Experimini an idem ſim repentinus,qui preparatus. Si qui tamen veſtrum nonduz ſubitaria iſta noſtra cognoſcitis, quę ſcilicet audietis pari labore, quo ſcribimus venia propenſiore quã legimus.

Subitaneus,a,uz,eo mõ dr̃ q̃ ſubitarius,vt ſubitanea mors

Subitatus,ta,tũ,quod eſt ſubito mutatum.Cypria.ad Cornelium.Steterunt fortes,et ipſo dolore penitentię facti ad prelium fortiores,vt appareat nuper ſubitatos eſſe,et noue,atq; inſuetę rei pauore trepidaſſe.

Subinde , cum accentu in antepe . Si Priſciano credimus ſignifi.deinde,vel ſtatim poſt.Hor.Si recte dicet primum gaudere ſubinde . Preceptum auriculis hoc inſtillare memento.Liui.Vno,alteroq; ſubinde ictu ventrem atq; inguina hauſit. Interduz ſignificat frequenter,ſiue vt proprie dicam idẽtidem, hoc eſt crebro cũ quodã interuallo. Suet.in Tyb. Lena natura,ne impuero quidem latuit, q̃ Theodorus Gadareus,et proſpexiſſe primus ſagaciter, & aſſimilaſſe aptiſſime viſus eſt ſubinde in obiurgando, appellans eum lutum ſanguine maceratum.

Sub iugũ dicebant hoſtes eẽ,qa duabus haſtis ĩ terra defixis,tertiaq; ſupligata inermes ſub ea trãſire cogebantur.

Subiugus,ga,gum,pe.cor. qui ſub iugo mittitur.Apule.lib. vij.Met.Nam protinus vxor eius auara quidem, nequiſſimaq; molę machinarię ſubiugum me dedit.

Subiugo,as,pe.cor.debello,ẽ impio meo ſubijcio,q̃ſi ſubiugo pono.Lac.li.iij.Totũ hoĩez alienę ditiõi ſubiuganerũt.

Subiugalis, ſubiugo aſſuetus, et domitus.Vnde pullus ſubiugalis in euangelio legitur.

Subiungo,gis,addo.Vñ ſubiunctiuus modus dictus eſt,qa Subiungitur alteri verbo. Nam eget aliqua re, vt impleat ſententiam, vt ſi dico,Cum clamen,quare me tacere dicis? Ideo ergo ſubiunctiuus modus dictus eſt,qa ei ꝯiungitur aliquid,vt ſententia locutionis plena ſit.

Subire aleam eſt periclitari, et obiectare ſeſe fortunę dubię tractum ab aleatoribus qui in foro aleatorio varie agitantur,et repente victores,repente victi dubio euẽtu exanimantur.Liui.In dubiam ſeruitij imperijq; aleã imus.

Sublabor,pe.p.ſigt p̃tereo, ſiue latenter decurro aut fugio.

Sublabro, bras,pe,cor. intra labra mitto.Neuius. Iam ego illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſynciput.

Sublego,gis,pe.cor. furto aliquid ſurripio. Virgil. Vel quę ſublegi Tacitus tibi carmina nuper.

Sublego,gas,pe.pro. ſubſtituo.Iuſti.lib.iij.Senatui cuſtodiã leguz populo ſublegandi ſenatum,vel creandi quos vellet magiſtratus poteſtatem permiſit.

Subleſta,infirma,leuia,friuola,debilia.Plaut.in Perſa.Grauior pauper fides ſubleſtior.Idem dixit vinum ſubleſtiſſimum,qa infirmos facit,vel corpore,vel animo.

Subleuo,uas,pe,cor.alleuio, auxilium preſto, defendo.Cice. Zophirus qui ſe naturam cuiuſq; , ex forma proſpicere profitebatur,deriſus à ceteris eſt,qui illa in Socrate vitia non agnoſcebant, quę ipſe ex illius aſpectu multa collegerat.Ab ipſo aũt Socrate ſubleuatus,cũ illa ſibi ingenita ſed rõne à ſe deuicta diceret.Et ſubleuare,ſurſuz leuare ſuſtentare.Sue.de Veſpa.Aluo repente,vſq; ad defectionem ſoluta imperatorẽ ait ſtantem mori oportere,dumq; ſurgit,ac nititur,inter manus ſubleuãtium extinctus eſt.

Sublicę ptice, et pali lignei.Vnde pons romę ſublicius quia ex ſublicis ſtructus ita fuit vt trabes ſine fulturis eximerentur. Ceſar in deſcriptione rhenani pontis inquit,non ſublicę modo directę ad perpendiculum ſed pronę,ac faſtigiatę vt ſecundum naturam fluminis procumberent.

Subligo,gas,pe.cor.ſubtus ligo.Vnde et ſubligaculum.

Subligar, pe.cor. ſiue ſubligaculum , dicitur quo pudendę partes obteguntur.Mar.Tecta tñ nõ hac,qua debes parte lauaris. Si pudor eſt transfer ſubligar in faciem.Cice. lib.de offi.Scenicorum mos tantam habet vetere diſciplina verecundiam , vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo.Dicitur ẽ ſuccinctorium.Femorale,Feminale,Campeſtre,Bracha,Perizoma et Lumbare.

Sublimis,pe.pro. in altũ eleuatus à limine ſupiore dictus, ꝙ ſupra nos ẽ.Virg. Ipſa Paphos ſublimis abit.Col.lib.ij. Igit ĩ ope boues arcte iũctos hrc ꝯuenit,q̃ ſpecioſius igrediant ſublimes,ẽ elatis capitibus.Hic ſublimitas,exaltatio.

Sublimo,as,pe.pro.exalto,in altum mitto,vadõue.Ennius.

Sol, qui candentem in cęlo sublimat facem. Aug.lib.vij. Con. Augebatur diuitijs, sublimabatur honoribus.

Sublino, nis, pe.pro. aliq̃tutulũ tingo, seu noto. Cor. Cel. Ides quoq; umbilico sublitũ facit. Inde sublino, q̃ ẽ quasi primum tectoriũ, et fundamẽtu3 coloris eius quẽ reddi volumus inductione manus ultimę. Aliqñ illudo, et ꝓ ridiculo hẽo. Tractũ à gñe ludi, q̃ dormiẽtibus ora pingunt, ut apud Plautum in Aul. Ah subleuit mihi os pessime.

Subluuies dr̃ sicut illuuies et pluuies pro sordibus et imũdicijs. Apud Col. Genus morbi in discrimine ungulę ouiũ nascẽs ait.n.lib.viij. Claui quoq; dupliciter infestant ouẽ, siue cum subluuies, atq; interrigo in ipso discrimine vngulę nascitur, subluuies pice liquida eruitur.

Sublustria ṽba dñr ñ ex toto luminosa, sed aliqd luminis hñtia sublustris nox et sublimis umbra, q̃ h3 aliqd lumis.

Subluco, cas, pe.ꝓ. à luco, significat ramos arboꝝ supputo, et ueluti subtus lucem mitto, Conlucare autem est succisis arboribus lucum luce implere.

Sublucanus, na, nũ, qđ fit hora matutina q̃ subluce3 ẽ aurorá est. Vñ Ply. scribit, mel uenire ex aëre sublucanis tẽporibus.

Subluo, is, expurgo.

Sublicius, pons Romę, hoc est ligneus, qm̃ sine ferreo clauo constructus fuerat, ut meminit. Ply. lib. xxxvi.

Subnecto, ctis, subligo, appendo, subscribo ꝗ̃ue significat.

Subneruo, uas, Vide in dictione neruus.

Subnitor, pe.pro. suffulcio, uide in dictione Nitor.

Subo, bas, subare dñr sues, cũ libidinẽ exercẽt, aut appetũt, q̃uis et ad alia aĩalia, ẽt ad hoĩes transferat. Hora. Iamq; subãdo Tenta cubilia tectaq; rumpit. Arist. lib. Aĩal. vi. Ita subare dr̃ in suibus, quẽadmodũ equę libidine stimulatę dñr eqre. Tertul. in Apologetico scribit, Ionẽ fęde subantẽ in sororẽ fuisse. i. libidinante3, et rei uenereę, inhiantem.

Suborno, nas aliq̃tulũ orno, hĩ est honoro, siue laudo. Plancus Ciceroni. Tu Cicero, qđ adhuc fecisti, idem p̃sta, ut uigilãter, neruoseq̃; nos, q stamus ĩ acie subornes. Et Subornare est latenter seducere. Gel. In caput meũ subornauit.

Sub patentibus campis, idest sub monte exporrectis. Apul. immitto me campis sub patentibus.

Subrideo, des, pe.pro latenter, uel aliq̃tu3 rideo, uel risus signa oñdo. Virg Olli subridens hoĩum sator, atq; deorum.

Subrogo, pe.cor. substituo. Aug. lib. iij. de ci. dei Lucretius q̊3 q in locũ Bruti fuerat, subrogatus, morbo absumptus est.

Subruo, is, cũ impetu subingredior. Aliqñ paꝝ, uel aliq̃tulum, uel latentur ruo. Et hoc ex ui p̃positionis sub. Aliqñ Effodio. Sene. Subruunt terram, thesauros quęritant.

Subrumi, dicti sunt agni, qui adhuc sunt sub mamma, quę rumis à ueteribus dicebatur. Inde subrumari quod est sub ruma, idest mamma summittere. Col. lib. viij. Diligenti cura seruandum est, ut in suis quotidie matribus, et alienis non amantibus agni subrumentur.

Subsanno, nas, non à sano, sed sanna fit, quę est irrisio. Est autem subsannare, irridere, ẽ construitur, cum accusatiuo. Hiero. contra Vigil. Rideas forsitan, et muliercularum deliramenta subsannes. Et ad Marcel. Quadrante in dignã eloquentiam nare subsanno quid ad te, qui desertus es? Hinc Subsannatio, quę proprie rugat à fronte, et contracto naso exprimitur.

Subscudes, pe.pro. tabellę, quibus tabulę inter se configuntur, quia quo immituntur, succiditur. Pacu. Nec ulla subsus cohibet compagem.

Subscribo, subnoto, subsigno, sicut solent principes, q subscribunt ea, quę rata habent. Alexander Romanus imperator subscriptioni, et lectioni epistolarum operam dabat, post horas meridianas. Aliâs subscribere significat fauere. Col. Quod si fortuna subscripserit. Verbum est iudicijs, et foro, accommodatum. Vnde subscriptores fautores, approbatoresq̃; dicti sunt. Ci. Venit paratus, cum subscriptoribus exercitatis, et disertis. Vbi Asco.

Subscriptores dñr, q adiuuare accusatore3 causidici solent.

Subsequor, pe.cor. statim sequor.

Subsellia, sedes, et pulpita, uel (ut ita dicam) scãna, in qbus audiẽtes poëtas recitantes sedere ꝯsueuerant, uel ĩ qbus ab equitibus spectabantur ludi, à subsedendo, quasi subsedia, ꝑmutationem d, in l, ut sella pro seda. Nam senatores in sellis altioribus cõsidebant. Persi. Trosulus exultat tibi per subsellia leuis. Scribit Asco. Subsellia esse tribunorum, triumuiroꝝ, quęstoꝝ, et hmõi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subsellijs considebant. Vñ à Var. Subselliũ dictum est, ꝙ non sit planè sella. Vnde sciendumq̃; subsellium qñq; accipitur pro sede in foro ubi iudices electi in publico iudicio sedebant, ut Quint. lib. xij. Nonnunq̃ ẽt inter ipsa subsellia didicisse se gloriant, qñq; subsellia erant incuria vbi senatores sedebant vt ostendit Cic. in Ora. ꝯtra Catil. Quandoq; erant sedes in theatro. Suet. in Aug. Facto igitur decreto petrum, vt quoties, qđ spectandi usq̃ publice ęderetur primus subsellioꝝ ordo vacaret senatoribus. Et subsellia vbi sedebant rei, et accusatores et testes.

Subsideo, des, pe.cor. subtus sedeo. Col. Villica debet curam adhibere, vt si q̃ feces, aut amurcę in fundis vasoꝝ subsederint, semel statim emundentur. Inde Subsellia. Est et Subsidere, insidiari. Inde subsessores, et subsessę.

Subsessę dñr à Vegetio insidię, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale suspicans opprimi solet. Subsidere enim significat delitescere. Vnde subsessores dicti, qui delitescentes insidiant, et insidijs circunuẽtos. interimũt. Contra subsessos vocamus hostibus circũuentos. À Valerio subsessor alieni matrimonij dictus est, qui pudicitię alienę coniugis insidiantur.

Subsessores, et subsessi, Vide in Subsessę, de quo modo.

Subsidium, quęre in dictione Pręsidium.

Subsisto, stis, contra sisto. Cęsar. Audacius subsistere nonnunq̃, et nouissimo agmine prelio nostros lacessere. Quandoq; significat gradum sibi. Hiero. in lib. Regum. Tu autem subsiste paulisper, vt indicem tibi verbum dñi. Proprie tñ subsistere ẽ ꝑ se existere, vt est substãtia, q̃ ꝑ se existit qđ de accidẽtibus intelligi nõ põt. Et vt inqt Aug. lib. vij. de Trini. hoc est deo esse, quod subsistere. Aliqñ significat succurrere. Apul. Tu meis iam nũc extremis erũnis subsiste. Et lib. ix. Vt eius medelã salubrẽ possem subsistere.

Substo, stas, sustineo, et constans sum. Teren. Perij metuo, vt substet hospes. Et substare est rem aliq̃ constanter sustinere. Nam substare dicitur aliquid, vt alijs subest.

Substantia est, quę ꝑ se substat, et fundamentũ ẽ, substat.n. accidentibus. Differt aũt substantia, ab accidente in tribus. Primo, qa ei subijcit, et ipsum substentat, nõ autem ecõtrario. Secundo, qa ꝑ se nõ indiget substãtia accidẽte, sed accidens substantia. Tertio qa substantia, ꝓprie est, accidẽs vero ideo est, qa ꝓprie inest. Gręci modo ὑπόστασιν modo ὀυσίαν vocant, latini vtrunq; interp̃tant substantiam, q̃uis sint, qui ὑπόστασιν substantiam, ὀυσίαν essentiã dicant. Sciendum est, ꝙ una, et eadem natura potest dici substantia essentia, et subsistentia, ut natura Sortis inq̃tu3 dat sorti, ꝙ sit, dicitur subsistentia. Pro ut aute3 sortes habet, ꝙ per illam naturam accidentibus subsit, dr̃, substantia. Quandoq; etiam substantia ponit, pro materia et q̃si essentia, et soliditatę, ac neruis cuiusq; rei. Ply. substantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacem. Quint. Prima apud rhetorem elementa, et quę de ipsa rhetoricę substantia q̃runt, tractabimus. Quãdoq; substantia ponit ꝓ facultatibus. Idem. Vt plus substantię filio relinq̃rem. Et in euãg. Qui ꝯsumpsit oẽm substantiã viuẽdo luxuriose.

Substantiuus, ua, uum, quod per se stare põt, cuius ꝯtrariũ est insubstãtiuus. Rufinus in expositione symboli. Sed fortasse dicas, ista, quàm memoras insubstantiua est generatio. Neq;.n. lux substantiuum facit splendorem, aut cor substantiuum generat verbum. Ambro. lib. Hexa. Qui sic minuta, et insubstantiua principia cęlo, ac terris darent.

Substituo, is, subordino, vt cum quis defuncto, vel abrogato substituitur in eius locum. Ambro. pro suppono posuit,

cum inquit,

sum inquit. Et bene sanctus Lucas virũ à spiritu nequitię liberatum ante pręmisit, et substituit fęminę sanitatem.

Subsũ, infra sum. Ply. suberãt tecto abiegnę trabes. Aliqñ subesse sigt latenter inesse. Virg. li. ij. Geor. Quippè solo natura subest, quia nãliter rex ōium mater ẽ terra et vniuersã intra se ɔtinet semina, licet non appareant. Vnde epicurei dñt nihil esse, quod non habeat originem sui.

Substillum tempus dr̃, quod ante pluuiam, vel post pluuiam est non siccum, sed humidum, ꝙ autem iam stillet, aut nondum stillare desistat. Apud Cato. li. de re ru. ponitur pro ęgritudine, quando stillatim vrina emittitur.

Substruo, subtus struo. Colu. lib. i. Cum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, non solum superficiem suam sustinebunt facile, sed et profultura, et substructione fungentur aduersus ea, quę mox, si forte villam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur.

Subsolanus, vẽtus dicitur, qui sole oriente subnasci videtur.

Subsortitus dr̃, qui alicuius occupati fungitur officio. Vnde subsortitos iudices dicimus, qui ẽt substituti appellantur.

Subsero, ris, pen. corep. subtus semino, vel planto. Colu. lib. v. Nã plurimũ interest adhuc noua ɔsitione pedamẽ oẽ vestiri, nec mox vineatus subseri, cum fructus capiendus est.

Subtal, ex sub, et talo componitur, significatq; cauum pedis quamuis, et pro vola quandoq; accipiatur.

Subtegmen dr̃ filum, quod sub stamine texitur. Hiero. in Exo. Incīditq; bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri, cum priorum colorum subtegmine.

Subtegulanea, loca sub tegulis distinguuntur, à subdialibus, quę gręci vocant ὑπαίθρια sicut priora illa ὑπόστεγα et κατάστεγα siue στεγαστά.

Subter ꝑpositio, cuius relatiuũ est super, vt Hic mirifice natat duratq; subter aqua. Et tam abltõ, q̃ actõ iungitur, licet qdam, nõ nisi figuratelĩ fieri putent sicut post, circũ, et ante. Virg. Ferre iuuat densa subter testudine casus.

Subterraneus, a, ũ qđ ẽ sub terra. Col. Vinctis q̃ saluberrimũ subterraneũ ergastulũ plurimis, sitq; id angustis illustratũ fenestris. Idẽ. Nã ferè cu3 his ptibus ędificia rimas egerunt, caua prębent, et latebras subterraneis aĩalibus.

Subturpe, latenter turpe, quãdo id, quod natura turpe est, verbis tamen honestis dicitur.

Subuenio, proprie subtus venio. Hie. in expositione simbo. Discute, si potes, quę habentur in manibus, et tunc ad hoꝶ sublimiora subueniens. Per transla. Subuenire est auxilium prębere. Plau. Qui totiens tibi misero subueni.

Subueteribus, ẽ loci nomẽ ĩ vrbe Roma, sicut et sub nouis Plau. ĩ Cur. Subueteribus, vbi sũt, q dãt qq; accipiũt fęnore. Sue. ĩ Au. Bifariã laudatus ẽ, pro ęde Diui Iulij, à Tyberio, et pro, rostris subueteribus. Var. Subnouis dicta pars in foro ędificiorum, quod vocabulum eius peruetustum.

Subula, pe. cor. instr̃m cerdonum, quo ꝑforandis calceis, ac suendis vtunt̃ sutores. Mar. Quodq; tibi tribuit subula sica rapit. Hie. in Exo. Perforabitq; aurem eius subula.

Subulo, pe. cor. lingua ethrusca dr̃ tibicẽ. Apud Ennium subulo vicinas ꝑꝑ astabat aquas. In alio significato subulones dicunt̃ cerui, quibus sunt cornua simplicia minimeq; ramosa, ad subularum similitudinem, vt docet. Aristo. lib. ix. de aĩalibus. Ply. lib. xi. Alijs simplicia tribuit, vt in eodem genere subulationibus ex argumento dictis.

Subucula, genus vestis, q̃ ferè ex lino fit, dicta, ꝙ ea subter ĩduamur. Var. đ vita pa. Post q̃ binas tunicas hr̃e cępunt, ĩstituerũt vocare subuculã. Hie. in Leui. Cũq; lauisset eos vestiuit pontificẽ subucula linea. Est et subucula, libum, quod dijs dabatur ex alica, oleo, et melle compositum.

Subulcus, qui suum dux est, vel cui porcorum nutriendorum cura commissa est. Var. Altitudinis harę modus sit, vt subulcus facile circunspicere possit, ne quis porcellus à matre opprimatur.

Suburbia plurali tantum numero, quasi via sub vrbe, hoc est vrbi ɔtigua, sunt frequentes extra vrbem domus instar vici vrbani. Vicus enim proprie pars vrbis est.

Suburbanũ, ꝑdium, seu villa sub vrbe. Col. li. vij. Nã suburbanis lactens porcus aere nutricãdus ẽ. Suet. de. Aug. Nutrimentoꝶ eius oñditur adhuc locus ĩ auito suburbano, iuxta Velitras permodicus. Ply. Elegãter suburbanam appellat Italiam eam ꝑtem, quę erat ꝓxima vrbi Romę.

Suburra, vicus Romę à quo regio suburrana est dicta, vt scribit Iunius ab eo, ꝙ fuerit sub vrbe antiqua. Var. vero à pago succusano putat dictam Succusam. Inde mutatis literis suburram. Cuius rei indicium est ꝙ antiquitus per c, literam non per b, scribebatur. Hinc Suburranus, a, um, vt Regio suburrana, in qua meretricum diuersoria erant, quę ob id suburranę dicuntur à poëtis.

Succiduus, a, um, à succedo, vt inquit Lactan. Tardans à succedendo siue vt fęturę succedens dicitur Pri. in Epi. Si hoĩbus lętum est et gloriosum filios haber̃ consimiles, et tunc magis generasse delectat si ad patrem liniamẽtis paribus soboles succidua respõdeat. Sta. lib. iiij. Theb. Dus premis obnixo venabula cominus apro poplite succiduo, idest summisso. Alibi Vbera succiduosq; apportat in atabus agnos. Item pro eo quod est pronum ad cadendum. Claud. Succidui titubant gressus Sed hoc fit, à succido, is, pe. cor. quod est quasi subtus cado.

Succedo, is, pe. pro. sigt eo sub. Virg. li. iij. Geor. Aut tecto assuetus coluber succedere, et vmbrę. Pestis acerba boum pecoriq; aspergere virus. Et succedere est ingredi. Idem li. vij. Et nostris succede penatibus hospes. Item in alterius locum venire. Cic. li. iij. offi. Quid ergo hic nonne nocet, qui quodam quasi veneno perficiat, vt veros hęredes moueat in eorum locum ipse succedat. Augu. li. iiij. Con. Ipse est deus noster, et non discedit, quia non succeditur ei. Inde successor, et successio. Item prospere cędere, euenire. Ter. in An. Hac non successit. alia aggrediamur via.

Successus, us, pro euentu, tam malo, q̃ bono. De malo. vt Successus indignos noli tu ferre moleste. Virgi. lib. ij. Atq; hoc successu exultans, animisq; Chorebus.

Succīdo, is, pe. pro. ex sub et cędo, significat subincīdo. Hie. in pręfa. ꝑs. Cogitis, vt veluti quoddam nouale scissum iã aruum exerceam, et obliquis sulcis renascẽtes spinas eradicem, ęquum esse dicentes, vt quod crebro male pullulat, crebrius succidatur. Aliquando succidere significat metere. Virg. At rubicunda ceres medio succiditur ęstu. Aliquando post cędere, sicut pręcidere ante cedere.

Succidaneę hostię dicebantur, quę secundo loco cędebant̃ quasi succedaneę, à, succedendo inquit Gel. è litera, in i, mutata. Apđ veteres. n. si primis hostijs litatũ non fuerat, alię, post easdem ductę hostię cedebant̃, duę, quę prioribus iam cęsis luendi piaculi gratia subdebantur.

Succedaneũ, à succedendo ponit̃, pro supposito, vicario subdito. Pla. in Epi. Men piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam, vt meũ tergum stultitię tuę subdas succedaneũ. Succedaneus, qui succedit in alienum locum. Cypria. ad Euagrium. Non potest videri cessasse qui vicarios substituit, et qui pro se vno plures succedaneos suggerit.

Succidia, tergus, siue massa carnis porcinę salita, et in necessariũ vsũ ꝑuata, q̃ quotiẽs opus ẽ succidit̃. No. succidiã ꝓ lardo exponit. Succidia ɔtinet ꝑnam petasonẽ, ẽ lardũ. Cice. in Cato. Iã hortũ ipsi agricolę succidiã alterã appellant. Var. Nõ à succidendo, sed à suibus cedẽdis, siue ędẽdis. Nã id pecus primũ occidere cęperunt, et vt id seruarẽt salire. Idem. Et qui non audierit patres nostros dicere ignauum, et sumptuosum esse, qui succidiam suspenderit in carnario, potius è lanirio, q̃ è domestico fundo.

Succida, pe. cor. lana, à succidendo, ꝙ talis sit, qualis succisa est, hoc est plena sordibus. Var. à sudore deriuat. Dicit enim tonsurę tempus inter equinoctium vernum et solstitium cum sudare cęperunt oues, à quo sudore recens, lana tonsa succida est appellata. Iuue. Qualis cęna tamen vinum, quod succida nollet Lana pati.

Succisiuum, siue subcisiuum, tempus dicitur, quod subtrahitur à rebus necessarijs, vt ad aliquem vsũ accõmo-

demus,vulgo dicitur tempus furto subtractum quod succiditur,vel separatur ab alijs.Gel.Quantum aũt vitę mihi deinceps deum voluntate erit,q̃tumq; à cura, et à re familiari procurandoq; cultu liberoꝝ meoꝝ dabitur ocij omnia succisiua et subsecundaria ipsa ad colligendas huiusmodi memoriaꝝ delectatiunculas conferam. Lucil.li.xxviij.Pręterea hanc succisiuam si quando voles operas Mensores ãt terrę nõnunq̃ dñt succisiuũ esse vncias,agri ãt sextantẽ.Dictum est autem succisiuum à succidendo.

Succido dis,pe.cor.ex sub,et cado, quasi subtus cado. Gel. Iam continuo labore grauia genua succiderant. Plau.in Cur.Genua mea succidunt lassitudine.

Succingo,gis.Vide in dictione Cingo.

Succinctoriũ,genus vestis breuissime quo vẽter et verenda tegunt,qđ et semicinctũ dr̃ ꝙ medium homines cingat.

Succenseo,es,significat in re graui,et iuxta ex causa irasci et quasi censuram exercere.Teren.in Phor.Sed parum, ꝙ omnibus nunc succenset senex.

Succerda,stercus suillum.Titi.Quid habes, nisi vnam arcam sine claue,eo condis succerdas.

Succenturiati dñr qui explendę centurię gr̃a subijciunt se ad supplementũ ordinũ, hinc per transla. succenturiari pro substituere.Gel.Pręfecti popinę negant cęnam lautam esse nisi cum libentissime edas, tamen auferatur, et alia esca melior succenturietur. Vide ẽt in dictione Centurio.

Succenturio,as.Vide in dictione Centurio.

Succino,is,pe.cor.ex sub,et cano, q̃si summissa voce cano. Hic succento,as,frequen.et succentor.Inter Cantores,occẽtores,ẽ succentores qdam ita distinguũt,vt cantores sint, qui maxime eleuant, et acuunt vocem. Succentores, qui minimũ.Occentores, qui inter vtrunq; medium tenent, q̃ varietas mirabilẽ seruata musica rõne ꝯcentũ reddũt.

Succollo,as,collum suppono sustollo,subleuoq; ceruicibus subiectis,qđ proprie eoꝝ est,q aliquem in lectica gestãt. Sueto.de Nerone. Matris sępe lectica per publicum simul vectus est ei succollabant bini duo denique serui,quibus longo in itinere vicarium in laborem alij succolant.De hoc etiam apud Var.lib.iij.de re rusti.

Succũbo,is,ui,tum,sigt̃ subijcior,et aliquando subiungor.

Succubo,as,pe.cor.Et est succubare iniri. Vnde et succubi dęmones,qui sub humana specie corporibus assumptis se viris subijciunt,sicut incubi, qui mulieres ineunt.

Succuba,pe.cor.ponit̃ pro ꝯcubina et pellice.Apul.lib.iiij. cępit puellã velut emulã tori succubãq; primo suspicari.

Succurro,is auxilium pręsto.Virg. Non ignara mali miseris succurere disco.Item succurrrere est in mentẽ venire. Cice.Neq; enim mihi succurrebant verba,quę ante disces sum à Dolobella audieramus.

Succutio,tis,pe.cor.ex sub,et quatio,de quo in Quatio.

Succusso,as,pe.pro. sigt̃ frequenter excutio, qđ proprie de equo dr̃,qui gradario ꝯtrarius est.Nam his est q ꝯcutiẽdo sessorẽ gradit̃,ẽ equus ipse succussor,siue succussarius, et succussator vocat̃.Actius. Agite, ac vulnus ne succusset gressus caute ĩgredimini. Luci. Succusatoris tardi, rancq; caballi.Talis gressus succusatura appellatur.

Succus,à sugo,quasi sugus humor,quem ex alimentis mẽbra sugunt,vt se repleat.Teren. in Heau.Corpus solidum, et succi plenum.Item succus dicitur, quod ab aliqua re ꝓducitur,puta ab arbore liquor.Ply.Arboꝝ ex q̃bus manat succus alię picem,alię resinam mittunt. Hinc.Insucco de quo supra.

Succulentus,succo plenus et quasi succosus,qui tamen neq; obesus,neq; pinguis sit.Sido. Scribit Theodoricum fuisse colli non obesi,sed succulenti.

Suctus us,à Sugo,is,ipsa humoris sorbitio.Ply.li.x.Capranumq; vberibus aduolant,succum propter lactis,qua iniuria vber emoritur.

Succinũ,p.c.credit̃ eẽ succus arboris,et nomẽ Argumẽto ẽ, à germanis Glessũ dcm̃,ẽ ob id ĩsulaꝝ vna, ĩ septentrionali oceano. Glessaria noĩata liqdum primo distillat iditio sunt q̃dam ĩtus trãslucẽtia vt formicę culices lacertę. Mar.Cũ Phaẽtõtea formica vagat̃ ĩ ũbra,ĩplicuit tenuem succina gutta ferã.Candidum odoris ꝑstantissimi.Fuluo maior authoritas,sũma laus falerno,ita à vini colore dicto attritu digitoꝝ acceptani caloris attrahit ĩ se paleas ẽ folia arida,vt magnes ferrũ. Vñ harpaga à rapiẽdo vocitarũt.Alio noĩe.Helectrũ appellãt à sole ex fabula vulgatissima,et Helectrũ ex auri argẽtiq; mistura.Est et gẽma nigri coloris,vulgo Ambrũ dr̃.Sui. tamẽ ait σούχινοι καὶ ἐλεφάντινοι δάκτυλοι ταῖς γυναιξίν εἰσὶ σύμφοροι.

Sucula,pe.cor.dimi. à sue. Et suculę dictę sunt stellę, quę alio nomine Hyades vocantur à pluuia,Nam ẽ orientes, et occidentes tempestates, et pluuias cient. Exoriũtur.xij. Kalen.Iunij.Est et sucula genus intimę vestis.Plau.Est sucula argenteola,et duę connexę maniculę.

Succuso,as,ꝑ simplex,s,fit à succudo ꝙ in ꝑterito facit succudi vel succusi in supino succusum,significat autem succusare frequenter subtus cudere.

Sudis,ꝑtica,seu genus teli militaris,hr̃ est paxillus igni torridus.Virg.Sudibusue ꝑustis.Idẽ.lib.i. Ge.Quadrifidasue sudes,et acuto robore vallos.Ser.Vallus,et sudes idem est.

Sudum,quasi semiudum.Est enim proprie pars serena inter nubes. Ponitur tñ quandoq; pro sereno,post pluuiam. Cice.Tironi.Horologium mittam et libros si erit sudum. Virg.Ergo vbi ver nactę sudum.Sunt, qui dicant Sudum sine vdo,hoc est succum,non humidum.

Sudificus,a,um, quod serenum facit. Vnde Boreas dictus est sudificus quasi faciens sudum.

Sudo,as, ἀπὸ τοῦ ὕδατος quod aquam,vndamq;,sigt̃,deriuatum existimant.Et modo absolute ponitur.Hora.Sudauit et alsit.Modo cum ablatiuo iungitur. Liui. Et scuta duo sanguine sudasse.Modo cum accusatiuo, et significat produco.Virg.Et durę quercus sudabunt rosida mella.Huius composita sunt consudo,quod est simul,vel totus sudo.Cato de re ru.Postea cum detonderis,vnguito totas,finito biduum,aut triduum consudent,deinde lauato in mari.Exudo emitto,quasi per sudorem. Ply. Frutex est liquorem exudãs.Desudo,valde sudo, à quo Desudasco, et impersonale Desudascitur.Plau. Homo adolescens penetrare huiusmodi palęstram,vbi damnis desudascitur. Insudo ꝓ defatigor.Pręsudo prius sudo.Clau.li.ij.Dũ matutinis pręsudat solibus aẽr.Et hęc hñt pe.pro. Inuenitur et sudesco,is,qđ ẽ à sudeo,es,nisi textus falsus sit.Col.lib. vlti.Superposito copioso sale,ita vt oliuam contegat.xxx. dies pati consudescere,atq; omnem amurcam extillare.

Sudarium,linteum,quo sudor facile detergit̃,et nares purgant̃.Sue.de Nero.Adopto capite, et ante faciem obtenso sudario,equũ ascendit,quatuor solis comitantibus,et mox ligato circa collũ sudario prodierat in publicum. Huius dimi.est.Sudariolum.Quo Hie.sępe vtitur in Epi.

Sueui,ppl̃i Germanię Bauaris finitimi,q plus q̃ centũ pagos habuerũt,gens valida,ẽ bellicosissima,de qua Luca. Fundit ab extremo flauos aquilone Sueuos. Vulgus sguizeros vocat.

Suesco,is,eui,etũ,suetudinẽ capio.Cice.Metello.A te id, qđ suesti,peto,me absentem diligas,atq; defendas. Clau. lib. iij.Post hęc cunabula dulci Ferre sinu,summoq; Ioui deducere paruã Sueuerat ẽ genibus ludentem aptare paternis.Huius composita sunt assuesco,quod est alicui rei consuetudinem habeo.Lac.lib.vi.Assueti dulcibus, et politis,siue orationibus,siue carminibus. Consuesco desuesco,quę sunt contraria.Insuesco, valde, vel intus suesco. Ter.in Adel.Qui mentiri aut fallere insueuerit patrem, tanto magis audebit cęteros,Insuetus tamen nõ assuetus dicitur.Cice.lib.iiij.ad Heren. Sin autem istud artificiosũ egregiũ ducitis,videte,ne ĩsueti reꝝ maioꝝ videmini.

Suefacio,à quo assuefacio, et ꝯsuefacio,vnde Suefio,assuefio,consuefio.Liui.lib.i. Sed initium turbandi omnia, à fęminis ortum est ea secretis viri alieni assuefacta. Ter. in Adel.Ea ne me celet consuefeci filium.

Suffarraneus, à farre, quẽadmodũ ꝯfarratio deduci videt, et fiḡt eũ, q far in castra ꝯuehit, sed modicũ, alienumue ñ iusto ꝯmeatu aliq̃, sed crebris, ẽ vilibus iſtitoꝝ vecturis.

Suffes, etis, lingua punica consul dicitur. Liui. Senatũ itaq; suffetes, quod velut consulare imperium, apud Carthaginenses erat, vocauerunt.

Suffero, pe. cor. sustineo patior. Virg. Nec claustra, nec ipsi custodes sufferre valent. Aliquando suppono. Plau. Intro ad vxorem meam, sufferamq; et meum tergum ob iniuriã.

Sufficio, ex sub, et facio, significat sufficere satis, ꝯstruiturq; cum datiuo. Sta. lib. v. Syl. Vnde puer tantisq; enixus sufficere donis. i. satis sis. Virgil. lib. v. Nec nos obniti contra, nec tendere tantus Sufficimus. Interdum iungit infinitiuo. et fit impersonale, sicut conuenit vacat. Hiero. ad Eusto. Nec sufficit scire quod bonum est, nisi custodiatur attentius, quod electũ est. Aliq̃n significat durare. Virgil. lib. xi. Nec sufficit umbo Ictibus. Aliquando subministrare. Idẽ lib. ij. Geor. Ipsa satis tellus, cũ dente recludit vnco sufficit humorem. Aliq̃n substituere. Ideꝫ in eodem lib. i. Atq; aliã ex alia generando suffice ꝓlẽ. Vnde suffectos ꝯsules dicimus, q in demortuoꝝ locum substituti sunt. Aliq̃n inficere maculare. Ci. in Hort. Vt hi, qui conniuijs purpuras, tñ sufficiunt, post sanant medicamentis quibusdam.

Suffio, is, iui, vel suffij, itũ, ex sub et fio, siḡt suffumigo. Ply. Hippocrates ruta vulneꝝ cã nãm suffire iubet. Virg. lib. iiij. Geor. At suffire thymo, cerasq; recidere inanes. Quis dubitet? Et licet à fio componat, est tñ suffio actiuum.

Suffitus, ta, tum. pe. pro. suffumigatus. Ply. Anisum dolores capitis lenigat, suffitum naribus.

Suffitus, us, suffumigatio. Idem. Et vulnerum conuersionem suffitu excitant.

Suffitio, tionis, idem, quod suffitus. Ply. Orpheus, et Hesiodus suffitiones commendare.

Suffimentum, idem, quod suffitus, et suffitio. Ply. Quod et suffimentis quibusdam facere consueuerunt. Suffimenta quoq;, à veteribus dicta sunt, quę fieri solebant ex faba milioq; molito, mulso sparso, vt inquit Fes. Ea dijs eo tempore dabantur, quo vuę calcatę prelo premebantur.

Suffitores, qui ignem insufflant inflatis buccis.

Suffibulum, Vide in dictione Fibula.

Sufflo, as, subtus flo, quod fieri solet, cum ignes accendi volumus. Plyn. Lycius Myronis discipulus fuit qui fecit dignum pręceptore puerum Inflantem languidos ignes.

Sufflamen, retinaculum, quo decurrens rota inhibetur. Est enim machinę genus, quo in descensu, vel procursu nimio rota solet retineri.

Suffossi equi dicũtur, quos vulgo cespitatores vocant. Virg. lib. xi. Suffosso reuolutus equo.

Suffoco, cas, pe. pro. ex sub, et faux, au, in o. productam conuersa significat spiritum pręcludo, et veluti obstrictis faucibus. Oui. Suffocent animam dira venena tuam.

Suffragor, pe pro. significat adiuuo. fauorem fero. Cuius cõtrarium est refragor, pro repugno, aduersor. Virgil. Copia me perdit, tu suffragare rogatus.

Suffragium, modo auxilium significat, modo illas voces quę dabantur in comitijs, ẽ in tabellis describebãtur, quibus vnusq̃sq; suam declarabat voluntatem de aliquo in magratum eligendo. Iuue. Libera si dent populo suffragia qs tã. Inuenit et suffragiũ, à frago, is, fra, syllaba cor. Oui. de nuce. Quid nisi suffragiũ nymbis nuitãtibus eẽm.

Tama,dr̄ cū labore vię sanguis ī crura descēdit,et tumorē

Tamarice,pe.ꝑ.genus fruticis bis in anno florētis. A' grecis Erice dr̄. Vnde et Ericeum mel celebrat. (facit. Videt etiam recte dici Tamarix, et tamaricum etiam legitur. Hanc quidam eandem esse quam myricam existimant licet.Ply.lib.xxviij.Diuersā esse dixerit.

Tamantę.p.pro.populi Asiatici,non longe à Caspio mari.

Tñ significat nihilominus.Quę vbi p̄cedit q̄q̄,quis et aliā hmōi,dat principiū ꝯstructionis ipa dictione tñ excussa. Qd̄ iō in ligatura,et q̄si iunctura orōnis isertū ē,ꝙ orōvū nō debuerat,incepat.Idcirco tñ abijcit,tanq̄ functa offō suo.Aliq̄n inceptiua est.Cic.Peto.Tñ non discedis à malicia.Aliq̄n ponit ꝑ statim.Virg.Hic hedos depone,tñ veniemus in vrbē.Aliq̄n ꝑ tandē.Sal.li.iij.his.Nā q̄ renati sūt icti fragmētis nauiū,aut afflicti à suis,vndaꝝ ui multato fęde corpe,etc.Pla.Ita faciam,ita placet qd tū tñ.Aliq̄n ꝑ dūtaxat.Terē.ī Hecy.Qd̄ potero faciā, tñ vt pietatē colā.Do.Dūtaxat,vel ita tñ,vt pietatem colā.Hic ꝯponunt Attñ,et veruntamē eiusdē ferē sig̃onis.

Tannus herba est minutis folijs,et aculeata.

Tamino,as.p.c. corrūpo licet nō sit in vsu.Cuius composita sūt Attamino ꝯtamino.et itamino.Vn̄ et itaminatus.

Tanas,oppidū n̄ lōge à Tana,et Venetis pet.vn̄ et nobilissime pelles ferunt,ē mācipia,q̄ à scythis emūt q̄s appellāt

Tanais,fluuius scythię,q diuidit Asiā ab Europa.Ferturq; à septentrione. Nilo contrarius,paulo tamē (Carcasos. orientalior,non solus per Scythas in Męotim defluēs,sed et per Sauromatas Origines eius incertam aliqui putāt Ptol.ex montibus Ripheis prodire putat,qui magis haustrales sunt,q̄ hypborei.Ali aiunt esse paludē nō admodū magnā,ex q̄ Tanais,nascit,qui duobus ostijs Meotī ingredit,q̄ stadijs intra se circiter.lxx.distare ferunt.Alij ex Caucasis montibus oriri existimant,vt Diony.Inde Tanais ab effectu greci nominis dictus est sylis. Iaxartes et Amesines ab indigenis appellatus.

Tanager fluuius lucanię, qui est inter Campaniam et Calabriam.De quo Virgi.lib.iij.Geo. Et sicci ripa Tanagri.At Tanagra perfidis oppidum est.

Tanis,metropolis Ægypti,vbi Moyses mirabilia fecit.

Tandem sig̃t ad postremus.Virg.Iam tandem Italię fugiētis p̄ndimus oras.Per interrogationē hēt vrgens qddā,et accelerās.Ci.Quousq; tandē abutere Catilina patientia nr̄a. Aliq̄n est ꝯiunctio expletiua.Teren.in Phor. Itane tādem vxorem duxit Antipho iniussu meo.Interdū ponit,ꝑ Aliq̄n,vt apud eundē.Itane tandem sororē duxit.Nonnunq̄ ꝑ vix.Ci.Tandē aliq̄n Quirites.Item ꝑ saltem.Ter.ī Heau. Persice h̄ p̄cibus p̄cio,vt hereā in p̄te aliq̄ apud Thaidē tandē.Itē ꝑ tñ.Ci.in q̄ ciuitate tādem arbitrare te viuere.

Tango,is,tetigi,tactum,p̄m ꝯsuetudinem.Lucr.Tāgere.n. et tangi,nisi corpus,nulla pōt res. Sed qm̄ quodammodo moueri videntur ea,q̄ tanguntur.Tangere qn̄q; pro commouere,ac ferire capit. Idē li.i. Nec bene ꝑ meritis capit nec tangit ira.Virg.De cęlo tactas memini p̄dicere q̄rcus. Qn̄ ꝑ circumuenire.Turpil. At ēt ineptus meus est mihi p̄r iratus,ꝙ eū talento argēti tetigi veteri exemplo amātis.Aliq̄n ꝑ cernere,intelligere.Ci.Postq̄ aūt consilia eius oīa tetigi.Aliq̄n ꝑ Peruenire.Idem Verres simul ac tetigit ꝑuinciam.Sunt q velint Tango,tanxi p̄teritum facere.

Tago,tetigi,sicut pango,xi,ē pago,pepigi.Composita à Tago sunt Attingo,Contingo,Obtingo,Pertingo,ꝙ est perfecte tango. Quod et pro consequor plerunque poni solet.

Tantalus,pe.cor.Iouis, ex Plote nympha filius fuit,quem Euse.regē Phrygię,cum Troo dardanię rege bellum gessisse scribit,ꝙ Ganymedem rapuerit Agamemnonis, et Menelai auus.Vnde et Tantalides dicti sunt.Hic ob filium interfectum detrusus ad inferos,siti torquetur, et fame. Plato in Cratylo scribit tantalum dictum esse quasi Talātaton,hoc est infelicissimum.Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex ob pietatem deoꝝ mēsis dignatus.Alius Thiestę,ex Merope filius iterfectus,ē appositus esca patri.Hic fit tātaleus,a,um,Proper.Tantalea poterit tradere poma manu.Sui.ἐπίπτεν ὁ λίθος ἐπ' αὐτὸν ... [illegible]

Tantus,a,um,à tā deduci vr̄ quātitatem sig̃t.Et mō demōstratiuū est.Virg.Tante molis erat Romanam ꝯdere gētem.Modo relatiuum. Plau.Et tm̄ q̄tum potui p̄stiti tibi.

Huius

Huius dimi. est tantulus, à quo tantillus.

Tantum aduerbium significat solum. Quod et tantuз modo dicitur. Aliquando significat vsq; adeo.

Tantũ nõ .i. fermè. Val. li. i. Quas sagittis cõfixas ad salutare auxiliũ herbę dictami tantũ nõ suis manibus deducit.

Tantũnũ, nõ tã negare videt, q̃ affirmare, accipiturq̃; pro etiam. Sue. in Tybe. Tãtumnũ aduersis tẽpestatibus Rhodum enauigauit .i. etiã aduersis tẽpestatibus. Alij exponũt quatenus à tempestatibus nõ impediret. Simititer. Syl. Tãtumnũ strictis mucronibus. Videturq̃; ea figura dici qua etiamnum. Sic Liui. li. xxxvij. Vidit non posse ęquare ordinem Romanos, et tantumnum iam circuiri à dextro cornu concidat naues.

Tãti, et q̃ti, cũ eoꝝ cõpositis tãtidem, q̃tidem, q̃ticũq; similiter totidẽ, pluris, minoris iungunt verbis ꝑciũ sig̃ntibus q̃lia sunt Emo, vẽdo, veneo, mercor, cõparo, ęstimo, ꝯstat, cõduco, loco fęnevor, paciscor, pago, pepigi, cõdẽno, postulo, et si qua sunt alia, Et tñ in alijs à ꝑdictis abltm̃ postulãt. Terẽ. Quid agas nisi vt te redimas captũ, q̃ q̃as minimo. Et si neq̃as paululo, at q̃ti q̃as .i. tanti te redimas, q̃ti q̃as. Liui. li. xlviij. Mãcipia minora ãnis .xx. quę post ꝓximũ lustrũ decẽ milibus ęris, aut pluris venissent, ea quoq; decem tanto pluris, q̃ quanti essent ęstimarentur.

Tm̃ abest sig̃t nõ solũ nõ est, vel tm̃ differt. Ci. li. offi. Tantũ abest ab offõ, vt nihil offõ magis possit esse cõtrariũ hoc est, nõ mõ offm̃ nõ est verũetiã nihil magis offõ ꝑt esse cõtrariũ. Vel tm̃ abest, vt offm̃ sit, Vt nihil officio ẽc.

Tãtisper aduerbiũ sig̃t tãdiu, postulatq̃; post se dũ, donec. siue q̃diu, vel quoad. Ci. in carcerẽ ductus, vt ibi eẽt tãtisper, dũ culeus, in quẽ deiectus deferret, ꝑpararet Terẽ. in Heau. Ego te meũ eẽ dici tãtisper volo, dũ qđ te dignũ ẽ, facias. Vbi Do. tãtisper dcm̃ eẽ ait, pro q̃si tm̃, vt paulisꝑ q̃si paulũ, et parũp q̃si paꝝ. Sic cętera, à per cõposita, tp̃is breuitatẽ sig̃nt, vt q̃tisper, parũper, paulisp, aliq̃tisper. Ponitur ẽt Tãtisper, siue dũ, et sig̃t tm̃ mõ, siue iterea. Hier. Vnde de his, ex q̃bus certi sumus tãtisper loq̃mur. Li. li. i. Tamen id imperiũ ei ad puberẽ ętatẽ icolume mãsit tãtisper tutela muliẽbri. Ci. li. v. thusc. Sed videro qđ efficiat, tãtisper, hoc ipsum magni ęstimo, quod pollicetur.

Tãtope, et tãto ope sig̃t tm̃, tã vehemẽter. Ter. in Adel. Ego hac in re nihil repio, quamobrem laudarer tantopere.

Tantumdẽ, quasi tm̃ idẽ, sig̃t ęque tantũ, vulgo alteꝝ tantum. Aug. Æquati sunt oẽs, et facti sunt nouissimi primi et primi nouissimi, ꝙ tantũdem acceperũt primi, et nouissimi. Col. li. vij. Tum paribus casię, myrrheq̃;, et thuris põderibus, ac tantũdem sanguinis marinę testudinis miscetur. Terẽ. in Phor. in ea sig̃tione, sed aliter dixit. Num tu Nihil Phę i. Tantũdem ego. Hoc nomen nõ hẽt, nisi gtm̃ tantidẽ, qđ sig̃t pro tanto ꝑcio solũ. Teren. in Adel. Domo me eripuit, verberauit, me iuito abduxit meam, ob malefacta hęc tantidem postulat emptam sibi tradier.

Tantidem est .i. tantus et idem est.

Tapetũ, Tapes, tis, ẽ Tapete, pe. pro. tegmẽ mire pictũ varijs coloribus, quo equi, mensę, seu pauimenta sternunt. Virg. libro .x. Qui forte tapetibus altis Extructus toto proflabat pectore somnum. Idem li. vij. Instratos ostro alipedes, pictisq̃; tapetis. Declinat. n. gręce τάπης τάπητος Sta. lib. i. th. Altosq̃; iferre tapetas, actũs gręcus est à tapes tapetis. Hie. li. ij. Re. Obtulerunt ei stratoria, et tapetia. A' tapete est. Similiter Plau. vt ne peristromata q̃dem eque sint. Campanica, neq; alexandrina beluata consuta tapetia.

Tapedogogia, oium tapetorum suppellex intelligitur.

Taphos latine sepulchrum dicitur. Vnde Epitaphium, et Taphos insula vna echinadũ.

Taphij dicti sunt ppli, à Tapho Neptũni filio qui echinadibus insulis imperauit nunc Neptunnus (vt est in fabulis) inuictum fecit, q̃diu quẽ in vertice aureũ dederat capillum hẽret incolumem, tam diu foret insuperabilis.

Tapinosis, pe. pro. latine humiliatio dicitur. Est enim rei magnę humilis exposito ταπεινὸς humilis, vt apparent rari nantes in gurgitę vasto.

Tapsus insula decez stadijs à Sicilia distans, versus Syracusas. Vir. li. iij. Tapsumq̃; iacentem.

Taprobane, insula in mari indico satis ãpla, iter ortũ, occasumq̃; solis, vt Soli. refert. Patet in longitudine stadiorũ septẽ milibus, in latitudine quinq; milibus. Nulla in nauigãdo sydeꝝ obseruatio. Ibi septentriones neq̃q̃ aspiciunt Lucet ibi Canopos sydus claꝝ, et amplissimum. Homines corpoꝝ magnitudine alios antecellũt cęruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis. Viuũt vltra annos centũ. Nascunt in ea berylli, et hyacinthi, vt Ptol. li. vij. refert. Ply. li. vi. scribit q̃ngẽta oppida cõperta fuisse in ea, sicut Geometrę scribunt, sunt duę ęstates.

Tapiri populi in Parthia, vt li. xi. refet Strabo Quibus mos est, vt proprias vxores alijs viris nuptui concedant, cum duos, aut tres filios ex eis susceperint.

Taphiussa oppidũ Cephalonię, quondã taphos appellata.

Taphię q̃dã isulę, vt inq̃t Stra. quaꝝ vna Taphios τάφιος.

Taposiris Ciuitas in Ægypto. Steph. Taphosirin appellat, ꝙ sit sepultus in ea osiris Stra. duas facit taposires, vnam mari propiorem, alteram remotiorem.

Taphnis Ciuitas in Ægypto, à qua taphnei dicti sunt viri in ea habitantes. Hier. in Hiere. Filij quoq; mempheos et taphneos constuprauerunt te vsq; ad verticem.

Taracon, pe. cor. Insignis Hispanię ciuitas. Scipionũ opus, à qua prouincia ipsa Taraconia, et Taraconensis vocat. quę vt Põpo. scribit li. ij. Altero capite Gallias, altero Bethycam Lusitaniamq̃; contingẽs mari latera obiicit, nostro, qua meridiẽ, q̃ septẽtrionẽ spectat oceano. Vrbiũ ẽ mediterraneis clarissime fuerunt Pallantia, et Numantia, Nũc est Cęsarea augusta. Hinc taraconensia vina nobilitanter elegantia. Mar. Taraco campano tantum cessura lyęo.

Tarcon nomen proprium. Hetrurię ducis et haruspicis.

Taracina, oppidũ volscorum in Campania, ante Thracyna .i. aspera, à locis aspredine, ẽ lingua Volscoꝝ Anxur dicebatur prius diuersam fortunam à Rhegynis experta, à ταράττω conturbo. Liui. li. iiij. Anxur fuit, qua nunc Taracinę sunt ciuitas prona in plandes.

Tarchetius nomen fuit impij Albanorum regis.

Taras, fuit Neptũi filius, quẽ Tarẽtũ ędificasse nõnulli autu(mãt.)

Tardus piger. Virgi. sępe oleo tardi costas agitator aselli Vilibus, aut onerat pomis. Per translatione quandoq; pro rudi, et stulto ponit. Idem. Tardi venere subulci. Terẽ. in Heau. Fatuus est insulsus, tardus. Q̃nq; pro ꝑseuerãti. et diuturno. Vir. Media fert tristis succus, tardũq̃; saporem. Q̃nq; pro denso, et crasso. Idem. Vdo sub robore viuit Stupa vomẽs tardũ fumũ, huius dimi. ẽ tardiusculus

Tarditas, tarditudo, et tardicies pro pigritia Plau in Penu. Prodigiosi estis, et vicistis cocleas tarditudine. Actius. Multa mittuntur tardicię, et socordię.

Tardo, as, moror tardus sum, à Quo retardo morari facio retineo. Cice. in Catone. Ad quem fruendum non modo se non retardat, verumetiam inuitat.

Tardigradus, pe. cor. qui tarde graditur.

Targiliõ à gręcis dr̃ mẽsis aprilis, ẽ alio noĩe dr̃ ãthisteriõ.

Tarentum fuit inclyta Calabrię vrbs, et quondã Apulię totiq̃; Lucanię caput, in vltimo Italię, circa Salentinoꝝ confinia, à Tara Neptuni filio ędificata. Deinde à Laconibus aucta, qui duce Pallanto illuc aduentantes, expulsis incolis, vti Iusti. li. iij. scribit eam tenuerunt hęc magnitudine maris, portuq̃;, et mirabili situ in ipsis adriatici maris faucibus posita oras nostras Istriam, ẽ Illyricum Epirum Achaiam, Africam, Siciliam, vela dimittit.

Tarentina nux fragili putamine est, et ita mollis, vt vix attrectata rũpat. Vñ q̃dã Tarẽtũ appellatum putant ꝙ iuglãdes nuces, et pineas molles hẽat, ac similiter oues, tarẽtũ ãt sabini vocãt molle. Ad qđ alludẽs. Hor. scripsit ẽ molle tarẽtum.

Tarmes g̃ns vermiculi carnem exedens.

Tarpeius mons Romę, à Tarpeia virgine vestali sic dictus, quę sabinus arcem prodidit, et ibi necata, sepul-

taq; fuit.E' cuius noĩe monumentũ relictũ,qđ rupes tar
peia,ẽ tarpeiũ ſaxũ vocitabat.Hic ꝑus Saturnius mõs.Po
(ſtea Capitoliũ dcm̃ fuit.

Tharſus vrbs ꝑclariſſima,ẽ
Cicilię metropolis,quã Perſeus Danaës nobiliſſima proles
ędificauit,qđ ex Antipr̃i Epigrãmate facile colligit. inqt
.Π.ὁ σταδιεὺς ἀρί ης ὁ μενεκλέος ὦ κατελέγχει Περσέα σοῦ ἦν τι
τὴν ταρσὲ κλίσσα πόλι Τοῖοι γὰρ παιδὸς πηνοὶ πόδες ὃ δ᾽ οὐδ᾽ ἐκεῖ
νω οὐδ᾽ ἄντος πτέρνεὺς νῶτον ἔδειξε θεῶν ἢ γ᾽ ἐφ᾽ ὕσπληγγων
ἢ τέρματος εἶδέ τις ἄκρου Ἠίθεον μέσσῳ δ᾽ ὅποτ᾽ ἐνὶ σταδί, qđ
qdem Epigrãma fęliciter qdẽ,vt pleraq; alia Albertutius
Caſtrifrancanus iuuenis eruditiſſimus ſic latinum fecit.
Fnudatorem Anas Curſor natusq; menecli.
Perſea nobilitat,Tarſe Ciliſſa tuum.
Tam velox puer eſt,vt Currens perſeus ipſe
Oſtendiſſe prior,non ſua terga queat.
Aut in carceribus,vel ſummo in fine videtur.
Nic medio nunquam Cernitur in ſtadio.
Luc.lib.iiij.Deſerit Taurıq; nemus, perſeaq; Tarſus. Hęc
fuit apoſtoli.Pauli pr̃ia.Dicta Tarſus,vt qdã exiſtimãt à
ſiccitate,vel à ꝑte pedis,q̃ tarſos dr̃,vt ĩ manu.Vel vt Io/
ſe.ait.li.i.à Tarſo nepote Iaphet.Tarſis vero lapidis genus
eſt,vt inqt Hie.ad Mar. vt eſt illud in Daniele. Et cor/
pus eiusdẽ,vt Tarſis,qđ aqla Chryſolithum Symmachus
Hyacinthum interpretat.Et apud Ezec.Et ſpẽs rotarum,
ſicut ſpẽs tarſis eſt et tarſis regio iudęę,ad quã Ionas ꝑ/
pheta ſe velle ire dixit.Et Salomon,et Ioſaphat naues ha/
buerũt,q̃ de Tarſis ſolitę sũt exercer̃ cõmertia.Ipsũ quoq;
mar̃,ꝙ cęruleũ ſit,ẽ sępe ſolis radijs ꝑcuſſũ colorẽ ſupra/
dictoꝝ coloꝝ trahat,à colore nom̃ accepit. Porrò hebręi
Tarſis mar̃ dici gñaliter autumãt,ſm illud.In ſpũ violẽ/
to ꝯfriges naues tarſis.i.maris. Et ĩ Eſaia.Vlulate naues
tarſis.Tarſenſes adeo phię ſtudioſi fuerũt,vt Athenienſes,
et Alexandrinos ſuparent. Ex Tarſo fuerunt Antipater.Ar
chelaus,et Neſtor,et duo Athenodori,quorum qui Cordi/
lion dictus eſt,cum.M.Catone vixit, & apud eum mor/
tuus eſt.Alter Canauita à vico quodaz, Cęſaris pręceptor,
et hi philoſophi ſtoici fuere.

Tartarus,pe.cor.vt inquit Plato in phed.eſt barathrũ in
ꝓfundo terrę,et inferoꝝ,ex quo origo fit omniũ aquaꝝ
et fons,et quo ꝯfluant flumina.Quem refellit.Ariſt. li.ij.
meteororum.Poëtę Tartaꝝ appellãt carcerem inferorus.
De quo Tertul.in Apol.In imum tartarũ demerſerit,quẽ
carcerem pęnarum infernarum cum multis affirmatis.
Tartari origo ἀπὸ ταράττω conturbo, quia illic omnia per/
turbata dicuntur.Vel ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν.i. à tremore fri/
goris.Et in ſing.ge.mas.in plurali.neu.ſole.n.caret. Sui.
τάρταρος ὁ κατώτερος τοῦ ᾅδου τόπος καὶ τάρταρον τὸν περὶ τὰ
νέφη τόπον καὶ περὶ ψυχῆς. Hinc tartareus,rea,reum.

Tartarum,neu.genere fex vini dicitur.

Tartarinus,a,um,idem,quod tartareus,vt eſt illud Corpo/
re tartarino prognata palude virago.

Tarteſus,vrbs fuit in litore prope gades, vnde familia Co/
lumellę emanauit,à Tartaro dicta.(vt meminit Stra.)
propter ſubterraneas illic cauernas.

Taſiũ genus eſt vini, à τάσις quę eſt detentio deductum
nomen,vel vt Ser.ait à Taſo inſula.Vnde et taſię vites.

Tatianus nomen eſt viri proprium.

Tattęus,phrygius ſal vocat,q eſt vtilis oculis vt ex Dioſco.
qui ait,è ſtagnis validiſſimus oĩum ẽ phrygius,quez alij
Tattęon,alij Tritęon,alij Gatęon cognominant.E cappa
docia quidem galatię confinio Morimenorum gente ſta/
gno ibi ſalis natiui quod Tattam vocant vnde nomen.

Taurus bos ad ꝓcreandum reſeruatus,ſicut hircus.Accipi
tur et pro quocunq; forti boue.Virg.lib.i.Geor. Ergo age
terrę pingue ſolum primis extemplo à menſibus anni,
Fortes inuertant tauri.Eſt et taurus cęleſte ſignum. Ideo
enim in cęlum tranſlatus fuiſſe taurus exiſtimatur, ꝙ
Europam in Cretã inſulã tranſuexerit incolumez.Lege
fabulã.Et taurus mons,qui ab ĩdico mari exurgens vaſte
ſatis attollit,dein dextro latere ad ſeptentrionẽ,ſiniſtro ad
meridiem verſus it in occidentem rectus, et ꝑpetuo iugo
magnarumq; gentiũ,qua dorſum agit terminus,ſed pro
gentiũ,ac linguaꝝ varietate diuerſa habet nomina.Mons
ei oppoſitus Antitaurus dicitur,vbi in excelſiſſimam cõ/
ſurgit ſublimitatem.Caucaſus appellatur,q̃q̃ ſint,q Tau
ruz,à Caucaſo diuidant.Et Taurus obſcęna corporis pars
pręſertim in viro ad ſedem excrementorum tendens.Eſt
et nomen proprium viri et radix arboris.

Taurinus,a,um,qđ eſt ex tauro boue,vt pellis taurina.Sic
dñr oĩa à mutis aĩalibus deriuata,et i,pe.pro.ꝑuant vt Le
porinus.caprinus,formicinus,hirundinus.Plau.in Ru.Ad
hirundinũ nidũ viſa eſt mihi ſimia, vt aſcenſionem fa/
ceret.Veruecinus,Porcinus,Ouinus,Suinus,et huiusmodi.

Tauri nu.plurali,et taurilia, ludi in honorẽ deoꝝ inferoꝝ
facti,quos et boalia,ẽ bupetias aliquando vocat os inue/
nimus. Sed proprie hi ludi ſunt boum gratia inſtituti.
Item tauri ſcarabęi tereſtres ſunt ricino ſimiles.

Tauram,vaccam dici exiſtimant ſterilem, ꝙ hęc non ma/
gis pariat,quàm tauri.

Tauroſcythę ppli ſcythaꝝ,qui tauruz montem habitant.

Taureus,Neptuni Epitheton,qm̃ ei tauros ĩmolabant, vel
quia ſit deus maris,ꝙ ſonũ emittat ſimilẽ voci taurinę.

Taurea,ſcutica ex corio bubulo facta.Iuue. Taurea punit
ꝯtinuo flexi crimen,facinusq; capilli. Hie.in lib.Macha.
ij.Contingit ãt et ſeptẽ fr̃es, vna cum mr̃e apprehenſos
compelli à rege edere carnes porcinas flagris,& taureis
cruciatos,Quidam accipiunt taureis pro vinculis.

Taurica Cherſoneſus peninſula prouincia eſt Europę,ſicu/
ti docet Ptolo.li.iij.cuius fines ſunt Iſthmus, palus Męo/
tis,pontus,et Cimerius boſphorus. Ibi ciuitates ſitę ſunt
Eupatoria,et Theodoſia,nunc Capha. Eius ambitus. DCC.
mil.pas.complectitur,et à Męotidis populis, qui margi/
nes ipſius habitant,nomen aſſumpſit.De hac Iuue. Ægy/
ptus quippè illa nefandi Taurica ſacri.Et ipſi etiam tauri
ci immanes moribus,immanemq; famam habentes,ꝙ
ſolerent pro victimis aduenas cędere.

Taurarij populi in taurica regione conſtituti.

Taurominium, mons Sicilię multis bobus abundans, et
ſupra eum vrbs eiusdem noĩs,q̃ ędificauerunt Zanclei,à
quo tauromínitanus ager,et taurominitani ciues, vñ eſt
illud Taurominitanam vincunt feruore Charibdim.Scri
bit Ply.Hanc vrbem quandoq; Naxon appellatam.

Tautologia,latine dici poteſt id eſt ſmo,vt ſit iteratio,quę/
dam.Virg.li.i.Si fata virũ ſeruãt,ſi veſcit aura Ætherea,
nec adhuc crudelibus occubat vmbris.Nam totum,quod
repetitur vnum eſt,ſed ad exprimendũ conceptũ crebro
ſermone denunciatur.Sic periſſologia ſuperflua oratio dr̃.

Taxillus dimi.eſt à talus.
(tergo erit meo.

Tax,percusſio, à ſonitu,quem facit.Plau.in perſa.Tax tax,

Taxus arbor abieti ſimilis,Baccasq; ferens, qbus lętale ve/
nenuz ineſt pręcipue ĩ hiſpania.Ab ea toxicũ dicit,quaſi
taxicum.Virgili. Sic tua cyrneas fugiant examina taxos.
Fumus.n.taxi mures necat,hanc ſextius ſimilacem à grę
cis vocari ait.Eſſeq; in arcadia adeo magnaui, vt ſi qui
dormiant ſub ea cibumue capiant emoriantur. Cornacia
galli vocant,quoniam Corui remedium monſtrauerint
ipſius arboris frondes.Taxus gen. ma.aĩal eſt, qđ et taxo
dr̃,et Melis ab auiditate mellis. Eſt.n. alueariibus ĩfeſtus.

Taxo,as,ſig.ꝑsſius,crebriusq;,q̃ tango,vnde id ꝓculdubio
inclinatũ eſt,vt iacto multo fuſius,largiusq; eſt, q̃ iacio.
Taxare etiã pro ꝑcio eſtimare ponitur.Ply.lib.xviij.Illos,
qui frugiferas tanti taxauerant.Item pro maledictis tã/
gere.Sue.li.ij.Sed ẽt,vt numularij nepotem ſic taxat au/
guſtum.Feſt.Taxatores à ſcęnicis dñr,qui alterutrum ma
ledictis tangunt.Taxim aduerbium ſigt ſenſim Pompo.
Adoptare clandeſtino tacitus taxim perſpectaui.

Taygete,vna ex Pleiadibus. Taygetus eſt mons, ſub quo
Sparta,et Amyclę in regione mediterranea, vt inquit
Stra.Luc.li.iiij.Gelidiq; ĩculta iuuentus Taygeti.Hic mõs
ꝯſecratus eſt Bacho,non grãdus admodũ cęterũ excelſus

et erectus

et erectus ā, nympha taygete dcūs, de quo, Homerus in hymnis sic ait.

Κάστορα καὶ πολυδεύκεα ἀείσεο μοῦσα λίγεια.
Τυνδαρίδας οἳ ζηνὸς ὀλυμπίου ἐξεγένοντο
τοὺς ὑπὸ ταϋγέτου κορυφῆς τέκε πότνια λήδη,
λάθρῃ ὑποδμηθεῖσα κελαινεφεῖ κρονίωνι.
χαίρετε τυνδαρίδαι ταχέων ἐπιβήτορες ἵππων.

T ANTE E

Tearus fluuius Thracię, ad cuius caput cum Darius ad scythas proficiscens applicuit castra, ibiq; tribus diebus se continuit, cuius dulcissima aqua delectatus, eo in loco columnam grecis literis inscriptam apposuit.

Te syllabica adiectio, ornatus tm̄ cā ponit, vt Tute, vide in Met.

Techna greçe τέχνη, latine ars. Inde technites artifex. Plau. Qui technas hominis deprehendi solus. Vnde Galenus opus suum technen. i. artem inscripsit. Hinc Calotechnius bonus artifex. Vic. li. iiij. Callimachus ob elegantiam, et subtilitatem artis marmoreę calotechnius est nominatus. Cacotechnius malus artifex latine technam ferè vsurpant pro fallacia.

Technicus artificiosus, siue artifex q breuiter ac compendiose artium pręcepta tradit. Quin. libro, ij. Et uelut decretis technicorum tutos putent.

Technophyon, gręca dictio, quę sigñatur artis productio. τέχνην artē gręci dñt, et φύω, pduco. Sueto. in Augu. Erat illi locus in ędito singularis quē syracusas, et technophyon vocabant.

Tecolithos, pe. cor. gñs lapidis dictus ꝙ calculos absumat.

Teda arbor è laricum genere, quę liquorem, seu picem stillat, abundans succo liqdiore, et ob hoc flammis, ac lumini sacroꝝ grata, vt inqt Ply. Inde Tedas vocamus faces, quę optimę ex ea arbore fiebāt. Et cererē deam tediferam poëtę vocant, ꝙ tedas dicitur imflammasse, cum inuestigare vellet filiam Proserpinam à Plutone abreptam.

Tego, is, xi, tectū, opio. Lactan. li. ij. Nō texit pr̄is nuditatem. Per transla. tegere sigt̄ cęlare. Mar. Quod tegit, maius credit eē malū. Itē defendere, ꝯseruare. Sal. At romani domi militieq; intēti festinare, parare, alius aliū hortari, hostibus obuiā ire, libertatē pr̄iam, parētesq; armis tegere. A tego fiunt cōposita. Cōtego, tctū tego. Hie. de Paulo heremita. Aīaduertit ītus grande vestibulū, qđ apto desup cęlo patulis diffusa ramis vetus palma ꝯtexerat. Detego cōtrariū ē suo sīplici. Lac. li. ij. Nūc interī falsa, vt cępimus, detegamus. Intego, ītus tego. Ply. Vētriculi, atq; ītestina pigui, ac tenui omēto ītegunt. Obtego, circū, seu supra tego. Col. lib. iiij. Monendo necubi scanna omittant, ē quod est durū sūmis glebis obtegat. Pręgego, ante tego. Lac. lib. iiij. Tamē vitia sua capillis, ē pallio, quod maximū est velamentum, diuitijs ptegebat. Protego tueor. Pertego perfecte tego. Plau. in Tri. Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant. Retego, nudo. aperio. Virg. Cęcumq; domus scelus oē retexit. Iuuena. Si tibi zelotypę retegantur scrinia mechę. Suptego. Col. lib. x. Nihilominus congestu culmoꝝ, et frondium supertegemus q̄tumq; res patietur, à frigore, et tempestate muniemus. Et omnia habent pe. cor.

Tegmen, quod et Tegimen, et Tegmentum dicitur, significat quicquid aliquid tegit.

Tegillum paruum tegmen. i. tectum. Var. Ob aquam è nubibus tortā indicat fore, vt tegillū pastor sibi sumat. Est et tegillum cuculi vinculū, è scirpo. Plant. Tegillum mihi aret, id, si uis, dabo. At tigillum dimi. A tignum est.

Tegulum pe. cor. idem quod tegmen. i. operimentum. Ply. Tegulo enim aquaticarum harundinum domos suas septentrionales populi operiunt.

Tegula, lę, ꝙ domos tegat Tegulę vnę sunt ac singulę. Imbrices ex pluribus fiunt tegulis. Tegulę āt, quę ad balneas adhibent, à laxitate dñr mām̄atę, alię coctiles vocant.

Tectū, et pticipium, et nomē eē potest. Participiū cū dicimus. Scilus tuū tectū est. Nomen cum sigt partē domus, quę domū tegit, à tegendo dcm̄, q̄uis etiam frequēter p domo poni soleat, ē generaliter pro oī loco, ē pro tabulatis oībus, qbus, et triclinia, et cubicula, et hmōi teguntur, ē in qbus tecti hoīes hītare solēt. Vñ architecti, et architectores dicti sunt, q ędificādi sciām hñt. Tectū etiā genus oniū est, sic dcm̄, ꝙ maiore lana optū sit, vel ꝙ operimētis tegeret. Ply. Oniū summa genera duo. Tectum, et colonicum. Illud mollius, hoc in pascuis delicatius.

Tegile, pe. cor. subligaculum, à tegendo. Apul. li. ix. Nonnulli exiguo tegili tantum pubem intecti.

Tectorium illinimentū qđdam est à tegēdo, et q̄si paulimentū pariētis, atq; īcrustatio, qđ fit cū calce, aut gypso ad maiorē spectantiū gr̄am, et decorē. Iuue. Tectoria prima reponit. Ply. lib. xxxvi. Ideoq; nulla tectoria eorum rimę sędauere. Vnde intunicata dicuntur tectoria.

Tector, qui opus tectoriū facit. Var. Quā nec pictor, nec tector vidit vnq̄, q̄ in rosea, quę est polita ope tectorio eleganter. Albariū, qđ supponit tectorio, nisi pingi tectoriū oporteat. Nam cum pingendū est, nō illinitur albario.

Tectorius, ria, um, quod ad tegendum pertinet. Colu. Sed ea tota materies opere tectorio leuigatur, ex vtraq; parte ne feles, aut vipera prorepat.

Teges straguli genus, ex vlua siue scirpo, aut sparto ī lodicis silitudinē, quo viliores vtunt. Hāc vulgo storeā vocāt. Var. de re ru. sicq; fiūt de canabi lino iūco, palmo, scirpo, vt funes, restes, tegetes. Iu. Ausa palatino tegetē pferr̄ cubili

Tegeticula dimi. parua teges. Var. Sed pro columbarij in pariēte mutulos, aut palos in ordine, supra quos tegeticulę canabinę sint impositę. Oui. vocat tegetem mattā sirpeam. Sustulit, in plaustro sirpea matta fuit.

Tegea, pe. cor. vrbs q̄ argiui nouem pplis, vt ait Stra. Habitandā dederūt. Virg. li. v. Alter ab Arcadia tegeę de sanguine gentis, à qua tegęus, cū diph. Sicut à Nemęa, nemęus, siue tegęaticus deus Pan dictus est. Proper. Fictilis, et calami Pan tegeę tui. Virgil. Vero primas syllabas produxit. Lateri, atq; humeris tegęum subligat ensem, à Papinio vero Mercurius tegeaticus dictus est illo versu. Et de męnalia volucer tegeaticus vmbra. Olī Lacedęmonij bellū ītulere Tegeatibus ferētes secū ꝯpedes, tanq̄ eēnt redacturi illos ī captiuitatē. Sed ꝯgressi plio, ac fugati qcunq; viui sunt capti eisdem, quas ipsi attulerant compedibus, compediti campum tegeatem metiti fune coluerunt.

Teium siue τέως vrbs in Paphlagonia, vt Sal. scribit in qua ortus fuit. Anacreon Iamboꝝ scriptor. Vnde teius, a, um, triū syllabaꝝ. Oui. Quid nisi cū musto venereē ꝯfundere vino Pręcepit lyrici teia musa senis? In hac fuit templū Apollinis. Vnde Apollo teius. Ex hac ēt Philiterus natus ē author gñis regum Athalicorum. Et colotes pictor.

Telamones (vt inqt Ser) à nostris appellant signa, q̄ sustinēt, quę gręci atlātes vocitant. Vide in dictione athlas.

Teleboę Ætholię populi fuerunt.

Teleboan, demetrius phalerius fluuium vocat.

Telestide mulier exactę formę. Nam τελῶ perficio significat εἶδος forma.

Telephus, pe. cor. mysorū rex Herculis filius, ex Auge nympha qui à cerua nutritus fertur. Claud. Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis.

Telos latine finis, honor, legio, tributum, vectigal, pensio est et nomen insulę, à qua telina vnguenta.

Telina, vnguenta dicta sunt, quę à medicis comendantur In ea est herba, seu frutex teli, quę fęnum gręcum significat quasi frutex īsulę, vel insula frutici nomen dedit.

Teloneum, penul. cor. gręce τελώνιον, mensa publicanoꝝ, vbi vectigal exigitur.

Telonarij, siue telones publicani et tributorū collectores.

Telonem agricolę vocant lignum longum, quo vtuntur ad aquam è puteis hauriendam.

Telegonus nomē pprium viri, qđ latine sigt̄ nouissimo loco natū. Vñ pro humili, et ī glorio ponit. Fuit ēt filius Vlyssis, ex Circe, qui patrē interfecit rostro piscis illius, qui xiphia dr̄ quod est instar laminę magni ensis, vt scribit Oppianus de piscibus, quod genus ensis à matre accepit

Telum dicitur omne, quod manu iaci potest, quo nomine lapis, lignum, plumbum, ferrum continetur. Dictum ab eo, ꝙ in longinquū mittat. Nā apud grecos τῆλε siue τηλοῦ longe significat. Virg. pro gladio posuit. At non hoc telum mea quod vi dextera versat effugies.

Tellus, luris, terrę dea est. Terra vero elementus ipsum q̄uis, et pro ipsa terra accipiatur, à tolerando, siue tollendo dicta, qđ eius fructus tollamus. Et sciendum ꝙ tellus, senectus, iuuentus, salus, virtus palus, seruitus, incus, thus, rus, Mus, pus, hn̄t us, produ. licet quandoq; palus habeat us. cor. Hor. Sterilisq; diu palus aptaq; remis.

Tellus, li nomen viri ꝓpriū, quē Solon Croesso beatiorē pu/ (tanit.

Tellemachus, pe. cor. Vlysfis ex penelcpe filius.

Telecrus nomen proprium regis laconię.

Teleta gręco nomine dicitur ꝯsecratio, expiatio, sacrificiū. Angu. lib. iiij. ciui. dei. tradit gręcos teletas, ac mysteria taciturnitate parietibusq; clausisse. Sui. docet τελέτην esse sacrificium maximum, et preciosum ex eo dictum ꝙ multa in teletis absumuntur. τελεῖν enim dn̄r gręci ꝓ δαπανᾶν hoc est sumere, et impendere.

Telesitum gręci mortem appellant à fine, eo ꝙ finis istius vite sit vt inquit Amb. lib. de ratione.

Telmessus vrbs in caria, vt inquit Cice. lib. i. diui. in qua vrbe excellit haruspicus disciplina. Hanc vrbez. Ply. li. xxx. Vocat religiosissimaz, de cuius nomine Aristophanes quā dam fabulam vocauit. Sunt qui dicant Telmessinos, inuenisse somniorum interp̄tationem.

Telethrius mons in ęchalia eubeeę, à quo Telethrienses habitantes in eo.

Temerarius dicitur, non q plus audet, q̄ oportet, sed qui facile nullo adhibito ꝯsilio credit. Ouid. Vtinam temeraria dicar. Criminibus falsis īsimulasse virum. Itez temerarius metuendus. Plau. Sed quid, ꝙ picus vlmum tundit. Haud temerariū est. Item audax. Vnde et temeraritas, et te meritudo Pacu. Egon tyranni nō noui temeritudinem.

Temere aduerbiū significat male stulte, icōsulte. Vide (inquit Teren,) ne quid temere agas. Hiero. Melius tn̄ deo committimus, q̄ aliquid temere definere velimus authoritate nostra, quod nō probamus. Quidam etiam vsurpāt pro ferè. Quinti. Illud ingeniorum, velut pręcox genus non temere vnq̄ peruenit ad frugem. Et temere significat sine causa. Terentius. Haud temere.

Temero, ras, pe. cor. scelero, corrumpo, contamino. Amb. Ne temeratę virginitatis adureret infamia. Idem. Quia nullius adhuc resurgentis fuerat temerata vestigio. Vnde in temeratus integer, incorruptus, inuiolatus. Idem. Nam si intemerata, quę sumpsimus indumenta seruemus, plagas latronū sentire nō possumus. Virg. Intemerata fides.

Temetum, apud Hora. pe. pro. Apud Iuue. corripitur, accipiturq; ꝓ vino, dictum ꝙ tentet, hoc est labefactet mentem. Vir. Tenuisq; lagęos Tētatura pedes olim vincturaq; linguam. Hinc temulentus, vinolentus, ebriosus. Temulentia ebriositas. Ply. lib. xiiij. Cato. ideo propinquos fęminis osculum dare iussit vt scirent, an temetum olerent. Hoc tum vino nomen erat. Vnde ē temulentia appellata, per contrarium Abstemius sobrius.

Temno, nis, psi, ptum, sperno, à τέμνω, qđ incido, resecoq; signt, quoniā quę spernimus amputare, ē resecare ꝯsueuimus. Vir. Discite iustitiā mōiti et nō tēnere diuos. Hic ꝯtē (no.

Temo, temonis, à tenendo dr̄. Est. n. q ꝯtinet iugū.

Tempe, neutro genere, et nume. populi proprie Thessalię loca quinq; millium passuum longitudine, et fermè sex latitudine pulcherrimus ager amęnus gramine, refertus arboribus, canorus auium concentu, iugis dextra, leuaq; leniter sese tollentibus, media intersecat Peneus amnis cuius ripas arbores vestiunt. Ouid. lib. i. Meta.

Est nemus Hemonię prerupta, quod vndiq; claudit.
Sylua vocant Tempe, per quę Peneus ab imo.
Effusus Pindo spumosis voluitur vndis.

Sunt et tempe in Bęotia quę teumessia dn̄r, à Teumesso monte Bęotię, et ab Ouid. Cygnea dicta. Sunt in Sicilia à noīe amnis Heloria. Abusiue q̄cunq; loca amęna, nemora p̄sertim, atq; aquas habentia tempe vocamus. Virg. li. iij. Geor. Speluncę, uiuiq; lacus, ac frigida tempe. Dicunt tempe, à cęli temperamento, vt Lac. li. i. The. ait. Et est gręca declinatio, τὰ τέμπεα καὶ τέμπη sic dicimus cete.

Tempero, as, significat rem suo ordine, ac mensura administro. Cicero. in Thuscu. i. Rem vero publicam nostri maiores certe melioribus temperauerunt, et institutis, et legibus. Vnde dicimus temperare vinum adhibita aqua, temperare iram sedato animo temperare ferrum flammis, et ictibus. Temperamus stylum, calamum, appetitum, et huiusmodi. Hiero. Sicut narrationis stylū temperabo, vt non alia dicā, q̄ quę, aut scripta sunt, aut consequenter scribi potuerunt. Et in ecclesiastico inquit, calamum temperaui. Augu. Duo sunt abstinentię, et crucis genera. Vnum corporale, aliud spirituale. Vnum à potu, atque epulis temperare appetitum gulę. Huius composita sunt attempero, quod est iuxta tempero, seu concordo. Hierony. Prudens lector caue semper superstitiosam intelligentiam, vt non tuo sensu attemperes scripturas, sed scripturis iungas sensum tuuz. Obtempero, obedio.

Temperamentū mondificatio. Plyn. Tali adhibito temperamento, vt nec laxet nimis, nec arctum esse patiatur.

Temperatura, idez, quod temperamentuz. Idem Ferrum à rubigine vindicatur cerusa, et gypso, et liquida pice. Hęc est temperatura, à gręcis antipathia dicta.

Tempantia, vt Ci. li. ij. artis veteris ait. Est rōnis in libidinē, atq; in alios non rectos impetus aī firma, et moderata dominatio. Aug. li. i. de lib. arbi. Temperantia est affectio cohercens, et cohibens appetitum ab his rebus, quę turpiter appetuntur. Huius partes Continentia, clementia, modestia. Temperantia inquit Sene. Voluptatibus imperat, alias odit, atq; abigit, alias dispensat, et ad sanum modum redegit. Gręce σωφροσύνη ē temperans σώφρων.

Temperies, temperamentum. Ply. Iunior. In quo saluberrima est aëris temperies. Pro hac quandoq; temperatura ponimus. Var. Quęro vtrum hoc adduxerit cęli temperatura, an terrę bonitas? Quandoq; temperies dicitur temperantia. Sta. lib. ij. Syl. Tranquillaq; morum temperies. Quandoq; tp̄is accommoditas ad aliqd agendū. Ply. Sic iudicat anni temperies, alibi tardius, alibi maturius.

Tempus, vt Varro scribit, est internallus mundi et motus diuisum in partes aliquot, ab solis, et lunę cursu, à quoꝝ tenore temperato tempus dictum Est. Aliter Speusippus. Tempus est solis motus ꝓgressionis mensura. Tria vero sunt tempora. Presens, pręteritum, et futuruz. Aliquando tempus ponitur pro temporis conditione. Cicer. O mores, o tempora. Et tempus pars capitis est. Habet enim caput duo tempora, vnū à dextera, alterum à sinistra, sic dicta, quia anni in eis cognoscātur. Virg. li. v. Æne. Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Naz primo tempora canescūt, cauanturq; magna diuturnitate tp̄is. Col. li. vij. Decimo tn̄ anno tp̄a cauari incipiūt, sup̄cilia, nōnunq̄ canescere, et dentes ꝓminere. Sciendū est, ꝙ cum dicimus pro tp̄e aduerbialiter, signt pro ratione tp̄is. Cum tp̄e, Cuz mora, et spatio temporis. In tempore oportune. Ex tempore subito, quasi extra temporis commoditatem.

Temporius tempestiuus aduerbium deductum, à tempori aduerbio, quod significat opportune, tempestiue. Col. li. ix. Esca bis diuidenda, vt et mane non ꝓtinus à cubili latius euagentur, et ante crepusculum propter cibi spem temporis ad officinam redeant. Oui. lib. iiij. Meta. Modo surgis eoo Temporius cęlo, modo serius incidis vndis.

Temporarius, a, um, qđ non est ꝑpetuuz, sed ad tp̄s durās. Vn̄ legimus scaurum olim fecisse in ędilitate theatrum tp̄arium. i. tamdiū duraturum, donec spectacula peragerentur. Ply. li. xvi. Nec terrę tantū natura circa has refert, aut perpetua cęli, veꝝ et q̄dam tp̄aria vis imbrium. Temporarium ēt dicitur, qđ ad tempus pertinet. Vnde extemporarium

poraniũ pro ſubitario capitur, vt orõ extparia.i.ſubitaria, et impremeditata. Temporarie ſignificat ad tempus.

Temporaneus,a,um, quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſubito, et in tempore ſit. Hie.in Deutro. Dabit pluuiã terrę veſtrę tpaneam, et ſerotinam, vt colligatis frumentũ.i. ſcdm tpis exigentiã. Vnde extemporaneũ, pro ſubitario, ac impremeditato. Contemperaneũ, qd eſt eiuſdem temporis, et grece ſynchronium dicitur.

Temporale, qd ad tps durat. Opponit.n. ęterno. Leo pa. Intelligite dilectiſſimi, quemadmodũ ſit nouum, ac vetus, tpale, et ęternũ, corruptibile, et incorruptibile, mortale, et immortale, paſchale myſteriũ. Interdum dr, quod ad tps ſit. Vnde dicimus extpalem orõnem impremeditatã. Tpaliter ad tps. Extpaliter impmeditate. Suetõ. de Tito. Latine, gręceq; linguę, vel in orãdo, vel in fingendis poëmatis, et facilis ad extemporalitatem vsq;.

Tempeſtas modo ſigt ipſum tps. Sal. in Iug. Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui, et ignobiles. Modo tranquillum, et ſerenũ tps. Virgi. Vnde hęc tam clara repente Tempeſtas? Modo procellam. Ply. Hunc diem feſtus tempeſtatibus leniendis ferunt inſtitutum. Idem tẽpeſtates vocamus, in qbus grandines, procellę cęteraq; ſimilia intelliguntur, quę cũ acciderint vis maior appellatur. Val. li. i. tempeſtatẽ p aduerſitate poſuit cũ inquit. Eadem Reipu. tempeſtate, C. Fabius Dorſo, memorabile exemplum, ſeruatę religionis dedit.

Tẽpeſtuoſus, pcelloſus. Gel. mare ſęuũ, ac tẽpeſtuoſus erat.

Tempeſtiuus, a, um, opportunũ, et quod ſuo tpe ſit. Vir. li. i. Geor. Aut tempeſtiuã ſyluis euertere pinũ. Hinc tempeſtiuitas, pro oportunitate, tẽpeſtiue oportune, et ſuo tẽpore, quoꝝ cõtraria ſunt intempeſtiuus, et intempeſtiue. Vnde Ci. nos admonet, iraſcamur aduerſus eos qui nos intempeſtiue adeunt, tempeſtus, a, um, tempeſtiuus et intempeſtiuus, pro intempeſtus. Vnde nox intẽpeſta, ꝙ minime tempeſtiua ſit rebus agendis.

Templum proprie locus, vel in cęlo notatus, ab augure, vel in terra, à tuẽdo.i. cõſpiciendo, dictum ꝙ ex oĩ parte, vel ex quo oĩs pars aſpici poſſit. Primo ãt cęlum ipſum dictum et templum, quia ipſum primo tuemur. Ennius. Cõtremuit templũ magnum Iouis altitonantis. Eius partes quatuor eſſe dñr. Siniſtra ab oriẽte. Dextera ab occaſu. Antica ad meridiem Poſtica ad ſeptentrionem. In terris autem dictum templum, ꝙ qbuſdã conceptis verbis ab augure finiebatur, vnde tueri quamcũq; cęli partem cõmode poſſet. Hinc cõtemplo, ſiue cõtemplor, p diligenter intueor. In hoc templo per augures cõſtituto, ſenatuſconſultum fiebat. Et niſi in eo fieret, nõ erat iuſtum. Ab hoc templo non ſolum ędes ſacrę, ſed et alia loca ſepta, et ynuꝫ tantum introitum hñtia, dici templa cępere. Quippè curia hoſtilia templum erat, licet ſacra non eſſet. Item templum vocat tignum, quod in ędificio tranſuerſum, ſupra canterios ponit, vt inqt Feſt. Victru. li. v. Et canterij prominentes ad extremã ſuggrundationem, ſupra canterios templa. Item ſepulchrum dicitur templũ. Vir. li. iiij. Pręterea fuit in tectis de marmore templum cõiugis antiqui. A templum ſit aduerbium extemplo.

Tempſa fuit ciuitas Brutiorum.

Tenaſmus, ẽ teneſmus. Gręce τεναςμός, cũ frequens eſt, ſed irrita deſidẽdi, deijciẽdiq; cupiditas, cũ inflammatiõe, ac tumore ſedis mucoſa, et ſanguinolẽta quędam egerentis.

Tendo, is, tetendi tenſum, et tentum, quaſi tenue do. Eſt.n. tendere, extendere. quod vero extenditur, attenuat. Virg. tendunt vela noti. Sal. Manus ſupplices ad cęlũ tendere. Hie. ad Iul. Et arbitraris ſenem diu poſſe viuere, cuius, vt ętas longa tendat. Per trãſlatio. ſumit interdũ pro ĩſidiari ꝙ in hoc laqueos extendere ſoleamus. Teren. in Phor. Quia nec rete accipitri tendit, nec miluo. Interdũ pro conari. Vir. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos Interdum pro tẽtoria ponere, et habitare. Val. Ma. li. ij. Ne quis eorum intra caſtra tenderet. Vir. Hic dolopuꝫ manus, hic ſęuus tendebat Achilles. Extenduntur.n. tẽtoria, duꝫ ponũtur. Interdũ pro offerre, quod ptẽdendo manus fieri ſolet. Idem. Paruumq; patri tendebat Iulum. Interdum pro pergere Et nos ambulando iter videmur extendere, vt Per tot diſcrimina rerum. Tendimus in latium. Interdũ pro ponere. Salu. Interea Romę multa ſimul moliri, conſuli inſidias tendere. Huius cõpoſita ſunt, attendo, contendo, circũtendo. Ply. Circuntendit retia, et omnis occupat ſaltus. Diſtendo, extẽdo, extra, ſeu vltra tendo. Lactan. li. iiij. Extẽdit ergo in paſſione manus ſuas. Colu. li. v. Quare cum ad ſummũ paluꝫ recta vitis extenta eſt capiſtro conſtringitur. Intẽdo, obtẽdo oſtendo, pertendo, ptendo, et ſubſtẽdo, quod eſt decipiendi gratia ſubdo, aliquid, aut machinor. Salu. Dum ſubſtendit inſidias militi. Tẽdere contra ſermonẽ eſt reſpondere. Tendere ɔtra iter eſt occurrere.

Tendicula, lę. laqueus eſt, quem auibus, ſiue feris tẽdimus.

Tentigo, pe. pro. pruritus libidinis, quo virilia extẽduntur, vt illud in Priap. Turpe quidem dictu, ſed ſi tentigine rumpar. Falce mihi poſita fiet amica manus.

Tentipelliũ genus calciamẽti ferratũ, quo pellę extẽduntur

Tentorium tabernaculum, ꝙ ibi vela, aut aliquid velorum tenduntur, vel ipſa potius velamenta cõtra iniuriã cęli.

Tentum accipitur, pro membro virili. Catul. Grandia te medij tenta vorare viri.

Teneo, es, tenui, tentum, apprehendo detineo. Virg. Nec te teneo, nec dicta refello. Per tranſla. tenere capitur pro habitare, poſſidere. Item lib. iiij. Geor. Quę gurgitis huius Ima tenes. Aliqñ pro cõſtringere. Idem texendę ſepes ẽt, et pecus omne tenendum. Aliqñ pro tegere. Idem. Et obductę late tenet oĩa limo. Aliqñ pro dirigere. Ideꝫ. Sed vos qui tandeꝫ, qbus aut veniſtis ab oris. Quoue tenetis iter? aliquando, pro intelligere. Teren. Rem tenes. Aliquando pro morari. Virg. Hunc Phoeniſſa tenet Dido. Aliquando pro implere, perficere. Idem. Ni teneant curſus. Et tenere, ſeruare, tueri. Cęſar com. iiij. Sabinus ideo omnibus rebus loco caſtris ſeſe tenebat. Ideꝫ. Eo abſente qui ſummã imperij teneret.i. haberet, adminiſtraret. Virg. Capitolia celſa tenebat.i. defendebat. Vnde econtrario, victos loco motos dicimus. Cice. Loco ille motus eſt. Item teneri eſt obligari, vt ſiquis furetur rem ſacram de prophano, tenetur ne furti, an ſacrilegij? Item tenere eſt poſſidere, occupare. Salu. in Iugur. Forte apud illum, quem inhoneſta, et pernicioſa libido tenet potentię paucorum decus, atq; libertatem ſuam gratificari. Huius compoſita ſunt abſtineo, attineo, contineo, detineo, deſtineo obtineo, pertineo, retineo, et ſubſtineo, quę habent ti, ſyllabam correptam.

Tento, tas, quidam à tendo, quidam à teneo deducunt. Tendo auteꝫ tentum. Vnde tentigo, et tentorium. Et ſic qui tentat, quaſi manum tendit, aut aliam corporis partem, in id, quod experiri vult et inquirere. Qui auteꝫ à teneo deriuant, hac ratione ducuntur, ꝙ tentare experiri ſit, vel inquirere, et verbo, vel re, quaſi manu tenere. Col. li. ix. Sępius digitis loca fęminarum tentanda ſunt. Nam in promptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. Cic. in parad. Tentare volui, an ita dici poſſent, vt probarem. Vir. Vix primi pręlia tentant. Tentare igitur eſt rem non intellectam, atq; incertam aggredi, hoc experiri, vel diligenter inquirere. Aliquando corrumpere Ply. li. xxiiij. De ſalicum natura. Caput tentant vini modo. Virgi. Non inſueta graues tentabunt pabula fetas. Tentare vero de pudicitia eſt, cum id agitur, vt aliquis fiat impudicus. Cum ergo, vel à tendo, vel à teneo deriuatũ ſit tento, conſtat ſimplici n, ſcribendum eſſe. Et ſic tentatus, tentatio. Cice. lib. i. Officio. Tentata res eſt ab omni genere hominum Vir. lib. iiij. Tentaturum aditus, et quę molliſſima fandi Tempora.

Tentamentum idem quod tẽtatio. Vir. lib. vij. Nec prima per artem Tentamenta.

Tenax, qui retinet, vt glutinũ tenax. Aliquãdo dicitur parcus, auarusq;. Apul. Homo diues, ſed nimium tenax. Ali,

quando durus, constãs, perseuerans. Horatius Iustus, et tenacem propositi virũ. Hinc tenacior, et tenacissimus. Colu. li. i. Potest etiam illiteratus, dummodo tenacissime memorię, rem satis commode administrare. Huius compositum est pertinax, valde tenax.

Tenacia, et tenacitas retentionem, & parsimoniam, et duriciam, perseuerantiam significat.

Tenor accentus, qui teneat, idest dirigat sermonem. Interdum dicitur ordo, vel forma, cõtinuatio. Val. ma. li. i. Quo minus religiõibus suis tenor, suaq; obseruatio redderetur.

Tenitę credebantur esse sortium deę, ꝙ tenendi potestatem haberent.

Tenĕbrę. pe. cor. priuatio lucis, ꝙ teneant, idest impediant oculos, et visum prohibeant. Vbi enim lux non est tenĕbrę dicuntur. & vbi nuditas non est tegumentum dicitur et silentium dicitur vbi sonus non est.

Tenebricosus, sa, sum, quod tenĕbras inducit, et tenebrosum tenĕbris plenum.

Tenebrosus, a, um, quod ad tenebris plenum est.

Tenebriones, mendaces, et dolosi, qui mẽdacijs, et astutijs suis quasdam q̃si tenĕbras obijciũt. Alij tenebriones interpretãtur luci fugos q̃si in tenebris delitescẽtes. Afra. Si accusator & reus erũt tenebriões veterq; vtrũq; vituperator.

Tenĕbro, as, pe. cor. tenĕbras facio. Aug. Accedamus ad eũ, vt illuminemur, non quo modo ad eum accesserunt Iudęi, vt tenebrarentur. Hinc contenĕbro, et obtenĕbro composita. Hierony. in libro Numeri. At contenebrati ascenderunt in verticem montis.

Tenebresco, obscurus fio. Vnde Aug. Aer contenebrescat inquit. i. tenebrosus fiat.

Tenuis, et hoc tenue, à teneo fieri videtur, ꝙ quę tenuia sunt, facile teneantur. Est enim tenue paruum, exiguum. Cice. in Hort. Fundũ non mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. Colu. lib. ij. Quo tenue linum proueniat. Distat autem, à subtili, ꝙ tenue diminutionem rei, vt plurimum notat. Nec habet laudem nisi illa diminutio sit ex vsu, vt si dicamus tenuia vellera, subtile vero acuitatẽ habet. Ergo laudatur subtile ĩgenium tenue vituperatur. Potest etiam, et à tendo deduci, quoniam quę extenduntur tenuia fiunt. Per transla. nonnunq̃ ponitur pro paupere, et tenuitas ꝓ paupertate. Cic. Tironi. Vt possum ex meis angustijs illius sustento tenuitatem.

Tenuiculus, diminutiuum, à tenui. Ci. Pęto. Tenuiculo apparatu significat Balbum fuisse contentum.

Tenuo, as tenuem, subtilem, macrum debilem facio, siue minuo. Vir. li. iij. Geor. Ipsa autem macie tenuant armenta volentes. Et in hymno. Ecce iam noctis tenuat vmbra. Composita sunt attenuo, et extenuo.

Tenedos, pe. cor. insula in mari Ægeo, inter Mitylenen, et Helespontũ, cõtra Troiã, ꝓpe Sigeum, ab ostijs. xx. passu. millibus distat. Abest à Lesbo. cvi. millia paſ. Hęc ꝓus Leucophrys appellabatur, quã alij Calidnã dixerũt. In hãc ex Troade nauigauit cũ nouis colonis Tenes Cyeni filius cõditaq̃; ex se vrbe Tenedon vocauit à qua et insula denominata est. Cice. Tenes ipsum, ex cuius nomine Tenedos nominatur. Hinc tenedi dicuntur eius incolę.

Tenos insula vna ex cycladibus, in qua est oppidus eiusdem nominis, quã propter aquarum abundantiã. Aristo. Hydrusam appellatam dicit. Aliqui Ophiusam.

Tenus, teni, laqueus. Seruius dici putat extremas partes arcus, vnde tractum sit, vt hactenus, hucusq; finificet, quasi vsq; ad finem. Apud Plau. in Bac. Tenus magis pro laqueo accipi videtur, q̃ pro arcu, cum ait. Pendebit hodie, ita pulchre intendit tenus.

Tenus prępositio significat propinquitatem, et quod dicimus vsq; ad. Nã quod propinquũ est, quasi tenere videt id, cui est propinquũ. Quidam à tendẽdo, ꝙ hęc prępositio extensionẽ quãdam significare videat, et abltõ deseruit, semperq̃; in singulari postponit abltõ, vt hactenus, eatenus, q̃tenus, verbotenus, oretenus, capulo tenus. Aliq̃ etiam actõ iũgitur. Vale. Flaccus in Argo. Et Tanaim tenus immerso descendit in euro. In plurali ponit ẽt cum genitiuo. Vir. Crurũ tenus à mẽto palearia pendẽt. Et Cumarũ tenus. i. vsq; ad cumas. Cur. pauci hostiũ tenus exacti penetrauere ad portum. Hora. sine casu posuit, tanq̃ aduerbium. Est quodaẽ prodire tenus, si nõ datur vltra. Aliquando significat non vltra, vt gessit consulatum titulotenus, non vltra titulum.

Tenontes sunt recti, et valentes nerui, à rigore, dicti collũ cõtinentes, sine qbus sustinere caput nõ possent ceruicis ṽtebrę. Siqdem hoꝝ, inter omnes flexus, alter semp intentus ꝓlabi superiora nõ patiť. In ipsis quoq; pedibus neruũ quendã latũ, qui à poplite demissus, ꝓcumbit in calcem, appellant tenonta, vt inquit Iul. Pol. Sed et neruos, qui ex vtraq; stomachi parte sunt, τόνους vocant.

Tener, ra, rum, quod est molle. Hinc tenera ętas, puerilis. Transfertur ad animum. Iuue. Cum tener vxorem ducat spado. Item tener dicitur, qui facile cõmiseret. Hinc teneritas, et teneritudo tenere, et teneriter aduerbia.

Tenellus, a, um, dimi. vnde tenellam ętatem dicimus.

Tenerasco tener fio, mitesco, misericordia ducor. Luci. li. iij. Scilicet in tenero tenerascere corpore mentes.

Tentyri, siue tentiritę, genus animalis venenosi. Plyni. lib. xxviij. In insula Nili tentiri nascentes tãto sunt crocodilis terrori. Vt vocem quoq; eorum fugiãt. Tentyris vero ciuitas inferioris Ægypti, vnde et pręfectura tentyritica, vel, vt Ply. ait, insula, à Nilo circũdata, in qua habitant homines qui crocodilis tanto sunt terrori, quãto psylli marsiq̃; serpentibus Tentyritę vero pen. produ. Insulani sunt apud Strabonem.

Tepor, et tepiditas idẽ signt. Col. li. ij. Si vero tepor cęli, siccitasq̃; regiõis suadebit. Februario statiẽ ꝓiciẽdendi sunt.

Tepidus, a, um, quod est medium inter calidum, et frigidum. Vnde interdum pro calido ponit. Lucre. Tepidusq̃ caminis. Interdum pro frigido, et pręsertim quãdo transfertur ad alia. Plau. Hic homo factus est tepidior. i. frigidior, segnior. Interdum inutili, siue nocuo. Virg. Vnde cauę tepido sudãt humore lacunę. Hinc subtepidus aliquãtum tepidulus, diminutiuum.

Tepeo, es, pui, tepidus sum. Cato de re ru. Lenibus tignis facito calescat, vbi temperate tepebit, tum cuminum indito. Hinc tepesco, tepidus fio. Leo pa. Feruor fidei non tepescat. Huius compositũ est intepesco, qđ est valde tepesco. Col. Nũc mitigato iam, et in tepescente frigore largissimis olinitatibus, liberiq̃; vindemijs exuberent.

Tepefio idem, qđ tepesco. Amb. li. offi. Quis neget verna tẽperie interiora terrarum tepefieri, quos glacies hyberna constrinxerit. Fitq; à tepefacio.

Tepidarium vas, in quo aqua temperatur, siue cella, in quam ex balneis exeuntes ingrediuntur.

Terapne Helenę patria, in lacedęmone, etiã insula in mari ligustico, quam nostri Corsicam vocant, quę et Cyrnos dicta fuit. Hinc terapneus, a, um. Oui. Rure terapneo nata puella phrygem. Hanc dictionem alij cũ aspiratione scribunt, alij sine p, terramne, sed male.

Therioma, vlcus virilium internorum, et sedis, et partium aliarum, multo, ac nigro sanguine mali odoris, atra fit caro, et corroditur. Ex quo nasci quandoque solet herpes estiomenos (ita vocatur vlcus) quoniam serpendo corpus ossa vsq; deuorat inęquale, accęno simile.

Therpsichore vna fuit ex nouẽ musis à τέρπομαι, quod est (delector.

Thersilochus nomen viri proprium.

Thersites, penul. produ. fuit gręcus quidam vir, quo non deformior alter venerat ad Troiam, linguaue proteruior alter. Iuuena. Malo pater tibi sit Thersites, dum modo, tu sis Ęacidę similis.

Therionarca, herba inter magicas, dicta sic ꝙ torporem afferat serpentibus, quasi θηρίων νάρκη.

Thesaurus, et Thesaurum dicitur. Et est vt Paul. Iuriscon. inquit, vetus quędam depositio pecunię, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit. quod non alterius sit, Alioquin siquis aliqd lucri causa, vel metus, vel custodię condiderit sub terra, non est thesaurus, cuius etiam furtum fit. Aliquãdo tamẽ thesaurus dicitur, cuius extat memoria, et dominum habet, vt in Euange. Vbi est thesaurus tuus, ibi et cor tuum erit. Ponitur interdum pro loco, in quo aurum, vel alia preciosa reconduntur, vt est illud. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum, thus, et myrrham, idest capsis, vel vasis. Nonnunquam in malum accipitur, vt Plaut. in Amphi. Qui domi vxorem meam impudicitia impediuit, teneo thesaurum stupri. Idem in Ru. neutro genere pro auro, seu argento posuit. Quicquid inest graue quidem thesaurum, hic ego inesse reor.

Thesaurarium, locus, in quo seruantur thesauri. Aug. super psal. Inueniunt nummos, et ponunt in thesaurario.

Thesaurizo, as, thesaurum colloco, repono in deposito.

Theseus proprium nomen Athenarum regis Ęgei, et Ęthrę filius. Hic virtutis Herculeę ęmulus, post pręclara ędita facinora extorris patria factus, in insulam Syrum nauigauit, ubi perijt interemptus, à Nicomede, vel, ut quidam uolunt, ex loco ędito post cęnam deambulando delapsus. Primus instituit Athenis Panathenęa, hoc est communem celebritatem in honorem Mineruę, quę gręce athena nominatur. Idem in Isthmo funẽbres ludos instituit. Huius gesta natales, et obitum scripsit Plutarchus. De quo scripta fabula est nomine Theseis. Hinc illud. Iu. Rauci Theseide Codri.

Thesis latine positio, figura, q̃ distinguit sensus orõnis, per commata, idest subdistinctiones, quas nos virgula signamus, per cola. i. membra, nos duobus punctis ꝑ periodos. i. terminos finita sententia puncto. Dicta positio, vel positura, quia punctis positis ↄuenientes denotat sensuum partes, uel quia ibi uox pro interuallo dictionis deponit.

Thessalia regio Gręcię, quę sub Attica olim comprehendebatur, ex vna parte Bęotiam ex altera Macedoniam habens. Prius Hęmonia, ab Hęmone rege et Pelasgis, et Conargo, atq; Hellas. Vnde reges Hellenes, vt Ply. lib. iiij. refert. Dicta thessalia à thessalo Ęmonis, vel Iasonis, et Medeę filio, hanc Home. argopelasgicon nominat, et Stra. li. x. scribit dictam fuisse priscis seculis. Pyrrhęam, à Pyrrha Deucalionis vxore. In hac natus est Gręcus rex, à quo gręcia, ibi Deucalion cum vxore Pyrrha, quorum tempore (vt inquit Aristote.) ingens imbrium illuuies maiorem partem populorum Thessalię absumpsit, paucis, qui ad montium culmina sese receperant, conseruatis, inter quos Deucalion Parnasum petierat ratibusq; ad se confugientes per summa parnasi iuga benigne fouebat, propter qđ dictus est genus humanum reparasse. Huius. s. thessalię à mari et Thermopylis est litus vsq; ad penęi eruptionẽ, et extrema pelij. Dicta quoq; fuit pharsalia, macedonia, emathia, et campi Philippici. In thessalia sunt montes. xxiiij. quorum nobilissimũ Pieria parens, domusq; musarum. Pelion, et Ossa gygantum bello memorati. Item Pindus, et Otrys lapitharum sedes item Olympus. Flumina in ea, ut scribit Herodotus. sunt Apidanus Enipeus, Onochonus, Pamisus, Peneus, et Phęnix. A' Thessalia fit thessalus, a, um, pe. cor. et thessalicus, a, um.

Thessalus nomen proprium medici coi qui scripsit libros. vi. de rebus medicinalibus.

Thessalonica, penultima producta urbs metropolis Macedonię, à qua thessalonicenses dicti sunt populi. Hęc fuit patria Theodori gazę, qui ętate nostra in utraque lingua doctissimus habitus est, qui è gręco in latinum librũ de aĩalibus Arist. traduxit, et alia multa opera edidit.

Thesmophoria, cerealia latine, est sacra cereris quę gręce dicitur thesmophora, quasi legifera. Prima enim Ceres leges inuenisse proditur, quia ante frumentum inuentum homines sine lege uagabantur, et ex agrorum diuisione primo nata sunt iura, Ouidius Prima dedit leges. Cereris sunt omnia munus. Gręci θεσμοφόρον legislatorem appellant, ẽ legiferum.

Thespię oppidum liberum in Boeotia ad radicem Par

naſi,vt inquit Ply.Vel vt Stra.inquit.Heliconi proximũ, theſpias nobilitauit Praxitelis cupido à Glycerio meretrice ibi conſecrata. Hinc theſpiades dictę ſunt muſę, ſeu nymphę theſpias incolentes.

Theſpici populi ſunt Gręcię.

Theſſylis nomen proprium mulieris,de qua Vir.in Buc.

Theſtor fuit vir Troianus Calchantis pater.

Theſiphone,vide retro thiſiphone.

Theta nomen eſt lrę gręcę,quę vim retinet th, aſpirati.

Thetis nomen matris Achillis, de qua ſupra in dictione Thetys,õ nuptijs huius Luci. facit pulcherrimũ dialogũ, cuius verba gręca ponã multoꝝ loco latinoꝝ εἶδες ὦ καλήνη χθὲς οἷα ἐποίησεν ἡ ἔρις παρὰ τὸ δεῖπνον ẽ ſubdit μῆλόν τι παγκαλὸν χρυσοῦν ὅλον ὦ γαλήνη ἐπεγέγραπτο δὲ ἡ καλὴ λαβέτω κυλινδούμενον δὲ τό ὥσπερ ἐξεπίτηδες ἧκε ἔνθα ἥρα τε καὶ ἀφροδίτη καὶ ἀθηνᾶ κατεκλίνοντο κἀπειδὴ ὁ ἑρμῆς ἀνελόμενος ἐπελέξετο τὰ γεγραμμένα.

Theutras fuit Ciliciũ,ac Myſorum rex, à quo theutrania regio, et theutrana vrbs iuxta pergamum.

Theumeſus,pe.pro.mons Bęotię, à quo leo theumeſius dictus inauditę magnitudinis, qui omnibus terrori erat, quem Hercules adhuc penè puer occidit, eiq; pellem detraxit,qua poſtea pro pallio ſemper vſus eſt.Eſt etiã hoc nomine fluuius,et regio, et paruum oppidum in thebanis finibus.Hic leo à Ioue in cęlum tranſlatus dicitur,ut glorię Herculis conſuleret,qui eum inermis occiderat.

Theutoni,pe.cor.populi Germanię,q et theutones et theutonici dicunt.Luc.lib.vi. Cantaber exiguis et longis theutonus armis.Hi, vt Pompo. ſcribit, loca incolunt propè mare âciacum.Hi duce Theutoloco Romanorum fines inuaſerunt,quos Marius deuicit.

Thlaſias dicitur,qui habet teſticulos atritos.

Thoas ſunt lupi,vt lib.viij.Teſtatur Ply. Quos Solinus in Æthiopia naſci tradit,Oppianus,thoas,bigenas panthera matre lupo p̃re gigni cecinit effigie capitis lupina pardorum maculis.Iul.Pol.Lupum vulpi ſimile voce ait eſſe thoa.Arrianus ait thoa eſſe tigrim indicam.

Tholus gręca dictio,qua ſignificatur veluti ſcutum breue, quod medio in tecto ponitur,in quo trabes coeunt,ẽ ad quod dona ſuſpendi conſueuerunt. Virgi.lib. ix. Si qua ipſe meis venatibus auxi. Suſpendiue tholo, aut alta ad faſtigia vexi.Quidam accipiunt tholuꝫ,pro teſtudine alicuius ędificij,ſiue pro domo rotunda.Ouid. lib.vi. Faſto. Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.Stat.lib.The.Propugnat pectora thorax.Iul.Pol.

Thorax,latine pectus vnde et munimentum ſiue laneum, ſiue ferreum quo pectus, protegitur thorax appellat̃ ſcribit thoracem eſſe quicquid anterioris dũtaxat partis, colloq̃;,vſq; in coxendicem protenditur, quem ꝯficiũt crates coſtarum.Qui et ὅλμος, hoc eſt mortarium dicit̃.Medici tamen in reſectionibus humani corporis thoracem accipiunt inane quiddam in pectore,extremas coſtaruꝫ partes vtrinq; contingens. Vnde legimus Plynium dicẽtem.Thoracis vitia purgat, quę videlicet intra ſepta pectoris ꝯtinentur,et Cor.Celſus docet thoracem tuſſi obnoxium.Amb.lib.Hexa. Accipit pro ea parte, in quam alimenta recipiuntur,ait.n.Thorax,vt ſuſcipit alimenta, ita ſuperflua ciborum, et ſuccos ſalubres, ſanguinemq̃; diſcernit.Iuue.Pro tunica,quę tantuꝫ pectus tegit,cuiuſmodi infantes geſtare moris eſt . Viridem thoraca iubebit. Sue.de Augu.Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis,et ſubuculę thorace laneo, et femoralibus, et tibialibus muniebatur. Eſt etiam quando thorax turrim ſignificet,et eſt gene.maſcu.à cuius actõ gręco θώρακα, quidã hęc thoraca,cę,declinant,vnde thoracatus.

Thoracatus,qui thorace indutus eſt.Ply.lib.xxxv. Parrhaſius pinxit nauarchum thoracatum.

Thoa fuit una ex nymphis filia Oceani, et Thetyos.

Thoas,antis fuit rex in Taurica regione,de quo Oui.li.iiij. de Pon.Regna Thoas habuit męotide clarus in ora.Nec fuit Euxinis notior alter aquis . Alter rex Lemni fuit Liberi patris filius,et pater Ipſiphyles.Fuerunt et alij h̃ noı̃e.

Thomas nomen hebraicum viri proprium.

Thon,thonos fuit primus, qui apud Ægyptios medicinam in artem redegit.Alter fuit rex Canopi.Toon vero per geminum oo, fuit vir Troianus.

Thoota Phorci filia,ex qua Polyphemũ Neptũnus genuit.

Thous fuit vnus ex principibus Troianis.

Thrace,es,et thraca,ę,et thracia Europę regio,inter partes Scythię poſita. Macedoniam ſequens, quę à ſeptentrione Iſtrum habet,ab oriente.Pontum,meridie Ægeum mare.Oliꝫ Scython,poſtea Thracia,à Thrace Martis filio, ſeu ab aſperitate dicta. Gręce enim τραχύς aſperum dicitur. Eſt enim regio,vt Pompo.ſcribit nec cęlo,nec ſolo tractabilis, et niſi qua mari propior, eſt infęcunda, frigidaq̃;. Habet feros homines aſpero cultu. In ea ſunt vrbes celebriores Apollonia.Enos.Nicopolis.Byzantium. Perinthos. Lyſimachia.Calipolis.Amnes ſunt Hebrus,et Neſtos.Montes Hemus,Rhodope,et Orbelos.À Thracia fiunt adiectiua thrax,thracus,thracius,et thracenſis. À thrax fit fęmininuꝫ threſſa,vel thraiſſa diuiſa diphthõgo et adiectiuũ thraicus,et thraicius.Item à threix,quod thracenſeꝫ indicat,fit foemininũ threſſa, et threiſſa. Et adiectiua threicus, threidus,de quibus habentur exempla apud poëtas.

Thraſceas ventus,qui,et thracias,et thraſcias dicitur. Ariſto.Poſt Argeſten ventum flat thraſceas, ſpirat inter ſeptentrionem,et occaſum ſolſtitialem.

Thraſyllus nomen viri proprium, et latine dicitur temerarius, audax.

Thraſybulus,vir Athenienſis, de quo Æmilius Probus ait, ꝙ ſi per ſe virtus ponenda ſit dubito, an hunc primum omnium ponam.Illud ſine dubio neminem huic pręfero fide,conſtantia, magnitudine animi, et amore in patriam.Hic Athenas à triginta tyrãnis oppreſſas in libertatem redegit.Fuit et alius Mileſiorum tyrannus.

Thraſymedes fuit filius Neſtoris.

Thraſus nomen viri,quod apud nos fiduciam temeritatẽ, et ferocia ſignificat, quę gręce θράσος dicitur.

Thraſumenus,pe.cor.lacus in agro Peruſino, quem ſemel totum arſiſſe ſcribit.Ply.lib.ij.De hoc Ouid. lib.vi. Faſto. Sunt tibi flaminius,thraſumenaq̃; littora teſtes.Dictus,a, Thraſumeno puero,quem ęgyla nympha rapuiſſe dr̃.

Thraſo nomen viri proprium apud Terentium.

Thraſileon audax.

Threnos generis neutri,latine dicitur lamentum, quod in funeribus fit,quo primum Symonides vſus eſt,apud gręcos θρῆνος enim planctus dicitur.

Threnodia cum accentu in pe.cantus lugubris.

Thrips tinea, ἀπὸ τοῦ θρύπτειν, qꝫ ſignificat terere.i. frãgere.

Tryion,untis,vrbs in Helide.Athryunte Athenienſi conditore dicta.Eſt et fluuius helidis, qui in Alpheum decurrit,de quo Home.lib.ij.Ilia. meminit.

Thronus, gręcum eſt et à noſtris ſedes, ſiue ſolium dicit̃. ſiue ſella tanquam honorabilis et proprie regum eſt ſicut cathedra eſt tribunal iudicum,quamuis in ſcripturis ſacris throni quandoq; non pro cathedris, ſed pro virtutibus aliquibus in cęleſtibus, in quibus deus ſemper ſedeat,quaſi in quadriga ſua ponatur.

Thrulla,et Thruliſſo,as, Vide infra in dictione Trulla.

Thulę inſula oceani inter ſeptentrionalem et occidentalem plagam vltra Britanniam et orchadas. Solinus.Multę et alię circũ britanniã ĩſulę è qbus Thule vltima vltra thulas accepimus pigrũ ẽ ꝯcretũ mare,à gręcis θουλή.

Thryallis genus herbę quę hodie in Ethruria uocat̃ ſthrella cęteri eam bibinellam ruſtica uoce dicunt.

Thyanas fluuius ut Thucidides ait, qui Theſprotidem ceſtrinamq̃; diſcriminat.

Thyamon,mons in thracię regione.

Thyatira dr̃r,q̃ prius ſemiramida et Myſoꝝ eſcathen uocabant.

Thyas Bacchi ſacrificula.

Thucidides,is,et dę,proprium nomen historici gręci.
Thyasus saltatio,ē chorea dr̄,q̄ Baccho exhibebat,à θύω sacrifico.Virgil. Instituit Daphnis thyasos inducere Baccho.
Thyestes fuit filius pelopis,ex Hippodamia,et Atrei frater, ac Tantali nepos,de quo poëtę scripserunt. Inde Thyesteus,a,um,Oui.lib.xv.Meta.Neue thyesteis cumulemus uiscera mensis.
Thyella, à nostris procella dicitur, poniturq; ab Homero pro vna harpyarum.
Thurinus gńs ē piscis marini.Thurinū oppidū iter duos amnes Cratim,et Sybarim,ubi Hero.condidit historiam.
Thurini ppli sūt,quos Ply. ī tertia,Italię regione collocat.
Thurion ciuitas fuit in sinu Tarentino,quę, ut quidam putant,etiam Thurana vocatur.
Thunnus per duplex nn,nomen piscis,magni.Ex quo salsamentum fit,quod Thunnium dicitur.
Thus,et thuscia,uide in dictione Thus.
Tymbra genus herbę aromaticę abundantis in phrygia, quam thymalem vocamus.Virg.lib.iiij.Geor.Et grauiter spirantis copia tymbrę.Herba hęc est calida,et sicca,et latine dicitur saturea,à satyris ꝙ sint in venerē nimis hęc animalia prona.Nascitur in locis saxosis et asperis,vt inquit Diosco.folia habens similia thymo,sed molliora & maiora.Est et tymbra troadis ciuitas, à qua Tymbręus Apollo dictus est.
Tymbręus apollo dictus est,ab Tymbra troadis ciuitate ī qua eius est nemus ,et templum. Eratq; adeo celebris, vt mentio eius,nec dissimulari posset,nec excidere,quā ferūt conditam,à Dardano, sed nomen accepisse , à Tymbręo Dardani Comite,hanc etiam Zymbras vocabant,et Dymbram,vt hellanicus,ait Sanè per e, scribit quid à θύμβρη. In deriuatione enim η, in diphthongū sępius mutatur, vt αἰτνη ętneus, δίρκη dirceus, κρήτη creteus,vel tymbręus quasi ὀμβραθεὶς,hoc est imbres excitans.
Tymbrius authore Steph.Fluuius,apud tymbram fuit.
Tymbrara ciuitatis nomen à qua Tymbrarenses,et Tymbrarei,secundum pactolo appositi.
Tymele,pe.cor.nomen mulieris , quę prima saltationem in scęna docuit.Gręci thymelen scęnam vocant . hoc est eam theatri partem,ubi gestiunt histriones.Mar.Qua thymelen spectas,derisoremq; latinum. Suidas scribit fuisse aram in theatris thymelen.
Thymelici ludi,idest histriones. Vnde à Vict. dictum est Scęnici, et thymelici gręce separatim nominantur in decretis dis.vlti.de conse. sacerdotes admonentur de conniuio surgere debere,anteq̄ thymelici ingrediantur.
Thymiama,atis,odor suauissimus,thymi nām referēs.Hoc incendebatur in sacrificijs, appellabantq; gręci thymiateria vasa odorum,quę maiores nostri acerras dixerunt.
Thymus,et thymum herba apibus gratissima.Virg.Dūq; thymo pascent apes dū rore cicadę.Macer . Si desit thymus ꝓ thymo ponere thymbram.Pręcipiūt medici.sunt āt thymi duo genera album.s.et nigrum.Vn̄ bithimum mel,quod ex utroq; thymo collectum est. Et thymus,vt inquit Iul. Pol . verrucula est ęgyptię fabę magnitudine scabra,et subrubens sanguine,cuius summa pars(vt Celsus inquit)flores thymi repręsentat in genitalibus,sede, fęminibus,palmis et inferioribus pedum partibus.
Thymos,gręce θυμὸς latine excandescentia.
Thussagetę populi,de quibus Pompon. Thussagetę turcęq; vastas solitudines occupant,aluntur q; venando,Idē Thyrsagetę appellantur.
Thymallus genus piscis preciosi,d quo Amb.li.Hexa.Neq; te inhonoratum nostra persecutione thymalle dimittam, cui à flore nomen inoleuit,seu Ticini vnda te fluminis, seu amęni Athęsis umbra nutrierit flos es.Quid specie tua gratius?quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius?Quod mella fragant hoc tu corpore tuo spiras.
Thyoneus cognomen Bacchi,quod à θύω,pro sacrifico deductum putant,quod illi adhuc inter humanos versanti sacrificia reddebantur.
Thyia nomen cuiusdam mulieris quę prima liberi patris iniciata sit orgiis,à qua Thyiadę,et Thyię.
Thyricos populus in Attica regione ex Acamantide tribu Author Stra.
Thyre ciuitas messenioꝝ,sed diuus Augustus lacedęmoñijs ascripsit, ꝙ Messenij cū Antonio sēsisse viderent. Papi.Et lacedęmoniū Thyre lectura cruorē. Hic thyreaticę spartanorum corollę q̄dā appellatę. Sciendū est thyre numero plurali genere neutro ꝑ synęresin efferri,θύρεα,καὶ θύρη, et si numero singulari.Thyrea quoq; dici pōt.Stra. thuriam appellat.Est et thyreum oppidū in Arcadia, tyre etiam gręce latine ostia dicuntur.A' quo thyridion ostiolum.
Thyrsis nomen pastoris proprium.
Thyrsus virga,et caulis cuiuslibet herbę,pręsertim lactucę Ply.Inuentum omnes thyrsos,vel folia lactucarum prorogare vrceis conditos,ac recentes in patinis.idem.Folia lactucę tosta,thyrsusq; ex aceto bibuntur.Alij accipiūt thyrsum pro hasta aculeata hederis obtecta,q̄s in orgijs bacchicis quatiebant. Tacitus.Messalina crine fluxo thyrsus quatiens,scribit Diodo. Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas,vt Macro.ait Liberum patrē tenere thyrsum,quod est latens telum,cuius mucro hedera lambente protegitur.Vnde thyrsigerus dictus est bacchus. Seneca in Medea Candida thyrsigeri proles.Lucretius accipit thyrsum pro furore,seu ardore,et instinctu, cum ait Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.
Thisbe,Thisbes,vel thisbes e,nomen puelle babylonicę,de qua Ouid.
Thyssagetę populi fuerunt in Scythia vltra Sauromatas. In horū agro sunt quatuor flumina,videlicet Lycus,Oarus,Tanais,et Syrgis.

T ANTE I

Tiara generis fęminini,pe.pro.ornamentum capitis persicarum prius mulierum. Quo postea vsi sunt reges, et sacerdotes.Iuue.Et phrygia vestitur bucca tiara.Virgili. per vsurpationem dixit.Sceptrumq; sacerq; tiaras.Her.ad Fabiolam. Quartum est genus vestimenti rotundū pileolum,quasi sphęra media sit diuisa, et pars altera ponat in capite.Hoc gręci,et nostri tiaram , nonnulli galerum vocant.Non habet acumen in summo,nec totū usq; ad comas tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atq; in occipitio vitta constrictus est,vt non facile labatur ex capite.
Tiaratus dicitur qui tiaram in capite gestat.
Tiatira,vrbs in Mysia ad sinistram Caici fluminis partē, quę fuit vna ex septem ecclesijs,ad quas Ioannes Apostolus scripsit Apocalypsim.
Tibia ꝓprie os cruris appositū surę.Item instr̄m musicū, quo tibicines canunt,sic dicta, ꝙ primo ex gruum tibijs facta sit.à q̄bus nomen habet,cū ex harundinibus facta sit.Horat.Tibia non vt nunc orichalco iuncta,tubęq;.
Tibialis,et hoc tibiale,quod est idoneum ad tibias faciendas.Plyni.Tertia harundo est tibialis calami, quam auleticon vocant.
Tibialia substātiuū dicuntur velamenta tibiarum , quin etiam arma,quibus crura muniuntur tibialia vocantur. Sue.de Augu.hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, et subuculę thorace laneo,et fęminalibus,ē tibialibus muniebatur.Paulus Iurecon.Si tibiale , vel humerale miles alienauit castigari verberibus debet.
Tibicen,pe.pro.qui tibia canit.Dicitur et tibicina fęmi.genere.Gel.Fęminas ēt tibicinas in exercitu habuit. Marti. Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis.Et tibicines in ędeficijs appellantur columellę , quibus rustici tecta sua fulcire solent,à similitudine tibia canentium,qui vt cantantes sustinent,ita illi ędificiorum tecta, nec habet in hoc significato,nisi ablatiuum in singulari.Iuuena. Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam,Quicquid etiam in sustentaculo alterius ponitur tibicen dicitur,Ouid. lib.iiij.

Fasto. Hęc modo versabat stantes tibicine telam, vñ Virg. per translationem sua hemistichia tibicines vocauit. ipse quoq; particulę, quibus versus replent tibicines à grãmaticis appellantur. Virg. Sic forte precatur. Nam forte vacat.

Tibicinium, ars canendi tibijs, vt apud Apule. in Floridis.

Tibareni, vt Herodo. lib. iij. testatur, fuerunt populi scythici in Asia. De quibus Hiero. Tibareni, quos dilexerint senes suspendunt in patibulis.

Tyberius, nomen imperatoris Romã. Augusti successoris. Tyberij autem ex eo dicti sunt, ꝙ iuxta Tyberim fluuiũ nascerentur. Vnde et per y. scribi solet.

Tibisis fluuius in scythia, vt author est Hero. libro. iiij.

Tibin, inquit Origenes super Exodum esse genus tegminis ex virgis, aut ex papiro contextum, vel etiam ex arborũ cortice formatum intra quod Moyses expositus fuit.

Ticinus fluuius insubrię in Eridanum fluens, à quo ticinum vrbs, quę nunc Papia dicitur, insignis diui patris Augustini corpore. Serenus penultimam huius nominis corripuit, cum ait. Alia pręcepit Ticini sententia necti.

Tignus masculini generis, et tignum neutri trabs, qua varie disposita domus extruitur. Et proprie, cui superponitur tectum, à tegendo nomen deductum. Et tigni nomine omne genus materię ex qua ędificia constant, cõtinetur. Sed ẽ, in vineis tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, vt putapertic ę pedamẽta. Hinc ꝯtigno, as, quod est tignis tectum iungo. Ply. lib. ix. Alexãdri magni classium prefecto prodidere in domibus fores maxillis beluarum scilicet balęnarum facere, ossibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenum, cubitorum longitudinis reperta. Et contignatio textura ipsa trabium, ac tignorum. Coassatio vero asium dicitur.

Tignarius, faber non solum, is, qui tigna dolat, sed etiam qui solaria lignea, hoc est, qui trabes, cęteraq; ad tabulata domus vtilia, et omnis qui ędificat intelligitur, inquit Caius.

Tigillus diminutiuum est, à tignus, et tigillum, à tignum, sicut sigillum, à signum.

Tigranes, nis, et tigranę, pe. pro. propriũ nomen regis Medorum, seu maioris Armenię. Luca. lib. ij. Tigranemq; meum, nec Pharnacis arma relinquas.

Tigrana vrbs in Media regione.

Tigris animal velocissimum, et truculentum, à velocitate nomen trahit. Nam medi tigrim sagittas appellant. Abũdat Hyrcania tigribus. Virgil. Hyrcanęq; admorunt vbera tigres. Arrhianus, qui res gestas Alexandri condidit, tigrim feram indicam non eam esse voluit, quam vulgus tigrim nominat, sed hanc esse thoa. Tigrim vero equi magnitudine, flumenq; magnum. Tigris etiam appellatur propter velocitatẽ qui instar bestię nimia pernicitate decurrit. Vel ꝙ liber cum ad amnem mesopotamię peruenisset, qui tum sylis appellabatur ẽ transire non auderet, tigris diuinitus astitit, et deum dorso sublatum in vteriorem ripam transtulit. Hic de paradiso exiens iuxta scripturę fidem, pergensq; contra Assyrios, et post multos circuitus, Iosepho teste, in mare rubrum defluit. Solinus tigrim fluuium in Armenia caput attollere dicit in loco ędito, et Lucido, conspicuoq; fonte. Nec ab exordio statim totũ esse, primo pigre fluere, non cum suo nomine. At cũ fines medorum inuectus fit Tigrim statim vocari. Aretusam lacum influere grauia pondera sustinentem, cuius pisces nunq̃ se alueo tigridis immisceant, sicut nec amnici stagnum attingant Aretusę. Mox Arabas pręterfluens Mesopotamiam amplectitur, et Hidaspem accipiens. Euphratemq; defertur in sinum persicum. A' tigri fluuio dicti sunt transtigritani, qui trans tigrim habitant, sicut transpadani. Et tam pro fluuio, q̃ pro animali tigris vel tigridis genitiuum facit. Et apud grecos tigrios et tigridos, et tigretos, penul. produ.

Tigurini fuerunt populi Germanię, qui quartam partem Heluetię continebant.

Tyle nomen duarum insularum, quarum vna est in oceano, inter septentrionalem, et occidentalem plagam, vltra Britanniã, quę vltima fuit ex cognitis à romanis. Virg. libro. i. Georgi. Tibi seruiat vltima Tyle. In ea solstitio ęstiuo nullas esse noctes. Ply. tradit. Ecõtrario, vt Solinus refert brumali solstitio nullus penè dies Vltra eam pigrum, et concretum mare esse ferunt. Altera in Africa contra sinum Carthaginis, sunt tamen, qui scribant Thyle per ypsilon.

Tilos insula (vt scribit Ply. lib. vi.) cum oppido eiusdẽ nominis in mari indico, celeberrima plurimum margaritis. Ipsa fert palmas, oleas creat, vineis abundat. In ea omnis arbor nunq̃ folijs spoliatur. Mons Caucasus non longe ab ea incipit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadem insula habet lanigeras arbores, ut scribit Ply. lib. xij. Quę cotonei mali amplitudine cucurbitas, et maturitate ruptę ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes preciosę fiunt.

Tilia arbor, q̃ gręci philyra appellant, q̃uis et ex alijs arboribus tilię dicantur. Nam de interioribus corticis vlmi tunicis, è quibus vincula tilię vocantur. Vnde Ply. de vlmo disserens. Corticis ĩquit interior tilia lepras sedat. De arbore tilia. Virg. lib. ij. Geor. Nec tilię leues, nec torno rasile buxum. Hinc tiliaceus, cea, ceum. Vnde fascię tiliacę. Iul. Cap. de Antonino pio. Cum senex inquit, et longęuus esset, incuruareturq; tiliaceis tabulis in pectore fasciabatur.

Tilium vrbs litoralis à latere occidentali Sardinię.

Timauus, pe. pro. nomen fluminis iuxta Aquileiam, qui è montibus delatus decidit in ꝓfundum, deinde infra terrã absorptus stad. circiter. xxx. et centum erumpit in mare.

Timęus nomen proprium philosophi Locrensis, cui diuinũ illud opus Plato inscripsit, in quo de rerũ creatione disseerit, quod Cice. postea latinum fecit.

Timarchides nomen viri proprium compositum, ex. τιμὴ, qui est honor, et ἄρχοντος. principis. Facitq; in genitiuo timarchidis, et timarchidę.

Timantes nomen pictoris celeberrimi, Parrhasij ęmuli inter eius vero ingenij monumenta. Iphigenia oratorum laudibus celebratur. Hic fuit ex cythno insula vna ex cycladibus huius meminit. Ply. lib. lv.

Timagoras nomen phi, de quo fit mentio apud Cicero.

Timiopolę, à grecis dicuntur qui premercantur res vt rerum precia accendant annonamq; flagellant. i. duriorem faciant, et ingrauescat quasi precio non parcentes.

Timor (vt Ci. li. iiij. Thusc. inquit) est metus mali appropinquantis.

Timeo, mes, mui, varijs modis construitur. Dicimus enim timeo te tanq̃ inimicum, timeo tibi tanq̃ amico ne quid mali tibi accidat. Terẽ. Pamphili vitę timeo mihi abs te. Idem. Hei mihi timeo à Chryside. Inuenitur etiam cum ablatiuo mediante de. Oui. lib. iiij. fasto. Nec timui d̃ morte, tamen metus abstitit. Item dicimus timeo fures tauro. Iuue. Cum furem nemo timeret Caulibus, aut pomis. Et timeo mihi abs te mortem. Sciendum est hoc verbum timeo idem efficere, vel cum negatione, uel sine ea, vt timeo vt moriatur, et timeo, ne moriatur. Hoc idem facit, metuo, vereor, et huiusmodi. Composita sunt extimeo, quod est valde timeo. Plau. in Cis. Extimuit tum illa. Hinc extimesco. Cice. in Ca. Quod igitur adolescentes, et hi quides nõ solum indocti, sed etiam rustici contẽnunt, id docti senes extimescunt. Pertimeo similiter valde timeo. Idem lib. ij. ad Heren. Defensor, si pertimuerit magnitudine periculi, non conscientia peccati, commotum se esse dicet. Si non pertimuerit, fretum innocentia negabit se esse commotũ. Hinc pertimesco. Lactan. lib. iij. Quare non est, ꝙ philosophis tantum honoris habeamus, vt eorum eloquentiam pertimescamus. Hieron. Huic verbo addidit valde. Ex quo timeo, et valde pertimesco Pertimeo, ante tempus timeo Lactan. lib. vi. Nã parcere. i. mediocriter vti pecunia, quasi quędam animi pusillanimitas est, aut pretimentis, ne sibi desit.

desit. Plau. in Am. Humana matre natus, humano patre mirari non est equum sibi, si pretimet. Et habent trisyllabam correptam.

Timens, et timidus sic differunt, quia timens, ex causa ad tempus timet, timidus semper timet.

Timotheus, pe. cor. nomen proprium Cononis Atheniensis filij, q acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit. n. disertus, impiger, laboriosus, rei militaris pitus, et quod super oīa est, εὐτυχὴς .i. fortunatus impator habebatur. Nam olinthios, et byzanthios bello subegit, samū cepit in cuius oppugnatione superiori bello athenienses mille et cc. talenta consumpserant, ille sine publica impēsa restituit Corcyram sub atheniensium ditione redegit. Lacedemonijsq; maris imperium eripuit, ex quo statua publicitus in foro Athenis posita est, Post huius obitum ium fuit quisq̄ ferè Athenis dignus memoria. Fuit alter. Timotheus in arte tibiarum charissimus qui Alexandrū in conuiuio ad arma excitauit phrygio cantu, et iterum mutata modulatione ad epulas reduxit. Hunc ferunt duplices ab his, quos alius instituisset, solitus exigere mercedes, q̄ si rudes traderentur, geminatum sibi opus dicebat dedocendi prius, mox docendi. Dictus Timotheus, ex τιμὴ honor, et θεὸς deus.

Timon Appolloniates philosophus, qui apud Calcedoniam philosophiam, et oratoriam exercuit, charus Ptolomeo philadelpho. Scripsit tragedias, et comędias, et satyras. Dictus amarulentus, et mordax syllorum .i. dicacitatum scriptor. de quo Gel. Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, qui syllos inscribitur Fuit et alius Timon Atheniensis, qui ob naturę asperitates inhumanus, ac inhospitalis appellatus est, et misanthropos, idest osor hominum. Fugiebat enim hominū congressus, atq; colloquia, prçter vnius Alcibiadis. In eius sepulchro hoc erat epitaphium, quod ipse sibi fecit. Hic sum post vitam, miseramq;, inopemq; sepultus. Nomen non queras, dij lector te male perdant.

Timoniacus fuit pictor Byzantius Cęsaris dictatoris ętate, qui Aiacem Cęsari pinxit.

Timoleon, vir Corinthius clarissimus oīum iudicio q oppressam à tyranno patriam liberauit, de quo Plutarchus multa scripsit.

Tinea, vermiculus est, qui de carne editus vestes, aut libros abrodit. Hora. ad librū. Aut tineas pasces taciturnus inertes. Aut fugies, vticam, aut vinctus mitteris ilerdam. Et in ecclesiasti. De vestimentis procedit tinea, et à muliere iniquitas viri. Item tineę ventris animalia sunt. Elminthes gręci dicunt in intestini recti extremo repertę. Has Cel. lumbricos appellat. Item tineę sunt vermes in aluearibus apibus noxij. Collume. lib. x. Preterea, vt tineę, si apparuerint euertantur papilionesq; enecentur, qui plerunq; inter alueos morantes, apibus exitio sunt. Nam et ceras erodunt, et stercore suo vermes progenerant, quos alueorum tineas appellamus. Hinc tineosus, sa, sum, vt aluei tineosi, apud Colu. lib. x.

Tinia, vasa vinaria, apud antiquos fuere, vt inquit Festus, Nonius tinas appellauit apud quos grandiora nō erant, veluti apud nos sub hoc, vocabulo habentur, nec ad eos vsus parata. His namq; è ligno fabricatis musta cum vinaceis nostra ebulliunt, apud veteres autem inter epitrapetia numerant.

Tinnio, is, iui, itum, proprie de metallis dicitur, cum ex eorum pulsatione sonus efficitur. Tinnit enim aurum, argētum, ęs ferrum, stannum, orichalchū, et huiusmodi. Hinc cōponitur obtinnio quod Apul. in flor. ad aures transtulit cum ait. Ecquid illi aures obtinirent.

Tinnulus, la, lum pe. cor. quod est acutum, vt vox tinnula, et sonus tinnullus, q reddit ex eneis vasis, cum pulsant. Oui. Tinnulaq; ęra sonant, et olent, myrthequ, crociq;.

Tintino, nas, pe. cor. significat sono vt titinat apud Catul. in carmine sapphico. Dicitur et tintinno, is, iui. Afra. Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

Tintinabulum, et tintinnale instrumentum ęneū, vulgo campanellus, nomē factitium, à voce, quam facit tin tin. Iune. Et tintinnabula dicas pulsari nemo tubas.

Tingo, gis, xi, ctum, sigt inficio, madefacio, immergo. Mar. Mentiris iuuenem tinctis lentine capillis. Lactan. lib. iiij. Cum primum cępit adolescere, tinctus est à Iohanne propheta in Iordane flumine. Virg. Quid tantum oceano properent se tingere soles .i. immergere. Huius compositū est intingo. Ply. Omnibusq; condiuntur queq; intinguntur desyderatum fętorem tollit manducatum.

Tinctura, īfectio. Ply. li. xxxvij. Adulterat maxime tīctura, idq; ī gloriā regis Aegyptij ad scribit q primus eā tinxit.

Tinctile, pe. cor. quod, intinctum est. Oui. de trist. Et tinctile virus .s. quod intinctum est spiculo sagittę.

Tintinaculi, sunt virgatores, q flagris cędunt sontes ob noxam et loris bubulis castigant ficticio vocabulo à sonitu quem verbera efficiunt. Nam dum verberant et cędunt flagris tinnitum reddere vident ex crepitu plagarum quę pcussio à Planto dr̄ Tas p onomatopęiam à sonitu quem reddit. Id genus homines flagratores dicebant, q̄uis qdam flagriones ponant, vt sint, qui mercede flagris cędūtur.

Tiphernum, ciuitas Vmbrię, quę nūc ciuitas castelli dr̄ nobilis alumno Gregorio, grecis, latinisq; literis ap prime docto, sicut eius opera elequenter elucubrata manif. stant.

Tipula, pe. cor. vermis sex pedes habens, sed tantę leuitatis, vt super aquam currens, non desidat. Plau. Neq; tipulę leuius pondus est, q̄ fides lenonia.

Tiridates, nomen ꝓprium viri magi de quo apud Suetonium in Nerone. Et apud Ply. lib. xxxvij. Erat et romę in septima regione via quę lata dicebat locus ab equo Tiridatis regis armenioꝝ nomē habens, vt. P. Victor scribit.

Tiryns. this, generis masc. fluuius est in Argo. Tiryns generis fœmi. nomen est patrię Herculis in Pelopōnesō, quę ꝓxima Argo, à Plyn. Tirynthia vocat. Vnde et Hercules tirynthius appellatus est, q̄uis thebanus quoq; dicatur.

Tisiphone, pe. cor. vltrices cędis significat. Est enim vna ex furijs à cędibus plectēdis dicta τίσις vltio, vel pęna φόνος, vel φόνη cędes aut mors cui curę sit mortis vltio. Hora. in ser. Seruilibus vtq; Iam peritura modis Hecates vocat altera sęuam. Altera Tisiphonem.

Titan, et titanus, pe. pro. Saturni frater, cęli, et Vestę filius, qui et pro sole ponitur, qm̄ à titanibus duxit originē tradunt titanas sex fratres fuisse, et tnq; sorores à terra mr̄e dictos, vt author est Diodo. Ex qbus vnus fuit Iapetus pr̄ Promethei, Hiperionq; ex titanū numero q solis, ac lunę, stellarumq; motus obseruasse, atq; demōstrasse primus fertur. Ideo solis parēs, et astroꝝ ferē. Hinc sol titan, luna titania à poētis dn̄r Ser. sic habet. Ferunt fabulę titanas ab irata, ↄtra deos terra in eius vltionē creatos. Vn̄ ē titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως, idest ab vltione. Hi cum ioue bella gesserūt, quos domitos Iupiter apud īferos relegauit.

Titanus Saturni frater. Quo etiā nomine dictus est mons. Thessalię à candore dictus. Titanis, idis, dicta est Luna.

Titio, lignum adustum, quod ab igne extrahitur, ut est apd Esaiam. Noli timere, et cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum.

Titillo, las, per blandimenta ingero, prouoco, commoueo, vt fit cū quis carnis pruritum sentit. Nam titillari dn̄r sensus, quando mouentur, gestiuntq; voluptatis dulcedine. Verbum trāslatū à titillatu alarum, vbi dulcedo scalpendi est, sicut scribit Ply. lib. xi. Lactan. lib. vi. Ergo illecebrę istę voluptatum arma sunt illius, cuius vnum opus est expugnare virtutem, iusticiamq; ab hominibus excludere, His blandimentis, et suauitatibus titillat animas. Sic enim, quia mortis fabricatrix est voluptas. Cice. in Cato. At non voluptatum tanta quasi titillatio in senibus.

Titus ꝑnomen romanoꝝ est, à τίω honoro, siue à tuendo.

Titulus, index cuiuscūq; operis. Vnde in statuis siue picturis titulum dicimus literas, quę vel artificis, vel eius

cuius ſtatua, vel imago eſt, nomen demonſtrat, vel tempus, quo factum eſt, declarat. Sue. Plurima, et ampliſſima opera incendio conſumpta reſtituit, ſed omnia ſub titulo tantum ſuo, ac ſine vlla priſtini authoris memoria. Item titulus libri dicitur, qui vel qualitates operis, vel nomen authoris, vel numerum oſtēdit. Mar. Primus vbi eſt inquis, cum ſit liber iſte ſecundus, Quid faciam, ſi plus ille pudoris habet? Tu tamen hunc fieri, ſi manis Regule primum. Vnum de titulo tollere iota potes Ouidi. lib. de re. amo. Legerat huius amor titulum, nomenq; libelli. Dictus titulus à tuendo, quaſi tutulus ꝙ tueatur factum authoris, et ſiquis alterius opus eſſe contendat, veri opificis indicet nomen. Per tranſlationem quandoq; ponitur pro laude et dignitate. Ouid. li. ij. de Faſt. At tua proſequimur ſtudioſo pectore Cęſar Nomina, per titulos, ingredimurq; tuos. Aliquando pro monumento. Apule. Auorum, et proauorum titulus clarus. Tituli etiam dicti ſunt milites, quaſi tutuli, ꝙ patriam tueātur. Vnde et Titi pręnomē eſt ortum. Perſi. Hic neq; more probo videas, nec voce ſerena. Ingentes trepidare Titos.

Titulo, las, titulum impono. Hiero. in prolo. ſuper ps. Sciendum eſt centum quinquaginta pſalmos Dauid cecinisse, q̄uis aliorum nominibus titulentur.

Titi liuij duo fuerunt. Alter tragędiaꝝ ſcriptor qui ob ingenij meritum à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat libertate donatus eſt. Alter patauinus, qui floruit ſub Auguſto laudatur in hiſtoria q̄ ſit in narrādo mirę iucunditatis, clariſſimiq; candoris

Titubo, bas, pe. cor. proprie pedibus inſiſtere nequeo, quales ſunt ebrij, aut infirmi. Quint. Sed iugulaſti vulneratum, titubantem ſtrauiſti. Transfertur ad animum vt apud eundem. Neq; vlla vnq̄ tanta fuerit dicendi facultas, quę non titubet, aut hęreat, quotiens ab animo verba diſſentiunt. Titubare quoq; lingua, et dentes dicuntur. Lactā. de ira dei. Areſcant oculi, os tremat lingua titubet, dentes concrepent.

Tithymalus, pe. cor. genus fruticis, q̄ à noſtris lactuca marina dicitur. Col. lib. x. Tithymalus maioꝝ quoq; aīalium ventrē ſoluit. Idem paulo ſupra. Maximusq;, vel minimus annus eaꝝ labor ē initio veris, quo titymali floret frutex.

Tityrus, pe. cor. nomen paſtoris. Virg. in Buc. Tityre, tu patulę. etc. et apud nos aries maior dicitur.

Tityus, Iouis filius. De quo Virgil. lib. vi. Necnon et Tityon terrę omnipotentis alumnum Cernere erat. Hic vt fertur in fabulis, cum Latonę vim inferre vellet, ab Apollinę ſagittis confoſſus apud inferos magno cum cruciatu demerſus fuit. Ouid. lib. i. de Pon. Sic inconſumptum Titij, ſemperq; renaſcens. Nō perit, vt poſſit ſępe perire iecur. Huius magnitudinem corporis poetę dixerunt fuiſſe nouem iugerum. Vnde Tibul. Porrectusq; nouem Tityus per iugera terrę, Aſſiduas atro viſcere paſcit aues.

Tithonus, pe. pro. fuit Laomedontis filius. Qui, vt fabulę ferunt cum iuuenis eſſet, et decorus ab Aurora dilectus, et raptus fuit. Ex qua Memnonem genuit, ſed tandē poſt lōgiſſimam vitā, audita Memnonis filij morte, in cicadam verſus dicitur, Dicente Horatio Longa Tithonum minuit ſenectus.

T ANTE M

Tmolus, pe. p. mons Lydię vt ſcribit Ply. lib. v. Croco florentiſſimus, et vitibus conſitus. Ser. ſcribit eum eſſe Cilicię, de quo Oui. Riget arduus alto Tmolus in aſcēſu, cliuoq; extenſus vtroq; Sardibus hinc, illinc paruis finit Hipeppis. Eſt ergo iuxta Sardis, quę vrbs ex. Herodoti, Plynijq; teſtimonio in Lydia eſt. A quo nomen flumini datum eſt Plyni. libro. xxxiij. Non ſolitum inueniri, niſi in flumine Tmolo. Apud Collu. lib. iiij. Tmolus videt eſſe genus arbuſculę, cuius flores ſint crocei. A poëtis tamen quandoq; ſuperaddi i, poſt t, inuenimus. Ouid. libro ſexto meta. Deſeruere ſui nymphę vineta timoli.

T NATE O

Tocos, à ticto pario, eſt id, quod corrupte dicimus ſtocus prępoſitos, ſicut foenus, à foetu, quia pecunia pecuniam parit. Tocos etiam genitrix vel parens, vnde Theotocos dicitur dei genitrix.

Toga, veſtis communis omnium romanorum, tam fęminarum, q̄ marium, ſed pretexta honeſtiorum, toga viliorum. Dicta toga, à tegendo ꝙ corpus tegat. Hęc laxa erat, et in ſinum multis criſpulis ſubtracta ſuccingebatur. Tibul. Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. Hinc romani togati dicuntur. Virgil. Romanos, rerum dominos, gentemq; togatam. Quoniam vero in pace tantum togę vſus erat (nam in bello, depoſita toga, chlamydes ſumebant, aut lęnam) factum eſt, vt toga, pro pace, ſicut arma pro bello ponatur Ply. Vt dubium ſit, togane, an bello pſtantior fuerit. Togarum vero varia erant genera. Vt toga prętexta, toga virilis, toga picta, toga regia, quę erat auro, et purpura itexta, qua reges vtebantur, quę à Liuio inter inſignia triumphantis numeratur, purpura ante vocitata, et erat ſine pictura.

Tunica, palmata, à latitudine clauorum dicebatur, quę nūc à genere picturę, picta appellatur. Interdum toga accipit, pro peculiari habitu clientum, et ſalutatorum, qui togati ibant ſalutatum, vt ſportulam conſequerentur. Mar. Mane, vel à media nocte togatus ero.

Togati, togis induti. Vnde romani togati dicti ſunt, quoniam toga romanorum propria erat. Sic ij, qui principes ciuitatis, officij gratia in forum deducebant, ſic deinde domum reducebant, quoniam togis amicti erant, togati vocabantur. Iuue. Turbę rapienda togatę. Hi etiam per diminutionem togatuli dicebantur.

Togatę comędię, quę ſcriptę ſunt, ſm ritus Romanorum, ſicut grecas fabulas, ab illoꝝ habitu palliatas appellamus. Nam greci ſupra tunicam pallium ferebant. Togatę tabernarię dicuntur comędię, in quibus non magiſtratus, ſed humiles perſonę, inducuntur. Dictę tabernarię, ꝙ olim tabulis domus communiter tegerentur.

Tolero, ras, verbum eſt mala patientis, à cuius participio, fit toleranter, tolerātia. Quę ſic diffinit à Speuſippo. Tolerātia, eſt ppeſſio laboꝝ honeſti gratia, et toleratus, tus, vt hoc eſt difficile toleratu per ſimplex, l, ſemper ſcribitur.

Tollo, lis, ſuſtuli, et ſecundum antiquos tetuli ſublatū ſignificat eleuo, ſublimo. Plaut. Tolle caput. Vlpiaī. Ius uicino non eſſe altius ędes tollere. Aliquando tollere, eſt capere. Virg. lib. iiij. Georgi. Et ſępe lapillos, vt cymbę inſtabiles fluctu iactante ſaburram. Aliquando ſuſcipere. Suet. de Neronis parente. Deceſſitq; Pyrgis morbo aquę intercutis, ſublato filio Nerone ex Agrippina germanici genito. Aliquando nutrire. Teren. Quicquid peperiſſet, decreuerūt tollere. Aliquando auferre. Cicero in Lęl. Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam, è uita tollunt. Aliquando differre. Plau. Omnes tollo ex hoc die, in alium diem. Aliquando inferre. Virgil. Tollentemq; minas, et ſibylla colla tumentem. Aliquando emēdare, corrigere. Gel. lib. i. Var. in Saty. Meni. Vitium uxoris aut tollendum, aut ferendum eſt. Compoſita huius uerbi ſunt. Attollo, quod eſt in altum eleuo. Contollo, contra tollo. Plaut. in Aulu. Contollam gradum Extollo, in altum eleuo, exalto, magnifico. Plau. in Amphi. Deuolant angues iubati deorſum impluuium duo maximi continuo extollunt ambo capita. Sal. Ita eorum, qui ea facere tanta habentur, quantum ea uerbis potuere extollere, pręclara ingenia. Interdum differo. Cecil. Abi intro, atq; iſthęc aufer, tamen hodie extollat nuptias. Protollo, et ſuſtollo, de quibus locis ſuis.

Tolles dicuntur, ꝙ tollantur, et tumeant. Cuius diminutiuum tonſillę, quę ſunt in homine, ſicut glandulę in ſue, cum tumor fauces occupat.

Tolutim, pe. pro. quaſi volutim, hoc eſt uolubiliter. Varro. Vt equus, qui ad uehendum eſt natus, tamen tradit magiſtro, ut equiſo doceat tolutim incedere. Adequitatio hęc ἔνδρομος. à Iulio Pollucę dicitur, qa carpat in curſu terrā,

et tollat volubiliter, ac modice veſtigia.

Tolutarius, ſiue tolutaris equus, quaſi volutarius, à pedum volubilitate, qui alio nomine aſturco, ab Aſturia Hiſpanię oppido appellatur. Hos gradarios vocamus, qui molli gradu et ſine ſuccuſſatura geſtant. Vnde Marti. Hic breuis ad numerũ rapidos, qui colligit vngues. Venit ab armigeris gentibus aſtur equus. Sene. in epi. Aſturconibus inquit, et tolutaribus inanis.

Tolutiloquentia, volubilis locutio. Nęuius. O' peſtifera, trux, acerba tolutiloquentia.

Tomacula, vel per syncopã tomacla, ędulia ſunt, quę ferè ex iecore porcino minutatim ꝯciſo, ẽ iam ſemicocto, infuſis ouis crudis et caſeo optimo, et liquamine pipere aniſo gingibere fieri ꝯſueuerunt, tegũturq; omẽto ſuillo. Ply. Tomacinę appellant, quę tomacula inſubres galli nr̃is temporibus tomacellas. Iuue. Canduduli diuina tomacula porci. Var. Quotannis è Gallia apportant Romaꝫ pernę tomacinę et tomacę, et petaſones.

Tomices, pe. cor. gręco noĩe appellant, ex canabi impolito, et ſparto leuiter tortę reſtes, ex quibus funes fiunt. Ply. lib. xvij. Tomice moris ſpinaꝝ circũlita. Vict. li. vij. docet aſſeres tomice religandos. Puluilli quoq;, quos in collo habẽt animalia, ne reſte lędantur, tomices vocantur.

Tomentum, lana breuis, ac conciſa, quę ex veſtibus à fullone poliendo detrahitur, ẽ q̄cquid farciminis, ex quacunq; re, ſiue ex fęno, et palea, ſiue ex pluma fuerit, quo culcitrę farciunt. Varro. Poſtq̃ tranſierunt ad culcitras, ꝙ in eas ſagos, aut tomẽtum, aliudue calcabãt, ab inculando culcitra dicta. Videtur auteꝫ tomẽtum deduci, à τέμνω, quod ſignificat incido, ſicut, et tomos, et tomicus. Sueto. in Tyber. Adeo alimenta Druſo ſubducta, vt tomentum ex culcitra tentauerit mandare. Tomentoꝝ autem aliud leuconicũ, ſiue ligonicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba conciſa. Aliud circenſe, ex harundinibus ꝯciſis factũ. Idq; ſtramentum habebatur populare triuialeq̃; nõ dicatuꝫ nobilibus. Marti. Oppreſſę nimiũ vicina eſt faſcia plumę vellera lingonicis accipe vaſa ſagis, dictum circenſe, ꝙ in circo Romano, ſternebat illicq̃; egeſtoſi quieſcebãt. Sene. lib. de beata vita. Nihilo miſerius ero, ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat, ſi ſuper circenſe tomẽtum, per ſarcinas veteris linthei effluens incubabo. Mar. Tomentuꝫ, conciſa palus, circenſe vocatur. Hęc pro leuconico ſtramina pauper emit.

Tomos, ciuitas in Ponto, ab eo dicta, ꝙ illic Medea Absyrti fratris membra fruſtulatim concĩdit. Ouid. Inde tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Item tomos fragmentum libri abſciſſum. Quod tamen et pro ipſo libro, ſeu volumine imperfecto accipitur. Vnde Origines tertiũ librorum ſuoruꝫ genus tomos inſcripſit, quos, vt ait Hiero. nos poſſumus appellare volumina. Idem ait. A' edidit innumerabiles commentarios, quos ipſe appellat tomos.

Tomyris, pe. cor. fuit regina nobilis Maſſagetarum in ſcythia, quę Cyrum debellauit, et interemit. De qua Herodo. et Iuſtinus ſcripſerunt.

Thomus thuriarius, canis marinus dicitur ab Athenęo.

Tondeo, es, totondi, tonſum, licet eius compoſita non geminent syllabam prętenti, et ſig̃t lanam, ſiue capillos, et huiuſmodi incĩdo. Hiero. in lib. Reg. Accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. Cice. li. v. Thuſcu. Regię virgines, vt tonſtriculę tondebant barbam, et capillum patris. Et tondere, paſcere, et Aliquando ſecare. Virg. li. i. Geor. Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci. Idẽ, Nocte arida prata Tõdentur. i. ſecant. Huius verbi compoſita ſunt. Attondeo, quod eſt perfecte tondeo. Hiero. ad Marcellam. Et cur ita attondens vitem falce vinitor aliquid dauidicum cantat. Plau. in Ca. Sed vtrum ſtrictim me attonſum eẽ dicã, an per pectinem neſcio. Detondeo, de quo ſupra.

Tonſo, as, frequẽtatiuum, vnde, et detonſo. Gel. Capillos dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet.

Tonſus, a, um, participium, quod eſt coma abſciſſa, vt tonſus homo, ſicut intonſus capillatus. Hinc tonſi montes, qui syluis carent, intonſi syluoſi. Varro. Intonſi montes, & feris pleni. Aliquando tonſus ponitur, pro minuto. Virgilius. Tonſiſq̃; ferunt mantilia villis. Tonſa oliua dicitur, quę minutis frondibus compta eſt, quaſi à tonſore compoſita. Vir. li. v. Ipſe caput tonsę folijs euinctus oliuę.

Tonſus, us, nomen, idem, quod tonſio, et tonſura.

Tonſor, et tonſtrix nomina verbalia.

Tonsę dicuntur oues. Hierony. in canticis. Dentes tui, ſicut greges tonſarum, quę aſcenderunt de lauacro. Et tonsę dicunt remi à circuncidendis fluctibus. Vir. li. vij. Et in lento luctantur marmore tonsę.

Tonſorius, ria, rium, quod ad tondendum pertinet, vt culter tonſorius. Vide in dictione candeo.

Tonſilis, et hoc tonſile, pe. cor. qđ tonſum eſt, ac in orbem, et comam putatum, vt Tonſiles oleę, et tonſilis buxus.

Toſilla, ſillę, palus dolatus in acumine, et cuſpide Prępferratus, qui nauis religandę cauſa in litore figitur Actius, Tacete, et tonſillas in litore ędite. Tonſillę etiam diminutiuum à tole, toles antẽ, vt inquit Feſtus eſt tumor faucium. Et ꝓprie fiunt circa vnã ex vtraq; parte infra fauces vocanturq̃; glandulę ob quandaꝫ glandis ſimilitudinem. Poſſunt etiam dici Tonſillę, tanq̃ loca, in quibus fiſtulę, et cibalis, et ſpiritalis religatę ſunt, vel ꝙ huiuſmodi morbus, tam uehemens, acutusq̃; eſt, vt non minus, q̃ acutiores paxilli pungat.

Tonſtrina, pe. pro. locus in quo tonderi ſolet. Plau. in Aſi. Libanum in tonſtrinam iuſſeram venire, is nullus venit.

Tono, as, aui, atum, et Tono, is, tonui, itum. Varro. in Eunu. Sonitus matris deum tonimus tibi ſemiuiri. Et à tonatũ fit tonatio, à tonitum fit tonitus. Eſt autem tonare tonitum reddere, ſonare, alte loq. Huius compoſita ſunt Attono. Vnde Attonitus, ſtupefactus. Virgili. Talibus attonitus iuſſis. Contono, ſimul tone. Hierony. ad Heliodo. Diuinis vocibus Euangelium contonat, non poteſtis duobus dominis ſeruire. Circuntono, circunſtrepitum facio. Hora. in Ser. Hunc circuntonuit gaudẽs Bellona cruentis. Detono. Intono, valde tono, ut intonuit de cęlo dominus Hora. in Epo. Intonata ꝓtulit. Pertono, perfecte tono reſono. Hiero. contra Helui. Quando uero uox illa pertonuit, tempus breuiatum eſt, reliquũ eſt, vt qui habent uxores, ſic ſint, quaſi non habentes. Et omnia habent pe. cor.

Tonitrus, us, et tonitru, et tonitruum declinari poteſt. Ouidi. lib. ij. Meta. Vnde ſolet tonitrus, et flumina mittere terris. Iuue. Et facient optata tonitrua cęnas. Eſt autem tonitrus, vt in quęſtionibus docet Seneca nubis ictę ſonus, qui & tonus dicitur.

Toneſcit, tonus fit. Var. Tonitribus templum toneſcit.

Tonitro, tras, tonitrum facio. Hiero. in p̃s. expoſitione quando tonitruat deus, ſimilem vocem facit rotę.

Tonus, gręca vox eſt. Nam greci τόνον dicunt ſonum. Vnde accentum quoq; tonon appellant, quos veteres noſtri imitati tenorem, quaſi tonorem accentuꝫ vocauere. Et tonus, qui et tonitrus. Item, Tonus, neruus, qui ex utraq; parte ſtomachi eſt. Item Tonus ſpacium id, quanto abeſt à terra circulus cęli citimus, hoc eſt lunaris, centuꝫ ſcilicet viginti ſex millia ſtadiorum, vt inquit Martianus, quoniam, vt in ſonis internallum, cũ legitima quantitate minimũ ex duobus ſonis, inter ſe diuerſis ita in cęlo minimum à terra ſpacium ad lunam tonum appellare placuit. Huius menſurę dimidium hemitonium. Tonus uero cum hemitonio ꝓportionem facit ſeſquiplam, hoc eſt ſeſq̃alterã.

Tophus, genus lapidis aſperi, qui de facili in arenã reſoluitur. Ouidi. Et leuibus tophis. Hinc Tophinus Et tophaceus adiectiua. Sue. Quę tophina, ac lignea antea erant. Ply. Eſt alba, rufa, columbina, agylacea, tophacea, arenacea.

Topos, latine locus. Topicus localis. Vnde Ariſtote. et Cice. Topica libros appellarunt, ideſt locorum ſedes, in quibus huiuſmodi loci demonſtrantur. Hiero. non topica, ideſt

locales ſedes argumentatorum.

Topiarium dicitur opus ex arbore,aut frutice, aut herba factum,ad decores vt ſunt teſtudines,camere ,naues,aulule,et huiuſmodi,q̄ ex buxo,vel hedera, et huiuſmodi, quarum natura ſequax eſt et flexibilis,fieri conſueuerunt. Dictum topiarium ἀπὸ τῶν τόπων hoc eſt à locis , quę in his varia conſtituuntur. Quę et topia ab idoneis ſcriptoribus nuncupantur.Victru.lib.vij.Habentes deorum ſimulāchra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes,non minus troianas pugnas ſeu Vlyſſis errationes per topia,cęteraq;,quę ſunt eorum ſimilibus rationibus, ab rerum natura procreata.Quidam à funiculis, quos in oleo terendo circunligatos inſtrumentis illis,topia gręci vocant. Cicero.ad.Q.fratrem.Topiarium laudaui ita omnia conueſtiuit hedera.Plyn.Accedit in topiario opere lauri genus quę taxa dicitur,ramos ſpargit,à radice topiarij ac coronarij operis.Hinc Topiarij dicuntur,qui topiaria faciūt, ſicut coronarij,qui faciunt coronas.Idem ſatiuę myrti genera topiarij faciunt.Et ars ipſa topiaria dicitur.vt argētaria.Ci. Vt deniq; illi palliati, topiariam facere videant.

Topeia,à gręcis dicuntur chordę τοπεῖα.

Topotheſia,dici pōt loci poſitio,vel deſcriptio , nam topos locus theſis poſitio.

Toparcha dicitur ille qui vnius regionis vel loci curam adminiſtrat,q̄ Toparchia vocabatur.Euſe.in Hiſt.Eccle. Abagarus vcame filius,toparcha. Erant enim in Arabia prefecturę quas etiam Tetrarchias appellarunt.

Tornus inſtrumentum fabrile, quo ligna polita reddunt.

Torno,as,ſeu torneo ad tornum polio. Plynius libro trigeſimo ſexto .Lapis eſt,qui cauatur, tornaturq; in vaſa coquendis cibis vtilia . Item tornare eſt circunagere . Idem in eodem Quarum in officina turbines ita vibrati perpenderunt vt puero circunagente tornarentur.Hiero.in Eſa.Vſurpauit torneo niſi textus falſus eſt,ſic enim ait.Et circino torneauit illud.Hinc detorno.quod eſt, de aliquo torno.Plyni.lib.xiij.Lignum grande intus, firmęq; duricię,ex quo velares detornant annulos.

Tornatile.pen.cor.quod torno factum eſt.

Tocoraſion latine puella dicitur.

Toreuma,matis,et toreumatum, opus politum cęlatum τορεύω enim ſculpo,et cęlo ſignificat.Sunt autem toreumata opera delicate,et eleganter ſculpta,ſiue cęlata.Salu. Tabulas ſigna toreumata emunt . τορευτὴν cęlatorem gręci dicunt, Toreutice ars ipſa, quę et anaglyptice ſculptor,et celator ſcribit Plyni.lib. xxxiiij. Primum phidiam artem toreuticen aperuiſſe et demonſtraſſe, quam Polycletus.Sicyonius mox erudiuit,ac conſumauit.Mar.Artis phidiacę toreuma clarum.

Torus,lectus,ab intortis herbis Dictus, Virgili. Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto . Toros etiam appellamus pulpam carnis muſculoſam.in qua eſt robur, et valentia, vt ſunt partes membrorum neruoſę calloſęq; , et in ſe propemodum collectę. Taxat Hierony.Diaconum cui ceruix taurina eſſet toris adipeis intumeſcens.Vnde.

Toroſus,a,um,Scribit Colu . parandos eſſe boues nouellos ceruice longa,et toroſa.Val.Flaccus,protulit Horrendoſq; toris informibus artus,quod,et de venis quoq; dicitur,cū varicum in morem,quibuſdam in locis turgeſcunt.Cor. Celſus.lib.vij.Ac per ipſos venarum toros inęquale eſt in herbis.Plyni.vtitur hoc verbo de Inula ſcribens,Breuioris eſt ſed toroſior,amariorq; inula.Colu.lib.iij . Arbuſtiuam vitem q̄ putare, tam alligare diligenter oportet.Nam in ea fructus maxime uis conſiſtit,diutius perennat,quę firmis toris,et idoneis locis religata eſt.

Torulus,diminu.pro carne muſculoſa. Eſt et torulus quaſi torus quidam,ideſt lectus.Plau.in Am . Tum meo patri torulus inerit aureus ſub petaſo.Victr. etiam torulus dici tradit ex arbore exciſa . Vbi accipi videtur pro materie torta et callo ligni in ſe conuoluto.

Torale.et per apocopen toral,à toro,Mappa longa,quam ſuper linteola ponimus , et omnia lecti ſtragula toralia dicuntur.Hora.Ne turpe toral,ne ſordida mappa.Namq; ſuper toros ſternuntur veſtes ſtragulę purpureę, ſeu virides,aut verſicolores. Idem in Sermo.Et tyrias dare circum illota toralia veſtes.

Torniamen ,ludus erat qui troia dicebatur,quaſi pro troiano agmine dicatur torniamen.

Torqueo,es,ſi,ſum,et tortum,ſignificat inflecto. Plynius. Nec tantum binas, per diuerſas coaſſationes ſubſterni capita earum , pręfigi clauis, ne torqueantur. Virgili.libro ſecundo Georgicorum. Ithyreos taxi torquentur in arcus, ideſt torquendo fiunt . Terenti. Vide, vt ille ſibi os contorſit carnifex.Hinc Aliquando torquere ponitur,pro gyro celeri rotare.Virgili. Aſt illum terfluctus ibidem Torquet agens circum . Aliquando pro torquendo iacere. Idem in medias telum torſiſti primus Achiuos. Aliquando pro gubernare , vt Coelum et terras qui numine torquet. Aliquando pro ſuſtinere . vt vbi maximus Athlas Axem humero torquet . Aliquando pro tormentum inferre.Lactanti.libro tertio.Beatus eſt igitur ſapiens in tormentis . Sed cum torquentur pro fide , pro iuſticia, pro deo , illa patientia doloris beatisſimum faciet . Donatus Torquemus hominem , extorquemus veritatem . Hinc tormentum , & tortura . Aliquando pro filare , vt eſt illud Iuuena.Penelope melius, leuius torquetis Arachne. Aliquando pro trahere,vt Virgilius . Torquetq; ſonantia ſaxa Huius compoſita ſunt , Abſtorqueo , quod eſt torquendo aufero . Contorqueo . Virgilius libro primo Georgico. Proluit inſano contorquens vertice ſyluas Fluuiorum rex Eridanus, ideſt euertens . Detorqueo, diſtorqueo, extorqueo, intorqueo, intertorqueo, obtorqueo, contratorqueo , retorqueo, retro torqueo , iacio, remitto.Cicero in Cato. Quo quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facile retraxerit , nec tanquam pilam retorſerit. Et retorquere eſt rurſus flectere.Colume.libro quinto. Id, vt ſcite fiat meminerit alligator, ne torqueat ſarmentum , ſed tantum inflexum deuinciat. Pretorqueo, ante flecto . Idem libro quarto . Sed Iulius Atticus pretorto capite,et recuruato,ne paſtinatum effugiat predictum ſemen dimerſit.

Tortus,ta,tum,quod non eſt rectum,ſed flexum Ang.Habes,vnde corrigas,quod in te tortum eſt.

Tortum ,machina ad Torquendum ſaxa , Pacuui. Nam in tenebras ſępe lacerabo fame clauſum,& fatigans artus torto diſtraham.

Tortuoſus,a,um,quod eſt tortum.Cice. in Leli.Neq; enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium,et tortuoſum.

Tortile pe.cor.quod retortum,et replicatum eſt. Oui.Tortilis à digitis excidit anſa meis.

Torto,tas,frequentatiuum,ſigt Vehementer torqueo.Pompo.Ibi inſilui in cocleatum eculeum,vbi tolutim tortor.

Tortor,qui torquet,ideſt cruciat,vel ad quęſtionem ponit, vel qui lapidem tormento iacit . Vnde ab ammiano tortores balliſtarum appellati ſunt,qui ex balliſtis tela contorquent , et iaculantur.

Tortura,ſupplicium, vt in ſacris literis. Seruo mali volo tortura,et compedes.

Tortiuum,vinum eſt nouisſime expreſſum,vt apud Cato.

Torculum,quod vſu torculare,ẽ per apocopen torcular,pe.pro.ędificium,vinarium et machina,à torquendo, quo vua torquetur.Prelum à preluendo,pro trabe, accipi ſolet,qua vuę calcantur. Lacus qui continet muſtum prelo ex vinaceis expreſſum.Improprie autem lacus,prelum,ẽ torcular,pro eodem accipiuntur.

Torcularius,ria,rium,qđ ad torcular pertinet.Var.Si ſit centum iuger: habere oportet vaſa torcularia inſtructa trina.

Tormina,genus morbi,à torquendo,cum dolore torquentur inteſtina exulceratione.Gręce dyſenteria, vt li.iiij.ſcribit Celſus.Ex his cruor manat frequens deijciendi cupiditas,dolor in ano eſt.Ply. Mentaſtrum torminibus chole-

ricis

ridis efficacisſimum.Hinc Torminoſi, qui eum morbum patiuntur, quos et dyſentericos greco vocabulo appellat. Cice.Ita dicimus grauedinoſos,quosdam torminoſos. Nonius. Tormines maſculino genere protulit. Hippocrates mortiferū eſſe ſignum in dyſenteria, ſi carnes egerantur. Galenus ſcribit dyſenteriam fieri,quando materia exuberans calore eſtatis inficitur,et fit falſa.

Tormentum, ſupplicium quod datur alicui,ad perquirendam veritatem,vel ad cruciatum inferendus,vt eſt illud. Omnes ſancti, quanta paſſi ſunt tormenta.Var. Meſſis trituram tormentum appellat, ꝙ ibi frumentum teratur.Et tormentum generale vocabulus eſt omnium machinarum ſaxa,tela,ē id genus varia torquentium.Ceſar. ij.com.Ad extremas foſſas caſtella conſtituit,ibiq; tormē ta collocauit.Dicitur aūt tormentum à torquendo ἑλλ, νιςὶ βάσανος,καὶ βασανιςὴς,καὶ τὸ ῥῆμα βασανίζω. Tormenta etiam numerantur inter probationes artificiales quas greci ἀτεχνους vocant.

Torques,et torquis,tam maſculi. quàm feminini generis, ſecundum Probum, ſignificatq; circulum aureum, flexilem,obtortum colli ornamentum,et ſummi pectoris. Propertius. Torquis ab inciſa decidit vnca gula. Gellius, Caput galli precidit,torquem detraxit, eamq; ſanguinolentam in collum poſuit. Refert Plynius torquibus aureis auxiliares externos donatos fuiſſe à Romanis. At ciues non niſi argenteis.Scribit Vege.lib.ij.Quibus aureus torquis, ob virtutis premium dabatur, et hi duplas conſequebantur annonas.

Torquatus cognomen Titi Manlij, qui ad Anienem occiſo gallo,torquem detraxit.Hic eſt ille Torquatus Mālius, cuius iniuſſu cum filius aduerſus hoſtem,à quo prouocatus fuerat,pugnaſſet, eoq; occiſo, equeſtria ſpolia victor ad patrem tuliſſet,ſubito eum, ꝙ aduerſus edictum ſuum,et rei militaris diſciplinam feciſſet,iuſſit occīdi.

Torris, lignum teres cum ardet. Titio torris extinctus. Lactan.Titionem vulgus appellat extractum foco torrē ſemiuſtum extinctum.

Torreo,es,torrui,toſtum,ſicco,atq; areſacio. Quod etiam de frigore poteſt intelligi.Varro. Frigore torret. Sed vſurpatur quandoq; pro vrere.Virgili. Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos.Quandoq; pro aſſare.Plyni. libro.xix. Si radicem bete in pruna toſtam ſuperederint, ardorem extingui, vnde carnes toſtas appellat vulgus. Quandoq; vertere,miſcere. Lucreti. Ingentes fato torrente ruinas. Quidam hoc verbum, ἀπὸ τοῦ τορεύειν deriuant, quod eſt ſculpere,celare.

Torreſco, torridus fio. A' quo retorreſco, rurſus coquo,vel rurſus vro.Colu.lib.iiij. deinde ſata non ita nutriunt, vt ante conualeſcant,q̄ retorreſcant.

Torridus,da,dum quod eſt aridum.Vnde eſtas torrida dicitur. Hinc retorridus. Colu.lib.iij. Niſi eum reddideris,arbor tota fiet retorrida.Et inde torrida zona,que an ſit habitabilis,vel non alijs ad dicendum relinquo.

Torrefacio, comburo, coquare facio, aut multum calefacio.Colu.libro.ij. Et ſubinde oportunis ſolibus torrefacta proteritur.

Torrido,as,pe.cor.ſignificat comburo.

Torrens,nomen generis maſculini,ſignificat fluuium,qui non de fonte,neq; de viua aqua,ſed à Pluuijs,vel de mōtibus in valles deſcendit,et in mare vadit, et eſtate ſiccatur, aquis vero hyemalibus inundatur, et currit, dictus torrens ꝙ in caloribus et ſiccitatibus torreat,ideſt areſcat. Sed quoniam quando augetur ſubitis imbribus cū maximo impetu per precipitia defertur ꝓpterea dicimus res torrentes que concitate vehementes ſunt,vt genus dicendi torrens,ideſt concitatum.Et tunc eſt participium. Virgi.Hic tantum boree curamus frigora quantum aut numerus lupus aut torrentia flumina ripas, ideſt concitata, et rapida.Interdum ſumitur pro fluuio.Hierony.in pſalmis,Inebriabuntur ab vbertate domus tue,et torrente deliciarum tuarum potabis eos,non ſiccabitur.Hinc torrentior et torrentisſimus.Iuuena.Et Hypſeo torrentior, ideſt volubilior,vehementior.

Torpeo,torpes,torpui,piger ſum.Virgili.lib.iij.Georgi.Conſertoq; agmine cerui. Torpent mole noua, & ſummis vix cornibus extant. Hinc torpeſco,piger fio. Saluſti. in Iugur. Ceterum ingenium, quo neq; melius, neq; amplius in natura mortalium eſt incultu,atq; ſocordia torpeſcere ſinunt.

Torpor,animi, et corpis debilitatio, à Torpedine piſce,cuius contactu corpus habeſcit.

Torporo,as,pe.pro.torporem induco.Turp.Stupidus aſtat, ita eius aſpectus torporauit hominis amore.

Torpedo,piſcis,genus,qui limo merſus occultat ſe,et piſces ſupra natantes torpentes facit,poſtquam vero obtorpuere,deuorat.Ponitur et pro pigritia.

Toruus,ua,uum,à terendo, e,in o, mutata, vt ait Serui. Vel à tauris, qui irati cum quadam truculentia reſpectant. Nam toruitas proprie taurorum eſt, vel à torto aſpectu. Hinc aduerbia Torue,toruum et torua.Plaut. Quid me torue aſpectas? Apule. Cum toruum in eos intueretur.Virgi.Talibus Æneas ardentem,et torua tuentem lenibat dictis.

Totum,et omne ſic differunt,ꝙ totum dicimus vnius corporis plenitudinem,omne de vniuerſis, vt totum auditorium habet ſcholaſticos, ideſt plenum eſt auditorium ſcholaſticis. Omne auditorium habet ſcholaſtichos, ideſt omnia auditoria.Poëte tamen iſta confundunt.Fit autē totus,à tot,quamuis tot breue ſit, totus vero productus. Quotus vero remanet breue.Sciendum,ꝙ,ſi totus eſt pluralis numeri,partes quoq; pluralis numeri eſſe debent,vt binas literas,à te ſuſcepi, quarum alteris mihi gratularis, alteris ſignificas te eſſe incolumen. Si vero totum licet pluralis ſit numeri, ſingulare habeat, tum partes ſingulares eſſe debent, vt delector duobus poëtis, altero greco,altero latino.

Totidem, ſignificat tot ſimiliter, ſeu planè tot, nec plures,nec pauciores.

Toxicum dictum eſt,quaſi taxicum,vt inquit Ply.Quoniam taxos arbor eſt veneni preſentisſimi adeo,vt ſi iumenta taxi folia comederint, emoriantur.Hanc quidam Smilacem dixere,et eſſe in Arcadia,tam preſentis veneni,vt ſi quis ſub ea dormiat,cibumue capiat,moriatur.

T ANTE R

Trabea,pen.cor. nomen poëte, cui inter comicos octauus locus aſſignatur. Huius meminit Cice.lib. iiij. Thuſcula. Et de finibus.Eſt ē trabea genus veſtis.Cuius tria ſunt genera,vt Sueto.lib.de genere veſtium inquit. Vnum quod dijs ſacratur,tantum de purpura. Aliud purpureū quod habet aliquid albi.Tertium augurale,ex purpura,et croco miſtum. Erat autem veſtis togata purpura circundata ſub tegmine puniceo, quam auree fibule, annectebant.Virgi.de trabea regali ait.Ipſe quirinali lituo, paruaq; ſedebat. Succinctus trabea,leuaq; ancile gerebat Picus equum donitor. Hinc Trabeati,qui trabea ſunt induti.Oui.li.de faſtis,Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini.Cum rudibus populis annua iura daret.

Trabs,et trabes,trabis,vtroq; modo dicitur genere femini no.Dicta à trahendo, ꝙ in altum trahat.Proprie trabs, vt Feſtus ait,ſunt duo tigna edificij gratia ſimul compacta.Nam cum ſimplicia ſunt non trabes,ſed tigna dicūtur,quamuis abuſiue,pro vno ligno,quandoq; dicatur.

Trabica,nauis dicta eſt,ꝙ ſit trabibus confixa.Pacu.Labitur trabica in alueos.

Trabales,ſpecies tormentoꝝ,à trabibus.Hora.li.Carmi.Te ſemper anteit ſeua neceſſitas,clauos trabales. Augu.ſuper Ioan.Qua iuſtitia illa tanquam trabali telo percuſſi.

Trachea,vel trachia,arteria pulmonis,que ē ſpiritalis phyſtula dicitur.Vide in fiſtula.

Trachelus,pe.pro.collum,ſpina à vertice ad finem.

Trachys,latine aspus.Hic trachino,trachinas,asperũ facio.

Trachyna, oppidum campaniç , quç nunc interposita a, Tarachyna,vel tarachynç,arum tantum pluraliter quod et Anxur antea dicebat.Nunc aũt taracina vocatur,vide supra.Est et Trachyna ciuitas Thessaliç,quç Heraclea ab Hercule cognominata est.Hic ab Ouid.trachynius dictus Ceix coniunx Halcyones . Grçci trachyna vocant aspera. Vnde taracinam,quasi trachynam ab aspretis dici autumat.Strabo. Et à trachyna Thessaliç Sophoclis tragçdia, trachyna dicta est.Vnde Cice.lib.ij.Thusc. Quas hic voces,apud Sophoclem in trachynis çdit.

Trachoma,pe.pro.Grçce.n.τράχωμα,vocatur scabricia palpebrarum interior,sicut in eadem parte glabritas,hoc est defluuium pilorum madrosis,et milphosis.

Trachonitidis regio,pars iudçç,quam ferunt inter montem Libani,& lacum tyberiadis sitam esse.Cuius tetrarches fuit Philippus iuxta Euangelium Lucç . Et est, vt Hierony. inquit, trans Bosram Arabiç ciuitatem,in deserto contra haustralem plagam , quasi ad Damascum respiciens.Hanc gentem instituit Cis filius Aram, vt scribit Iosephus libro.i.antiquitatum.

Tractoria,organa appellat Victru.Machinas quibus onera pertrahuntur.

Trado,is,didi,traditum,ex trans,et do,n,et s,abiectis,significat in potestatem do.Teren in Phormio. Verum scientem tacitum causam tradere aduersarijs etiam ne id lex coëgit.Tradere etiam est docere.Augu. Quicquid de arte loquendi,et disserendi,quicquid de dimensionibus figurarum,et de musicis,ẽ de numeris sine magna difficultate, nullo hominum tradente,intellexi.Item significat dicere. Gel.Demosthenem tradunt,et uestitu, cçteroq̃; cultu corporis nitido venusto nimisq̃; accurato fuisse. Item mandare,vt cum dicimus. Memoriç traditum est. Item fidei alicuius committere,vt Nuper mihi tradidit Ægon. Item quasi vendere.Hiero.in Gene. Pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri. Item permittere,nam in sacris literis,dei à quouis secesio,siue destitutio nominatur.Vnde apostolus ad Romanos.Tradidit illos deus in reprobum sensum, idest à deo permissi sunt deferri in reprobum sensum.

Traduco,is,pe.pro.ex trans et duco,in quo.n,et s, similiter abijciuntur,sigt de loco,ad locum duco.Cçsar.i.com. Heluetij per angustias,et fines Sequanoꝝ suas copias traduxerant,et in Heduoꝝ fines peruenerunt.Amb.Transduco vsus est.De profundo ad lumen extrahunt fluctuantes,de infimis ad superna transducunt. Aliqñ traducere est ad ulteriora ducere.Plau. Traduce apud lineam plusculum.Aliqñ transferre. Mar . Traducta est Getulis. Vñ et traducere librum ex vna lingua in aliam quidam dñt,hoc ẽ interpretari.Aliqñ agere,siue ꝓterire.Cice.Ser. Sul.Qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus.Aliquando deridere,et infamia afficere,et velut in exemplũ proponere,vt est apud Euan.Ioseph,cum esset vir bonus, et nollet eam traducere.Mar. Multoq̃; traduceris Afer.Et traducere,nutrire,fouere,sustinere.Iuue.Altera,quos nudo traducit Gallia talo.

Traduces,in vitibus dñr,qui aliunde tracti , ac propagati sunt.Var.li.i.de re ru.Arbusta,vbi traduces possint fieri, vitium,vt Mediolanenses faciũt arboribus, quas vocant opulos.Var.appellat traduces rumpos, vbi ex arboribus,ĩ arbores traductis vitibus,vinea fit. Huius singularis nominatiuus est Tradux.Col.lib.xi.Si tradux traducem nõ contingit,media virga inter eas deligetur.Transferturq̃; ad genituram ex corpore in corpus de qua doctores ecclesiastici.Aliquando ad linguas. Vnde fama dicta est à Tertuliano serpere in linguarum traduces et aurium, propterea ꝙ fama in ijs qui loquuntur et ijs qui audiũt traducit,et quasi serpendo per linguas rumigerulorum ẽ aures curiosorum capit incrementum.

Tragos,latine hircus,Vnde tragçdia. Rursus tragos herba, ꝗ aliqui scorpion vocant, semipede alta folijs pusillis racemis rubentibus,grano tritici.Hinc paratragçdiõ.verbũ.

Tragus,conchç genus mali saporis.Suidas. τράγος παρὰ τὸ τραχὺ δέρμα ἔχειν πάχος τίς ὤν ἢ παρὰ τὸ τραχεῖαν φωνὴν ἔχειν τρέχειν, καὶ τρώγειν ἀμπέλους.

Tragũ,neu.gene.genus piscatoriç retis,qđ et verriculuз dř.

Tragçdia pe.cor.q̃uis apud grçcos producat ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς. Hoc est ab hirco,et cantu, quasi hirci cantus.Nam hircus dabatur in prçmium tragicis authoribus,qui rustici,et pastores erant. Vel ab hirco vinearum hoste,et à cantilena. Vel ꝙ vter eius musti plenus solenne prçmium cantoribus erat.Hora.Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Alij à fece putant ꝗ grçcorum quidam Trygan,et tryga vocant,appellatam, ꝙ ora sua fecibus perlinebant scçnici , ante vsum personarum ab Æschylo repertum.Idem, Ignotuз tragicç genus inuenisse camçne Dicitur, et plaustris vexisse poëmata Thespis. Quç canerent.agerentq̃; peruncti fecibus ora.

Tragicus,quasi hircinus,qui tragçdiam scribit.Tragice aduerbium significat crudeliter,quasi more tragico.

Tragçdus.qui tragçdiam canit,et recitat.

Tragelaphus,pe.cor.species cerui qui hirco,et cerno similis est barba, et villo distans ab alijs dř hircocernus, τράγος hircus, ἔλαφος ceruus,de quo in Deutero.habetur.

Tragopogus,pe.pro.herba in acetarijs laudata,quç à quibusdã Barbula hircina,ab alijs come, ꝙ folia hẽt instar croci in rotundũ sparsa , vulgo barba petrç dř in gallia transpadana,componit ãt ex τράγος qđ sigt hircum καὶ πώγων barba vt iure hirco barba nominetur.

Tragonia,herba,quç adalligata triduo dř ꝯsumeř lyenes.

Tragion,siue trogonis,herba quç nascit in Creta iuniperi similis.

Tragopa,auis in Æthiopia,quç cornibus arietinis prçfert caput armatum.

Tragemata,bellaria,scđm Mac.i.oẽ mensç secundç genus.

Tragea,siue tragia insula vna ex cycladibus.Ex qua Theogiton peripateticus Aristoteli familiaris.

Tragula,genus teli hasta dicitur, ꝙ scuto infixo trahatur. Salu.lib iiij.Histo.Auidissimis, atq; prçparatis ducibus et Metellus ictu tragulç sauciaretur.Plau.in Epi. Tragulas in te inijcere adornat,nescio quam fabricam facit.Et tragula rete,quod vulgo nunc tractam vocant.Plyni. Vsus suberis anchoralibus maxime nauiũ, piscantiumq̃; tragulis,et cadorum obturamentis.Dicta tragula, ꝙ ex vndis,vt plurimum tragatur.

Tragurium,insula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiç,in qua est ciuitas eiusdem nominis.Author Ptolo.li.ij.

Traho.is,xi,ctum,per vim duco.Trahimur inuiti, ducimur volentes.Virgi.Altaria ad ipsa trementem traxit.Aliquando simpliciter ducere.Lactan.libro.ij. Nec quicquam possit esse omnino , quod non originem à deo traxerit . Aliquando leuare.Cice.Atq; etiam ex puteis iugibus aquã calidam trahit.Aliquando protrahere.Salu.in Iugu. Adherbal,vbi intelligit omnes fortunas suas in extremo sitas hostem infestum,auxillij spem esse nullam,penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse.Aliquando remouere.Salu.Nisi ea res longius nos ab incepto traheret. Aliquando extendere.Virgili. Ille horridus alter Desidia. latamq̃; trahens inglorius aluum . Aliter idem vsus est Nec non et vario noctem sermone trahebat idest terebat vel consumebat. Huius verbi composita sunt, Abstraho, attraho,ad me traho.Cice.Treb. Me.qui te non Romam attraham,te,qui non huc aduoles.Contraho,detraho,distraho , extraho , intertraho , pertraho , perfecte , seu ad finem traho. Protraho, differo , prolongo. Terentius in Andria.Impetrabo,vt aliquot saltem nuptijs protrahat dies.Intraho, intro traho. Apuleius libro secundo Meta. Iam dies aderat diuino destinat vadimonio, et Sol inclinatus intrahebat vesperam.Retraho,retro,seu rursus traho.Idem postquaз poëta vetus poëtam non potest retra

here,à

here à ſtudio.Salu. Fuere tamen extra coniurationeȝ cōplures,qui ad Catilinam in initio ꝓfecti ſunt. In ijs erat Fuluius ſenatoris filius, quem retractum ex itinere, parens necari iuſſit. Hiero.im exo. Retrahe manum tuam in ſinum tuum. Subtraho proprie ſignificat ſub ſine de medio aufero. Lactan.lib.ij. Qui vel morte ſubtracti. vel abſentia fuerant ſeparati. Hiero.ad Iulia.Audio Fauſtinā tibi ſubita dormitione ſubtractam. Quandoꝗ ſurripio, furor.Plau.in Caſ. Nā peculij probam nihil trahere addecet clàm viro, et quę habet partem eius haud cōmodi eſt,quin viro,aut ſubtrahat,aut ſtupro inuenerit.

Tracto frequentatiuum eſt, quaſi frequenter traho, vel ſurſum traho.Teren.in Heau.Hęc arte tractabat virum, vt illius animum cupidum inopia incenderet.Et tractare eſt mereri,vt bene tractaſti me, ideſt bene meritus fuiſti de me.Iteȝ diſſerere,ꝙ ea,de quibus diſſerimus, frequenter tangere videmur. Hinc tractatus.Iteȝ frequenter tangere.Col.lib.vij. Talis notulę vitulos oportet,cum adhuc teneri ſunt, conſueſcere, manu tractari. Iuue. Per puppim et duros gaudet tractare rudentes.Iteȝ exercere, vt qđ medicorum eſt, promittunt medici, tractant fabrilia fabri.Item Gubernare.Cice. Bru.Fuit in cilicia mecum tribunus militum, quo in munere ita ſe tractauit,vt accepiſſe ab eo beneficium viderer, non dediſſe. Huius compoſita ſunt Attrecto. Hieron.in Gene.Si attrectauerit me pater meus, et ſenſerit, timeo putet ſibi voluiſſe me illudere, Contrecto,detracto,retracto, obtrecto,quaſi aduerſus aliquem tracto. Pertracto,perfecte tracto.

Tractus,us,ſpacium,regio,plaga, Virg. Indicio tractu ſurgens oleaſter eodem.

Tractim aduerbium,ſignificat trahendo in longum ſine intermiſſione,lōgo tractu,diutine.Plau.in Amphi. Quid ſi ego tractim tangam,vt dormiat. Virgi.Tum ſonus auditur grauior,tractimq́; ſuſurrat.

Traha,genus vehiculi,ſine rotis,quo coloni vtuntur,a trahendo dictum. Hiero.in lib.Para.Et fecit ſuper eos tribula,et trahas,et ferrea carpenta tranſire.Virgil.lib.i.Geor. Per epentheſim trahee dixit,ſicut nauita,pro nauta. Tribulaq́;,trahee,et iniquo pondere raſtri.

Trahax,auidus,rapax omnia ad ſe trahens.Plau.Eho lutū lenonium, eho ſterquilinum publicum, impure,inhoneſte, iniure, Illex, labes populi, pecunię accipiter,auide, atꝙ inuide, procax,rapax,trahax, trecentis verſibus tuas impuritates loqui nemo poteſt.

Traijcio,is, ex trans,et iacio,remotis n,et s,ſignificat traduco,tranſporto,trasueho.Nam proprie nautę, quę traijciunt,trāſportare,ſeu traſuehere, aut traducere dici pñt. Alij vero traducunt tantuȝ,cum traijcere dicuntur, ſicut lib.i. docet Liui. Prę ſe armentum agens nando traiecerat.Plancus.Exercituȝ ad Kalen.maias Rhodanuȝ traieci. In his exemplis non capitur traijcio, pro trāſporto,vt qdam volunt,dicentes. Traijcio exercitum,ideſt trāſporto exercitum trans mare,aut trans flumen.Traijcio mare, vel flumen.i.tranſeo. Liui. de ſecundo bel.puni.Amnem vado traiecit. Aliquando coniunctim.Idem Traiecit copias iberum.Aliquando traijcere eſt transfigere,transuerberare. Idem lib.ij.Contra quem,et ille concitat equum, tantaq́; vis infeſtis venientium haſtis fuit, vt brachium Ebutio traiectum,Manilio percuſſum pectus.Hinc traiectio,tranſitio.Cice.lib.i.de diui.Cum cęluȝ ex omni parte patens atꝙ apertum intuerentur,traiectiones,motusq́; ſtellarum obſeruauerunt.

Trallis, vrbs lydię non longe à Magneſia, ſita, in vertice quodam promontorium natura munitum habet,ab Argiuis,et Thracibus quibusdam ꝯdita.Sunt et alię Trallis in Phrygia,vbi ſunt Carię fines,hęc alijs nominibus dcā eſt Euantia,et Seleucia,et Antiochia.Hinc Trallianus,na, trallianum.Ci.in Phil.Trallianam,aut Epheſinam dicere putes. Extrallibus fuit Menodorus vir doctus.Hoc nomen trallis ſecundum Priſc. tantuȝ pluraliter declinatur, et tam actūum, q̄ nominatiuum in is tantum mittit, ſicut alpis,ſardis,et syrtis.

Tralucidum,quod per medium lucet. Ply. Suauiores albę vię,quoniam è tralucido facilius accipiatur aër.

Trama,ſubtegmen.Per.Mihi trama figura ſit reliqua.

Trames generis maſc. ſemita tranſuerſa.Liui.lib.v.Obliqs t ramitibus egresſi,à transmeando dicitur trames.

Trans prępoſitio eſt, quę ſignificat vltra, ut cum de loco ad locum,et de vno ad alterū, et de vna ad alterā trāſitionem facimus.Separatur qñꝙ vt trans mare,transmōtes.Sed plęrunꝙ componitur preſertim cū his literis.A,ut tranſalpinus.C,vt tranſcurro.D,ut traduco.E, ut tranſeo. F,vt transfero.G,vt trāsgredior.I.ut traijcio.L,vt tranſlego.M,vt transmigro,N,vt trano.P.ut tranſpono.S,Vt trāſcribo.T,vt tranſtigritanus,qui habitat trans Tygrim.V, ut trāſueho.Sed ſciendu3 eſt,ꝙ compoſita cum n,vel,i, conſonante,vel d,amittit n,et s,vt trano,traijcio, traduco.In reliquis manet integra,niſi cum s,in quo s,tantuȝ abijcimus,vt trāſcribo.Apuleius tñ docet, ꝙ ſi trans ponatur,cum eo,duco,pugno, poteſt retinere,et perdere ns, transduco,et traduco,tranſpono,trapono,trāſeo et traeo. In alijs retinet ns,niſi in trano,trado,traijcio.

Tranare,ſignificat vltra nare.i.natare. Liui.lib.ij.Multisq́; ſuper incidentibus, telis incolumis ad ſuos tranauit. Virg.Superant mōtes,et flumina tranant.Tranquillo,las. quietum facio. Augu.lib.viij.cō. Tranquillatur cęlum,et mare,et exultant nimis quoniam timuerunt nimis.

Tranſactus participium, idem eſt,quod ꝑteritus.Cic.lib.i. ad Herē. In conſequenti tp̄e ſpectabit,nunqd re trāſacta relictū ſit,qđ īdicet,aut fcm̄ eē maleficiū,aut à q̄ ſit fcm̄.

Tranſcēdo,ex trans,et ſcando,ſiḡt aſcendēdo transgredior.

Tranſcurro, ultra curro. Teren.in Eu. Tu abi.atꝙ obſera oſtium intus,dum ego trāſcurro ad forum.

Tranſcribo, idem, quod exſcribo, hoc eſt ab exemplarijs quicq̄ deſcribo.Quandoꝙ tñ ponitur,pro trado.Virgil.lib. vij.Et tua dardanijs tranſcribi ſceptra colonis.

Tranſeo,is,iui, et transij,itum,ultra eo,à quo tranſitio,et tranſitus,et compoſitum pertranſeo. Tranſire ad vitam apud Plyn.libro.xx.dicitur pro reuertere ad priſtinas ſuas uires,à,morbo.

Tranſitorius,ria,rium,quod cito tranſit.Leo papa:Hęc ego nō tranſitorie,ſed cū ingenti tremore debemus attēdere.

Tranſeunter aduerbium,à tranſiens, tranſeūtis formatū. Augu.lib.iij.ciui.dei.Quod vitium.Salu.magis tranſeunter attigit,hoc eſt in tranſitu,ſiue tranſeundo.

Tranſenna,per quam aſpectus tranſire poteſt, ſiue locus ꝑ quem tranſitus fit.Cice.lib.ij. de ora.pro feneſtra,ſeu cancello poſuit,cum ait.Nunc petis à Craſſo,ut illam copiaȝ, quàm conſtructam uno in loco, quaſi per tranſennam, prętereuntes ſtrictum aſpeximus, in lucem proferat.Trāſenna etiam funis extentus dr̄.Salu.lib.ij.hiſto.Trāſenna demisſum uictorię ſimulachruȝ cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam capiti imponebat Metello.Quandoꝙ ponitur pro decipulo,laqueo,et funiculo ad decipiēdum concinnato.Plaut.in Bac.Nūc è tranſenna hic turdus lubricum petit.Et in Ru. In ętate agenda hominum plurimę fiunt tranſennę, ubi decipiuntur dolis atꝙ ędepol in eas plęrunq́; eſca imponitur,q̄ ſi qs auidius poſcit eſcam auanter,decipitur,ut tranſenna,ſua auaricia.

Transferro,pe.cor.transferri dicitur res, cuȝ non remanet, apud eos,à quibus transfertur.Cic.lib.i.Offi.Quod ab Ennio poſitum in vna re,transferri in multas poteſt.Hinc translatio,quę fit, quotiens, uel deeſt uerborum proprietas,uel uitatur iteratio.Cice.autem tranſlationem uerborum maxime probat,lib.de opti.gene.dicē.cuȝ inquit.Sed Phalerius Demetrius meo indicio pręſtat cęteris, cuius oratio,cum ſedate,placideq́; loquitur,tum illuſtrant eam, quaſi ſtellę quędam tranſlata verba,atꝙ immutata.Trāſlata dico, vt sępe iam quę per ſimilitudinem ad aliam rem, aut ſuauitatis, aut inopię cauſa transferuntur.

Quinti.autem, quę sint verba propria, quęq; translata, quo modo transferantur, quę sit vitiosa translatio et cur reperta sit translatio, diffuse tradit lib.i.inst.dicens. Propria sunt verba, cum id significant, in quod denominata sunt, translata cum alium naturę intellectum, alius loco prębent. Vsitatis tutius vtimur, noua non sine periculo quodam fingimus. Et libro.viij. Transfertur igitur nomen, aut verbum ex eo loco, in quo primus erat, in eũ, in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est. Id facimus, aut quia necesse est, aut quia significãtius est, vt dixi decentius. Vbi nihil horum pręstabit, qđ transfert in proprium. Asco. scribit Translatiua dicta eẽ, non noua, nec nuper inuenta, sed aliunde translata. Trãs latinum grece μεταφορά, idest promiscuum, vulgare, publicum, indifferens. Translatiua sunt, et verba per metaphoram in alienum migrantia. Seneca. Translatiuas, siue translatitias sententias, quę sua oratorum suppellex est ꝓ locis communibus intelligit. Sunt et sacra translatitia apud Macrobium.

Transfugio, de loco ad locum fugio. Liui. libro. ij. Magna clientium comitatus manu transfugit.

Transfuga p.c. qui transfugit. Idẽ in eodẽ. Deinde metuẽs, ne si consulum iniussu, et ignarus omnibus iret, deprehẽsus forte à custodibus Romanis retraheret, vt transfuga fortuna tñ vrbis crimen affirmante senatum adit. Nec solũ, vt iurecon. inqt, trãsfuga is accipiendus ẽ, q aut ad hostes, aut à bello transfugit, sed et q ꝑ induciaꝝ tp̃s ad eos, cum qbus nulla amicitia est. fide suspecta, transfugit.

Transfigo. p. ꝓ. trãsfodio, seu transuerbero. Liui. li. i Stricto itaq; gladio, simul verbis increpans transfigit puellam.

Transfundo, is, de vase in vas fundo. Ca. Vbi dies triginta pręterierint transfundito, ita relinquitur, usq; ad uindemiam. Cice. Per translationem Dolobellę scripsit. Libentius omnes meas laudes, si modo sint aliquę meę laudes, ad te transfuderim.

Trãsgredior, trãseo, à pedũ gressu ꝓprie dr̃, sed authoritas vetusta liberiorẽ loquendi vsuз dedit. Salu. lib. i. Histo. Et de his, q nauigassent, et de ipsis, nauibus eo verbo vti voluit, in qbus gradus non fit deceptio. Nactus obscuram noctẽ ęstu secũdo, ac inde trãsgressus oẽs recepit mõs ꝑceptus à Lusitanis. Sic et trãsgressus, us, per transfretatione.

Transigo, is, pe. cor. ex trans et ago, significat transeo, seu vltra traduco. Sal. Sed multi mortales dediti ventri, atq; somno indocti, incultiq;. sicuti peregrinantes transegere. Hiero. Et immolantes deo sacrificium laudis, noctem totam transegere. Aliquando significat tracto. Terẽ. in An. Intus transigetur, si quid est quod restat. Aliquando conuenio, concordo, pacisco, compono et decido, quod pertinet ad creditores et debitores, vt debitor transigat cum creditore per decisionem, et ita lis, finitur. Cice. pro Roscio. Qui pro socijs transigit satisdat neminem postea eorum petiturum. Apule. Cum luce iam transegerat, idest cum vita decideraт tanq̃ debitor cum creditore, vt nil sibi amplius foret cum luce, vt luci resolueret totum, quod debebat, et sic transiret ad tenebras. Cice. Treba. puto cuз Auiano transigere possemus.

Transilio, is, pe. cor. ex trans, et salio sed s, abijcitur, sig̃t ultra salio. Colu. lib. vij. si fossam sine contactione transilit.

Translego, pe. cor. legendo transcurro, siue ultra lego. Plau. in Asi. Age quęso me hercle translege.

Trãsmigro, as, pe. cõi sig̃t habitatum eo, siue transeo, vel ĩ lõngiorẽ locũ domiciliũ, habitationẽq; commuto. Hie. Et persecuti eos sunt de ciuitate in ciuitatem, expellẽtes de Iudęa, ut ad gentium populum transmigrarent.

Trãsmitto, is, ultra, uel ꝺ loco ad locũ mitto. Ply. li. viij. Item cribraria, q̃ sili mõ in tertio remãsit cribro angustissimo, et tñ arenas transmittente. Aliqñ celeriter transeo. Virg. Alia de parte patentes Transmittunt cursu campos.

Transpicio, vltra aspicio. Lac. de opi. Per eas igitur membranas sensus ille, qui dr̃ mens, ea, quę sunt foris, transpicit.

Transtra, sunt loca, vel tabulę super quas sedent remiges. Virg. Transtra per, et remos. Et apud Ezechielem. Quercus de basan dolauerunt in remos tuos, et trãstra tua fecerunt tibi, ex ebore indico. Hęc etiam iuga dici solent. Virg. Inde alias animas, quę per iuga longa sedebant Deturbat, laxatq; foros. Et transtra tigna, quę transuersa à pariete in parietem porriguntur. Victru. li. v. Trabes etiam supra columnas, et parastata, et tantas ponuntur in contignationibus tigna et axes sub tectis, si minora spacia sunt et transtra, et capreoli, si commoda columen, et cãterij, sed et sedilia in nauibus.

Transuador, et transuado, as, pen. cor. per vadum traijcio. Hier. ad Helio. Per transla. Sed quoniam scopulosis locis enauigauit oratio, et inter cannas spumeis fluctibus cantes fragilis in altum cymba processit, expendenda vela sunt ventis, et quęstionum scrupulis transuadatis lętantium more nautarum, epilogi celeuma cantandum est.

Transueho, vltra veho. Salu. in Iug. Ex eo numero Medi, ẽ Persę, ẽ Armeni, cum nauibus in Africam transuecti ꝓximos nostro mari locos occupauere. Augu. Caro Iesu est Marię, quam transuexit honorans omnem humanam naturam, et multo magis maternam.

Transuerbero, as, transfigo. Ci. Mario. Sed quę põt esse hoĩ politico delectatio, cũ aut hõ ĩbecillus, à valentissima bestia laniat, aut ꝑclara bestia venabulo transuerberatur.

Transuersus, à transuerso esse debet, quod est in obliquus uerto licet nondum legerim. Colu. li. ij. Sed in arando maxime obseruandũ est, vt transuersus mons sulcetur. Cice. li. iiij. ad Herẽ. Ecce ibi iste de transuerso. Heus inqt adolescens pueri tui modo me pulsarunt, satisfacias oportet.

Transuolo, as, pe. cor. ad aues ptinet, sed per transla. ponit pro transcurro, vel pro repente accedo. Hier. ad Da. Meq; dubiũ, ẽ qđ facerem nescientem ita festinus exterruit, vt oĩbus ꝑtermissis ad scribendum transuolarem. Plaut. in Epi. pro transfugio posuit. Transuolauerunt ad hostes.

Transsumo, ex alio sumo. Vnde quę ex primis tabulis transcripta sunt, solemnitate iuris adhibita, dicunt transsumpta, et actus ipse transsumptio.

Transsumptio figura est, quam gręci μετάληψιν vocant cum rem ex alio, ad aliud transmouemus.

Transiio, is, ex trans, et suo, sed s, abijcitur. Col. lib. viij. Media pars descripti orbiculi eadem fibula transiuitur.

Trapetes, vel trapetum, et Trapeta secundum Var. pe. pro. mola olearia à τρέπω voluo, seu verto. Var. à terẽdo dedu cit. Virg. li. ij. Geor. Teritur sycionia bacca trapetis.

Trapeza, mensa, seu tabula, qua argentarij vtuntur.

Trapezitę, pe. pro. mensarij, pecuniarum campsores. Plau. in Cap. Subducam ratiunculam quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. Hiero. contra Rufi. Quasi bonus trapezita adulterinę monetę pecuniam reprobet.

Trauli, qui maiore difficultate loquuntur. Vnde et traulis. Lucr. li. iiij. Magna, atq; manifesta cataplexis, plenaq; honoris balba loqui non qui traulis muta pudens est.

Trebia, fluuius extra Placẽtiã, apđ quẽ Annibal Romanos vicit. Est et Trebia Celtiberoꝝ ciuitas q̃ ẽ pars Hyspanię.

Trebula oppidum fuit haud longe ab vrbe, vt scribit Ply. Et olim trebulanis ciuitas data fuit. Hinc Casei trebulani dicti sunt de quibus Mar. Trebula nos genuit, commedat gratia duplex, Siue leui flamma, siue domamur aqua. Proper. trebulanos sunt et alij populi nomine Trebiani authore Ply. li. iij. Sue. in Tybe. Iterum eo censente Vt trebianis legata in opus noui theatri pecuniã ad munitionem uię transferre concederet. obtinere non potuit.

Tremo, is, à similitudine uocis, quę tunc cum ualde tremuit, apparet. Quo etiam ĩ corpore pili, ut arista in spica ordei horrent. Et tremere quidem commoueri, seu agitari significat. Plau. in Asi. Non placet, pro monstro est qñ qui sudat tremit. Interdum ponitur pro timere. Virgili. lib. ij. Hic alud maius miseris, multoq; tremendum. Huius ꝯposita sunt, Cõtremo ĩtremo, intus, seu ualde tremo.

Virgi.

Virg.li.iij.et fessum quotiens motat latus intremere omnem Murmure Trinacriam. Pertremo, ualde tremo. Et habent penul.corre.

Tremisco, scis, tremore concutior. Virg.lib.iij. Sonitumq́; pedum, uocemq́; tremisco. Hinc contremisco et pertremisco. Lactan.lib.vij. Itaq; trepidabant omnes, et ad luctuosum illum sonitum contremiscent. Hiero.contra Vigil.ita totus, et corpore, et animo pertremisco.

Tremefacio, sicut et sonat. Virgil. Tum uero tremefacta nouus per pectora cunctis Insinuat pauor.

Tremor, modo ipsam cōmotionem, seu agitationem, modo timorem significat. Virgil.lib.ij.Geor. Vnde tremor terris. Et alibi, Cur ante tubam tremor occupat artus? uenit tamen ex greco τρέμω, et illa, quę deducuntur.

Tremebundus, abunde tremens. Cice.lib.iij.ad Heren. Sin erit sermo in locutione leuiter, et tremebunda uoce cum parua significatione risus.

Trepidus, da, dum, idem, quod pauidus. Cuius contrarium est intrepidus. Eius dimi.est trepidulus. Gel. Pulli trepiduli, circūstrepere. Et trepidus uestinus. Virg.li.iij. Hic me, dū trepidi crudelia limina linquunt. Immemores socij uasto Cyclopis in antro deseruere. Ser. Trepidi festini, ut per timorem, non per odium relictus fuisse uideatur.

Trepido, das, pe.cor.timeo. Ambr. Trepidare uirginum est ad omnes ingressus uiri pauere, omnesq; uiri affatus uereri. Et trepidare, festinare. Virg.lib.iiij. Dum trepidāt alę, saltusq́; indagine cingunt.

Treueri, populi Gallię, inter Belgas, in confinibus Germanię. Neruijs finitimi.

Tressis, tres asses. Persius. Non tressis agaso.

Tris, à greco, Nam gręci τρεῖς dicunt. Vnde trias, adis trinitas. Alium significat ualde. Hinc trifur, trismegistus.

Triangulus figura tres angulos habens, quā gręci τρίγωνον uocant. Hinc triangularis et hoc triangulare.

Triarchus, nauis triremis pręposit⁹, ab archon princeps.

Triarij, erant milites fortissimi, qui in legione romana ultimi erant. Hi, si quando res fuisset in periculo, in fronte acieꝝ, poplitibus flexis stabant, ita, ut potius animā amitterent, q̄ de loco decederent. Vnde ortum est illud prouerbiū cū res sunt dubię. Ventū est ad triarios. Var. Triarij dicti, ꝙ in acie tertio ordine extremis subsidio ponerent. Plaut. Agite nunc subsidete omnes, quasi solent triarij.

Tribus, us, à tributo dando, uel ꝙ ager romanus primo diuisus in tres partes fuerit, et tres partes populi factę, una Tatiensium a Tatio sabinoꝝ rege iam amico post foedera, alia Ramniū, siue rānensiū, à Romulo. Tertia Lucerū, à Lucumone. Var.n. scribit Romulum dimicantes contra Titum Tatium, à Lucumonibus, hoc est thuscis, auxilia postulasse. Vnde qdam uenit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars urbis est data. Vnde in urbe thuscus dictus ē uicus. Siue ut aliqui uolunt, à Luco quem Asylū uocauerat Romulus. Ergo in tres partes diuisus erat populus adeo, ut qui etiam uni pręerat parti, tribunus diceretur, et sumptus dati populo tributa uocantur. Sed postea alię quoq; partes urbis factę, q̄ similiter tribus appellatę sūt. Nam in sex partes fuit distributa ciuitas in primos, secundosq́; Tatienses Ramnos, Luceres. Quęlibet ex tribubus decem curias continebat, quę de nominibus Sabinoꝝ appellatę sūt. Varro, Festus, Plutarchus, et Asconius. Dissentit paulum Liuius scribens, à Romulo centurias equitum tres fuisse conscriptas Rānenses, et Tatienses, et Luceres, nec uidetur existimare totum populum in hos fuisse distributum, sed solos equites. Augu.in psal.interꝑtatione sic scribit. Tribus alio nomine dici possunt curię, sed non proprie. Nam proprie, si diximus curias, non intelligunt, nisi curię, quę sunt in ciuitatibus singulis singulę. Vnde Curiales, et decuriones.i.ꝙ sint in curia, uel de curia. Et nostris, quia tales curias, singulas habent singulę ciuitates. Sūt autem, uel erant aliquādo in istis quoq; ciuitatibus, curię etiam populorum, ē una ciuitas multas curias habebat, sicut Roma.xxxv.curias habet populi. Hę dicuntur tribus. Has populus israel.xij.habebat, ꝑ3 filios Iacob. Ply.refert quatuor solas urbanas tribus fuisse appellatas à partibus urbis, in quibus habitabant. Nā Suburrana, Palatina, Collina, et Exquilina dicebantur.

Tribulis, pe.pro.qui ex tribus est. Hora. in epi. Vt cū pileolo sedeas ꝑuina tribulis. Cice. Ser. Lucio Cosinio amico, et tribuli tuo ualde familiariter utor. Hinc cōtribulis, qui ex eadem tribu est. Hiero.li.ij.Macha. Quod cū rex annuisset statim ad gentilem ritum contribulos suos trāsferre cępit.

Tributim aduerbium, significat, per singulas tribus.

Tributum, à tribubus. Var. dictū ostendit, ꝙ ea pecunia q̄ populo imperata erat, tributim soluebatur. Festus. Tributum dictū, qa ex priuato in publicū tribuit. Sumi postea hoc uocabulū cępit largius pro oī munere, qđ à subditis soluitur, dicitur et tributus. Plau.in Epi. Tributus maior.

Tributarius, qui soluendo tributo obnoxius est. Insti. lib.i. Sed ciuitates, quę medoꝝ tributarię fuerant. Tributarius quod debetur, ut ait Hiero.lib.Macha.

Tribuni dicti, ꝙ tunc in tres partes populus diuisus erat et ex singulis creabantur, uel quia tributū suffragio crearent, uel quia ut Vege.inquit, ꝙ tribuebant iura militibus, uel quia ut Hiero.inquit in Isaia ꝙ pręsint tribui, à gręcis dicti sunt chiliarchi, et pręerant mille uiris. Tribuni etiam uocati sunt, qui magistratum gerebant, ut regum tempore tribuni celerum, qui centurijs pręerant, postea facti sunt tribuni militares in castris, qui parem cum consulibus haberent potestatem, qui imperatori opponebantur, pro militibus. Tribunorum militarium, sicut docet Asco. duo sunt genera. Alij rufuli dicunt, q in exercitu creari solent. Alij sunt comitiati, qui Romę comitijs designantur. Tribuni militaris officius est, ut miles ueste indutus, armis bene munitus exercitationis usu, et disciplina eruditus incedat. Olim tribuni militum consulari potestate ꝑmiscue ex pr̄ibus ac plebe creati sunt. Alij fuerunt tribuni plebis, q ī defensiōe plebis à pr̄ibus facti sūt anno ferè.xvij.post exactos reges. Alij tribuni ęrarij dicti, ab eo, ꝙ his attributa erat pecunia, quā militi reddebant.

Tribunitius, qui tribunus fuit.

Tribunitius, tia, tium, quod ad tribunos pertinet. Salu. Nam postq̄, Cn. Pompeio, et M. Crasso consulibus tribunitia potestas restituta est.

Tribunatus, us, ipsa tribunoꝝ dignitas. Cice. Lel. de Caij, aut Gracchi tribunatu, quid expectē, non libet augurari.

Tribunal, pen.pro. locus excelsus, in quo residebat, qui ius tribubus redderet.

Tribuo, is, bui, tum, quasi tributus do, concedo. Sed hoc beniuolentię eius tribuendum est. Aliqn̄ capit, sicut uendo. Hiero.in Deutero. Aquam pecunia tribue, et sic bibemus. Aliqn̄ capitur pro assumo, ut tu mihi multus tribuis. Aliquando pro fauere. Cice. Crassipedi. Cum uniuerso ordini, publicanoꝝ semꝑ libentissime tribuerim. Huius compositā sunt Attribuo, contribuo, simul tribuo, hoc est alijs partem facio. Distribuo, diuersis modis tribuo. Teren.in Adel. Argentū annumerauit, illico dedit, pręterea in sumptum dimidium minę id distributum est sanè ex sententia. Retribuo, quasi retro tribuo, hoc est renumero.

Tribunus, pe.cor. spinę genus, à semine triangulari dictus, uel quia cuspidatus trifariam feriat. Oui.lib.x.Meta. Loliū, tribuliq́; fatigant Triticeę messes.

Tribula, lę, et tribulum, genus uehiculi, quo frumenta in area teruntur, à tribus lateribus sic appellatur. Augu.lib.8 ciui.dei. Nam sicut sub uno igne aurum rutilat, et palea fumat, et sub eadē tribula stipulę comminuntur, frumenta purgantur. Vir.li.i.Geor. Tribulaq́;, traheęq;, et iniquo pōdere rastri. Var. E spicis in area excuti grana. quod fit apud alios iumentis iunctis et tribula.

Tribularium, à tribula fieri uidetur, et significat locum ubi tribulę reconduntur, ut est apud Col.

Tribulor, uerbum factum, ab angustia, et dolore illoꝝ, quā

tribulū ferri,vel tribulum herbam calcauerit, quę oritur in lacubus, et paludibus trigoli, vel ferrarię, vulgariter etiam murex, angulata est, iaciatur,vt vis semper cuspis est erecta,bellicum ferramentum est.

Tribrachus,pe.cor.pes ex tribus breuibus syllabis constās, à τρεῖς & βραχὺς, qđ signt breue,vt Tecorydō ó Alexi.Vbi don ó A tribrachus est,cū vocalis,ante vocalē breuis fiat.

Tribades mulieres dictę sunt fricatrices,quę portētoso coitus genere in sexū suum libidinē exercent ἀπὸ τοῦ τρίβειν, quod significat fricare.

Tribaces,viri attriti flagris,nam τρίβω significat tero.

Trichila,pe.cor.sunt vasa habentia tria labra è quibus liquor effluui potest de quibus,et apud Cęsarē com. belli Pompeiani,et apud Colu.fit mentio.

Tricaptum,vestis genus est ꝙ tantę subtilitatis fuit vt pilorum,et capillorum habuisse credatur,pro quo Hiero.interpretatus est illud Ezechielis. Et circundedi tetricapto.i. subtilibus nouis.n.rebus,noua fingenda sunt nomina.

Trica, Apulię oppidum.Vide in Apina.

Tricę , capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti. Quoniam vero gressum illorum impediant factum est vt omnia impedimēta tricę dicantur.Plau. in Cur.Quod argentum tu mihi?quas mihi tricas narras?Inde extricare,et intricare,pro expedire,et impedire.

Tricephalus,pe.cor.qui habet tria capita.

Triceps,trium capitum.Seneca.Tricipitem secum beluam manibus trahens.

Triclinium, latine discubitorium dici potest. Est enim locus,in quo discumbebant,et cęnabant pręcipue in conuiuium accepti,à tribus lectis,quos sternebant conuiuis. Nam tris mensas in conuiuio apponere veteres solebāt, et iacendo cęnare , sicuti turci faciunt, τρεῖς enim tres, κλίνη lectus dicitur. Hinc Hora.Sępe tribus lectis videas cęnare quaternos. E' quibus vnus auet quauis aspergere cunctos pręter eum,qui prębet aquam. Iuue. Ergo duas post Si libuit,mensas,neglectum adhibere clientem. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto.Vna simus ait. Virgi. Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto, in quorum vno dominus epulabatur in altero vxor cum familia assidebat,in tertio amici,et reliqui qui superuenissent. Et iuxta mensas totidem thori vbi discumberent.Quint.locum intellexit,dum ait.Vix eo limen egresso triclinium illud,super conuiuas corruit.Apul.lib.x.Iam deniq; cęnati, è triclinio domini decesseramus,Hunc locum Cicero appellat Conclaue.Cuius hęc sunt verba. Hoc inter spatio conclaue illud concidit . Proprie tamen conclaue dicitur quicunq; locus secretior, vbi colloquia fieri solent . Habetq; vnam clauem commune domesticis,nec est oībus ad eum eundi potestas.Victruui. In triclinarijs. cęterisq; conclauibus maximus est vsus luminum. Constat igitur triclinium ,et lectos discubitorios,et ipsam cęnationem,idest locum, vbi semper lectis cęnaturi discumbebāt significare. Sed postea triclinium per abusionem apparatus ad mensam factus,dici consueuit,et coacta in locum vnū parande paucorum cęnę, suppellex necessaria. Hinc Architriclinus,qui huic ministerio pręest.Vnde Cice. Sterni triclinia, et in foro sterni iubebat . Sic Biclinium locus attributus conuiuio,à duplici ordine discumbentium.Plau.in Bac. Aduortite Mnesiloche,et tu pistoclere iam facite in biclinio,cum amica sua vterq; cubitum eatis.

Triclinarius,minister,qui in triclinio ministrat.

Triclinarius,ria, rium, et triclinaris, et hoc re ,quod ad triclinium pertinet, vt mappę triclinares, et lecti triclinarij . Triclinarium.Plyni.lib.ix. Qua purpura quis nō inquit triclinaria facit?

Tricolon,pe.pro.latine trimembre dicitur.

Tricones,morosi,et ad ridendum duri,velut inquit Ioannes Baptista Egnatius vir vtiq; eruditissimus,ex sententia festi. Tricones dicuntur contentiosi et litium peramantes.Vnde Iul.Capito.in Ælio vero, fertur, et nocte perpete alea lusisse,cū in syria concepisset id vitium,atq; in tantum vitiorū Gaianorū, et Neronianorū,ac vitellianorum fuisse emulū,vt negaret nocte per tabernas,ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio,et commisceretur cum triconibus,et committeret rixas dissimulans quis esset, sępeq; afflictum liuida facie redijsse et in tabernis agnitum cum sese absconderet.

Triduum,spatium trium dierum,à quo triduanus,a,um. Vnde Triduanas inducias legimus.

Trichrus,genus lapidis,à tribus coloribus succi.

Tridens , Neptuni sceptrum , et quicquid habet tres dentes tridens dicitur.

Triemeros,latine triduanus,pe.cor.

Triennis,triū annoꝝ.Nā triennis,trimus,et triū annorum idem signt. Vnde Hiero.in testamento veteri.Sume mihi vaccam triennē,et capram trimā,et arietē annorū trium. Hinc triēniū spaciū triū annorum , triennale adiectiuū.

Triens,nummi genus tertia pars assis.Iuue.Non habet infęlix quem porrigat ore trientem. Item sumit pro calice. Proper. Cum fuerit multis exacta trientibus hora. Apud Victru.Trientes,siue quod idem est trientalis materia nomen habent à mensura,ꝙ asseres instrumenti eius triētale,hoc est crassitudine quatuor vnciarum essent.

Trientalis,herba,à mensura dicta est,idest quę folio trientem ęquet amplitudine.

Triental,genus vasis,tertiam partem sextarij capiens. Persius.Calidumq; triental Excutit è manibus.

Trieris,pe.pro.nauis magna,quę gręce Durachō, à tribus sessionibus.Latine triremis,aut penè idem Hiero.in li.Nu. Venient in trieribus de Italię superabunt Assyrios.

Trierarchus,pręfectus trieris.Ci.in Ver.actio.iij. Qua de re Charidemum chiū testimonium priori actione dicere audistis sese,cum esset trierarchus.

Trieteris,pe.pro.spacium trium annorum.Sta.li.iiij.The. Ludus, et atra sacrum recolet trieteris Ophetem. Martia. Aspicis,vt paruus nec adhuc trieride plena. Regulus audi ditum laudet,et ipse patrem.

Trietericus,triēnalis,à τρεῖς,& ἔτος annus.Hīc trieterica appellata sunt sacra Bacchi,quia triēnalia, quę tertio quoq; anno sumptuosiora annuis eius orgijs agitabant.Instituta sunt.n.cum ex india victor redijsset à triēnio quo peregrinatus est.Oui.li.ix.Meta.Vtq; tuę moto proles semeleia thyrso Ismarię celebrant repetita triennia bacchę.

Trifaux, tres fauces habens. Vnde Cerberū trifaucē vocāt.

Trifax,vel triforum telum longitudine trium cubitorum.

Trifariam aduerbium,significat tripertito.

Trifer,a,um,quod ter fructus producit.

Trifidus,a,um,pe.cor.quod in tres partes diuidi potest.

Trifinium,dicitur,vbi trium agrorum terminus est.

Trifolium simoniamum,herba est, quę inuenitur fragosis locis,efficacissima traditur contra viperę venenum, odoris grauis, neq; absimilis bitumini . Et idcirco gręci eam ἀσφάλτιον appellant, nostri autem propter figuram acutā trifolium vocant.Nam longis,et hirsutis folijs viret,caulemq; robustiorem facit,q̄ pratense.

Trifur,trifurcifer,tricerberus,plus,q̄ fur,plus,q̄ furcifer magnus cerberus , nam tri pro valde quandoq; acipitur à gręcis.Plau.Non fur,sed trifur.

Triga,quasi triaga,à tribus equis iunctis,currus, qui à tribus equis trahitur. Inde trigarium dictum trigarum curule certamen.Plyni.lib. xxviij. Ferunt Neronem principem hac potione recreari solitum , cum sic quoq; se trigario approbare vellet. Et libro.xxi.digest. Et si triga venierit,retinenda erit rota,et si quadriga redhibeatur. Trigarius etiam locus iuxta campum Martium.Plyni. libro vltimo. Ne equos quidem in trigarijs pręferri villis vernaculis animaduerto.Apud Martianum quoq; Capellam. lib.ix.qui de musica inscribitur.Trigarium inquit,supplicantis semper germanitatis adueniet , hoc est trigemina inquit illa mulier, siue tres in vnius nōis vocabulo conspirantes.

spirantes. Trigam etiam humum veteres vocabant.

Trigamus, pe. cor. qui tres duxit vxores. Hiero. contra Ioni. Currit ad Abraam, Isaac, & Iacob, ex quibus prior trigamus, secundus monogamus, tertius quatuor vxorum est, Liæ Rachel, Bale, et Zelphæ.

Trigo, as, stringo. Vñ obtrigo, qđ est iureiurando astringo.

Trigon, pilæ genus, et turtur.

Trigonia, ętas tertia.

Trigonus, pe. pro. triangulus, triangularis. Hinc Trigonalis, forma, quæ tribus lineis constat. △ Manil. li. ij. Quo circa non omnis habet genitura trigonos.

Trigonus, a, um, idem in eodes. Quę tribus emensis signis facit astra trigona.

Trigonicus, a, um, vt trigonica radiatio apud Firmicum.

Trigemmis, quid significet, declarat. Colu. lib. iiij. cum ait, Vallis, et vliginosi campi situ serimus etiam trigemmem, qui est paulo minor dodrãte, longior vtiq; semipede, isq; nõ ab eo trigẽmis dictus est, ꝙ oĩno triũ oculoꝝ est, cum ferè circa plagã, qua matri abscisus ẽ, plenus sit gẽmarũ, sed ꝙ his exceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemq; gemmas habet.

Trigeminus, idẽ, qđ tres. Col. li. viij. & Capella. Parit ãt, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunq̃ trigeminos.

Trigla, genus piscis, qui à nostris mulus dicitur, et barbo. Hinc trigles, lapillus, ꝙ muli colorem habeat.

Trilices, pe. pro. vestes, quę ex tribus licijs constant, seu ex triplici ordine texturę, sicut loricę apud Virgi. auroq; trilicem loricam. Interdum tamen trilices triplicem dicimus.

Trimus, a, um, quod est trium annorum, à quo trimulus diminutiuum, et Trimatus, tus, et trima dies.

Trimetrũ, pe. cor. carmen ex tribus pedibus constans.

Trymma, dicitur vinum ex aromatis, in quod iuncus, et myrrha, et calamus iniici solebat.

Trimorion, à tribus signis dictũ est. Tria vero signa partibus nonaginta ↄstant. Erit ergo trimoriõ pars ab horoscopo genituræ nonagesima. Itemq; à situ lunę altera nonagesima, vnde vaticiniũ vitę, substãtiarumq; sumat.

Trimestris, trium mensium.

Trinundinum. Vide in dictione nundinę.

Trinacria, ĩsula, quę et Sicilia, Sicania et triquetra appellatur, à tribus ꝓmontorijs, dicta est trinacria Pachyno. s. Lilybeo, et Peloro, et ἄκρα summitas. Hinc Trinacris. Oui. in Fas. Terra tribus scopulis vastum procurrit in ęquor. Trinacris à positu nomen adepta loci.

Trinepos, pen. cor. ab nepotis filius, ꝙ sit post tres à nepote.

Triobolus, p. cor. quasi homo parui pretij, à tribus obolis. Plau. Non ego homo trioboli sum. Hinc sit triobolaris vilis, et pretij trium obolorum.

Triodos, latine triuium dici potest.

Triones, quasi teriones, boues aratorij. Vnde septem stellę septentriones nostri veteres à bobus iunctis appellarunt, ex quibus figurantur.

Triparcus, valde parcus. Vnde triparcos homines vetulos.

Triptior, in tres ptes diuido. A' quo Triptito aduerbium.

Triplex, quod est trium plicarum. Vnde triplico, as. Interdũ triplex sumitur pro quodam tabellę genere, quo scribi epistolę solebant. Martia. Tunc triplices nostros non vilia dona putabis. Cum se venturam scribet amica tibi. Vide supra in dictione duplex in alio significato.

Triplus, a, um, eius significationis est, quo et triplex.

Triplaris numerus dicitur, cum ex duobus minor, ter in maiore numeratur, vt sunt tria ad vnum.

Tripolis, oppidum trigeminũ, qm̃ Tyrij sidonij, et Arabij illud obtinent. Hinc tripolitana regio dicta est. Sunt aũt duæ hoc nomine. Africana. s. et Siriaca in Phęnice. Oppida tripolis africanę sunt Abrotonum, Tophia & Leptis magna. Pompo. Locus ex numero tripolis dicitur.

Triptota, penul. pro. nomina sunt quę tribus tantum casibus declinantur penul. pro.

Tripus, dis, et tripoda, dę, pe. cor, dicitur oẽ, quod habet tres pedes. Vsi sunt veteres tripode, tum ad delicias, tum ad edendi necessitatẽ. Tripodes erant mẽsę ĩ templo Apollinis delphici, qbus supponebãt Phębades, q̃ et cortinę dicebant, et vaticinabant. Ply. li. xxxiij. Ex ęre factitauerunt et cortinas tripodũ noĩe delphicas, gręci viros fortes tripodibus donabant, quia nõ facile succumbãt. Virgil. lib. ix. Et tripodas geminos auri duo magna talẽta Hor. li. i. Carmi. Donarem tripodas pręmia fortium Graiorum.

Tripudiũ, quasi terripauiũ. Sic. n. primo dictum est, post terripudiũ, deinde tripudium est dictum à pauio, ferio. Vnde tripudia solistima dicebant anguria, quę fiebant, quoties offa, quę pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solum. Ita enim à solo solistinum, vt à medio mediastinum dicitur. Cum igitur offa, ex ore pulli ceciderat, tum auspicanti tripudium solistimum nunciabatur. Tripudium etiam saltatio dicitur similiter à pauienda terra ꝙ scilicet saltando terra pauitur. Liui. Ferre, ac per vrbes ire cum tripudijs, solenniq; saltatu iussit.

Trips, vermiculus lignarius.

Triquetra, pe. pro. figura triangularis. Quo nomine dicta est sicilia. Hora. Quid militibus promissa Triquetra? Inde Triquetrus, tra, trum. Syl. lib. v. Hunc Aethnea cohors, triquetris, quam miserat oris.

Triremes, pe. pro. dictę sunt, quas vulgus galeas vocat. licet duos tantum remorum ordines habeat in lateribus. Nas biremes naues duorum ordinum sunt, triremes, trium, quadriremes, quatuor. Gręci trieres vocant.

Trimegistus τριμέγιστος. i. ter maximus, quo noĩe dictus est Mercurius qui ἑρμῆς trimegistus, qui fuit nepos maioris mercurij, quẽ fabulant fuisse filiũ nili. Hũc trĩ scđm asserunt occidisse argum, egyptijsq; pfuisse, et leges literasq; tradidisse, sed literaꝝ characteres aĩalium arborumq; figuras habuisse. Hic ↄdidit vrbem quã à se hermopolim noĩauit. Dictus est aũt Trimegistus, ꝙ et philosophus maximus et sacerdos, et maximus deniq; rex fuerit. Consueuerunt. n. egyptij ex omni philosophorum numero sacerdotes ac rursus ex sacerdotibus regem eligere. Hic autem vt philosophos sapientia, ita religione sacerdotes excelluit, ac mox in imperio administrando superiores omnes reges superauit. Hic primus à physicis ad diuinoꝝ speculationem se erexit. Primus de maiestate dei de demonum ordine animarumq; mutationibus sapientissime disputauit. Scripsit multa volumina, quibus arcana mysteria et oracula panduntur. Non enim vt philosophus solum, sed vt propheta futura sępe predicit, Ruinas priscę religionis vidit ortum nouę, fidei, aduentum christi, futurum iudicium, resurrectionem, renouationem seculi, bonorum gloriam tormenta nocentum prędixit.

Tristega, pe. cor. nam per s, scribitur à gręcis, significat tricameratum, nomen compositum à stega. qui est locus nauis. Stega vero à sto, stas fit. Plau. in Bac. Forte, vt assedi in stega. Vel verius dictio gręca, ἀπὸ τοῦ στέγος deducitur. Est autem στέγος tectum vel ἀπὸ τῆς στέγης. Et est στέγη, casa, siue tectum. Vnde διστέγα et τρίστεγα, idest bitecta, & tritecta, seu bicamerata et tricamerata. Est autẽ nomina tiuus pluralis, à singulari tristegum.

Tristis proprie męstus dicitur. Virg. Tristis at ille tamẽ cãtabitis Arcades inqt. Sed qa tristitia in fronte hoĩs crudelitatis, grauitatis, irę minarũ, studij, difficultatis indiciũ est, fit vt tristis aliqñ pro seuo accipiat. Virg. Illi mea tristia facta. Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Aliqñ pro graui. Cic. Qui numero optimatũ, et principum reliquit grauitatis suę illũ tristẽ, et plenũ dignitatis. Aliqñ pro irato. Lucil. Timeo certe, ne sit mihi tristior. Aliqñ pro minaci. Isq; adytis hęc tristia dicta reportat, inquit Virg. Aliquando pro docto. Lucili. Addo eosdem tristis, ac seueros philosophos. Cice. Iudex tristis, ac integer. Aliquando pro amaro. Virg. Tristisq; lupini Sustuleris fragiles calamos. Aliquando pro difficili. Ci. in Ca. Facilius in morbos incidunt adolescentes grauius ęgrotant, tristius cu/

rant. Aliqñ ꝓ horrido. Mar. Amator ille tristiũ lacenarũ.

Tristo, stas, tristem facio. Vnde et contristo. Virg. Et pluuio contristat frigore cęlum. Est et tristor deponens. Vnde & contristor, vt contristatus est rex, propter iusiurandum.

Triptolemus, nomen proprium viri, qui fertur in attica regione vsum frugum primus inuenisse.

Triticum dicitur, quod tritus est ex spiscis. Hinc Triticeus, a, um, vt panis triticeus.

Tritones, Vide in dictione Concha.

Trito, as, frequen. est à tero, teris, et significat minutiꝭ tero.

Trituro, as, pe. pro. significat tero, et ad segetes pertinet. Et habet primã syllabam longã q̃si abtero, triui tritũ. Hinc tritura. Virg. Magnaq; cum magno veniet tritura calore.

Tritonia dicta est Minerua, ꝙ temporibus Ogygij regis ad lacum Tritonis virginali primum habitu apparuent. Triton autem fingitur esse maris deus Neptuni, et Salacię marinę deę filius, ꝙ primum in tritone africę palude visus fuerit, vbi ait Herod. virgines annis singulis se purgare lampadibus, et lignis in veneratione Palladis. Dio. scribit dictam Tritoniam, à Cretę filio tritone. Vel ideo dicta ē Tritonia vt Callistheni placet ꝙ hęc dea τρίτη μηνὸς, idest tertia mensis die nata est qui dies, vt eiusdem natalis festus atheniꝭ transigebatur. An ideo potius appellata sic est ꝙ è patris vertice prosiluisse dicit. Et caput Tritó bęoti vocãt. Forsitan inde dicta magis sit ꝙ eadem luna creditur. Est et triton piscis magni genus, Pausanias dicit se romę vidisse, tritonem cuius caput comosum eẽt vt ranis palustribus, corpus squammosum, vt squatinę, branchias sub aures, nasũ hominis, os amplius, oculos glaucos, manus pręterea, et digitos, et vngues, subtus aluum caudam habens vice pedum, vt delphini.

Triumuir, nomen magistratus, quem tres collegę administrant. Triumuiri triplices fuere. Capitales, Mensarij, Nocturni De capitalibus sic habet Pompo. de ori. iuris Triumuiri capitales constituti sunt, qui carceris custodiam haberent, et cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret, de Mensarijs Liuius commemorat. Triumuiri mensarij creati sunt. ijq; nummularijs, et monetę omnis generis, et formę cusoribus pręerant. De nocturnis meminit Cornelius Tacitus. Triumuiri nocturni, ꝙ ad incendium in sacra via ortum tarde venerant, à tribuno plebis die dicta damnati sunt.

Triuium, et quadriuium, q̃uis pro loco, in quo tres, vel quatuor sunt vię poni consueuerint, sumit tamen qñq; pro loco frequenti, quo antiq conuenire solebant. Catul. Omnibus in triuijs vulget fabula passim. Iuue. Nonne libet medio ceras iplere capaces quadriuio? Erant ẽt rusticorꝫ sacris attributa. Nã illic oues cedebant, et serta appẽdebantur. Tibul. Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris. Seu vetus in triuio florida serta lapis.

Triuialis, et hoc lę, à triuio fit. Vnde triuialis scientię magistri à Quinti. dicuntur, qui in triuijs docent. Hinc triuialiter aduerbium. quod significat passim, vulgo, vbiq;. Grammatica dicitur triuialis scientia, quia in triuijs docebatur. Triuialis vero lingua vulgaris, qua in triuijs pueri grammaticam discentes vtebantur.

Triuia dicta est Diana, ꝙ triuijs pręesset, propter quod tris facies habere fingebatur. Virgil. Tria virginis ora Dianę. Ouid. Ora vides Hecates in tris vergentia partes. Seruet vt internas compita secta vias.

Triumphus qdam grecũ putant. Nam θρίαμβον appellant gręci, nos aspiratione ex prima in nouissimã syllabam trãslata, et b, mutata, in p, dicimus triumphũ. Var. à Baccho huius rei iuentore. Alij, à θρίαμβω, liberi patris cognomine qui primus triumphasse credit. Tranquillus dici existimat triumphum, quia q triũpharet triplici iudicio honoraretur. Primo. n. exercitus de triumpho discernendo duci iudicabat. Secundo senatus. Tertio populus. Erat autem triumphus oĩum honorũ, qui à populo Romano dari solebãt, maximus. Nam illa pompa solennis erat, quę fiebat redeũtibus in vrbem, cũ victoria. Michaelus antes in etymologicis ait, θρίαμβος ἡ πομπὴ ἐν τοῖς πολεσῖν, ὅταν ἤνθουν καὶ συνκαὶ παῖδες περιελόντες σὺν καὶ σὺ αὐτοῖς τοῖς θρίοις ἔπαιζον προσφέροντες ἰαμβεῖα τετράμετρα καὶ ἔτι νῦν φασὶν ἐν δήμῳ τὸ γίνεσθαι, καὶ τὰ πολλὰ γράφει.

Triumpho, as, triumphum ago. Cice. in Cato. Mar. Curius, cum de Samnitibus triumphasset. Qui autem triumphabant apud Romanos equis albis vehebant, curro inaurato, capite coronato lauro, et ante ipsum triumphantem victus hostis oneratus colla catenis, et pręeunte senatu capitolium ascendebant ad templum Iouis optimi, maximi, vbi mactato tauro albo domum redibant. Lege Plutarchum, et Liuium. Aliquando tamen triumphare ponitur, pro exaltare. Cęsar. Quod euenisse nobis gaudeo, et triumpho. Huius passiuum est Triumphor.

Triumphatus, a, ũ, de quo triũphatũ ē. Virg. li. iij. Ge. Bisq; triũphatas vtroq; ab litore gẽtes. Triũphatus, us, ipsa triũphatio. Plyn. Ne triũphatu suo nimis superbiat Antonius.

Triũphator, qui triumphat, vel qui aliquãdo triumphauit.

Triumphale, quod ad triumphum pertinet. Vnde triũphales coronę, quibus imperatores in triumphis coronabantur. Triumphalis vir, qui triumphauit. Sicut consularis, q consul fuit. Sue. de Aug. Solos triumphales, q̃q̃ et socios expeditionum, et participes victoriarum suarum nunq̃ donis impertiendos putauit, ꝙ si quoq; ius habuissent tribuendi ea quibus vellent.

Triumphalis porta Romę dicta est, ꝙ per eam triumphi agerent. Triumphale territorium etiã Romę, qđ nunc Vaticanum dr̃. Vnde Dama. Pa. scribit beatũ Petrum sepultum fuisse in Vaticano iuxta triumphale territorium.

Tros nomen viri proprium, et nomen adiectiuũ à Troia formatum, et facit genitiuum trois, et troos, quia, vt inquit Ser. Omnia nomina monosyllaba gręca, quę in latinum sermonem transeunt, tertię tantum sunt declinationis, et tas latine, quã gręce declinari possunt, vt Troos, is, oos, Pan, panis, panos.

Troas, vt Hier. lib. xij. de quęstionibus, ciuitas est, quę prius troia appellabatur. Est et regio, quã Ptole. minorem phrygiam appellat. Adiacet Hellesponto, vt Plyn. lib. v. scribit. Alij Mysię tribuunt, quę ad occidentem subiacet tota mari exposita. Homerus ab Esapo vsq; ad Caici fluminis ostia eius fines ꝓduxit, in ea Ilion, quę et troia mille quingentis passibus, à portu distans omniũ, quę sub sole sunt insignissima. Ciuitas troadis nobiliores Dardanum, Simoentis fluminis ostia. Antandrus, Smirna. Clazomene, Ephesus, Miletus, Pergamus, Tyatira. Philadelphia, Laodicia, Antiochia, Montes clari, Ida, et Tmolus, A' troas fit Troadensis.

Troia, vt Seruĩ. scribit, regio minoris Asię, in qua Iliõ vrbs, et regia Priami, quę etiam Troia dicebatur, à troe rege, antea Teucria, à Teucro, et Dardania, à dardano. Scribiturq; gręca diph. nec diuiditur i, consona, adiectiuum vero o, et i, vocales, et diuisę. Et cum prouinciam significat principale nomen est, et breuis, est tro. Quando autẽ non est principale, et deriuatio est, tro, longa est. Virgili. Et troia gaza per vndas. A' troia fit tros. Idem. Tros Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur. Est et Tros nomen viri proprium. Troia etiã ludus puerilis equestris ab Ænea constitutus. Sue. de Cęsare. Troiam lusit turma duplex maiorum minorumq; puerorum. Virgili. Troiaq; nunc pueri troianus ducitur agmen. Et troia locus in agro laurente in quo primum Æneas constitit. Troianus, na, nũ, vt Troianas, vt opes. Troicus, ca, cum, vt troica castra, apđ Virgil. Troïus, a, um, vt Troïa gaza.

Troiugena, pe. cor. genitus ex troia. Ennius Troiugenas bello claros. Sanè troiugena, et Graiugena cum gemino ij scribi debuerint, mutarunt i, sequens in u, alternitatis causa, vt pro troijgena, et graijgena, troiugena et graiugena factum sit.

Trochus, quo lusitant pueri turbo est, à rotando dictus. Nã

trecho

trecho, et curro et roto significat, rota reuolutio, quę rota, vt inquit Acron, à ludentibus pueris scutica agitabatur, et rotabatur. Et trochus auis, quę et Trochilus et regaliolus et reatinus dicitur.

Trochischus dimi. parua rota. Vnde compositiones quędam medicorum in formam rotulę trochisci dicuntur.

Trochęus, pes celer volubilis, ꝙ rotatim, et celeriter diceretur. Nam τρόχος latine rota dicitur, à Mercurio repertus, tenet locum vltimum constatq; ex duabus syllabis, prima longa, vltima breui. Vel dicitur ἀπὸ τοῦ τρέχειν, idest à currendo, quia cursum suum habet de longa syllaba, in breuem, et à gręcis τροχαῖος appellatur.

Trochum neutro genere, est genus sellę.

Troclęę, siue trochalia, instrumenta cum orbiculis, ad sublenanda, et deprimenda onera. Vel rotulę striatę sunt è ligno, vel ęre quibus aquas haurimus fune ductario, et hydria. Luc. Multaq; per trocleas, et tympana pondere magno commouet, atq; leui sustollit machina nisu. Ex interpretatione Diogenis Laërtij sic scriptum est Ego ita hisce iampridem assuetus sum, ac si sonum iugiter troclearum hauriam. Nam dum saxa, aquę, ligna marmora, & id genus cętera, per trocleam sursum ductario fune trahuntur, crepitus concitatur.

Trochilos, pe. pro. parua auis, rexq; auium dr̄, qui alio noīe Regulus, siue, vt Sue. īquit Regaliolus, ab Aristotele πρέσβυς quasi rex, et pręses auium, Vide supra in regaliolus.

Troglodytę, ppl̄i ęthiopię, cauernas īcolentes, d̄ qbus Ply. & Hiero. contra Ioui. nomades, et Troglodytę, & Scythę, et Hunorum noua feritas semicrudis vescuntur carnibus.

Troezene fuit oppidū peloponesi ī sinu argolico à Troezene filio pelopis. ī eo educatus fuit Theseus. Est et Trozena regio ī minore asia, à q̄ troezenij populi sunt appellati.

Troizenus, fuit thrax vnus ex his, qui venerunt in auxilium troianorum.

Tropheum cum, ę, diph. ἀ τροπῆ. Hoc est ab hostium conuersione, vbi in fugam versi sunt hostes. Nam qui hostes fugasset merebat tropheū. Est enim tropheum qd̄ in testimoniū victorię publicę in loco statuit vt apud Cice. li. ij. ad heren. Qd̄ thebani equū ęneū in monumentū victorię contra lacedęmonios statuerant tropheа. Apud grecos fuerunt arbores amputatę in eo loco vbi hostes vicissent atq; in fugam vertissent. Amputabant enim ramos arborū, ac deinde spolijs hosti detractis ornabant vt essent posteris monumentum victorię in eo loco parte. Deīde ēt cępta sunt poni in montibus, et locis eminentioribus. Hic Salusti. de Pompeio ait, ꝙ deuictis Hyspanis, tropheа in iugis Pyrenei montibus posuit. Et Romę in arcubus figebantur ędificatis. Quę vero spolia in tropheo figerentur, docet Virgili. libro. xi. Mezenti ducis exuuias tibi magne tropheum Bellipotens aptat rorantes sanguine cristas. Telaq; trunca viri, et bis sex thoraca petitum. Perfossumq; locis, clipeumq; ex ęre sinistrę Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum. Accipitur et tropheum, pro victoria, seu pro virtute, qua parta est victoria, vt in hymno. Tropheа sacra pangimus.

Tropęi dn̄r, quasi versarij, q alios vellicāt, infestāt, & ne deprehendant, ꝯuertunt se. Sue. in Clau. & quoties post cibū obdormisceret olearum, ac palmarum ossibus incessebat. Interdum ferula flagrisue, velut p ludum excitabat à tropeis, τρέπω enim grece significat uerto, et τροπὴ versiones. Inde et tropęi venti vocantur, cum è mari redeunt.

Tropus dici pōt modus figura, conuersio. Et diffinitur à Quintiliano, ꝙ fit verbi, vel sermonis à ꝓpria significatione, ad aliā cum virtute, mutatio. Scaurus. Tropus est modus ornandę or̄onis, et dictio translata, à propria significatione ad nō propriam decoris, aut necessitatis, aut cultus, aut emphaseos gratia ἀπὸ τοῦ τρέπειν, hoc est à vertendo, nam per tropos verba, à propria significatione in aliam ꝯtuntur. Inde fit Tropicus, a, um, pro figuratiuo. Augu. Quod ea locutione dictum, quam gręci dicunt hyperbolen, quę vtiq; tropica est, non propria.

Trophimus grece, latine alumnus dicitur.

Tropologia, figurata locutio latine dicitur.

Trossulum oppidū thuscię dcm̄, ꝙ sine peditum adiumēto eqtes cępissent, à q̄ trossuli dicti sunt eius īcolę. Trossuli enim dicebant eqtes, cum antea celeres, à Celere Remi interfectore postea Flexumines, à flectendis animus, qm̄ iudices erant, siue à flectendis equis Iune. Quod ad equestres ordinē ptinet antea trossulos vocabāt nunc eqtes vocāt. Est & alia sigatio quā Philippus Beroaldus Bononiēsis nunq̄ satis laudatus, vt ē vir igenio et doctrina tā gręca q̄ latina pstātissimus, quē deus sospitet oro, studiosus attulit, q̄ sigatur Trossulos dici delicatos obesos succulētos opimos q̄si trossulos, à torosa. s. carne Hiero. ꝯtra Ioui. Vnius tm̄ phi excellentissimum posui vt formosuli nostri & trossuli, et vix summis pedibus adumbrantes vestigia mirentur saltem gentilium parcitatem. Varro. Nunc emunt trossuli nardo nitidi vulgo attico talento equum.

Troximon, apud grecos, τρώξιμον vua edulis quę cibaria à Ply. vocat. Apud iurecon. troximos vuas eē quas non vinicā habemus. Pan. in pandectis. Qui fundum vendidit pomum recepit nuces et ficos et vuas dumtaxat duracinas et purpureas, et quę eiusdem generis essent quas non vinicā haberemus quas greci troximos τρωξίμους appellarent recepta videri nunc τρωκτὰ, τραγήματα τραγηματισμός. Idem significat ἐδώδιμος q̄uis etiam ad alia pertinet.

Trua, vasis genus à terendo dicitur, quasi terua, quā nos diminutiue trullam dicimus. Siue vt Var. docet à trauolādo, traijciendoue ꝙ per eam aqua traijcitur.

Trulla dimi. à trua. Var. Trulla ad sītudinē truę, quę ꝙ magna, et hęc pusilla, vt trulla, true; quę è culina in lauatrinam aquam fundunt. Hinc detrullare, d̄ quo alibi. Fuit etiam trulla vas, quo ventris onus deponit. Mar. Clinicus Herodes trullam subduxerit ęgro. Itē capitur, pro vase lato, profundoq;, quod in mensas inferri plerūq; solet. Qd̄ licet potui ineptum videatur, tn̄ vsurpatū fuisse legimus. Hora. Qui veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamq; profestis. Iuue. Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Vbi bibaces arguit, ꝙ in trulla bibat, ineptum, ꝙ crepitus inter bibendum ędat. Ply. Sūt ergo vasa tm̄ corinthia, q̄ isti elegantiores nunc ęs sculpendo transferunt, mō ī lucernas, mō ī trullas, nullo mūdiciarum, despectu. Est et thrulla cum aspiratione cęmētarij instrumentū, quo fabri murarij tectorijs linendis ꝯplanandisq; delutare solēt, vt non solū parietes pulchritudinem accipiāt, sed et fortitudinem ꝯ iniuriā imbrium, et creberrimas tēpestates. Inde Thrulissare apud Victru. legitur. Scribunt quidam Thrullā esse fęlicis Arabie portum.

Trulleum, vasis genus quo manus peluuntur, simile trullę, nisi ꝙ latius erat. Var. de ui. pa. Itaq; ea sibi non ponere, ac suspendere, quę vtilitas postularet trulleum matellionem peluim nasiternam.

Truo, uis, q̄ alio noīe onocrotalus dicit. Cęci. Irrides magnitudinem nasi pro dij immortales, vn̄ processit truo.

Trudo, is, sum, proprie significat violentia quadam expello. Plau. ī Asi. Ille ęcastor hinc trudetur. Aliquando Trudere est obijcere, seu ꝓducere. Idem in Epi. Quę te ītemperies tenent? q̄s tu mihi tenebras trudis? Terē. in Am. Fallacia alia aliam trudit. i. insequitur. Huius composita sunt Abstrudo, contrudo, detrudo, extrudo, intrudo, obstrudo, obtrudo, et retrudo, quę habent primam productam.

Trusatilis, pe. cor. vt mola trusatilis, idest mola manuaria ꝙ manibus trudatur, idest pellatur.

Trux, ferox, crudelis, à quo trucitas, crudelitas.

Truculētus, q vultu crudelitatē pfert, aliosq; terret. Ter. in Adel. Ergo ille agrestis, sęuus, pcus, tristis, truculētus tenax.

Trucīdo, as, pe. pro. crudeliter neco. Lac. li. i. liberos populos aut trucidare, aut subijcere seruituti. Virgilius Fit via ui rapiunt aditus primosq; trucidant. Huius cōposita sunt Obtrucīdo, quod est auide trucīdo. Retrucīdo,

iterum trucido. Liui. Offerre se corpora ira retrucidaret.

Truncus, pars arboris, quę ramis truncatis superstat. Colu. li. iiij. Vt ex his partibus trunci sumantur, quę et genitales sunt, et maxime fertiles.

Truncus, a, um, quod est truncatum. Ouid. Trunca manu, Colu. lib. iij. Cum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam lenito.

Trunco, as, amputo. Cuius cõposita sunt detrunco, distrunco obtrunco pertrũco, qđ est ꝑfecte trũco. Plau. in Capi. Arripuit gladiũ, pertrũcauit tribus tergoribus glandia. i. colla. Et à truncus fit trũco, quia veteres plerũq; truncum, pro vno quoq; genere interemptũ dixerunt, vt inquit Ser.

Trutina, pe. cor. statera. Hora. Trutina ponêris eadem Vict. li. xi. Id aũt extrutinis, quę et staterę dicunt, licet cõsiderare. Per transla. ponit, pro iudicio, Cice. li. ij. de Ora. Ea probãdo, quę nõ artificis, sed populari quadã trutina examinãtur. Cornutus tñ scribit trutinam foramẽ esse, intra quod est lingua bilancis, ad qđ est examinatio, quod alij ęquamentum, alij libramentum, alij ęquilibrium vocant.

Trutino, as, pe. cor. examino, pensiculo. Hiero. ad Da. Sint alij, diserti, laudent, vt volũt, et inflatis buccis verba spumantia trutinẽt. Est et trutinor deponẽtale. Persi. Atq; ex porrecto trutinant verba labello. Apu. trutinatã scientiã vocat grauem, et recte examinatam.

T ANTE V

Tuatim aduerbium, significat tuo more.

Tuba, instrumentũ musicum, vulgo notũ, à tubo canali sic dicta. Nam ex lignis tubę fiunt, et ex cornibus. Et quę ex ęre sunt tubę ductiles appellant. Quę ex ligno, vel cornu, ligneę, vel corneę. Tuba vtuntur milites ad excitãdos animos in pręliũ. Hinc tubicen, qui tuba canit.

Tubulustrum, dictum, quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubę lustrabantur.

Tubus, et dimi. Tubulus, canna, seu phystula maior fictilis, q̃ aqua deducit, à tumore. Hinc ẽt tubos viscerũ dicimus, tubulũ vocamus auenã, quę et cicuta appellat, Gręci siphon. Hinc Iuue. tubũ, per quẽ vrina descẽdit, siphonẽ vocat. Effigiemq; deę longis siphonibus implẽt. Tubulos Pau. iureconsul. diffinit esse, per quos paries calore torret. Non erat tunc ignis vsus in cubiculis, nec ędes spiracula habebant, vnde fumus exiret.

Tuber gñis neutri, genus cibi collectũ, ex tumẽtibus, et q̃si, ꝑgnãtibus arenis, à tumore dictũ. Puto id esse, qđ vulgo tartufus dicit. Tubera. n. vndiq; terra circũdata, nullis fibris nixa, aut saltẽ capillamẽtis, nec vtiq; exuberãte, in quo gignunt loco, aut rimã ingerẽte, neq; ipa terrę cohęrent, nec etiã includunt, vt plane, nec terrã esse possimus dicere, nec aliud, q̃ terrę callũ. Cũ fuerint ibres autũnales, ac tonitrua crebra nascunt, et maxĩe etonitribus, nec vltra annũ durãt. Nascunt autẽ ex pituita arborũ. Mar. Rũpimus altricẽ tenero de vertice terrã. Tubera boletis poma secũda sumus. Sue. Substãtiuũ fecit, et gñe masc. Pridię q̃ periret cũ oblatos tuberes seruari iussisset. Sunt ẽt tuberes poma peregrina, ex Africa in Italiã deportata. Mar. Nõ tibi de libycis tuberes, et apina ramis. Proprie tamẽ tumor quidam rotũdus in quocũq; corꝑe. Vnde in facie, et quacũq; corporis parte tubera dicunt, siue ꝑ diminutionẽ Tubercula. In arboribus duricies illa extans ad nodi similitudinem tuber dr̃. Ply. Reperitur ẽ in alno tuber, tanto deterius quanto, ab acere, alnus ipsa distat.

Tubero, as, pe. cor. tubera facio, seu profero.

Tuburcinor, aris, raptim comedo. Ti. Tuburcinari sine me vultis reliqas. Plau. ĩ Persa. Tuburcinari de suo si qd est

Tuceta, cibaria cũ carne, seu, vt qdã ĩterpretant, cũ (domibi regij. Persius pingues patinę tucetaq; crassa.

Tudertũ, et tuders, tis, oppidum in ducatu spoletano. Sil. li. iiij. Et gradiculam celso de colle tudertem.

Tudites, pe. cor. mallei à tundẽdo dicti. Vnde et cuidã cognomẽ Tuditano fuit, quod caput malleo simile haberet.

Tudicula, instrm̃, siue stilus, quo vasis signa imprimunt. Quidam ẽt accipiũt tudiculã, pro coclearí maiori, quo ad carnes, et iuscula, è cacabis extrahenda vtuntur.

Tudiculo, as, pe. cor. imprimo, ac sculpo. Et per translationẽ Tudiculare ponit, ꝓ cõmouere. Var. Hęccine nobis carnis hanc mala tudiculasse vetulam.

Tudito, as, pe. cor. significat lucri gr̃a negociũ ago. Ennius Nec tuditantes rem cessant extrinsecus vllam. Tractum à fabris, qui malleis sępe percutiendo opera faciunt.

Tueor, eris, pro defendo secũdę coniugationis est à quo.

Tutus, q̃uis tuitus eius participiũ sit, quo vsum Quintilianum in declamatione, cęci. legi. Tuitus sis adolescẽtis mi serrimi causam, quem nemo imitatus est, nisi Lauren. Valla. Qui in raudensem scribit. Quis narrat Verrem superasse Dacos? Tantum siciliã contra piratas fortiter tuitum esse accipimus. Hiero. ad Pãma. Quod leges publicę, Quod hostes tuẽtur, quod inter bella, et gladios sanctũ est, hoc nobis inter monachos, et sacerdotes Christi intuitum fuit. Et quidem pro participio verbi tueor, tuitus accipiendum censeo, non tutus et tuitio nomen verbale, non tutio. Augu. li. iij. ci. dei. Nimis multos deos grandi fumo suo, tanquam signo dato ad tuitionem congregauerat. Et similiter in compositis intuitum, non intutus. Non enim dicimus. Tutus sum illum, quippè cum magis nominis, q̃ participij vim habeat, licet actiuam, et pasfiuam in se gerat significationem, vt Valla docet, vt Tutus portus, tuta vrbs, quod tueatur alios, non quod ab alijs defendatur tamẽ sępe pasfiue in hominibus, vt Tutus sum ab hostibus, quod munitus, et sine periculo sim. Nec vllum compositum habere legi in hac significatione, nisi contueor, quo vsus est Cice. in Clodiũ. Videant hi, qui illum Pompeij inimicũ, ob eamq; cãm tot, tantisq; celeribus contuebantur, ẽ nonnunq̃ eius indomitos furores plausu etiam suo prosequebant, q̃ se cito inuerterit. Tuor vero, tueris, pro video tertię cõiugationis est, et tria composita habet. Contuor, intuor, et obtuor, à quibus contutũ, intutum, et obtutũ fiunt infinita. Plau. in Asi. At hercle ipsum adeo contuor quassanti capite incedit. Et iterum. Et Nam ego illud argentũ tam paratũ filio scio esse, q̃ me hunc Scipionem contui. Et in Mus. Profecto nullam eqdem illic cornicem intuor. At tu istac ad nos obtuere, quoniã cornicẽ neqs cõspicari, si vulturios forte duos posfis cõtui. Cice. pro se ad Quirites, Qui excellenti tumulo ciuitatis, sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam, vt non solum cunctam intui, sed etiam tueri posfitis ciuitatem. Leo papa. Hanc deferendorum munerum seruare rationem, nisi quod preter illam stellę speciem, quę corporeũ incitauit obtutum. Ex his patet aliud tueor significare, qđ est cõtra Prisci. quia tuor semper pro video capitur, sicut contuor, et intuor indicant. Tueor vero, pro defendo, licet qñq; pro video capiat. Lactan. lib. vi. Si hac de causa sunt homines congregati, vt mutuis auxilijs imbecillitatem suam tuerentur. i. defenderent. Virgi. pro video posuit cum. lib. iiij. ait. Talia dicentem iam dudum auersa tenetur. Huc illuc voluens oculos. Et in hoc significato tantum habet intueor. Salu. in Iug. Preterea nostrę pręclaros viros ciuitatis solitos ita dicere, cũ maiorum imagines intuerentur, sibi animũ ad virtutẽ accendi. Item contueor, cũ tamen contuor sit in eodẽ significato, qđ contui infinitũ facit, vt supra in Plau. ostensum est. Cice. vero cõtueri dixit li. i. Thusc. Quod tandem spectaculũ fore putas, cũ totam terram contueri licebit. Quin. et Plau. ipso verbo vsus est in Cap. Videm tu hunc, q̃ inimico vultu contuetur? Illud vero Tuitus, quo Valla vsus est, à tueor, pro defendo, sumẽdum puto, sicut et obtuitus, pro aspectus, ab obtueor. Cice. lib. i. Officio. Ex oculorum obtuitu, ex eleuatione, aut remissione superciliorum. Tuor igitur, cõtuor, et intuor, siqua aliã forte reperiant, à tuor cõposita iã pene obsoleta sunt fortasse, quod prisca sunt nimis, vel non adeo plena, sicut tueor, cũ cõpositis. Idcirco pro eis tueor, cõtueor, et in tueor in sigatiõe vidẽdi supplere videmus.

Tuguriū dictū est q̄si teguriū, à tegendo e, in u, mutata rustica habitatio tecta ex vulua palustri. Et tugurij appellatione omne ędificium, quod rei rusticę magis custodiendę conuenit, q̄ vrbanis ędibus fignantur. Que autē ędificantur, vt nec parietes habeāt, nec luto crustata sint, sed stramentis, vel harundinibus, aliouē simili genere teguntur, tuguria appellant.

Tuguriolū, cum accentu in antepe. paruū tuguriū. Quod si āgustius sit, gurgustiū nominat, à gurgulione verme.

Tulit, modo, attulit sigt. Teren. in An. Nā si illū obiurges, qui vitę auxiliū tulit, qd facies illi qui dederit damnum, aut malū? Modo pertulit. Virg. Non tulit hanc speciē furiatamente Chorebus. Modo sustulit. Vide in dictiōe fero.

Tum, vide in dictione Cum.

Tumdemum, idest nouissime Virgi. lib. xij. Tum demum monet arma deo.

Tumba, locus concauus infra terram. Vnde et pro sepulchro poni consueuit.

Tumeo, es, mui, inflor, à quo tumesco, tumidus fio. Vir. li. i. Geor. Continuo vētis surgētibus, aut freta pōti incipiunt agitata tumescere. Hinc cōtumesco, extumesco, & intumesco. Augu. Videt in ea contumescentes venas in gutture. Plau. in Tru. Equidem vteri illi quod sciam nunquam extumuere, quasi extra, vel valde tumuere. Lactan. li. iiij. Sine vllo attactu viri repente vterus intumuit. A' tumeo fit contumax, à quo contumacia.

Tumor, iflatio. Per transla. ponit, p̄ supbia. Tumidus, iflatus.

Tumulus, terra tumens. i. collis. Vir. lib. ij. Est vrbe egressis tumulus. Aliqñ dicitur sepulchrū, q̄ ibi coaceruari terra ɔsueuit. Idem li. iij. O' fęlix vna añ alias Priameïa virgo. Hostilem ad tumulū troię sub męnibus altis Iussa mori.

Tumulo, las, sepelio, tumulū facio. Vnde et attumulo, quod est quasi iuxta, tumulum facio. Ply. li. xix. Dein si terram fugientes cauliculos feces, à terraq; proceritate luxurioso attolentes se exaggerando aliam attumules.

Tumultus, vt author est Hiero. vox plurimorū est, & nimię multitudinis clamor pariter emissus. Cice. Quid aliud est tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur, vnde est nomen dictum tumultus, quasi timor multus, itaq; maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus. Tumultum gallicus, q̄ erat Italię finitimus, pręterea nullum tumultum nominabant.

Tumultuosus, qui turbas excitare solitus est.

Tumultuo, as, in perturbatione sum.

Tumultuarius, a, um, quod sine premeditatione factū est. Vnde tumultuaria oratio dicit. Tumultuarius exercitus dr̄, q quasi tumultu quodam preparatus est id est raptis et festinātēr. Hinc Tumultuario aduerbium. Apul. Et ex more calida tumultuario lauacro nostro pręparato.

Tunc aduerbiū temporis, sigt eo tempore. Et de omnibus temporibus dr̄. De pręterito. Vir. Tunc decuit cum sceptra dabas. De pręsenti. Plaut. Tunc eam accede, cum potes. De futuro. Idem. Ego tunc adero, cū tui videndi mihi copia erit. Additur quandoq; temporis. vt apud Iusti. Tunc temporis Persarum Cambysi mediocri viro.

Tundo, is, tutudi, tusū, scd̄m Prisci. licet eius cōposita ipsius n, nō habeāt, vt Obtūdo, obtūdi, obtusum. Virg. li. iiij. Geor. Profuit tunsum gallę admiscere saporem. Ply. tamē li. xxi. tusum sine n. posuit. Hęc tusa cribrataq; vino, quantū possit excellenti. Diome. docet habere duplex pręteritū, et duplex supinum. s. tutudi, tusum, et tunsi, tunsum. Significatq; tundere, percutere, pulsare, et in vase aliquo quippiā comminuere. Plau. in Asi. Sed qd hoc, q̄ picus vlmū tūdit? Col. li. ij. Ipsę aūt spicę melius fustibus tundūtur. Et li. vij. Quibus in vnū tūsis. Refert interdum ad verba. Teren. in Ecy. Tundēdo, atq; odio effecit senex, idest sępe dicēdo, sine iterando. Et est translatio sumpta, à malleo fabrorū sępe percutiente. Huius composita sunt. Contūdo, extundo, obtundo, Pertūdo, valde percutio, aut percutiendo, frango. Colu. li. vij. Si forte surculum calcauerit, acuta te sta, vel lapide vngulam pertuderit. Idem. li. ix. Sepe euenit, vt aluus exitum non habeat. Itaq; pinna pertunditur, et inter digestus cibis prębetur. Hinc pertusa vasa dicimus, quę nō sunt integra. Protundo, vltra tūdo. Gel. li. i. Haustri vero, et africi ad meridianum orbis circulum, et ad partem axis infimam depressi inferiores et humiles, per suprema ęquoris euntis protundunt magis fluctus, q̄ eruunt. Retundo, repercutio, rursus frango, hebetem facio, redarguo. Lactan. li. iij. Cum fortiter inimicorum impetus retudisset. Et lib. iiij. Necesse est veram esse hanc religionem, quę et rationem dęmonum nouit, et astuciam intelligit, quę vim retundit. i. confringit. Colu. li. v. Quod euenit in retuso, et crasso ferramento.

Tunetum, sine, vt quidā dñt. Tunitū Scipionis tēpore tumulus erat ęditior, vñ Scipio spectauit Carchedonios ad Romanam classem exurendas proficiscentes nostra tempestate regis libyci ciuitas metropolis est, in qua veluti ampliore, et nagnificentiore consueuit habitare, et Tuniseus rex appellatur. Tunetum non sanè, ob hanc causam habitarunt, q̄ Chartagine carerent, à Scipione diruta cum denuo amplificata surrexerit, ex qua velut ex equo troiano manarūt literarum proceres. Ad cuius celeberrimū gymnasiū, Aug. ꝓfitetur ɔtendisse. Hāc Eutro. lib. iiij. Continuis sedecim diebus arsisse perhibet. Hęc septingētesimo anno, postq̄ cōdita erat, deleta est. Hęc, vt idem author ait. L. Cęcilio Metel. & Tito flaminio ɔsulibus in Africa iussu senatus reparata est, quę nunc manet annis. xxi. euolutis postq̄ à Scipione fuerat euersa. Abest Tunetū à Carthagine. xij. Millia passuum. A' tuneto tunetei dicti sunt, quos Sidonius Tuniseos appellat.

Tunica, vestis erat apud Romanos breuior, & sine manicis quę proprie viris ɔueniebat. Lōgas vero tunicas fęminis cōuenire existimabāt. Vir. Et tunicę manicas et hñt redimicula mitrę. Plau. Manuleatam tunicas habere hominē decet. Dicta est autem tunica, à tuendo corpore.

Tunico, as, pe. cor, tunica induo. Var. Hęc lanigeras detunderi docuit, tunicareq; homulum. Vnde tunicati dñr tunicas vestiti. Et aliqñ etiā expediti, et nullā aliam supra tunicā vestem hñtes, quales nobiles incedere solent, cū rui sunt. Iuue. Tunicati fuscina Gracchi. Ad opulentiam latine linguę augendam nihil impedit, vt ait Pris. formare verba. Tunico, tunicor, tunicatus.

Turba, et rixa idē sigñt. Est. n. turba per turbatio. Vlpi. Turbam appellatam esse Labeo ait, ex gñe tumultus. Si duo rixam cōmiserint vtiq; nō accipimus in turba id factū. q̄ duo turba ꝓprie nō dñr, Si vero fuerint decē aut. xv. hoīes turba diceī. Turba ergo multitudinis, rixa duorū. Sed q̄ multitudo vere nō vacat perturbatione, factū est, vt eam quoq; appellemus turbā. Cic. Cęcinnę, exponerem etiam quemadmodū hic, et quāta in turba viueremus. Teren. Dij vestram fidē, qd turbę est apud forum. Turbę etiam in plurali molestias significant.

Turbula dimi. Apu. Ppli circūfluentis turbulis immiscor.

Turbella diminu. in tertio gradu parua turba. Plau. Hanc mihi ancilla turbellam fecit.

Turbidus, cōturbatus confusus, nō clarus. tumens. Hora. li. Car. Qui vidit mare turbidum.

Turbulētus, cōmotus, iratus, turbidus, contentione plenus.

Turbo, as, confundo, cōmoueo. Plau. in Cap. Aduenienus turbauit totum cū carne carnariū. i. commouit. Teren. in Eu. Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi. i. innouatū. Huius composita sunt Conturbo. Teren. in Eu. Neq; edepol qd nunc consilij capiam, scio, ita conturbasti mihi rationes oēs, vt eam nō possim suis, ita, vt ęquū fuerat, atq;, vt studij tradere. Deturbo, deorsum violenter deijcio. Exturbo, è loco deijcio extra turbo, expello. Plaut. in Cur. Si recte facias Phedrome auscultes mihi, atq; istam exturbes ex animo ęgritudinem. Colu. lib. ix. Et in tranquillo consistens piscis sedibus suis non exturbat. Disturbo, varie turbo, seu dissipando deijcio. Terenti. in

An.Ne esset nobis spaciū ad disturbandas nuptias.Quin.Non.n.discusso alicuius opis angulos, aut disturbatos pariētes obijcimus.Interturbo,obturbo, ab omni parte turbo.Terē.in An.Ita ne v̄o obturbat.ꝑturbo, valde turbo.

Turbo, turbinis vētus,cū frigorē maīxo, obiecta queq; deturbās,ꝓsternensq; ex depsse nubis specu.Vir.Et terras turbine pflat.Est ē turbo genus instrī lusorij, pueros maxie delectans à cuius fastigiata,ē ꝑacuta cuspide,fit turbino,as.Tibul.Namq; agor, vt per plana citus sola verbere turbo . Quem celer,assueta versat ab arte puer. Item vasculi genus quo pruna,et coctana,inter saturnalia Xeniola missitabantur , cuius effigies turbinus in imo angustissima erat,in summo latissima qualis est figura pyrorum. Item turbo dicitur quicquid forma acuta est.Plyni. de.Aloë. In turbinibus cadorum.Ouid.Caua buccina sumitur illi Tortilis in latum,quę turbine crescit ab imo.

Turbo,onis,proprium nomen gladiatoris.Hora.lib.ij.Ser. Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

Turbulēto as.exagito.ꝑturbo.Apul.Me strepitu turbulēta(uit.

Turbino,as,pe.cor.acutum facio.Ply.lib.xxxvij. Si quidē,et colore translucido non differt,et laterū sexā guli leuore turbinatus in mucronem, aut duabus contrarijs partibus, quę magis miremur, vt si duo turbines latissimis suis partibus iungantur , magnitudine etiam auellani nuclei.Idem turbinatior pyris figura,q̄ malis.

Turci,populi.Vide in dictione Tussagetę

Turdus,auis nota,et inter primas à saporis bonitate colocata.Hor. Nil melius turdo,vulua nil dulcius ampla. Aristoteles tria turdorum gēnera facit.Maximum picę simile qđ ixoboron,ē ixophagon hīc ē Viscinōꝝ appellat Alterꝝ minus,trichas vocatum magnitudine merularum. Tertium corpus minimum tylas nomine. Turdarium locus, quo turdi aluntur ad saginam.

Turduli,populi hispanię eius q̄ Beticam nunc Granatam vocant.Et ab incolis Turdetania dicitur.Hi etiam Turdetani appellantur, q̄uis sint , qui eos diuersos afferant.

Turgeo,es,tursi,ī flor.Virg.Tornda,iā lęto turgēt ī palmite gēmę.Huius cōposita sūt Deturgeo,quod ē ꝯrium suo simplici,sigt.n.decresco.Ply.Deturgente Nilo musculi repiuntur.Obturgeo,circunturgeo.Luci.Obtursi ebrius.A' turgeo fit turgesco.Persi.Non equidem hoc studio bullatis,vt mihi nugis Pagina turgescat dare pondus idonea.

Turgidus,inflatus,tumens.Augu. lib.iij.con.Per translationem dixit.Ego dedignabar esse cum paruulis, et turgidus fastu,mihi grandis videbar. Hinc dimi.Turgidulus.Catu.Flendo turgiduli rubent ocelli.

Turiones,dicuntur teneritates arborum, vel arbustorum.

Turia nomen fluuij,secundum aliquos,generis masculini secundus Pris.et Aug.gene.neutri.Vide in dictione duria.

Turris,à terrendis hostibus dicta est,sicut arx,ab arcendis. Vel ꝙ aspectu torua sit,hoc est terribilis.Fiunt etiam turres ambulatorię,de quibus Vege.lib.iiij. Hęc scribit Turres dr̄ machinamenta ad ędificiorum speciem tabulis, tabulatisq̄; compacta. Et ne tantum opus hostili concremetur incēdio,diligētissime ex crudis corijs vel centonibus cōmunit, q̄bus ꝓ modo latitudinis addit altitudo. Nā interdū tricenos pedes ꝑ quadrum, interdum q̄draginos,vel.l.latę sunt,procenitas aūt ipsarum tanta sit, vt non solū muros,sed ēt turres lapideas altitudine superēt, his plures rotę mechanica arte subduntur,quarum lapsu volubili magnitudo tam alta moueatur.Presens aūt periculum ciuitatis est, si ad murum inerit turris admota. Plures.n.accipit scalas,et diuerso gn̄e conat irrūpe.Nā in īferioribus hēt anētē,cuius īpetu destruit muros.Circa mediā v̄o accipit pontē fcm̄ ꝺ duabus trabibus,septumq̄; ꝺ vimine,quē subito ꝓlatū īter turrē,murumq̄; ꝯstituūt,ē per eum egrediētes de machina bellatores, in ciuitatem transeunt,et occupant muros.In superioribus autem turris illius ꝑtibus ꝯtati,et sagittarij collocantur,qui defensores vrbis ex alto contis , saxis , missilibus prosternant.

Turritus,a,um,altus,et excelsus.vt domus turrita,idest alta et sublimis et ad turris similitudinem facta.Aliquādo turritus dicitur turribus plenus.Vnde et turritę vrbes. Et mater deum cognominatur turrita, quia terra est , quę vrbes sustinet.Virg. Qualis Berecynthia mater Lęta deum partu phrygias turrita per vrbes.

Turriger,gerens turres.Ply. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros.

Turricula diminutiuum,parua turris. Et est vasculi genus, à turris similitudine,quo iactari tali ludendo solent. Eadem pyrgus,et orca dicitur.

Turarius vicus Romę.Asco. Signum vertūni in vltimo vico turario est,sub basilica se flectentibus.

Turma,ordo militaris, et eq̄tum est dicta,q̄si terdena, ꝙ terdeni equites,ex tribus tribubus Taciensium,Ramnensium,et lucerū fiebant,Constabat enim ex triginta duobus equitibus,et qui illi pręerat, decurio dicebat, vt Var. et Vege.tradiderunt.Vel dicitur quasi terma,e,in u,mutata. Vel ꝑ onomatopoeam à strepitu vngularum equinarum terram pulsantium, vel à terenda terra.

Turmales dci,q̄ in turma sūt.Turnatī aduerbiū ꝑ tur(mas.

Turnus,nomen viri proprium,apud Virg.Est Et nomen piscis palustris,et nomen fluuij.

Turt,ꝓ aue gn̄is,tam mas.q̄ fę.Plau.Obustos turtures tibi.Virg.Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.Pro pisce est generis mas. q̄ alio nomine pastinacha et trygon à grecis dicitur. In huius cauda stat radius presentissimi veneni.Auso.Lętalisq̄; trygon,et bina trygonia corni.

Turūda, panificia et buccę quibus farciunt altilia ad saginam.Var.Gallinas farciunt turundis hordeacijs . Apud Catonem significat liniamentum illud ex filis quod in vlcus immitti, à medico solet, ait enī Et si phystula erit, et turundā non recipiet. Alias apud Catonem significat id,quod grece ψωμον appellant,quasi buccea , siue bolus dicatur, quem nutrices ingerunt infantibus . Turunda hodie vocat ab accolis Padi etiamnum placenta focacia.

Turpis deformis,est.n.ꝯtrarium pulchro. Transfertur ēt ad aīum,vt turpe ē doctori,cum culpa redarguit ipsum. Interdum ponit pro magno.Virg.Forma bouis,cui turpe caput,cui plurima ceruix.Et turpes pascit sub gurgite phocas.Item pro crudeli.vt sępe apud Salustium.

Vbi aduerbium loci sigt̃. in quo loco, et modo interrogatiuum est. Plau. Vbi id audisti, modo relatiuum. Virgil. Vbi Æacidę telo iacet Hector. Modo infinitum, vt scio vbi tu perpetrasti scelus. Ponit̃ qn̄q; pro aduerbio temporis postq̃ Virg. Hęc vbi dicta dedit. Quandoq; ꝓ quando. Teren. in An. Vbi voles, accerse. Virg. li. vi. Est iter in syluis, vbi coelum condidit vmbra. Iupiter. Ab vbi fiunt composita alicubi, neccubi, sicubi, si in aliquo loco, vbiuis, vbilibet, in quolibet loco, vbicunq;, in quocunq; loco, vbinam, in quonam loco, et interrogatiuum est.

Vbiubi .i. vbicunq;, quemadmodum, vtut, pro vtcunq;. Teren. in Heaut. Vbiubi est diu cęlari non potest.

Vbiq; itineris, significat in omni itinere. Apule. lib. i. Nihil rerum istaꝝ quę itineris vbiq; nos comitant, ī digemus.

Vbi imaginum, idest in omnibus imaginibus.

Vbiq; locoꝝ in oībus locis. Vbiq; gentiū, in oībus gētibus.

V ANTE D

Vdum, q̃si sudum à sudando, dicit̃ humidū. Virg. li. iij. Geor. Nigra subest udo tantum cui lingua palato. Hinc vuidus, da, dū, qđ qdā ita ab humido distinguūt, vt vuidus, sit qđ intrinsecus habet humorē, Vn̄ vuā appellatā volunt. Virg. Vuidus hyberna venit de glāde. Menalcas Humidum vero extrinsecus humorem hēt. Sūt q huuidus, cu3 h, scribi velint, ac ꝑ syncopen ab humidū fieri.

V ANTE E

Ve coniunctio disiunctiua. Vide in dictione Veh.

Vecors, quasi sine corde, q est turbati, mali cordis Vecors animi dicit̃ īsanus ac turbati cordis. Et est vetus locutio, vt infelix animi, ꝓstans aī, falsus aī ꝓ aīo. Hinc vecordia Salu. igit̃ color exanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus. prorsus in facię, vultuq; vecordia.

Vectis ge. masc. instrm̄, quo clauditur ostiū, ꝙ manibus ꝑcutiēdo vehat̃. Vir. Centū ęrei claudunt vectes ęternaq; ferri Robora, nec custos absistit limine Ianus. Vectem Cyniras Agriopę filius inuenit, et vectis palus è ferro vel ligno grandior, rusticis, et fabris cęmentarijs ad multa, necessarius. Ply. Cato vectes aqui folios laureos vlmeos fieri iubet. Item vectes dr̃ lignum, quo aliquid vehitur, & portatur. Sic vectes erant sudes in circulis positę ad portandā arcam, vt est apud exodum. Facies quoq; vectes de lignis sethim. Rursus vectes sunt instrā ad aliqd subuertendū, euertendumq;. Hora. lib. iij. Car. Hic hic ponite lucida Funalia, et vectes arcus Oppositis foribus minaces Est et vectis insula in Oceano septētrionali versus Tylē.

Vectigal pe. cor. vsu nō rōne dicit̃. sicut ceruical, capital, tribunal, animal. Noīatiuus .n. pluralis à singulari plus vna syllaba crescere non dēt. Ergo vectigale ꝫm artes. In gtō plurali vectigalioꝝ Cic. dixit. Messalla vectigalium. Et est uectigal, qđ ex vectura pendit̃, vn̄ et à vehendo dicitur, cū ex fundis fruges ī vrbē vehunt̃. Sed eius sig̃atio latius patet. Capit̃ nāq; ex publico, ē ex priuato. Vn̄ publica vectigalia ītelligere debemus ex qbus vectigal accipit fiscus. Priuata, q̃ qsq; sumit ex reditibus, ē fructibus. Cic. ī Parad. ex meo tenui vectigali capio ego ducēta. Paul. Cęsę harundinis, vel pali compendium si in eodem fundo vectigales esse consueuit ad fructuarium pertinet. Cice. li. ij. offi. Vt bona ualitudo uoluptati anteponat̃, vires celeritati, externoꝝ āt, vt gloria diuitijs, vt vectigalia vrbana rusticis ędibus, et mercibus .i. ꝓuentus, reditus, introitus. Dicit̃ ēt hic, et hęc vectigalis, ē hoc le, pro tributario. Sic ꝓuincię agri, homines, q tributa ꝑsoluūt vectigales dn̄r. Cice. lib. iij. offi. Quas ciuitates. L. Syl. pecunia accepta, ex senatuscōsulto liberasse, vt hę rursus vectigales essent Sue. in Cęs. Agru3 campanū ad subsidia reip. vectigalem relictum diuisit extra sortem. Cic. in Catil. Et syluas, lucosq; publicos romani vectigales hūere. Liui. Vtrum Annibal hic sit ęmulus itineꝝ Herculis, vt ipse fert, an vectigalis, stipendiariusq;, et seruus populi Ro. à patre relictus.

Vecto, ctas, frequentatiuū, à veho, is, à q̊ uectatio, qđ nomē semper passionem significat contra aliorum verbalium naturam. Hinc vectito, ctitas, frequentatiuum à uecto.

Vectabulum uehiculum ipsum.

Vector, q in aliena naui, uel equo, uel plaustro, uehit̃ precio Qui. In naui3 filij mei male ꝑmutatus uector īponor Aliqn̄ dr̃ is, q uehit. Cice. Etiā sūmi gubernatores ī magnis tēpestatibus à minoribus uectoribus admoneri solēt.

Vectorius, na, riū, qđ uehit. uel aptū est ad uehendū. Var. Neq; idē, q vectorios facere vult. s. equos ad ephippiū, aut ad pręda, q̃ ut ad re3 militarē, ꝙ ibi hr̃e ad castra volūt

Vectura, non modo actum ipsum, hoc est uectionem denotat, sed etiam mercedem, quę pro uectura soluitur, ut puta, pro naui, siue equo meritorio. (acres.

Vecticularia uita dicitur eorum, q uectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Cato. Vecticulariam uitam viuere, est repente largiter habere repente nihil.

Vectrarius, apud Victru. Qui torcular uehit.

Vegetius, nomen Authoris, q de re milit. libru3 composuit.

Vegeo, ges, gui, ī sanitate sum. Noni. Veget. ꝓ uegetat, vel erigit, uel uegetū est. Pōp. aīos uenus veget uoluptatibus.

Vegetus, ta, tū, pe. cor. qđ sanus, et icolume est, ē ad corpus proprie ꝑtinet uigens ad aīum. Gel. lib. ij. Quid igit̃ inquit dicimus, ꝙ multos uidemus esse pecunię cupidos, et eosdem cum corpore esse uegeto, ac ualenti. Sue. de Cęs. Nigris uegetisq; oculis, ualitudine prospera. Scribit Apu. Lunę numine cuncta aīantia uegetari .i. alij, et uigorata fieri Sene. quoq; lib. iij. qōnum refert terrę inesse spm̄ illū uitaliter uegetū, ē alēte3 oīa. Hūc .n. iqt, nisi hēret, qūo tot arbustis spm̄ infunderet, nō aliunde uiuentibus, qūo tot radices aleret. Hinc uegetatiuam animam philosophi recentiores appellant animam seminalem, q̃ à Plyn. dicit̃ alens, cuius motu interiore plantę uigescunt, crescūt, frondescunt, germinant. breuiterq; uiuunt. Cic. tamen li. i. Thusc. ad aīum retulit. Horum inqt aīus est aliquid, ne tā uegeta mens, aut ī corde, cerebroue, aut ī empedocleo sanguine demersa iaceat. Et Auso. Vegetum cor appellauit, et quia mobile est, quia uigoris domicilium.

Vegeto, tas, pe. cor. recreo fortifico, et uegetum facio conseruo, seu longo tempore insanitate esse facio. Hiero. in Gene. Recordabor foederis mei vopiscum, et cum oī anima uiuente, quę carnem uegetet. Gel. memorię uegetandę gratia, quod dicimus bonę memorię faciendę gratia.

Vegrandis paruus, et male grandis. Auso. lib. ij. Epi. Hic sępe falsus messibus uegrandibus. Var. lib. ij. de re rusti. Quodq; postea ꝯcipiunt fiunt vegrandes, atq; imbecillę.

Veho. is, xi, ctum, conduco proprieq; de naui equo cęterisq; quadrupedibus, et de plaustris dicitur. Cuius composita sunt. Aueho, alio ueho. Virg. Creditis auectos hostes. Adueho, aliquo ueho. Cōueho, circunueho, deueho, deorsum ueho, eueho, extollo, inueho, introueho, pręueho, anteueho, proueho, produco, reueho, reduco, retroueho. Liui. li. i. Prędaq; inde maiore. q̃ quanta belli fama fuerat, reuecta ludos opulentius, instructiusq; q̃ priores reges

fecit. Subueho, fubtus veho. Cęſar. com. i. Eo autem frumēto, quod flumine arare nauibus ſubuexerat propterea, vti minus poterāt, ꝙ iter ab arare Heluetij auerterāt, à qbus diſcedere nolebat. Seueho, ſeorſuꝫ veho. Prop. Cur tua pſcripto ſenecta eſt pagina gyro. Pręterueho, vide in velabrū.

Vehia, ię, plauſtrum, unde vehiatura pro vectura, apud veteres vſurpatur.

Vehes plauſtrū. Ply. lib. xxxvi. Amplitudinē canis eā feciſſe proditur, vt vehem foeni large onuſtam tranſmitteret. Col. lib. ij. Iugerum aūt desyderat, quod ſpisſius ſtercorat, vehes quatuor, et uiginti, qđ rarius duodeuiginti. Eſt et menſurę nomen in foeno, ſtercore, aliaue materia. Idem lib. xij. Materies ſi roborea eſt ab vno fabro dolari ad ungues debet p quadratos pedes. xx. hoc eſt inqt vehis vna.

Vehiculum, in quo aliqd uehitur, quod cum quatuor rotis phryges tradunt inueniſſe. Vehiculoꝝ vocabula ſunt Carpentum, Ciſium, Carrus, Currus, Arcera, Baſterna, rheda, Vnde Epirhedium, Saracum, Petoritum, Plauſtrum, Eſſedum, pilentum, liburnus, Thraha vehes.

Vehicularius, qui uehiculum ducit. Vehiculare uero, qđ ad uehiculū ptinet, ut equus vehicularis, et rotę uehiculares.

Vehemens, ex ue, et mens componi arbitror, tam et ſi quidā dici uelint, ꝙ uehat eminentius, uel ꝙ uehatur mēte. A' mentis enim ui, atq; impetu, ſicut docet Gel. dr̄. Nā ue in hoc loco intētiua eſt. Dicitur aūt uehemēs graue, magnū, vrgens, acer, à quo vehementia, grauitas, acritudo.

Veios, dicimus urbem in Hetruria, quam Camillus cępit. Hęc inſignis fuit belloꝝ freqntia cū Romanis. Vn̄ cum Nero domū ędificaret amplisſimā, ęditi fuerūt illi uerſus. Roma domus fiet, Veios migrate quirites. Si non et Veios occupat iſta domus. A' veij fiunt ueiens, ueientis, populus, ueientanus, na, num, ut uinum ueientanum, Hor. Qui veientanum feſtis potare diebus.

Vel coniunctio Plerunq; diſiūctiua, ut uel ſcribam, vel ad te ueniam. Interdum copulatiua eſt, ut maxime me tibi amicum facit, uel uirtus, uel doctrina tua. Interdum ponitur pro etiam. Teren. in And. Vel hoc quis non credit. Virg. Vel Priamo miſeranda manus. Interduꝫ pro ualde. Cice. pro Murena. Vel maximum bellum populū Roma. cum rege Antiocho geſſiſſe. Interdum pro maxime. Idem Trebatio. Quam moroſi ſint, qui amant, uel ex hoc intelligi poteſt. Interduꝫ, pro ueluti. Teren. in Hecy. Vel hic Pāphilus iurabat quotiens Bacchidi. Interdū pro ſaltem, vt Si mihi non creditis, uel operibus credite. Inuenitur ēt vel duarum syllabarum, quod eſt nomen oppidi in Africa apud Ply. lib. v. Sicut Sue. in Hiſpania.

Velo, las, per ſimplex l, ſignificat tego. Lact. lib. vi. Danda eſt opera, ut indumēto iuſticię, pietatiſq; velemur. Et velare, ligare. Pompo. Reſte uelet gulam. Per tranſlationem ponitur p veſtire. Plau. Muliēbri velatus toga, vnde velati, ſicut docet Feſtus appellabantur, ueſtiti, et inermes, q exercitus ſeqbantur, quiq; in mortuorum militum loco ſubſtituebantur. ij poſtea mutatis literis uelites dicti ſunt, qui ē ferentarij ab auxilio ferendo. Et velare coronare. Virg. Nos delubra deum miſeri quibus ultimus eſſet Ille dies feſta velamus fronde per vrbem. Huius uerbi compoſita ſunt. Euelo, et reuelo, quę ſunt contraria ſuo ſimplici. Naꝫ euelare, et reuelare ſignificant velamentum tollere, ſeu rem uelatam detegere, et manifeſtare. Pręuelo de quo alibi. Et habent penultimam correptam.

Velamē, mō p veſte accipit, mō p re, qua aliquid uelatur.

Velatus, ornatus, vittatuſue. Virg. iamq; oratores ad erant ex vrbe latina uelati ramis oleę. Vbi Ser. Velati, inſtructi et ornati, ideſt in manibus oliuę ramos tenentes.

Velabrum, pe. cor. à uelo, las, uel, ut quidam uolunt, à ueho locus in vrbe Roma iuxta Auentinum montē, ꝙ ratibus ac uelis eo ueherētur triumphantes romani cum pōpa. Sue. de Cęſa. Quod gallici triumphi die uelabrum pręteruehens penè curru excusſus eſt, axe defracto. Hinc uelabrenſis caſeus, q ibi conficiebatur cunctis pręferendus Et uelabrū locus in quo uela obtendebatur ſub qbus olearij uendibant. Pla. in cap. Quaſi in uelabro olearij.

Velatura, precium, qđ nautę dat, ab his, q nauigio uehuntur uelatura facere inqt. Var. lib. i. de re ru. Dn̄r, q uecturis viuunt. Nam antiqui uellam non uillam dicebant.

Velum tegmē à uelo, las, ꝙ uela uētis agitata uolitare uideantur. Var. à uelleribus, ꝙ ex ouium uelleribus fierent uela, qbus hoīes tegebant, q̄uis nauium uela ex lino, aut ſparto fierēt. Velū ēt accipit pro cortina, q̄ lectis circūducit un̄ apđ euāgeliū legimus. Veluꝫ tēpli ſciſſuꝫ ē, à sūmo usq; deorſum. Diuidebat. n. ſancta à ſanctis ſanctorum.

Velis equisq;, ideſt omni conatu, et mari terraq;.

Velaria dicebantur uela, qbus theatra tegebantur. Papinianus. Iā uelaria lintea pluebāt, un̄ ēt uelaria dn̄r loca abdita, q̄ uelis claudunt. Iu. Et pueros inde ad uelaria raptos.

Veliuolum, pe. cor. mare dr̄, quod uelis uelat. Virg. Deſpiciēs mare ueliuoluꝫ. Veliuolę naues, quę uelis uolent, ut Enni. Naues ueliuolas, quod et proprie dixit.

Velifico, cas, nauigo, à faciendis. i. ponendis uelis. Dr̄ et uelificor uerbum cōe, un̄ ē pasſiuū ptulit Iuue. cū dixit. Velificatus athos, et qcqd Gręcia mendax Audet in hiſtoria.

Vello, is, li, et vulſi ſum. Extirpo. Sue. de Cęſa. Circa corporis curam moroſior, vt nō ſolū tonderet diligenter, ac raderetur, ſed uelleret etiam, un̄ uulſa corpora, à Quintiliano dn̄r fędisſima. Huius cōpoſita ſunt Auello, ꝯuello, diuello, euello. Col. Cum ab opere boues diſiunxerit ſubſtrictos ꝯfricet, manibuſq; cōprimat dorſum, et pellē reuellat, nec patiatur corpori adhęrere. Et oīa per duplex ll, ſcribuntur.

Vellit. i. mouit. Virg. Poſteſq; à cardine uellit.

Vellico, cas, pe. cor. freqnter uello, quod pprie fit, cuꝫ extremas corpis partes digitis uellimus pſſando infeſtamus. Proper. Nec mihi tā durus inſultes moribus, et te Vellicet, heu ſero flebis amata diu. Aug. lib. xiiij. ci. dei. Ita ſe auferebat à ſenſibus, et iacebat ſimillimus mortuo, ut nō ſolum vellicantes, atq; pungētes minime ſentiret, ſed aliqn̄ ēt, ſi igne ureret admoto, ſine ullo dolore, niſi poſt modū ex vulnere pbabat. Per tranſla. Vellicare ponit, p criminari mordere, ac lacerare. Gel. li. iiij. Plura ī Saluſtio īſcite, aut maligne uellicant. Hor. Vellicet abſentem demetrius.

Vellus lana, ex ouibus detonſa, ꝙ ante tonſurę uſum lanaꝫ ueteres uellerent, quam demptam, et conglobatam, alij vellera, alij uelamina appellant.

Vellina, regio ī urbe Palatino mōti ꝯiuncta ī qua Valerij publicolę, ē uictorię, deorumq; penatiū ędes erāt. Dcā Vellina, ꝙ ibi paſtores Palatini uellere lanam ſint ſoliti.

Veles, itis, pe. cor. q leuisſime oīum armatus, q et uelatus, et ferentarius. Refert Ælianus ordinem pedeſtrem in militia diuidi trifariaꝫ, In armatos quę grauis armatura dicit, ē uelites, qui leuisſime oīum armant. Vn̄ et expediti nūcupantur. Non. n. ocreas, aut loricam induunt, ſed tantum iaculis, ē fundis utunt. In tertio ordine ſunt peltati, à pelta dicti, quod ſcutum eſt paruum et leue. ij medij erant inter grauem armaturam, et leuem. Speciatim, Rorarij. Accenſi, ferentarij milites leuis armaturę uocantur. Per tranſla. uelites ēt dn̄r, q uerbis altercanter. Oui. in Ibim. Vtq; petit primo plenum flauentis arenę. Nondum calfacti uelitis haſta ſolum. Dicti Velites quaſi uolites. Cice. lib. de Rep. Militari more ueteꝝ uelocisſimi cum ſcutis leuibus pedites ad hoc ipſum exercitati ijſdem miſcēdi quos expeditos quaſi uolitantes, uolites appellabāt, inde uerſa litera o, in e, velites, uel ἀπὸ τοῦ βαλλεῖν. i. à iaculatione. Eo ꝙ tela tantum miſſilia ſecum gerant.

Velitor, p. cor. ꝯtēdo, digladior, pugno. Plau. in mene. Neſcio qd uelitati eſtis inter Vos. Poſtea de re tranſlatum eſt, ad uerba. Vn̄ et p Iurgari ponit. Ci. Cū inqnatisſimus hoībus non eſt ꝯuicio decertandum, neq; maledictis aduerſum impudētes et improbos Velitandū, qa tātiſſper filis, et cōpar eorum fias, dum paria, ē ꝯſimilia dicas, atq; audias. Vnde et Velitatio, quę teſte Feſto dicta eſt, ultro, citroq; probrorum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnę.

Velito,tas,fit à uelo,as,et ponitur pro uelifico.

Velitaris,et hoc re,quod ad uelites pertinet.Vnde uelitaris pugna.Sal.in Iug. Preterea iere sagittarij, et cohors peligna cum velitaribus armis,itineris properãdi causa neq; ijs secus,atq; alijs armis aduersum tela hostium,ꝙ ea leuia sunt,muniti erant.

Velitatim aduerbium,significat per saltus,et internalla,ꝙ velites pugnando saltibus vtuntur. Sisen. Nos vna estate in Asia, et Grecia gesta idcirco continentia literis mandauimus,ne velitatim, aut saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.

Velitre, ciuitas Volscorum insignis fuit, quibus victus romani agrum veliternum ademerunt.Eo coloni ab vrbe missi sunt,vt inqt Liui.lib.ij.Refert Diony.lib.vij.Pestilẽtiam adeo Velitras esse depopulatam, vt ex decem partibus Veliternorum vix vna superfuerit.

Velia palus Italie,apud Calabros,nõ longè à Palinuro.Helia olim dicta est,et velia Lucanie oppidum,sic dicta,quia paludibus cingit,palus ἕλος, latine dicit helia postea aspiratio vertit in u,et fit velia.Alia Velia in latio est dcá,qa loco palustri finit posita à pelagis. Mos fuit,ut ait Dio. nominibus,que inciperent à vocalibus,b,preponere.

Velut aduerbium similitudinis.

Velox,celer,à volãdo,q̃si volox,à quo velocitas,ẽ velociter.

Vena dicta est,ꝙ per causa veniat sanguis. Na3 est ꝓceptaculum sanguinis misti,confusiq; cum spiritu naturali,in qua plus sanguinis minus spũs.Vene suapte vt immobiles sunt et sanguinis tantum demittendi gratia explorãtur.Arterie antem motu atq; pulsu suo, habitũ et modu3 febrium demonstrant.Vena affert spũm nutrituum,qm̃ sanguis est nutrimentũ corporis Neruus affert spũm sensitiuum. Nerui magni sunt causa motus totius corporis. Vbicũq; est vena ibi est neruus et arteria,sup arterias locant vene p̃terq̃ indorso i quo magna arteria q̃ Trachea dicitur est posita sup venã.Arteria,q̃ tendit ad pulmonẽ accipiẽdi,reddẽdiq; spũs officio fungit.Inde fit,Venosus, sa,sum,quod est venis turgentibus plenum. Transfertur etiam ad alia,vt ad orones que tanq̃ corpus ꝯstruit, qȏ succũ et sanguinẽ h3 et venas et ossa,et neruos,et carne3, et toros,et robur,et colore3 decoremq;.Vñ,à, Persio dictus est liber venosus ꝓ aspero,duro,et horrido cũ ait.Est nũc Bryse quem venosus liber acti. Per transla. tñ vene in terra dñr, sub terra meatus, per quos vnda manat,aut alius liquor.Vnde venas argenti,venas auri dicimus.

Venenum dictum est,quod cito per venas eat,siue salubre, siue noxium,quod greci φάρμακον dñt.Nã et medicamenta venena sunt. Et est generale ad oĩa,q̃ natura3 eius cui adhibita sunt,mutant.Ply.galbanu3 aduersatur venenis maxime toxicis,cum myrrha,ẽ vino.Vñ per q̃dam similitudinem color qui, à vestibus imbibitur venenum appellatur.Virg. lib.ij.Geor. Pro colore purpureo posuit qui eius conche spuma est. Alba nec assyrio fucatur lana ueneno. Deniq; omne, quod uel sumptum, vel tactu nocet venenum dicitur.Vnde et pro ueneficio capitur.

Venenosus,sa,sum, quod uenenũ h3,ut venenosus serpens.

Venenatus,ta,tũ,i qȏ ẽ uenenũ ꝯiectũ.Fit.n. à ueneno,as.

Venenarius, qui parat, uel conficit, aut uendit uenenum Apul. Qui uenenarium accusat scrupulosius cibatur.Qui furem arguit sua custodit.

Veneficus, et uenefica, qui et que uenena conficit, et q incantationibus,et ceteris malis artibus utitur,hinc Triueneficus, idest excellens ueneficus. Plaut. Mussas adhuc Triuenefica?

Veneficium ipse actus uenenãdi. Ply.Hec arbor ante atriũ sata omnibus veneficijs,remedio est.

Venio,uenis,ueni uentum.Venire proprie est,quasi uersus nos ire,unde apud authores frequenter pro ire ponitur. Virg.Venisti tandem.Teren. Nisi ego ad mercatu3 uenio, idest eo.Sic econtrario ire pro uenire,ut eo ad te.Et ambo iungi possunt datino, ut it clamor celo,et hostis uenit exdidio, idest ad exdidium. Aliquando construitur cum ablatino mediãte in, quasi significet permanentiã.Hier. Ne forte,si uenerit uestris in manibus illud Apocryphũ, dubia ꝓ certis recipiatis.Et licet uenio neutrum sit,tamẽ eius composita quandoq; mutant terminationem,ut cõuenio conuenior. Inuenio, inuenior. Reliqua composita sunt. Aduenio,circunuenio, contrauenio,deuenio,preuenio,reuenio,subuenio,et superuenio.Hora.Grata superueniet, que non sperabitur hora. Poëte tamen aliquando uenire pro imminere usurpant. Virgil.Se satis ambobus tenerisq; uenire, latinisq;. Aliquando pro crescere.Idem lib.i.Geor.Hic segetes,illic ueniunt foelicius vue.Aliquando pro portari.Ply.Species synopidis tres rubra,et minus rubens et media inter has.Eius que ex Africa venit octoni asses, reperitur etiam uenio pro uẽdor.Vide in uenũ.

Venire in mentem, non ad recordationem tantum est sed ad consyderationem, et reputationem, et intelligentiam.Teren.Vbi in mentem eius aduenti uenit.Veni in suspitionem, in obliuionem, in uetuperationem.i.suspectus factus sum alijs,alij me obliti sunt uitupor ab alijs.

Veni in opinionem, idest opinionem habeo. Aliquando tamen passiue dicitur,cum opinio pro fama accipitur.

Vento,tas,frequentatiuum,quo ueteres usi sunt,sed pro eo vtimur alio frequentatino.Ventito.Plyn.Gratior Alexandro magno erat frequenter officinam uentitanti.

Ventus, à uenio fit.Nam proprie est cum impetu uentans aer,cum nihil aliud sit uentus,q̃ aer commotus,atq; agitatus.,Speusip. Ait Ventus est agitatio aëris circa terram. Vnde Augusti.lib.de quantitate anime. Nihil aliud,quam istum aërem commotum, ac agitatum esse sentimus. Quod in loco tranquilissimo, et ab omnibus uẽtis quietissimo,uel breui flabello, approbari potest,quo etiã muscas abigentes aërem commouemus, flatuq; sentimus. Quod cum euenerit ocultiore quodam motu celestium, uel terrenorum corporum per magnum spatium mundi uentus uocatur, ex diuersis partibus celi,nomina etiam diuersa sortitus.Vict.Ventus inquit est aëris fluens unda, cu3 incerta motus redundatia. Nascit cu3 feruor offendit humorem, et impetus factionis exprimit in spiritus flatum.Sunt autem,quatuor venti à quatuor mundi partibus,sed singuli in ternos diuiduntur. Ab oriente Equinoctiali Subsolanus est, sed ad septentrionem habet.Vulturnum,à voluendis nubibus dictum.Ad meridiem Eurus sic dictum quia late flat.Hi sunt calidi, et sicci quia sub sole diu morantur,qui in ortu diei salubres sunt quia ueniũt ab aëre temperato.Ab occasu equinoctiali Fauonius est dictus ꝙ foueat, que nascunt. Huic Circius est ad septentrionem.Zephyrus ad haustrum. Sunt isti temperate frigidi,et humidi, quia sol paruam facit,moram in occidente propterea,nec multum calefacit illos nec multum desiccat. In fine diei salubres sunt,quia à sole tunc subtiliores redduntur.A meridie hauster est dictus ꝙ hauriat aquas.Hinc ad oriente3 notus est qui grece sic dicitur ab humore. Africus ad occidentem calidi humidiq; nubes pluuiasq; inducunt, citant tempestates marinas impediunt uirtutes animales et grauitatem corpori afferunt. A septentrione Boreas est huic ad orientem aquilo surgit.Ad occasum corus.Hi venti frigidi sunt et sicci.Vnde corpora indurant, poros constringunt humores purificant. Est autem uentus ut Aristoteles in meteoris ait uapor siccus à terra resolutus cum aliqua virtute celesti cõpositus,

Ventulus,dimi.paruus uentus.Teren.Cape hoc flabellum, et uentulum huic ita facito.

Vẽtosus,sa,sum,qȏ est uento plenũ,ut uentosa regio.Aliqñ dr̃ inane,ut uentosa uerba.i.sine pondere,et sine effectu.

Ventilo,las,pe.cor.ad captandum uentum pono,aut iacio, Proper. Hanc Venus, ut uiuat,uentilat ipse facem. Hinc uentilari frumentum dr̃,dum in area purgat. Ply.Multi uentilare quoq; granũ uetant.Leo Pa.Per translationẽ di

xit. Oĩum discutit ↄsuetudinẽ, ventilat curas, scrutat affe/ctus. Interdũ ventilare est per manus versare ẽ digitis exi/mendo. Apul. Ad hęc ego insperato lucro diffusus in gau/diũ, et in aureos refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam. Iuue. Cum verna Canopi Crispinus tyrias hu mero renocante lacernas Ventilet ęstiuum, digitis sudan/tibus aurum. Huius compositum est Euentilo extrauen/tilo. Col. lib. i. Et celeriter frumenta deteruntur non cedẽ/te solo pulsibus ungularum tribularumq́; et eadem euen tilata mundiora sunt lapillisq́; carent.

Ventilabrum, pe. pro. instrumentum quo aliquid uentilat. Col. lib. ij. Nam cum aceruis paleis, granisq́; mistus in unum fuerit congestus paulatim ex eo uentilabris per lo ngum spacium iactetur.

Ventilator, qui frumenta uentilat.

Venia dicta est, ꝙ optanti adueniat. Est. n. remissio culpę, et condonatio erroris. Quin. Peccaui, ueniam peto. Quandoq́; ponit, ꝓ beneficio indulgentia, et permissione. Cice. lib. i. de Ora. Date nobis hanc ueniam, ut ea, quę sentitis de oĩ genere dicendi, subtiliter prosequamini. i. concedite. Teren. Da pater ueniam, sine te exorem. Et cum uenia dicimus, hoc est, cum pace tua, et te permittente.

Venilla dicta est unda. fingitur ꝙ sit uxor Neptuni ex eo ꝙ ad litus ueniat, sicut salacia ꝙ in salum redeat author Augu. lib. vij. de ci. dei.

Venus dea putata est, ꝙ ad oĩa ueniat. Ci. Quę autem dea ad res oẽs ueniret uenerem noĩauerunt. Gręce ἀφροδίτη dr̃ ad ἀφρος spuma, qm̃ ex Saturni testibus, et maris spu ma nata sit. Est et Venus ĩfima quinq́; errantiũ stella et terrę proxima, quę phosphoros gręce, lucifer latine dicitur cum antegraditur Solem. Cum autem subsequit hesperos, vesper, et vesperugo. Ponitur etiam Venus pro libidine, et coeundi appititu. Sene. Quod in venerem pronior esset. Interdũ pro pulchritudine. Quint. Quod cũ gr̃a q̃dam et Venere dicitur. Hinc venustas, pulchritudo. Mnasalchus autem in epigrammatis ἁ σύριγξ τί ποιεῖ δὲ παρ' ἀφρογε... ... σουσας ... ἀπὸ ποιμενίου χείλεος ὧδε πάρ' ... ποιμένες ... ὧδε ... τὰ δὲ ἔρωτες καὶ πόθος, ... ἀγρὶ ... ἐν ... νέμεται.

Venerius, a, ũ, posses. à Vener vt Antestę Venerię apđ Plau.

Venustas, à venere cum pulchritudinem figt venustatẽ fę/minis dignitatem viris ↄuenire docet Ci. Si luna à Ioue defluat ad venerem facit venustos, et quibus, vt Firmicus in iiij. matheseos ex venustate potestas maxima compa/ret. Hinc venustas capit ꝓ gratia dicendi, et venere ama biliq́; suauitate. Vnde venustus, a, um, vt venustus homo, et lepida oro, quę ita iter se differunt, ꝙ venustum voca/mus, ꝙ cum gratia quadam et venere dicitur. Lepidum quod rotunditate quadam, et breuitate, atq́; acumine ver/borum venustum est.

Venusto, as, orno. Amb. li. Hex. Ideo primum fecit deus po/stea venustauit, vt eundẽ credamus ornasse, qui fecit et fe/cisse, q ornauerit. Huius ↄ̃riũ est. Deuenusto. Geli. Tanq̃ pulchritudinis sibi insignia deuenustet.

Veneror, ex venia, et orando compositum esse videt, quasi veniam oro. Est aũt venerari, colere, et veneratio, honor, et cultus. Poëtę tamen qñq́; veneratum pro venerabili po/nunt. Virg. Cursusq́; dabit venerata sacerdos.

Venerabilis, q cultu, et ueneratione dignus est. Ply. Vir gra/uis, et ipsa senectute Venerabilis. Noĩa. n. quę in bilis desi/nũt, à verbis venientia qñq́; infinitũ passiuus eius verbi signt cum dignus, vt, Spectabilis, dignus spectari. Admira/bilis dignus, q sit admirationi. Qñq́; infinitũ, vel actiuũ, vel passiuũ cum põt, vel natura aptũ est, vt Risibilis, qui põt, vel natura aptus est ridere. Penetrabilis qui potest, vel natura aptus est penetrari. Stabilis, qui potest, vel na/tura aptus est diu stare. Possibilis, qui fieri potest.

Venerandus, idem, ꝙ venerabilis. Seneca. Vocem ęstimatio ne dignam, et omni seculo venerandam. Vnde non desi/no admirari inscitiam, vel potius insolentiam quorundam sacratorũ, qui indignantur, non sibi scribi, cũ literę dant/tur. Venerandum, aut reuerendum, dicentes venerabiles omnibus conuenire. Venerandum autem, vel reuerendũ solis prelatis, et reuerendissimus, ó barbaries.

Venerarij dicuntur illi qui sacrilego cultu planetas, vt lu/nam aut solem colunt et ex illis vaticinant, qui ẽ plane/tarij dicunt ab Augu. Vnde Calistratus Iurecon. Digestis de quęstionibus, scribit verarios capite puniendos esse.

Veneranter, significat cum veneratione. Apule. Et ab eo ve/neranter exceptus, paulũlum quieui.

Venor, aris, feras indago, et quasi circunuenio, à venio, vt quidam arbitrati sunt deductum, propterea ꝙ veteres venari passiue, pro circunueniri posuerunt. Ennius. Tene/or correpta et vndique uenor. A quo per translationem venari capimus, pro captare, hoc est artificio quodam, et solerita quęrere, vt venor laudem, gloriam. Quod etiam aucupari dicimus.

Venatus, us, ipsa venatio, vt est in Geñ. Cumq́; venatu ali/quid ceperis.

Venaticus, a, ũ, qđ ad venationẽ ꝑtinet. Vñ venaticos canes dicimus, q̃bus feras ꝑsequimur. Var. Canum duo genera, vnum venaticum, alterum quod custodię causa paratur.

Venatorius, ria, rium, idem, quod venaticus, ut uenatoria instrumenta, quibus in uenando utimur.

Venabulum telum, quo venantes vtuntur aciei longissimę, apud nos cornibus hinc, et inde extantibus Mar. Si dire cta geres longo venabula rostro. Hic breuis in grandem comminus ibit aprum.

Venafrũ, à uenere, et afros componitur, et est nomen oppi di in Campania, in cuius agro fiebat optimum oleum. Mar. Hoc tibi Campani sudauit bacca uenafri.

Venetia, regio Italię, quę à Mintio, amne usq́; tiliamentus protenditur. ab Enetis populis dicta, qui post bellum tro/ianum cum Antenore salutem consecuti, cursum huc ẽ Paphlagonia tenuere. Author. Plyni. Alij à gallis eiusdem appellationis originem traxisse dixerunt. Fuerunt enim veneti populi inter celtas litora Oceani gallici ĩcolentes, quos Cęsar nauali prelio superauit. In hac regione sunt vrbes illustres, Verona, Vicentia, Patauium, et Venetię ciui tas, et Virunus placida, et amena, quę nunc Ciuitadalis nuncupatur.

Venetię ciuitas insignis, quę anno, à natali Christiano qn quagesimo quarto, supra quadringentesimum condita fuit, quo anno attila rex Hunnorum Aquileiam euertit, de cuius laude quoniam apud Iacobi philippi chronica à nobis late congestum est, duximus omittendum.

Venetus, a, um, pe. cor. quod ẽ Venetijs est, ut Veneti ciues, uenetus color ut ait Vege. Cęruleus dicitur, qui color est marinis fluctibus similis. scribit Lampri. Heliogabalum comedisse pisces coctos conditura ueneta, quasi in mari/na aqua, cum colore suo. A quo colore aurigarum factio ueneta nominatur. Et qui eo colore induebantur, Venetia ni dicebantur. Vege. lib. iiij. de re mil. scribit nautas ueste ueneta esse induendos, et uela nauium exploratoriarum colore ueneto esse tingenda. Hic color etiam thalassicus, idest marinus dicitur. Greci enim thalassan mare appel/lant. Idem à colore ferri ferrugineus dicitur.

Vendico, as, penul. correp. approprio, et meum esse dico. Ambro. Aues cęli speciale sibi nihil uendicant. Vindico uero ulciscor, quasi uim dico.

Venter capitur, pro eo, qui uidetur, hoc est, qui à pectore ad pubem terminatur. Hicq́; extenditur, quoniam ex pel/liculis ↄstat, quas vocant pantices. Iuue. Montani quoq́; uenter adest abdomine tardus. Sed ꝓprie est ubi cibi cõ ficiunt. Cuius dimi. est uẽriculus. Cor. Cel. Ventriculus aũt, qui receptaculum cibi est, constat ẽ duobus tergoribus, usq́; inter lyenem, et iecur positus ẽ. Huius duo sunt ori/ficia, vt inquit Macro. Superius et inferius. Superiore de/uorata recipiuntur. Inferiore, quę excreturi sumus, emit/tuntur. Aliquando ponitur pro stomacho. Iuue. Ventre nihil

nihil noui frugalius. Aliquando pro aluo. Gel. lib. iij. Vbi ab inferiore pte purgandus aliqs est, vētrem eius añ soluendum esse. Vterus iō dicitur, φ ptinet, et tanq̄ vter est.
Ventriosus, q et ventricosus dr̄, qui magnum hēt ventrem. Plau. in Merca. Ego dicam vax ventricosum. Nam c, litera sepe additur. Nas archadius, archadicus. Sardonius, sardonicus. Num, ē nunc. Tum, et tunc. Iuue. Viuendum est recte, tum propter plurima, tum his pręcipue cāis.
Vrephotrophium, locus, vbi nutriuntur infantes. βρέφον enim gręci vocant, infantem βρεφύλλιον, infantulum
Vētrale, vestimētu3, vētrem ptegens. Ply. Patris mei memoria cepe amphimala nostra, sicut villosa etiam ventralia.
Vepres, tam in singulari, quàm plurali generis mascu. fm Probum, et fęmi. secundum Priscia. rubus, siue spina dr̄, φ vehementer prehendat. Ouid. lib. v. Meta. Aut lepōri, q vepre latens hostilia cernit. Ora canum. Huius dimi. est veprecula. Cice. pro Sex. vt illa ex veprecülis extracta nitedula Rempu. conaretur arrodere.
Vepretum locus vepribus plenus.
Ver, anni ps temperatior, à veniēdo, φ tus venire. i. oriri, et crescere incipiūt virgulta et frōdes, ac flores arborx, atq3 herbax. Vel dr̄ à viuēdo q̄si uiuer Vel à vertendo, φ tus se vertere incipiat tempus anni Quippè ver nouum anni initium. Diuiditur enim uer, ut cęterę partes anni in ptes tres nouum, adultum, et pręceps. Ver sacrum dicebant ueteres in quo sacra, et ludos faciebant. Quod quidam, quasi religiosum putant dictum. Sisenna. Qm̄ Sabini feruntur uouisse, si res cōmunis melioribus locis pstitisset, se uer sacrum facturos, uel potius ἀπὸ τ̃ ἱερος.
Vernus, a, um, quod est ueris, unde. Amb. Vernam temperiem dixit uerni dicuntur flores, quoniam uere pueniūt.
Verna fuus ex ancilla domi natus, à uere, φ h̄ tps āni ad generandū maxīe sit idoneū. Et φ dn̄i cū ancillis psuetudinem habebāt uerno tempore, iō seruos domi natos uernas appellauerunt. Huius diminutiuum est uernula.
Vernaculus, a, um, dicitur omne, quod domi nostrę nascitur, uel quod in nostra patria est. Vnde uernacula lingua dicitur, uel seruilis, uel plebeia, qua tanq̄ cōmuni, ac naturali oēs uulgo loquunt. Vernaculus mos, idest domesticus uel patrię. Vnde. Col. in Gallinaceis probat fęcunditatem uernaculam, idest nostratium et domesticorum gallorum. Interdum ponitur pro proprio, ac peculiari. Plyni. Potissima nobilitas datur uuis peculiaribus, atque uernaculis Italię. Interdum pro eo, quod à nobis domestica consuetudine usurpatur. Cicer. in Bru. Nescio quo sapore uernaculo. Cicer. in Ver. acti. vi. Non, vt solemus interdum in defensionibus dicere crimen domesticus ac uernaculum. Idem festiuitatem uernaculam appellat pro urbano lepōre, et salibus Romanis, et floribus orno. Vernaculi etiam dicuntur malis moribus homines, ē lingua proterua, φ uernarum similes sint quibus ars est adulari, et maledicere. Item uernaculum dicitur, quod est ueris. Plyni. lib. xvij. Vernacula putatio deiectu per ramos uitium crinibus circumuestit arborem.
Verno, as, pullulo. Mar. Dum tibi vernarent tenera lanugine malę, idest pilos emittere inciperent. Hiero. Per trāsla. in explanatione canticorum. Vbi inquit, ex anima desyderiorum tempestas desuerit, tunc incipient in ea flores uernare uirtutum. Aliquando uernare splendere ē. Amb. circūdedit me uernantibus, atq3 corruscantibus gemmis preciosis. Aliquando pro canere. Plaut. Dum auiculę uernant. Quippè uerno tempore omnia lętari uidentur.
Vernilitius, p adulatore, à ueteribus usurpatur. Ceci. Credo nimis tandem hic sit uernilitius.
Vernilis, et hoc le, pe. pro. idem quod seruilis, siue scurrilis.
Vernalis, et hoc le, quod est ueris. Augusti. lib. vij. de ciui. dei. pp̄ter vernalem quippè faciem terrę, quę cęteris temporibus ē pulchrior. Porphyrius philosophus nobilis atyn florem significare perhibuit. Hinc vernaliter seruiliter. Hor. li. Ser. Nec non vernaliter ipsis fungitur officijs quod alij pro luxoriose, alij pro adulatorie exponunt, quibus hęc viuendi ars est.
Vernatio, coriū vetus, quo serpētes exuunt, qm̄ id vere fit. Notū ē spentes quotānis uno tpe exuere membranā corporis hyberno situ obductā. Ply. Lēdes tollunt adipe caninο, vel anguibus in cibus sumptis anguillax mō, aut vernatione, quā exuūt, pota. Idē Anguinę vernationis mēbrana cum oleo, tedęq3 resina calefacta auribus prodest. Eadem senectus dicitur. Vide in dictione Senectus.
Veruactum, terra uere proscisa, quia vere actum aruū. i. versum est. Plyn. Quidam vtiq3 ab ęquinoctio verno proscindi volunt, quodq3 vere semel aratum est, à temporis argumento veruactum vocatur.
Veratrum, pe. cor. herba, quę, et helleborus, φ mentem auertat. Persi. Ebria veratro. Huius duo sunt genera album, et nigrum, vtrunq3 radice fibrata ceparum modo.
Verbanus lacus Cisalpinę Gallię, ex quo Ticinus fluuius emergitur, seu per quem ex alpibus effluit in Padum Nunc lacum maiorem appellant.
Verber, instrumentum longum, et exile, q̄lis est virga, baculus, arundo, et si qd est simile. Proprie autem significat summitates sarmētox. Quin. Ignesq3 ex proximo raptos, verberaq3, quę casus obtulerat in vado.
Verbero, as, cędo verbere. Sic enī à verbere fit verbero, quomodo à fustis fustigo, à flagellam flagello. Licet etiam de verbis dicatur, qm̄ vt testatur Nonius, non solus verberare, à verberibus dictum, sed et à verbis. Plaut. in Aul. Nā cur miseram verberas. Huius composita sunt. Diuerbero, deuerbero. Teren. in Phor. Quot me censes homines iam deuerberasse usq3 ad necem hospites, tum ēt ciues. Euerbero. Reuerbero repercutio, impedio. Colu. lib. iiij. Vt mota ęqualiter humus nouellus seminis radicibus q̄cunque in partem prorepserint, molliter cędat, ne incrementa duricia reuerberet, sed tenera, velut itimo sinu recipiat. Trāsuerbero, feriendo traijcio, transfodio. Lactā. Nam dolore iniurię concitatus ydas alterum gladio transuerberauit.
Verbero. onis, q ē verbere dignus. Et est ptumelia suorum.
Verbereus, a, um, quod est dignum, vt verberetur. Plau. Sed eccum video verbeream statuā, vt magnifice infert sese.
Verberalis, verbere dignus, quasi verberabilis, à quo verberalior verberalissimus. Plau. Verberalissimus etiam rogitas non fur, sed trifur.
Verberatus, us, ipsa verberatio.
Verberito, as, sępe verbero. Fest. Verberitare idem cato frequentatiue ab eo, quod est verbero, dixit.
Verbum, à verberatu, φ verberato lingua intra palatum aëre omnis oratio promatur. Vnde ē p qualibet dictione ponitur, siue illa sit nomen, siue pronomen, siue vna aliarum partium. Var. A' veritate deducit, φ verum nos loq oporteat. Est autem verbum varie, à varijs diffinitum, propterea, φ varie significet. Primo enim sacrę scripturę diffiniunt verbum esse, quod intra animi silentium mēte concipimus, videlicet ipsam cogitationem, quę adhuc conscientię secreto retinetur. vocem vero, per quam verbū profert in mediū. Vox sonus index est cogitationis, verbū vero ipsa cogitatio. Sicut enim quando verbum corde concipimus, necessaria est vox, q̄si quiddam vehiculum verbi, et quodlibet verbum ipsum, per oris sonum ad alium transferimus, tñ sic eum integx ēt intra nos clausū tenemus, et sic à loquente transfert. vt tñ in sua sede teneatur. Aliqñ verbū dicitur, φ à re, siue facto distinguit, vt non est opus verbis, sed factis. Hinc dare verba dicimus pro decipere. Aliqñ sumit prout est vna ex octo partibus orationis, in quo omnis vis orationis est. Hinc verbale nomen dicitur, quod à verbo descendit. Aliquando capitur pro vniuscuiusque signo quod ab audiente potest intelligi. Vnde verbosus, multiloquus. Aliquando pro cōtexta oratione, quamuis in ea multa sint, ut apud prophetas sępe legimus. Verbum quod factum est. Et apostolus. Presbyteri duplici honore honorentur maxime

qui laborant in uerbo, & doctrina. Et illo. Estote factores verbi, et non auditores tantum, sacra enim scriptura verbum solet appellare multa verba. Quantocunq; tempore quisque in predicando euangelium laborauerit, nō verborum, sed verbi dei predicator erit. Et quantocunque tempore quis in vniuersa vita sua, qua istam gerit carnem, quantalibet longitudine protendatur, quecunque verba, vel ore, vel sola cogitatione locutus fuerit, corde impenitenti contra remissionem peccatorum, que fit in ecclesia verbum dicit contra spiritum sanctum. Est et verbum sententia, seu enunciatio que vno ligatur, et stringitur verbo. Teren. in Adel. Postremo illud non meum verbum facio, quod Mitio bene, et sapienter dixit.

Verbigero, ras, significat verba facio. Apule. Nimis multa oratio est si velim memorare, que ego contra respōderim q̃din, et quoties inter nos verbigeratum sit.

Verba dare, est decipere. Terenti. in Andri. Cui verba dare est difficile.

Verba ad rem conferre, est hoc agere, quod dicit. Teren. in Heau. Verum si verba ad rem confert, vapulabit.

Verbale, quod à verbo descendit, vt lector à lego, doctor à doceo.

Verbulum diminutiuum. Hieronymus Secreta uerbula nō carent suspitione.

Verbosus, multiloquus. Cicer. Habes epistolam verbosiorem fortasse, quàm velles.

Verbosito, as, verba prefero. Hiero. Nullius est meriti ore diuina officia verbositate, et misera mente, que intrinsecus imminent vagando circuire.

Veriuerbium verus sermo. Plau. in Cap. Tu repertus Philocratem, qui superes veriuerbio.

Verbena, pe. pro. proprie, vt ait Ser. Herba sacra sumpta de loco sacro capitolij, qua coronabantur feciales, et pater patratus federa facturi, vel bella indicturi. Abusiue tamen etiam verbenas vocamus omnes frondes sacratas, vt est Laurus, oliua, vel myrtus. Teren. in An. Ex ara hinc verbenas sume. Nam myrtum fuisse Menander testatur. Do. vero uerbenas ait esse omnes herbas et frondes festas, ad aras coronandas, ex aliquo loco puro decerptas, quasi herbenas. Plyni. li. xxij. scribit nomine sagminum, et uerbenarum significari gramen, ex arce cum sua terra euulsum. Idem libro. xxv. Verbena eam peculiariter uocat herbam, quam greci hierobotanem, quasi sacram herbam dicunt, aliqui peristereon quasi columbariam. Alio nomine, ut etiam in synonimus uerminaria dicitur, sed in simplicibus quis melior, ac sine comparatione prestantior, q̃ Diosco. Hic igitur, de uerbena ita scribit. περιστέριον φύεται ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις, οἱ δὲ τρίγωνον, οἱ δὲ βούνιον, οἱ δὲ ἱερὰ βοτάνη, οἱ δὲ φιλτροδότης, αἰγύπτιοι πεφετέ, προφῆται ἥρας δάκρυον, οἱ δὲ αἷμα χαλκῆς, οἱ δὲ αἷμα ἑρμοῦ, ῥωμαῖοι κρισταλλινάκια, οἱ δὲ περιστερεῶνα ὀρθὸν ὀνομάζουσι.

Vergilie stelle sunt, que et pliades, et Institor uestis dicūtur, ita appellate, ꝙ earum ortu uer finem facit, seu ꝙ circa equinoctium uernum fit earum ortus matutinus. Sunt autem septem in tauro locate, quarum signo ex oriente estas significatur, occidente hyems ostenditur. Earum exortus fit circa quintum idus maias distans ab equinoctio uerno undequinquagesimo die.

Vercelle inquit Hie. Ligurum ciuitas, haud procul à radicibus alpiū sita, olim potēs, nunc raro est habitatore semiruta.

Verecundia ut inquit Aristo. lib. rhetoricorum ad Theodectē dolor est quidam, atq; perturbatio ex malis aut presentibus aut preteritis, aut futuris, que infamiam inferant. Huius contrarium est inuerecundia, contemptus eorum atque impassibilitas.

Vereor, eris, itus, timeo. Sed proprie uereri liberorum, qui honestatis gratia mouentur. Timere seruorum, qui formidine pene faciunt. Dictum uereor, à ue, et reor, quasi ualde reor, quia ea, que timemus multi facere, ac diu cogitare solemus. Huius compositum est Reuereor, ꝙ est ueneratioui habeo, quod est timor agendi, quod reprehendi possit. Hinc Reuerentia Iuuena. His nullus uerbis pudor, aut reuerentia mense.

Verēda dicuntur loca, q̃ nō nisi cū uerecundia noīantur. Noīa, q̃ uelamentū uerēdorum significat sunt hec subligar. Subligaculum, campestre succinctoria, perizomata, feminalia, femoralia brace, et Tegile apud Apule. et lumbare.

Verecūdor, uerecundia teneor. Cic. li. iiij. de ora. Alterum cūctantē, et q̃si uerecundātem īcitabat. Verecūdus q uerecūdia tenet. Licet quādoq; pro audaci sumatur. Plau. Sic est, uera predico, nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es, nimis uerecunda es. Verecunde aduerbium, cum pudore.

Veredarius nuncius, cursor, siue tabellarius equestris, celeri celeritate literas p̄ferēs, ut à caballus caballarius. Veredus enim dicit equus uelocissimi cursus quibus usi sunt maiores in uenatione. Mar. Parcius utaris moneo rapiente ueredo. Idem Stragula succincti uenator sume ueredi. Talibus nostra tempestate utuntur lanceati equestres stratioticos, quos dicūt lanceas manibus reciprocantes. Hiero. in lib. Hester. Epistole misse sunt, per ueredarios, et egressi sunt ueredarij celeres nuncios perferentes.

Vergo, gis, si, secundum Diomedem, xi, sum, significat, declino. Virg. lib. xij. Quo uergat pondere letam. Huius composita sunt Deuergo, deorsum uergo, à quo deuergentia, pro curuatura. Gel. Nam quanta partium, circulorumq; celi ex deuergentia, et connexionibus quid uarietatis sit quis non videt? Inuergo. Plaut. in Cur. Ipsum expecto tangere inuergere in me liquores tuos.

Verro, is, verri, sum, significat traho à rete, quod uerriculum dicitur. Vir. Hinc versa puluis inscribitur hasta. Idem. Quippè ferant rapidi secum, verrantq; per auras. Aliquando uerto. Idem. Adnixi torquent spumas, et cerula uerrunt Æquora. Aliquando mundo, ꝙ trahendo sordes mundentur. Iuue. Verre pauimentum, nitidas ostende columnas. Inde villa versa, à Cato. dicitur pro munda purgataq;. Huius composita sunt Conuerro. Colu. libro. viij. Diligens pastor quotidie stabulum conuerrit, nec patitur stercus, aut humore consistere. Cato. Villam conuerse mundeq; habeat. Deuerro, deorsum verro. Euerro, extra verro.

Verriculum rete piscatorium, quod trahendo, è vado educitur. Verricula ueteres pro articulo vsurpabant.

Verretrum, membrum uirile à verrendo dictum. Hieron. Cur portas uerretrum Paule, cur à sexu feminarum barba, pilis aliaq; membrorum qualitate distingueris.

Verto, tis, uerti, uersum, à uere dici putatur, quoniam uere annus incipit uerti. Virg. Gorgona desecto uertentem lumina collo. Interdum traho. Virgi. Et versa puluis inscribitur hasta. Interdum transfero cum quippiam de vna in aliam linguam transferimus. Plau. Vertit barbare. Interdum consydero, uoluo, agito. Sal. Exercitum vertere. Huius composita sunt. Aduerto, animaduerto, auerto conuerto, circunuerto, diuerto, euerto, inuerto, interuerto, obuerto, peruerto, reuertor, subuerto, et transuerto, Verto tibi hoc uitio, idest do tibi hoc uitio imputo hoc tibi uitium.

Vertor, deponens eiusdem significationis, cum uerto. Virg. Vertitur interea celum, et ruit oceano nox. Hinc componitur Reuertor, & preuertor.

Vertere solum dicebantur vrbe cedentes siue ob decoctam creditoribus pecuniam siue ob exilium. Liui. lib. iij. Collegę eorum exilij gratia solum verterūt. Cicer. pro Cecin. Qui Volunt penam Aliquam subterfugere, aut calamitatem eo solum uertunt, idest locum mutant.

Verso, as, frequentatiuū, à Verto. Hora. Vos exemplaria greca nocturna uersate manu, uersate diurna. Est et actiuum, à quo fit uersor deponens. Vnde controuersor, est autem uersari in aliqua re assiduum esse. Cicero In quibus propter illas insanas substrictiones facile mille hominum uersabat. Conuersor, et diuersor eiusdem cum simplici significantię. Augu. Sentiunt se esse peregrinos sic diuersantur in opulentia diuitiarum suarum, quō uiator

in stabulo

in stabulo transiturus.non possessurus.

Versatilis,et versatile,penultima correpta quod huc,et illuc versatur,siue,quod idoneum est,vt versetur,vt gladius versatilis,axis versatilis.Plyni.lib.xxxvi. Idem molas versatiles volsinę inuentas.

Versatilia etiam pro Tornatilibus accipitur,vel pro canalibus sicut sunt columnę Tortiles,vel pro duabus implicatis virgulis in modum Restis,vt ait Augu.Super exodũ.

Versipellis,qui facile vertit pellem.hoc est vultum,et apparentiam, et quomodolibet faciem mutat, idest versutus ac dissimulator, qui modo unum, modo aliud ostendit. Plau.in Amph.proprie dixit.Versipellem se facit, quando lubet. Sunt qui dicant vulgo infixam opinionem esse homines in lupos uerti rursusq; restitui sibi.

Versutus qui uertitur.Plau.in Epi. Versutiores quam rota figularis. Cice. lib.iij.de nat.deorum.Versutus,à uersando dicitur,cuius tanquam celer rotamen versatur. Aliqñ tamẽ uersutus pro perito ponit. Plau.Nec magis versutũ, nec quo careas egrius.Proprie tamen uersuti dicunt, qui mentem crebro ad maliciam uertant.Hinc uersutia calliditas,malicia.Versutiloquus,et uersutiloquax.

Versicolor,pe.cor.apud iurisconsul.dicitur id,quod uertit, et mutat colorem. Vnde uestes, quę ex lana non tincta, idest natiuo colore sunt factę colorię dicuntur quia naturalem colorem habent siue album, siue pullum, siue rufum.Quę vero in alium colorem versę sunt versicolorię.Proprie tamen à Ply. Versicolorię seu versicolores dicuntur,quę varijs coloribus constant , quasi eos mutare inuicem videantur,vt est cauda pauonis, et collum columbę,et aqua maris.Liui.Punico bello interdictum fuisse mulieribus ne uersicoloribus uestirentur,idest coloris varietate distinctis.Illud vero.Virgilius.Versicoloribus armis. Exponit Seruius, depictis, propter quod bellicosus ostenditur.

Versura,à verto,is dicitur,cum aliquid vertitur. Var.li.i.de re rusti.Notant aliqui ex quibusdam folijs propter eorum uersuram,quod fit anni tempus ut dici possit, ut olea, et populus alba,et salix horum enim folia cum conuertunt se solstitium dicitur fuisse.Item uersura dicitur locus,ad quem cum quis peruenerit,reuertitur.Colu.lib.ij.Sulcum autem ducere longiorem, q̃ pedum.cxx.contrarium pecori est,cum uentum erit ad uersuram in priorem partem iugũ propellat,et boues inhibeat,ut colla eorũ refrigescant.Item uersura est,quam gręci campen uocant, flexus ipse ãgulorũ in ędificijs,et parietibus exterior,ut est apud Victru.Propter quod et crura ipsa.Vege.in iumentis gambas uocat,quasi campas.Versuram facere antiqui dicebant mutuo pecuniam sumere,ꝙ initio qui mutuabantur ab alijs,non ut domum ferrent,sed ut alijs soluerent,id faciebant, et uelut uertere creditorem uidebantur.Dona.Versuram facere est ęs alienum, ex ęre alieno soluere.Hoc fit,quando ęs alienum nobis conflatum fuerit,nec nobis tantum pecuniarum sit,ut id dissoluere liceat,ubi dissoluẽdi tempus aduenerit, mutamus creditorem ab altero scilicet usurarium ęs accipientes, quod alteri reddamus.Hiero.de dormitione Paulę.Liberalitas sola excedebat modum,et usuras tribuens uersuram quoq; sępe faciebat,ut nulli stipes rogantium denegaret.Terentius.Versuram,idest creditorem mutabis.Sene.Ab epicuro uersura facienda est,quod significat mutationem sententię facienda,esse ab Epicuro . Cicero Cęlio. Nulli sumptus,nulla iactura nulla uersura.

Versoria,apud Plautum uidetur esse instrumentum nauticum,ex quo soluturi cognoscebant, unde flarent uenti, et an mare admitteret,cuiusmodi ferè apud nos magnetis usus in eo vase,quod pixidecula uocatur.

Versus,a,um participium,ut risus uersus est in luctum.

Versus,us,carmen à uerto.Augusti. lib. ij. de ordine.Et ne longius pedum cursus prouolueret,q̃ eius iudicium posset sustinere,modũ statuit,vnde reuerteret. Et ab eo ipso versum vocauit.Interdum versus significat ordinem,seu tractum.Virg.Ille etiam feras in uersum distulit vlmos. Interdum cantum.Ply.Cantum imitabantur luscinię iuniores,versumq;,quem imitentur accipiunt.

Versus prępositio actiuum requirit,et ferè semper postponitur.Plau.Ego portum versus pergam,et ꝑquiram,queꝫ, si non inuenero,domum uersus reuertar.Dicimus etiam Quoq; uersus,q̃queuersus, utroqueuersus.i.in vnãquãq; partem.Quocunq;.i.in vtranq; parteꝫ, habet quandoq; adiunctam aliquam prępositionem , ut ad occidentem versus,ad castra versus,in forum uersus.Cicero in Lel .Is primum in forum uersus instituit agere cum populo . Quandoque aduerbium,vt sursumuersus.Dicimus etiam uersum Vnde aduersum,et aduersus.

Vertex,q et uortex,à uerto,is,proprie vortices dicuntur contorti uenti , ac rotati, à quibus fit, qui typhon vocatur, idest uibratus uortice,ut inquit Apu.in Cosmo.Torquetur humus arida,et ab imo erigitur ad summum. Ventus authore.Sene.li.v.naturaliũ qõnum,aliquo promontorio repercussus, atq; reuolutatus facit uorticem qui circumactus ad eundem ambiens locum ac seipsa uertigine concitans,uertigo uocatur,docet Quint.lib.viij.uerticem esse contortam in se aquam, vel quicquid aliud similiter vertitur.Virg.Ingens à vertice pontus.Cice.libro.ij.Thusc. Per translationem vertice dolorum dixit,pro vertigine rotationeq;,quę in doloribus circumagit,lancinatq; precordia.Inde propter flexum capillorum pars summa capitis dicitur vertex siue quia ad occipitium in decliue vertitur.Vnde dicere solemus à vertice,vsque ad calcem,idest à principio,vsque ad finem. Apul. tamen, id verticem appellat,quod tenui cute,capillisq; cõtegitur, qui in dogmate Platonis sic scribit , Denique ipsius capitis verticem specta tenui cute contectum, capillisq; hirsutum aduersus vim frigoris,et caloris.Plyn.libro.xi.Binos hominum tantum aliquibus vertices dat,cum ait.Vertices bini hominum tantum aliquibus capitis ossa plana.Ab huius similitudine , quod in montibus eminentissimum est vertex appellatur,quoniam,quę ibi nascuntur, partim in dexteram partim in sinistram vertantur.Item altissimę partes cęli,quas gręci polos vocant,dicuntur vertices,ꝙ circa hos mundus rotetur. Virgilius Hic vertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus nox atra videt, manesq; profundi.Propter quod etiam cardines dicuntur,à similitudine eorum cardinum , circa quos valuę voluuntur. Et non solum de summitate dicitur,sed etiam de intima parte sicut altum cęlum,et altum mare,et fastigium summę,et intimę partis est.Apule.libro.iiij.Ecce iam profundi maris vdo resedit vertice,apud Virgilium libro Georgi. Pro aquilone ponitur. Tẽpestas à vertice syluis Incubuit. Proprie tamen vnde initium est,vortices antiqui per o, literam pronunciabant,Primus Africanus, per e, vertices dixit.

Vertebra,penul.cor.siue vertibulum dicitur vbi summę ossium partes,non ęqualiter finiunt,sed quibusdam crassioribus nodis conglobatę,et substringuntur facilius neruis,et tutius vertuntur.

Verticulum instrumentum,quod fuso adhibetur,vt facilius vertatur.Cuius diminutiuum,est verticillum.

Vertibulum idem quod vertebra.

Vertigo,pe.pro.Rotatus,et circumactio à vertendo. Plyni. libro.ij.scribit mundum circumagi ęterna vertigine,hinc vertigo morbus capitis qui ex frigidis, et lentis humoribus deuocatis oritur,ita,vt sic affecti occasione parua sucidant.Dictus quoniam oculos eorum verticosa quadam, et rotatilia circumagi videantur.Gręci Scotoma,siue Scotomiam vocant.

Vertigus,pe.cor.motus in orbem factus,qualem Seneca et Salustius turbinum motum appellauerunt.

Vertunus,pe.pro.per simplex n, sicut portunus, dictus fuit deus in vertendarum rerum.i. emendarum, ac vendendarum

darum, vel, vt inquit Don. qui rebus ad opinata reuertẽtibus pr ęest. Sępe autem male cedit, quod bonum putat, et hoc est male vertisse, vt ille gladius, qui muneri datus est adminiculum fuit reginę pereuntis. Teren. in Adel. Quę res tibi male vertat. Vel vertunus dictus est annus, à vertendo, semper enim conuertit finito cursu. Hor. Viuere Vertunis quotquot sum natus iniquis. Vnde annus vertens, cum sol ad signum, vñ cęperat redit, vt inqt Vic. vel dr̃ vertunus à verso mutatoq; cursu fluminis Tyberini. Ouid. lib. vi. Fa. Nomen ab aduerso cęperat amne deus, vel dicitur vertunus, ꝙ vertatur in quancũq; figuram. Col. Mercibus, vt vernis diues vertunus abũdet. Scribit porphyrio Vertunum habuisse sacellum in vico thurario.

Vertunalia, vertuni festa, quę fiebant mense Octobri.

Vertius, magnarum vinum dicitur. Pompo. Homo in currendo vertius, qui cum athlante contendat.

Verrunco, cas, significat verto.

Verpus decorticatus, pellem non habens. Quo nomine etiã dictus est digitus medius à verrẽdo podice. Et iudęi dicti sunt verpi, ꝙ auersam ab alijs naturam habere videantur. Iuue. Eadem nisi sacra colenti. Quęsitum ad frontem solos deducere verpos. Vel ꝙ patientes sanguinis, fluxum hoc digito verrendo podici vtunt. Et verpa membrũ virile. Mar. Non nisi per somnum nunc arrigis, et tibi Meuii Incipit in medios meiere verpa pedes dicta verpa ab inuersa pellicula.

Vertagi, pe. cor. dñr canes sponte in venationem exeuntes, prędamq; domũ referentes. Mar. non sibi, sed dño venat uertagus acer. Ille ego sum leporem qui tibi dente feret.

Verres, is, et verri nomen proprium viri Romani contra quem Cicero orationes habuit, quę verrinę appellantur. Et verres porcus non castratus dicitur.

Verum, solidum, syncerum, non falsum, ꝙ verno tempore sole arietem ingresso, omnia vere nascuntur, partusq; ad maturitatem perueniant, cum alijs temporibus nata deficiant. Aug. lib. ij. Solilogoru3. Verũ est, quod ita se habet, vt cognitori videtur, si velit, possitq; cognoscere. Quidam hoc nomen à ue particula, quę vehementitiã significat, et res deducunt, quasi non verborum inanis sonitus, sed solida res. Hinc veritas dicta est, et verifico, as. Aliquando verum dicitur bonum, ęquum, iustum, et par vtile. Hor. lib. i. Epistolarum Metiri se quemq; suo modulo, ac pede verum. Cice. lib. iij. Thusc. Si maxime verum sit ad corpus omnia referre sapientes. Aliquando sumitur pro veridico, sicut econtrario falsum, ꝓ fallaci. Teren. in An. Sum verus. Quando vero coniunctio est. ponitur pro sed, et sępe iungitur cum tamen, vt verumtamen, et cũ enimuero, vt verumenimuero. Et cum enim. Teren, in Adel. Verumenim quando promerui fiat. i. certe.

Vero aduerbium significat certe, vere, et ponitur in secundo loco orationis. Virgil. Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis. Tuq; puerq; tuus, est autem ꝯiunctio affirmatiua. Cice. Ego vero Serui vellem vt scribis, in meo grauissimo casu affuisses. Interdum est aduersatiua, et significat autem. Et in eodem loco vtraq; hęc coniunctio poni potest, antecedente semper aliqua dictione. Seneca. Honestam tibi prouinciam delegaueram, tu vero tanq̃ turpes recusasti. Interdu3 expletiua est qñ. s. ornatus tantu3 causa ponitur, vt tu qdem scribis, ego vero lego. Nusq̃ enim refertur, sed tantum à sententia, sententiam distinguit Ponitur etiam pro qn immo. Seneca. Socrate3 cum Platone, ẽ Zenonem et Cleantem in animum meum sine dignatione recipiam. Ego vero illos veneror, et tantis nominibus semper assurgo. Ply. in Pręfa. Proinde occupantibus locũ faueo, ego vero, et posteris. Dicimus autem age vero, saneuero, iamuero, enimuero, at uero.

Vero, ras, uerum dico. Gellius. Satin vates verat ętate in agenda. Est et verare, vera repręsentare. Sidonius. Quotiẽs verba graia carmine verat.

Verax, qui vera dicit, et non mentitur, et plus est, q̃ verus, quia in x, terminata verbalia copiam significant, ut bibax. Hinc veracitas, quę est sermonis integritas.

Veridicus, q vera dicit. Similiter veriloquus, et verilo quax, qui licet multa loquatur, non tamen mentitur.

Verisimile dicitur id, quod licet non sit verum, ueri tamen similitudinem habet.

Vero, fluuius celtiberię, à quo populi verones dicti sunt circa eum habitantes.

Verona ciuitas Venetię, à Gallis cõdita, duce Brenno, à quo Brenona primo deinde mutatis literis. Verona dicta est, ut Iustinus lib. xx. Refert, quam Athesis fluuius interfluit. Ex hac vrbe pręstantes uiri orti fuerunt. Catullus, et Æmilius Macer poëtę. Plyn. Ac Guarinus orator, et Zeno pontifex sanctitate clarus. Hinc fiunt adiectiua ueroneus, et veronensis.

Verruca, pe. pro. locus in monte ęditior. Cato. censeo inquit, si rem seruare vis faciundum, vt quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas eam vti occupent, imperes. Hinc carũcula eminens in corpore, sine pruritu, et vulgo porrus dicit, uerruca vocat. Ply. Ocymum misto atramento sutorio uerrucas tollit. Serenus. Interdũ existit turpi verruca papilla. Hinc quondam fabio uerum cognomen adhęsit. Qui solus patrię cunctando restituit res, Hinc à, uerrucis clauo filibus uerrucatę uestes appellant, q̃ clauatę dñr ab aculeis clauorũ mõ ꝓminẽtibus. Huius dimi. est uerrucula. Col. lib. viij. Caper, cui sub maxillis binę uerrucule collo pendent, optimus habetur.

Verucosus, homo uerrucis plenus, et uarias eminentes partes habens. Verrucosa loca inęqualia, et diuersas partes eminentes habentia.

Verrucaria, herba, quę uerrucas tollit. Plyn. Verrucas cum sale tollit succus è folio. Vnde nostri uerrucariam herbas appellauere. Alio nomine Heliotropium uocatur.

Veruex, ab inuersis testiculis dr̃ est enim mas inter oues cui inuersi, siue adempti sunt testiculi. Nam qui ad generandam sobolem integer tenetur. Aries dicitur. Sectarius ueruex, q gregẽ agnorũ ꝓcedẽs ducit. Inde fit vernecinus, na, u3, pe. ꝓ. Ply. et hircinus, ẽ uernecinus adeps ei vtilis ẽ.

Veruecens, cea, ceum, ut Statua ueruecea apud Plautum.

Veru in singulari est indeclinabile, in populi habet oẽs casus significatq; instrm̃ ferreum, cum cuspide, quo carnes ad ignem torrere solemus. Virg. pinguaq; in uerubus torrebimus exta colurnis, à uersando deductum nomẽ, vt inquit Var. Nam ad ignem iugiter uersatur. Hinc telus ad eius similitudinem factum ueru dicitur. Virg. Et tereti pugnant mucrone ueruq; sabello. Vnde uerruta pila dñr, quę uerua habent pręfixa. Hinc Luc. lib. viij. Cęsaries compressa manu, pharioq; ueruto. Et ueruti populi Volsci dicti sunt, ꝙ dolonibus in prętio uterentur. Virgil. lib. ij. Geor. Assuetumq; malo ligurem, uolscosq; uerutos, ueru à gręcis dicitur obelus.

Veruculum dimi. paruum ueru instrumentum, quo fabri utuntur è ferro. Plyn. Spuma ex argento sublata uerruculis ferreis, atq; in ipsa flamma conuoluitur ueruculo, ut sit modici ponderis.

Vermis, à uertendo dicitur, ꝙ sese torquendo repat. Huius diminutiuum est uermiculus.

Vermina, dolores corporis, q quodam minuto motu, quasi uermes scindere uidentur. Ply. Magi eo uermina, et disynteriam curari putant.

Vermino, nas, pen. cor. uermes habeo. Cor. Celsus. Nihil est pernitiosius pueris dũ uerminãt. Hinc uerminatio, ꝓ morbo, pręsertim in iumentis. Sene. Morborum prima uerminatio uexat. Hinc uerminatur pro torquetur. Varro. Septimo mense uerminari cępit, partus putauit propinquum.

Verminosus, qui uermes habet. Vnde uerminosę aures, quę intus uermes habent.

Vermiculor, aris, uermiculos facio. Ply. Vermiculantur magis minutę, quędam arbores, omnes tamen ferè, idq; aues caui corticis sono experiuntur. Hinc vermiculari

opera minuta facere. Et vermiculata opera dicuntur quę paruis tessulis elaborata sunt qualia quę musaica vocāt. Musea enim appellant, quę in ędificijs ex pumicibus dependentia fiunt, ad imaginem specus reddendam. Plyn. Vermiculatis ad effigiem rerum, et animalium crustis. Et vermiculatim minutim,

Veruina, genus iaculi longi, qđ aliquando verutum vocāt.

Vesanus. p. p. vecors crudelis, furiosus, à q̄ vesania vecordia.

Vescus, sca, scum, à, ue, et esca, compositum est, et significat cum edēdi fastidio, sic Lucillius appellat vescum, vt id dicat, qđ in esca, et cibatu appetit, et id fastidiosum est. Festus etiam scribit vescum significare fastidiosum et edacem. Vescum quoq; dicitur, quicquid ad escam pertinet, et quicquid edibile est, ab edendi intensione. Vnde Lucre. Vescum salem, vt ve habeat vim augendi, intendendi ue, vescumq; papauer, ꝙ videlicet in cibis adhibeat, Et vescas salicum frondes, quoniam escis iumentorum sunt accommodatę. Rursus vescum ponit ꝓ paruo, et minuto, vnde ē apud Marsos lingua vernacula, cū dicunt maluā vescam, intelligunt de ea, aquam paruā dicūt. Ouid. li. ij. Fast. Nunc vocor ad nomen ue grādia farra coloni. Quę malecreuerunt vescaq; parua vocant. Ply. lib. vij. Corpo vescos esse, sed eximijs viribus. Hinc vesculi male curati, et graciles homines nuncupant. Et aranearum telę vescę dicuntur. Seruius. Qui frondes salicis vescas pro teneris, et arentibus exposuit iure, ī cesſit, nisi ꝓ gracilibus, ē male habitis acceperit. Ferè enim quęcunq; macilenta, et male curata sunt, hęc tum sicca esse, tum tenera, idest iniurijs obnoxia, frangiq;, ac pati mollia.

Vescor, eris, ꝑe cibo vtor. Virg. Vescit Æneas simul et Troiana iuuentus Perpetui tergo bouis. Et sic ↄstrui pōt cum actō. Hiero. ī Leui. Vt offerat ꝓ se duos passeres viuos q̄s vesci licitus est. Improprie, ꝓ vtor alibi posuit. Quod si fata virum seruant si vescit aura ętherea. Ponit q̄nq; ꝓ video. Actius Prius q̄ ifans facinus admittat, oculi vescunt

Vesica. p. p. folliculus, in quo vrina colligit infra (tibi. aluum à proprie parte. Caper tamen vensica p n, proferri censet, ꝙ nō sit sine vento. Hora. Et displosa sonat q̄tus vensica pepedi. Hier. tñ et vesicā, ē dimi. vesiculaȝ appellat id, q̄ aues cibū ↄtinent. Hunc. nr̄ates magnonū vocāt.

Vesta Saturni filia, ex ope, quę pro terra quandoq; sumit, eo, ꝙ rebus omnibus vestiat seu qa vi sua stet. Ouid. lib. vi. Fast. Stat vi terra sua vi stando vesta vocat. Ser. vesta dicta ἀπὸ τῆς ἑστίας, vt digamos fit adiecta, sicut er, ver. Enetus, venetus. Interdum ponitur ꝓ igne. Idem. Nil aliud Vestam, q̄ puram intellige flammam, quia ignis, siue flāmę dea est. Et qdam dn̄t nihil aliud à vestalibus in ęde Vestę, q̄ inextinguibilem ignem asseruari. Qui si forte fuerit extinctus. nequaq̄ reparare fas erat ex hoc igne humanis manibus elaborato sed accensa per fomites ex sole flāma purus, et celestis ignis eliciebat. Fuit etiā hoc noīe virgo ꝑpetua, cui vestales virgines sacrificabant.

Vestibulum, à ue particula, q̄ diu significat deducit. Est enim locus ante ianuam domus vacuus, p ques, à via ad ędes itur. Plan. in Mus. Vide vestibulum ante ędis, hoc ē ambulacrum cuiusmodi, Nam q domos amplas antiqtus faciebant locum ante ianuam relinquebant, q inter fores domus, et viam medius esset. In eo loco qui dominus eius domus salutatum venerant priusq̄ admitterentur consistebant, à q̄ ↄstitutione, ē quasi ↄstabulatione vestibula appllata, sunt spacia, in qbus multum staretur ab aduenientibus, priusq̄ intromitterentur in domum. Alij vestibulum, à ue priuatiua deduci volunt, referente non ad eos, q adueniunt sed ad eos, q in domo commanēt, quoniam illic nunq̄ ↄsistant, sed solum transitus causa ad hunc locum veniunt exeundo, seu redeūdo, vt sit vestibulum, nō stabulū, sicut vesanus, nō sanus. Pōt ēt dici vestibulū prima ps ianuę, ꝙ ianuā vestiat, vel, vt Oui. ait à vesta ꝙ ea potissimū ps in ędificio sit Vestę ↄsecrata. Ideo puellę, cū nubunt, nō tangunt pede vestibulū ne numini dicatuȝ locum calcantes, sacrilegium committā. Luca. translataq; vetat ↄtingere limina planta. Nam in primis ingressibus, et in spacijs domorum vestę, hoc est arę, et foci solebant haberi. Ouid. lib. vi. Fast. Hinc quoq; vestibulum dici reor, vnde precamur. Quam famur vestam, quę loca prima tenet.

Vestis, à velando, ꝙ corpus velet, seu à vellere, qđ est vniuersę ouis lana. Et est generale indumentum, tam virile, q̄ muliebre, quo continentur oīa, lanea, linea, serica, bōbycina, quę induendi pręcingendi, amiciendi, insternendi, accubandiq; causa apparata sunt, ē quę accessionis iure cedunt q̄ sunt. Institę picturę, clauiq;, qui vestibus insuuntur, et non solum vestes sunt qbus tegimur, sed etiam tapetes et alia ornamenta. Ponitur interdum vestis, pro barba, vnde Inuestes imberbes appellantur.

Vestio, is, iui, itum, à veste fit, sed transfertur etiam ad alia. Et plerunq; construitur cum abltō. Ci. de na. deoꝝ ad oculos transtulit, cum ait. Primus oculos membranis tenuissimis vestiuit, et sepsit, quas primum perlucidas fecit. Col. lib. v. ad arbores. Vbi se frondibus vestierint teneris cau libus, necdum adultis, modus adhibendus est. Hiero. ad parietes. Quidomos in arboribus vestiunt. Huius composita sūt. Cōuestio, Circūuestio, superuestio. Plyn. lib. xvi. Imagines reꝝ tenui folio, breuiq;, et viridi superuestiens.

Vestiarium, locus, in quo vestes, vel seruantur, vel venduntur. Aliquando vestiarij nomine vestitus intelligitur. Vide in dictione Calcearium.

Vestiarius, qui vestiario pręest, ac vestes vendit.

Vestispicus, et vestispica, pe. cor. seruus, siue ancilla custodiēs vestes ꝙ frequenti diligentia vestes ispiciant. Plau. Tua familia tota vestispici victor, auri custos. Afra. Noui nō in sciam ancillulam vespere, et vestispicam.

Vestiplica mulier, quę complicat vestes.

Vesticeps puer, q iaȝ vestitus est pubertate, q barbā emisit.

Vestissimus, ma, mum, quod est optime vestitus. Colu. lib. viij. Id pecus, q̄uis ex omnibus animalibus vestissimum frigoris tamen impatientissimum est.

Vesper, pro stella, quę Venus dicit, seu pro vltima parte diei gene. mascu. Sta. lib. x. The. Sed vesper opacus Lunares iam ducit equos. Sed et apud antiquos fœme. gene. inuenitur. Hęc stella etiam vesperugo, et vespera à latinus, et vesperus, seu hesperus à gręcis dicitur. Virg. Ite domum saturę, venit hesperus, ita capellę. Est aūt vesper ęmulus solis, et lunę, Sed cū solē pręcedit dr̄ lucifer, vt alter sol. Et ante ortum solis apparet in oriente, et in occasu solis refulgens, vesper appellatur, quasi vicem lunę reddens. Vide turq; in occasu statim, postq̄ sol occidit. Idem iubar à Pacuuio appellatur. Sed et hoc vesper, hoc vesperum, et hęc vespera ab authoribus vsurpatur, pro sero diei, quo ea stella apparet seu apparere solet Hier. in Leui. Qui tetigerit morticina eorum immundus erit, vsq; ad vesperum. Augu. Iam si placet audiamus illum mane rapientem, ad vesperam escas diuidentem. Celsus. li. iij. Si per omnia pares sint post eam potius accessionem cibus dari debet quę non inter meridiem, et vesperam definit. Cęsar lib. ij. Magrisq; imperat nauium, vt primo vespere omnis scaphas ad litus appulsas habeant. Hinc fit aduerbium vesperi, quod significat principio aduentus noctis. Id tempus gręci ἑσπέρα vocant. Inuenitur etiam vesper, ra, rum, Vnde cum vesperum dicimus neutro genere intelligimus tempus. Plyn. lib. xviij. His horę rigandi matutina, atq; vespera. Idem matutinum tempus, atq; vesperum.

Vespertinus, na, num, quod fit vesperi. Vnde orationem vespertinam dicimus.

Vesperare est vesperam fieri. Gel. Taurus philosophus accipiebat nos Athenis cœna plerunq; ad id diei vbi iam vesperauerat. Id. n est tp̄s isti inc cœnandi.

Vesperascit serum diei fit, à. A' quo aduesperascit, et Inuesperascit. Teren. Cur. vxor non accersitur? iam aduespe

rascit. Liui. lib. xxxix. Iam vesperascebat.

Vesperna cęna apud veteres dicebatur. Nam, vt Festus inquit. Cęna vocabatur, quod nunc est prādium Vesperna, quam nunc cęnam appellamus. Quod conuiuium non nisi aduentante nocte inibant prisci.

Vespa aīal puum, volatile, api simile, ꝙ vesperi muscas ve (neē ī cibo.

Vespasianus nomen imperatoris Romani de quo Dion. ita scribit de ipso ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ ἰουδαῖος ἀχθείς τε ὑπ' αὐτοῦ πρότερον καὶ δεθεὶς ἐγέλασε καὶ ἔφη νῦν μὲν με δήσεις μετ' ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις αὐτοκράτωρ γενόμενος. οὕτω μὲν δὴ καὶ ὁ δὲ οὐεσπασιανὸς εἰς τὴν ἀρχὴν ὡς καὶ ἄλλοι ἐγένοντο.

Vespillo, vilis cadauerꝫ funerator, ꝙ vesptino tpe mortuos efferre soleret, q funēbri pōpa, ꝑpter inopiā non poterāt efferri. Vñ ē funera, à funalibus dici autumat. Do. Quia noctu efferebantur ob sacrorum celebrationem diurnas. Mar. Qui fuerat medicus, nunc est vespillo Diaulus.

Vespertilio incertę nāę est volat enim pennatis alis sed inter volantia non est habendus, ꝙ quatuor pedibus graditur, formatq́; pullos, parit, et nutrit lacte, quos generat. Dictus vespertilio, ꝙ vespere se ad volatum ꝓferat noctis. Amb. Vespertilio animal ignobile, à vespere nomen accepit, est autez volatilis eademq; quadrupes, et dentibus vtitur, quos in alijs reperire non soleas. Parit vt quadrupedia, non oua, sed pullos viuentes. Volitat in aëre auium more, sed crepusculo vespertino consueuit effundi, non aliquo volatu pinnarum sed membranę suę fulta remigio, quo suspensa velut pinnarum volatu circunfertur, atq; vegetatur. Var. Factus sum vespertilio, neq; in muribus planè, neq; in volucribus sum.

Vesulus, pen. corep. mons Ligurię iuxta alpes, inter cęteros clarissimus ex cuius radicibus Padus erumpit.

Vesenus, pe. pro. mons iuxta Sarnuz fluuium, non longe à Neapoli, et Nola et Nuceria. Cui ab oriente Pompeij sunt, bonitate vini celebratus, qui semp emittit fumuz et ignes sicut Ætna in Sicilia. Hic mons amęnissimis olim habitatus agris excepto vertice, qui, vt ait Stra. lib. v. cinerosus est, et cauernosus, petris exustis, quas color indicat igni abrosas fuisse. Virg. li. ij. Geor. Et vicina veseno Ora iugo. Hic, vt quidam volunt dictus est, vesuuius, et per syncopam vesuuius appellatur à conflagratione. Nam vesuuię fauillę dicuntur, q. Tito imperante, ruptus in verticę tantum emisit incendij, vt regiones vicinas incenderet. Est autem locus iste nobilitatus morte Plynij qui dum ignium ex hoc monte scatentium miraculum visere incautius accedit fauilla ac cinere oppressus aduersantibus ventis remeare non valens perijt. Alij sicut Ser. dicunt Vesuuium esse montem Campanię Vesenuz vero Ligurię sub montibus. De hoc vesuuio. Mar. li. iiij. Hic est pampineis viridis. Vesuuius vmbris. Et subdit. Cuncta iacēt flammis, et tristi mersa fauilla. Nec superi vellent, hoc licuisse sibi.

Vestigiū pedis impressio. i. signū, qđ à pede relinqtur. Virg. li. iij. Geor. Et gradiens ima verrit vestigia cauda. Ponitur qñq; ꝑ extrema parte pedis. Idem li. v. Vestigia primi Alba pedis, frontemq́; ostentans arduus albā. Per translationem ponit, pro quocunq; rei gestę īdicio, seu signo. Leo Pa. Vt sicut omnibus profuit, ꝙ post resurrectionem domini vestigia vulnerum in carne eius Thomę apostoli explorauit manus, ita ad nostram vtilitatem, proficeret, ꝙ infantiam ipsius magorum probauit aspectus.

Vestigo, as. p. ꝑ. quęro, q̄si vestigia indago, à vestigijs, tanq̄ indicijs dictū. Ci. li. iij. đ ora. ipsa tractatio, et quęstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cuz desidiosa delectatione vestigies. Huius composita sunt. Inuestigo, et peruestigo, quę significant quęrendo inuenio.

Vestini ppli Italię, īter Mauricinos, Sabinosq́;, apđ q̄s olim fiebāt casei laudati. Mar. Si sine carne voles ientacula sumere frugi. Hęc tibi vestino de grege massa venit.

Veter, senex adiectiuum triuum generuz. En. Cum veter occubuit Priamus sub marte pelasgo. Hinc veterior, ē veterrimus, Plau. in Bac. Senem tibi dedo illum veteriorez lapide, vt lenitum reddas. Treba. Ciceroni. Pro nostro veterrimo, verissimoq́; amore.

Vetus quidam dici putant, quasi vietus, hō est sine ui, ętas enim debilitat vires. Alij à ue valde, et ętas. Et plerunq; ad laudē. Vnde dicimus apud veteres eos videlicet authoritatis plenos significantes. Interdum ad vituperationem refertur. Teren. in An. Sed qui maliuoli veteris poëtę maledictis respondeat. Et est generis omnis, cuius dimi. est vetulus. Et dicitur vetus, quod iam quasi aboletum est antiquuz qđ ante factū: Iuue. Vetus atq; antiqua simultas. Et iterꝫ. Antiquū, ē vetus ē alienū posthume lectū Concuterē.

Vetustus, a, um, idem, quod vetus. Liui. lib. i. Posse quidem se vetusto iure agere. Hinc vetustas antiquitas.

Vetustesco, vetus fio. Colu. lib. i. Apothecę recte supponentur his locis, vnde plerunq; fumus exoritur, cum vina celerius vetustescunt, quę fumi quodam genere precocem maturitatem trahunt.

Veteresco, idem, quod vetustesco. Colum. lib. ij. Aptior tñ est surculis hoīs vrina, quaz sex mensibus passus veterescere, si vitibus, aut pomoꝝ arboribus adhibeas. Hinc cōponit inueteresco, qđ est valde vetus fio seu valde in consuetudinem venio. Nigidius differentiam ponit, inter vetustescere, et veterescere, ꝙ quę vetustate deteriora fiunt, vetustescere dicant. Veterescere, quę meliora. Sed Colu. lib. vij. Docet veterescere, siue inueterescere non semper in melius dici. Sed si iam inqt Inueterauerit morbus, vehementioribus est opus remedijs. Sed de inuetero supra habitū ē.

Vetero, as, vetus reddo, à quo veteresco, vbi a, mutatur in e. Et compositum Inuetero, à quo inueteresco.

Veterator, authore Do. est homo astutia vetus, et in omni re callidus, à multaꝝ rerum gerendaruz vetustate. Est āt nomen v̄bale, qđ à vetero, et à veteresco venire posse vr̄, vt cum in passiua significatione positū est, à ueteresco, ꝑ ueteratus accipiatur, quasi senex factus, ut Vlp. Pręcipiūt ędiles, ne ueterator pro nouitio ueneat. Veterator uero à uetero idem est, quod deceptor, quasi uulpes, q̄uis pro ueteratore in astutia eitam sumi possit, ut est illđ Teren. in An. Quid hic uult ueterator sibi? Veteratoris est considerē in malicijs, et ad malitiam refertur.

Veteranus qñq; ueterem significat, Vnde ueterana mancipia, q̄ à nouicijs distinguuntur. Veterana, quę anno continuo seruierunt in urbe. Nouicia intelliguntur, quę anno nondum seruierunt. Aliquando legionarium, uel eū, qui honeste aliquādo militauit, et iaz est à militia absolutus.

Veteraneus, a, um, quod est uetus. Colu. Si sint ueteranę uineę, ut separatos sulcorum cuiusq; generis per singulos hortos inseremus.

Veteratrix fęmina in astutijs, et fraudibus exercitatissima Veteratorie, callide, maliciose.

Veterina animalia dñr ad uecturaz idonea, quę aliqd uehere pñt, uñ Cato ueterinā bestiaz appellauit à uehendo. Opilius dici uult, quasi ueterina, ꝙ ad uentrem onus religatū gerant. Ply. Vngulę ueterino tm̄ gñi renascunt.

Veterinarius, q ueterinoꝝ curā gerit, et ueterina ducit qui apđ nos ꝯsueuit ēt illa locanda domi nutricare ad q̄stū. Vñ equos, mulos, asinos meritorios uocitamus. Colu. Nam et arator reperitur aliquis bonus, et optimus fossor aut fęnisector, nec minus arborator, et uinitor, tum etiam ueterinarius et probus pastor, et ueterinarij medici sunt ueterinorum, hos nunc uulgus Merescalcos appellat. Colu. li. vij. Solent etiam fastidia cibo afferre uitiosa incrementa lingue, quas ranas ueterinarij uocant.

Veterinarius, a, um, qđ ad ueterinariū ꝑtinet. Colu. lib. viij. Quare ueterinarię medicinę prudēs eē dēt pecoris magr̄.

Veteramentarius sutor, calcearius, qui veteres calceos reficit. Eaq́; forma dicitur ueteramentarius, qua ab armento armentarius, à ferramento, ferramentarius. Sue. de uitellio. Cassius seuerus, nec minus alij eundem, et sutorem ueteramentarium prodiderunt.

Vetulonium, seu vetulonia locus in Hetruria. Sil. Męonięq́;

decus

decus quondam vetulonia gentes.

Veternus morbus, ex nimio ocio, perpetuum ſonum inducens. Hunc Auicenna, et medici recentiores ſubetum, ſiue ſub etiam Greci lethargum noīant. Et quia hic morbus pigros homines facit, et ad negocia inutiles quemadmodū ſenectus. Ideo veternus qn̄q; pro pigritia ponit. Virgi. li.i. Ge. Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno. Qn̄q; pro nimia dormitione. Ply. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno vrſi premunt, vt ne vulneribus, qdem excitari queant, tūc mirū immodū veterno pingueſcūt. Hic veternoſus qui graui premitur ſomno. Cato vero veternoſum appellat hydropicum, cum inquit. Veternoſus quam plurimū bibit, tam plurimū ſitit. Teren. Eunuchum veternosū uocat, quia ſegnis eſt, quaſi veternum patiatur.

Veto, as, aui, atū, et veto, tis, tui, titus, pe. cor. ſig̃t prohibeo, et neqd fiat impero. Vnde in actibus apoſto. Vetati ſunt à ſpū ſancto loqui verbum dei in Aſia. Sed in raro vſu eſt talis locutio. Liui. lib. ij. Illi victi ira vetuere reddi. Oui. Nitimur in vetitum ſemper, cupimusq̃; negata.

Vexo, exas, agito moleſto, perturbo, et huc illucq̃; diſtraho. Tractum ab eo, quod eſt veho, in quo ineſt iam vis q̄dam alieni arbitrij. Non enim ſui potens eſt, qui vehitur. Vexare autem ui, atq; motu proculdubio vaſtiore eſt. Nam q huc illucq; trahit, et hic vexari ꝓe dr̄ ſicut taxare preſſius, crebriusq̃; tangere. Iactare multo fuſius, largiusq̃; iacere. Quaſſare et q̄ quatere granius violentiusq̃;. Virg. Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias vexaſſe rates. Lac. de ira. Et iuſti ab iniuſtis impune vexātur. Huius ꝯpoſita ſunt Deuexo valde vexo. Diuexo varie vexo. Lactan. li. vij. Vt ſi forte tamen fuerint boni prędę ſint ſceleratis, ac diuexentur vndiq; ab iniuſtis.

Vexillum non eſt dimi. à velo, vt Ser. Putauit. Cum Cic. in Ora. dicat. Velū ex vexillo factū contractione verbi. Literā .n. vaſtiorem ex maxillis, et axillis et vexillo et pauxillo cōſuetudo elegans latini ſermonis euellit. Eſt autem vexillum ſignū, qđ vexillarius. i. Ductor ac ſignifer defert. Liui. libro. viij. Ordo in romana militia ſexagenos milites duos centuriones, vexillarium unum habebat.

Vexillarius, q vexillū defert, q et ſignifer, et añſignanus dr̄.

V ANTE F

Vfens fluuius haud longe à Tarracina in Tyrrhenū mare cadit, de quò Virg. Eſt ē alter fluuius in Gallia Ciſalpina qui ex alpibus cadens padum ingreditur.

V ANTE I

Via dimidius actus, qua poteſt ire vehiculum nam actus duo capit propter euntium et venientium vehiculorum occurſum. Via inquit Paul. Conſtitui, vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt, vt tn̄ eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poteſt aliogn iter ſit non via. Abuſiue tamen ſumitur, pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Plyn. Cum te de via vocaſſem. Aliquando ſumitur pro ipſo actu eundi. Ci. Cumq; de via languerem, et mihimet diſplicerem. Aliquando pro ratione. Virg. Inueni germana viam gratare ſorori. Aliquando pro conſuetudine. Teren. Sed uia per uulgata patrum quotidie accuſabam. Dicta via ab eundo, q̃ſi ia, ꝙ per eam eatur, vel à vehendo, quaſi veha, ꝙ per eā fructus ad villam vehūtur, vel ꝑ qua uehiculū ire p̄t. A' via fiunt adiectina. Auius, īuius, obuius, dubius, ꝑuius, ꝑ̄uius, deuius, biuius, triuius, q̄driuius. Semita, quaſi ſemis via. i. anguſtior uia.

Viā facere eſt locū, ubi nō erat uia, apire, uiā munire ē reficere, expurgare. Interdū lapidibus ſternere, qđ ꝓe ſternerē uiā dicimus. Ci. Ideone Appius ille cęcus viā muniuit, nō qua populus uteret, ſed q̄ poſteri ſui latrocinarentur. Hoc ēt uerbo ꝑ tranſla. utimur, à corpibus ad īcorporea. Qui. Propterea, ꝙ plurimi authores q̄uis eodē tenderēt diuerſas tn̄ vias munierūt, et in ſuā quisque induxit ſeq̄ntes.

Viator, q viat, hoc eſt iter facit. Amb. Eſt bonus viator qui diſpendiū regresſionis reliq itineris compendioſa celeritate compenſat. Et uiatores dicebantur, qui magiſtratibus parebāt, eo ꝙ plerūq; euocabāt ex agris hoīes ad magſtratus, et frequens eoꝝ ab agris ad vrbē uia erat. Col. in ꝑ̄fa. Illis temporibus proceres, in agris morabantur, & cum conſiliū publicum desyderabatur, à uillis arceſſebant in in ſenatū ex quo, qui eos arceſſebant viatores noīati ſūt.

Via, as, aui, atum, ſig̃t iter facio. Vnde uiator, qui uiat.

Viatorius, a, um, qđ ad uiā ꝑtinet. Vnde uiatorium uas quo iter agentes ferendi potus gratia vtunt. Ply. Vaſa uiatoria, ex taxo vinis in gallia mortifera fuiſſe compertum eſt.

Viaticum dr̄ quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt, ſiue cibus ſit, ſiue pecunia ad uictum expendenda, grece ἐφόδιον dr̄. Plau. in Cap. Sequere me uiaticum, vt dem à trapezita tibi. Aliquando capit pro facultate, ſeu apparatu. Q. Clau. in annalibus. Simul forma, factis eloquentia, dignitate acrimonia, confidentia pariter pręcellebant, vt facile intelligeret magnū viaticu3. i. magna facultas, magnus apparatus. Ponitur interdum Viaticum pro acceſſu. Plau. in Pſeu. Suo viatico reduxit me usque ex errore in uiam. Huius diminutiuum eſt uiaticulum. Apule. libro vij. de Aſino. Viaticulum mihi corraſi.

Viaticor, aris, uiaticu3 paro, ſiue impendo. Plaut. in Mene Viaticati hercle ęſtiue ſumus.

Vibex, cis, pe. pro. ſignum verberis in humano corpore remanens, ꝙ ui fiat. Ply. lib. xxx. Verberum vulnera, atque uibices pellibus ouium recentibus impoſitis ob litterantur. Perſi. Si puteal multa cautus uibice flagellas.

Vibij populi trans Rhenum, quos voluntarios Agrippa in citeriorem ripam tranſtulit.

Vibro, as, moueo, et quaſi ui agito. Virg. Sibila Lambebant linguis uibrantibus ora. Per tranſlationem uibrare ſignificat uocem in cantando criſpare.

Vibriſſę, ſeu uibriſſi ſunt pili in naribus hominum, ꝙ his euulſis caput uibretur.

Viburnū, virgultum, qđ de radice pululat genus fruticis.

Vibriſſar̄ eſt vocē ī cātādo criſpar̄ à, uibro, uel à uibriſſis.

Vicem, et in ablatiuo vice ſolum in ſingulari. In plurali habet omnes caſus. Dictę ſunt uices, vt quidam aiunt, aut ꝙ ueteres pro pugnis uſurpabant, quoniam per uiciſſitudinem pugnetur. Plau. Vices eius memorat, et cicatrices denudat. Item pro pęnis, et incommodis ꝙ ui fiant. Hora. li Car. Vicesq̃; ſuperbę Te maneant ipſum. Quoniā vero per viciſſitudinem pugnari ſolet, factum eſt, ut uices pro alternatione capiamus. Interdum pro periculo. Virg. Nec tela, nec ullas uitauiſſe uices Danaum. Quandoque pro loco. Hora. Vtar uice cotis acutu3 Reddere, quę ferrum ualet exors ipſa ſecandi.

Viciſſim aduerbium ſignificat, per uices, ſiue alternatim ut Viciſſim incumbunt oneri, ideſt modo unus, modo alius incumbit oneri. Virgil. Nos tamen hęc quocunque modo tibi noſtra uiciſſim dicemus. Quod uernacula lingua dicimus La uolta noſtra. Quandoque ſignificat ſecūdo loco, ſiue econtrario. Cicero. in Lel. Sed ego admiratione quadam, uirtutis eius ille uiciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Plau. in Cur. pro etiam, ſiue (ut ita dicam) reſpondenter poſuit. Sed cum adhuc naſo odos eſt obſecutus meo, da uiciſſim meo gutturi gaudium. Similiter Cic. Appio. Pul. Hoc ego meo facto delector. Nihil enim potuit fieri amātius, consydera nunc uiciſſim tuum.

Viciſſatum, per uices. Plaut. in pe. Ad argumentum nunc uiciſſatim uolo remigrare.

Viciſſitudo, alternatio. Cice. Luceio. Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, q̄ tempoꝝ uarietas, fortunę uiciſſitudines. Item ſig̃t reſponſionem, quod uulgo dr̄ Contracambium. Amb Et pro hoc opere, quaſi uiciſſitudinem à deo poſtulans, adiecit. Tu aūt domine ne elonges, etc. Dicitur etiam Viciſſitas. Actius Viciſſitatemq̃; imputandi tradit.

Vicarius, a, um, quod uicem alicuius gerit. Quin. Vicariam ei operam impendi. Cice. Vicaria ſolutio rerum creditarū, ideſt uicem reddens uicarię manus apud Quin. quatuor

pugna pro altero danť. Vicaria mors quę pro altero ſubiť. Vicarius vulgo dr̄ qui loco alterius ſubſtituitur. Apud Iurecon. oratores et poëtas, Vicarius vſurpatur pro ſeruo ſerui maioris in familia, ideſt ſeruus qui fuit ſeruo maiori. Hora. in Serui. Siue vicarius eſt, qui ſeruo paret, vti mos videtur ait ſeu conſeruus. Mar. Eſſe ſat eſt ſeruum iam volo vicarius eſſe.

Vicia, genus grani, à vinciendo dicta, ꝙ capreolos habeat, vt vitis, quibus ſurſum vorſum ſerpit. Etenim ſcapum lupini, aluumue Calamum, ad quem hęreat, id ſolet vincicire. Vel dr̄ à gręco, qđ illi βίκιον neu. ge. Ply. lib. xviij. Naſcuntur in vicia cochleę minutę erodentes eam.

Viciarius, a, um, quod ad viciam pertinet, vt cribrus viciarium, apud Col. lib. ix. Idem li. xij ſubſtantiuum poſuit, cū ait. Hoc eodem tpe ſtercoris pars in prata egerenda pars oleis inſpergenda, tum etiam viciaria diligenter faciēda.

Vicus, pars vrbis eſt, qui ex multiplicatis domibus fit, & ex pluribus vicis vrbs conſtat. Et à conuiuantibus nomē accepit, inqt Greg. Diuidit. n. Vrbs in vicos, quaſi in mēbra minora. In oppido vicus, à via, vt inqt Var. ꝙ dextera parte vię ędificia in vrbe fiunt vici connexis, et cohęrētibus ędificijs. Vnde Romę vicus Cyprius, vicus Africus, vicus Sceleratus nominati. Vicus, qui exitum non habet, angiportus diciť. Et hic vicus vrbanus appellatur. Eſt etiā vicus paganus, ſi plures, ſimul villę, quę pagi dicunť, hoc eſt plures ruſticanę domus coniunctę ſint, et aliquo ſpacio remotę ab vrbe, dummodo non ſint clauſę męnibus quia tunc caſtella vocarenť. Huius dimi. eſt viculus, et accipitur, pro pagis, et ruſticanis domibus. Hier. in Penta. Cęperunt viculos, et poſſederunt habitatores.

Vicani. pe. pro. dicuntur qui vicos habitant.

Vicinus, q eundē vicū colit, et qui ꝓpè domus nr̄am hiat.

Vicinitas, vicinoꝝ propinquitas, et aliqn̄ vicinoꝝ multitudo, ut laudanda eſt, uel potius amanda uicinitas.

Vicinia, locus uicinus, ſeu ipſa uicinitas. Aug. lib. x. ci. dei. Id aīaduerſum eſt ab eis, qui aderant, q̄uis in mortis uicinia curioſiſſime attentis; utrum ne philoſophus turbaretur. Amb. Splen cum iecore habet uiciniam fructuoſam.

Vicinium, idem, quod uicinia. Hier. Veni ad uicinia terrę ſanctę. Aug. lib. xviij. de ciui. dei. Hoc autem diluuium nenequaq̄ ad Ægyptum, neq; ad eius vicinia peruenit.

Vicatim aduerbium ſignificat per varios vicos. Ply. Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit Vicatim diſperſa, pręter Babylona, et Ninum.

Victima, pe. cor. quę poſt victoriam dextra victrice immolabatur. Oui. li. i. Fas. Victima quę dextra cecidit victrice, vocatur. Hoſtibus, à, domitis hoſtia nomē habet. Feſt. Vero vult hoſtiam dictam ab hoſtire, quod eſt ferire Vel dicta eſt, ꝙ vincta ad aras ducebatur. Victima vero et hoſtia diciť omne animal, quod deo immolatur hinc nos hoſtiam Euchareſtiam vocamus quoniam per illam ſuperatus eſt aduerſarius noſter diabolus.

Victimarius ē̄t uictimaꝝ miniſter. i. ſacrificijs, q uictimas ligabat, cultrū, aq̄, et molā parabat, et reliq̄ q̄ ſacris erāt, neceſſaria. Val. li. i. petilius p̄tor urbanus et authoritatꝰ ſenatus p uictimarios ſcō igne in ꝯſpectu ppl̄i cremauit.

Victimarius, qui uictimas emebat, ut uenderet. Ply. Vnde uictimarij, negociatores uili mancipio.

Victito, as pe. cor. non eſt frequentatiuū. Non enim ſignificat frequenter uiuo, ſed ueſcor, et quaſi uictu utor, ut Sarmatę lacte uictitant. Fit à uicto, as, frequentatiuo.

Victus, tus, à uiuo ſignificat genus uitę, etiam quantuꝫ ad mores. Vlp. De uerbo. ſigni. Victus uerbo cōtineť, quę ęſui potui, cultuiq; corporis, quęq; ad uiuēdū, hoī ſunt neceſſaria. A' quo ꝯuictus, ſimul uictus, cū plures ſimul uiuūt.

Victus, a, um, participiū à uinco, is, ut Pompeius uictus ē à Cęſare. Cuius contrarium eſt. Inuictus pro forti, qui uici non poteſt. Aliqn̄ diciť inops uoti. Nā quomodo uictores dicimus uoti compotes, qui quicquid uolunt, faciūt, ſic uictos uoti impotes, qui non poſſunt facere, quod uolunt. Virg. Veteres migrate, coloni Nunc victi triſtes.

Victualia dn̄r ea q̄ ad victum pertinent. Ambr. de apibus Cernas omnes certare de munere alias inuigilare, querēdo victualia, alias ſollicitam caſtris adhibere cuſtodiam.

Victurus, et à viuo, et à vinco participium eſt. Salu. Pyrrhus ne rex an. M. Curius prelio victurus eſſet. Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet victurum.

Victor, qui vincit. Eſt et proprium nomen.

Victorioſus, vincere aſſuetus.

Victoria, vltra notam ſig̃ationem, ſignificat etiā deam quā Romani colebant et victorię inſignia, vt ſunt ſtatuę coronę, et huiuſmodi. Vale. Maxi. lib. i. Pauſanias. Victoria quoq; aderat magnitudine cubitorum quatuor.

Victoriatus, genus nummi argentei, ꝙ victorię nota ſignatus eſſet. Qui lege Clodia percuſſus eſt.

Victricus, pe. cor. eſt vir matris ex alio viro natis, qui priuigni vocanť. Nā victricus, et priuignus, inter ſe opponuntur, vt inquit Modeſtus. Sue. Victrico vero Martio philippo conſulari multum diſſuadente.

Video, es, uidi, viſum, quod et video is dicitur, pertinet ad oculos. Virg. Quęq; ipſe miſerrima vidi, et quorum pars magna fui. Quandoq; adijciť. Video oculis meis. Virgil. Aut quibus hęc oculis aſpicis, iſta lege, ſic etiam gręci. Vn̄ illud Abrae, κ, ἀναβλέψας ἀβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτ͂ εἶδεν καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος τῶι κεράτων ἐν φυτῷ σαβέκ καὶ ἐπορεύθη ἀβραὰμ, καὶ ἔλαβε τὸν κριον. Transfertur etiam ad animum. Oui. Video meliora, probeq;, Deteriora ſequor. Vnde prophetę appellabantur videntes, quia videbant eum quem cęteri non videbant. Reuela (inquit David) oculos meos ē̄ conſyderabo mirabilia de lege tua. Vtimur quoq; hoc verbo etiam in cęteris ſenſibus, cum eos ad cognoſcendum intendimus neq; enim dicimus. Audi q̄ rutilet, aut olfac, q̄ niteat, aut guſta, q̄ ſplendeat, aut palpa, q̄ fulgeat. Videri. n. dicunť hęc omnia. Dicimus aūt non ſolum, vide q̄ luceat quod ſoli oculi ſentire pn̄t, ſed etiam vide, qđ ſonet, vide, quod oleat, vide, quod ſapiat, vide q̄ durum ſit, Ideoq; generalis experientia ſenſuuꝫ concupiſcentia oculoruꝫ vocatur, quia uidendi officium in quo primatum oculi tenent etiaꝫ cęteris ſenſibus ſibi de ſimilitudine vſurpant, cum aliquid cognitionis explorant inqt Aug. li. x. Con. Vnde dicimus hoc uerbuꝫ transferri ad aīum ac quandoq; poni pro cauere, curare, prouidere, conſyderare. Teren. Vide quo me īducas. i. aīaduerte, et ꝯſydera. Plau. Tu domi uidebis. i. parabis. Dicimus etiam. Vide tibi. i. prouide. Teren. in Phor. Recte mihi uidiſſem, et ſenis eſſem ultus iracundiam. Huius verbi cōpoſita ſunt. Circunuideo, vnde et Circūuiſo. Plau. in Am. Sed angues oculis omnes circunuiſere. Euideo clare, et expreſſe video, à quo euidens, euidenter quę in frequentiori uſu ſunt. Pręuideo, anteuideo, Prouideo, peruideo, perfecte video. Hiero. Peruidens igitur, ꝙ non ſolum in eſu, ſed et in ſepulturis, et in connubijs, et in omni conuerſatione vnaqueq; gens ſuo ritu victitet. Transuideo, aliquid per corpus perſpicuum uideo. Inuideo, A' Video fit viſo à quo fit uiſito frequentatiuum. Eſt et uideor depo. vt Tu mihi uideris uir probus.

Vide qđ agas ꝓuerbiale, qđ ſolet dici his, q magna aggrediunť.

Vidiſti, multum, hoc eſt, fuiſti multum cautus.

Videris, uiderit, prima acuta, pro uideas, uel uidebis, ut Viderit Epicurus. i. uiderit hoc eſt, huius rei illi cura ſit, uel huius opiniōis rōnem reddat, nō ego. Et ī Euan. Quid ad nos tu uidĕris. Sic accipienda ſunt Tu uidĕris, uos uideritis. Illi uiderint, modus loquendi minatorius.

Videlicet aduerbiū ꝯfirmandi quaſi uidere licet. Teren. in Adel. Videlicet hoc audiuit, hoc ē, certe hoc audiuit. Sal. Vos de patricidis, qđ ſtatuatis cunctamini. Videlicet cętera vita illoꝝ huic ſceleri ſtatꝰ veꝝ parcite dignitati Lentuli.

Vidua dicta eſt, quaſi valde idua, ab iduum die qui mēſem diuidit hoc eſt à uiro diuiſa. Hinc uiduare. diuidere. Iabolę. Iurecon. Scribit uiduā non ſolum, quę aliquando

nupta

nupta fuisset, sed eam quoq; quę virum non habuisset, quia vidua sic dicta est, quemadmodum vecors, vesanus q sine corde aut sanitate esset, similiter uiduam esse dictam sine duitate. Quę verba sic intelliguntur. Vidua dr̃, quę sine uiro est à, ue. particula priuatiua à, qua vidua venit, q̃si ue dua h̃ ẽ sine duobus vtpote q̃ sola viuat nõ collocata in mr̃imonio ubi duo sunt masc. & fęmina.

Viduo, as, diuido, seu priuo. Hiero. contra Io. põt. n. accidere, vt anus primo marito in extrema senectute viduetur.

Viduus priuatus, diuisus. Hora. lib. Car. Voce dum terret, viduus pharetra Risit apollo. Cice. lib. i. Thusc. Sic me ipse uiduus pestes excipio anxias. i. priuatus.

Viduertas apd̃ Catonẽ Calamitas dr̃ ꝙ bonis viduet dicta.

Vidulum in quo aliquid seruatur. Vnde Plaut. in Epi. Saculum vidulum dixit. Et in Rud. Vidulum excidisse lenoni dicit, vbi lenonis fortunę erant collocatę.

Vieo, es, eui, etum, pe. Indifferente. Hora. in Epo. Quis sudor uietis, et q̃ malus undiq; membris crescit odor. Est autẽ uiere ligare, inflectere, quia uietis uirgis ligare possumus quodlibet. Vnde uietus, mollis, languidus flexibilis, sine ui. Var. de Oporothecis. Ne cum humorem amiserint, ptinaci uento mala uieta fiant. i. flexa et obliqua facta. Plant. in Mene. Viden tu illi oculos viere, vt viridis exoritur color. i. in obliquum flectere. Vnde Vietos votarum cantus, et lingua contorta dicimus.

Vietores, qui vasa vinaria religant, stipantq;.

Vigeo, ges, gui, uiuo, sine poteris, aut in vigore sum Lact. lib. vij. Quid de deo nõ facile est cõprehẽdere, qũo vigeat sine corpore. Cic. lib. i. Thusc. Multaq; secula postea sic viguit pythagoreoꝝ nomen vt nulli alij docti viderentur.

Vigor firmitas robur.

Vigesimus, ma, mũ, fit à viginti, vt vigesimus annus est, ex quo literis operam dedi.

Vigesima, mę, tributus, seu exactio, sicut decima Vigesima rium aurum à Liuio dr̃, quod ex vigesimis exigebatur.

Vigilię nocturnę sũt, Excubię diurnę pariter, et nocturnę, Hier. in Ser. ad fratres. Hęc, & hmõi tanta, ac talia ideo sancti illi cecinerunt, et scripta reliquerunt, vt nos eoꝝ posteri paribus excitaremur exemplis, ad celebrandas etiã noctibus salutis nostrę excubias. Sciendum vigilias militares in quaterna horaꝝ spacia diuidi, ita vt prima secunda, tertia et quarta vigilia dicat. Cęsar. Vbi per exploratores Cęsar certior factus est, tres iam partes copiaru Heluecios id flumen traduxisse, quartamq; ferè partẽ citra flumen Ararim relictam esse, de tertia vigilia, cum legionibus tribus ex castris profectus, ad eam partem peruenit, quę nondum flumen transierat. Interduꝫ vigilię dicuntur ipsi custodes, qui vigilant. Sal. Et ab incendio intelligebat vrbem vigilijs munitam. Interdum vocantur profesti dies, ꝙ vigilare ante diem festum mos est in sacrificijs faciendis, et sacris hymnis cantandis.

Vigil. dicitur, qui non est torpens, quales sunt dormuentes, sed qui in vigore suo est. A' quo peruigil, qui assidue vigilat, & q diligens, et industrius est. Et vigil. nocturnus custos q ẽ excubitor dr̃, à quo pfectus vigilũ vocatus est.

Vigilo, las, non dormio, per translationem diligenter audio. Iuue. Sed vigilat consul. Item Vigilare, est studium, et diligentiam adhibere, vnde inuigilare, est alicui rei incũbere. Euigilare, expergisci, et ad aliquid agendum intentuꝫ esse. Peruigilare, ad finẽ vigilare Aduigilare, iuxta vigilare, sollicitare, cogitarẽue. Teren. in And. Nam satis credo, si aduigilaueris ex vnis, mihi geminas conficies nuptias. Hinc Vigilantia quę plęrunq; pro diligentia ponit. Idem in Adelph. Vigilantiam tuam mihi narras.

Vigisonus lacus, est in agro patauino.

Villa, domus extra vrbem, casa villatica, et suburbia, quę habitandi causa constituta est. Domus proprie in vrbe est, Ply. Modus hic probatur, ut neq; fundus villam, neq; villa fundum quęrat. Cice. lib. i. de Ora. Quin tu igitur facis idẽ, quod faceres, si in aliquam domum plenam ornamentorum, vel in villam venisses hęc pęnorus lingua Magar appellat, unde Villę Magalia appellant. Dicta villa à vehendo, quasi uehilla, ꝙ in eam fructus conuehebant ex agris. Cuius dimi. est villula.

Villicus, pe. cor. proprie villę gubenator, uel q pest pago, et totius rei rusticę curę, et q familiam rusticam habet sub sua tutela. Cato vocat. Epistatas villicum et villicam. Vnde à villa uillicus nomen accipit. Var. lib. primo. de re rusti. Villicus agri colendi causa constitutus, atq; appellatus à uilla ꝙ ab eo in eam conuehuntur fructus, et vehuntur, cum uenerint, à quo rustici etiaꝫ nunc quoq; viã veham appellant propter uecturas et vellam, non villam, quo vehunt, et unde uehunt. Oeconomus autẽ tam pecunię, q̃ frugum, et omnium, quę dominus possidet dispensator est. Ponitur tamen qñq; Villicus pro rustico agricultore. Hora. Villice syluarum, et mihi me reddentis agelli. Col. lib. xij. Villicus semper caueat, ne improuidus ab ope uincatur res est agrestis insidiosissima cunctanti.

Villico, cas, et Villicor depo. significat rusticor. Pmoponi. Ego rus eo, vt aliquot diebus villicet. Tereni. in Hecy. Hic Villicor ante urbem. Aliquando uillicari est uillę pręesse. Pompo. Lõge ab urbe uillicare, quo herus rarenter uenit, non uillicari, sed dominari mea est sentẽtia. Hinc Villicatio, ipsa rustica negociatio, uel uillę dispensatio, ut in Euangelio, Redde rationem villicationis tuę.

Villaticus, ca, cum, quod ad uillam pertinet. vnde uillatica pastio dicitur alimentuꝫ, quod pertinet ad animalia muta, quę ruri nutriuntur, utputa pecudes aues pisces. Sic dicitur uillaticus canis, qui in uilla tenetur.

Villanus, qui in Villa habitat. Vnde et Semiuillanus Semi rusticus.

Villaris, et hoc re, sicut Villaticus. Ply. lib. x. Villaribus gallinis ẽ religio inest, inhorrescũt ędito ouo excutiuntq; sese.

Villicones idem, quod uillici, uel pręfecti uillicationis, ut est apud Apul. in Apologia, qui et Epistatę.

Vile adiectiuum, quod quidam à uilla deducunt una litera abiecta, ꝙ omnia in uilla uilliora sint, q̃ in Vrbe. i. minori precio uendantur. Vile enim proprie dicitur, quod parum ualet. Cuius contrarium est carus. Ponitur interdum pro abundanti, quia omne, quod plurimum abundat, uile est. i. paruo precio uẽditur. Virg. lib. i. Geor. Si uero uiciamq; seres, uilemq; faselum.

Vileo, es, uilis sum, à quo Vilesco, uilis fio. Aug. Ipse est deus, qui p uniuersam creaturã quotidiana miracula facit, quę hominibus nõ facilitate, sed assiduitate uiluerunt. i. uilia facta fuerunt.

Vilito, tas, pe. cor. uile facio. Turpil. Et quęrar tua uitia, quę te uilitant.

Villus, pilus. Mar. Calfaciunt uilli pallia nostra mei.

Villum dimi. à uinum, sicut ullus ab unus.

Vimen, omne uirgultum molle, et ad ligandum aptum, quasi uincimen. Col. Nec refert cuius generis uimẽ feras, dum sit lentissimum. Plyn. Et alię arbores virgas sequaces ad iuncturas lentitię alię pręterues uiminibus texendis spectabili subtilitate. Fiunt aũt uimina ex populorum uirgis, ulmi, et sanguineorum fruticũ, et betulę, et uitis, et coryli intortę, et salicis, quę principatũ obtinet. Hinc Vimineus, nea, neum, quod est ex Vimine, ut Vasa uiminea.

Viminale, quod est ad ligandum aptum, seu quod pertinet ad uiminale. Ply. Hęc est uiminalis cultura. Viminalis collis dcũs ẽ Romę, ꝙ ibi Viminum sylua fuit uel à Ioue uiminco, ꝙ ibi arę sint, à q̃ et Viminalis uia, q̃ ad uiminalẽ collẽ ducebat. Eadẽ. Numentana à Numẽtano agro.

Vinco, cis, uici, uictum, supero, per translationeꝫ ponit pro exprimo, et quasi difficultatem rei dicendo supo. Virg. Nec sum animi dubius verbis ea uincere magnuꝫ, q̃ sit. Item pro animi compos fio. Idem lib. iij. Geor. Illi uictor Ego, et Tyrio conspectus in ostro. Cõposita huius uerbi sunt Cõuinco, deuinco, euinco, & prouinco. Deriuata sunt, Victor, uictrix, uictoria, uictoriosus, et uictima.

Vincibilis, qui vinci potest. Col. lib. iiij. Grauem terras vix vlla cultura vincibilem.

Vincio, cis, xi, ctus, cum n, ante c, figit ligo, quasi vim inijcio. Virgil. Purpureoq; alte suras vincire cothurno. Huius composita sunt Deuincio, valde vincio. Cic. Maxima mecum familiaritate deuinctus. Reuincio. Gel. Videbamus Androclum, et Leonem loro tenui reuinctum vrbe tota circum tabernas ire.

Vincula, et per syncopam vincla dr̄ ligamina. Col. lib. iij. Salix humida loca desyderat, genista et sicca. vtreq; tamē circa vineā serunt, cū palmitibus idonea p̄bent vincula. Et p translationę dr̄ carcer, in quo noxij vincti seruant.

Vinctus, ligatus, et aliquando captiuus dicitur. Vnde etiam quandoq; pro seruo sumitur. Sene. Qui vnus erat è vinctis Cęsaris mox libertate donatus est.

Vinculatus apud Hiero. pro vinculis impeditus dicitur.

Vindex proprie vltor iniurię, et qui alterius causam suscipit vindicandam, vt quos nunc procuratores vocamus. Vt apud Plyn. lib. xxxi. Illud est Quod tua Romanę vindex clarissime linguę, idest aduocate. Cice. i Top. Cum lex Ælia sanctiat assiduo vindicem assiduum esse iubet, locupletem iubet locupleti, locuples. n. assiduus, vt ait Ælius appellatus ab ęre dando. Et vindex, qui se ex seruili cōditione in libertatē vindicat, vindico seruo ex vrbe Setia, qui quoniam coniurationem de reducendo Targnio detexit, liberatus est, vt inqt Liui. lib. i. Hinc et Vindicię dicuntur sententię quę in libertatem asserunt. Vel dicuntur res de quibus est controuersia Ser. Sulp. ait dici ab eo ꝙ vindicantur res ex controuersia.

Vindico, cas, pe. corre. proprie vlciscor, unde vindicta. Amb. Non vltiones quęrebat, eousq;, vt dicenti sibi Seruię filio, ꝙ vindicare in eum vellet, non pmisit. Et uindicare est ab iniuria, ꝯtumeliaue, aut damno defendere, liberare. Cice. Et est senectus natura loquatior, ne ab omnibus eam uitijs uidear uīdicare. Li. li. iij. A' cuius crudelitate vosmetipsos armis uindicastis. Itē ꝓtrahere, et in libertatē asserere, vñ uindicta, v̄ga, qua s̄ui libtate à p̄tore donabant.

Vindicta, ultio, aliquando libertas, siue virga, qua serui libertate donabant. Nam faciendi liberi tres partes sunt. Vna vt censu liber fiat. Censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Si qs enim consentiente, vel iubente domino nomen detulisset in censum ciuis Romanus fiebat, ē seruitutis uinculo soluebatur. Altera pars adipiscendę libertatis, quę vindicia vocabatur, scilicet uirgula quā prętor manumittendi serui capiti imponens, eundem seruū in libertatē uindicabat dicens quędam uerba solemnia, atq; ideo illa virgula uindicta uocabatur. Persi. Vindicta poëta meus cum pretore recessi. Dicta Vindicta, à, Vindicio bruti seruo, qui Romę primus consul fuit, qui filios bruti ciuitatem prodere uolentes accusauit, à quo &c.

Vindicia ut ait Asco. Tertia pars faciendi liberi est, siquis suprema voluntate in testamenti serie seruum liberum scripserit.

Vindelicia, prouincia Europę, sicut, à Ptol. lib. iij. scribitur. Est autem inter Rhetiam, quam habet ab occasu, et Noricum ab oriente. Eam Lycus amnis disterminat, à Rhetia. Enos fluuius diuidit, à Norico. A' septentrione Danubio terminatur. A' meridie alpibus supra Italiam extēsis. Eius ciuitas insignis fuit. Augusta vindelica, Vindelicos uicit Drusus, in cuius laudem cecinit. Hora. Videre rheti bella sub alpibus Drusum gerentem. uindelici.

Vinea locus uitibus consitus, à vite multa. Vinearum tria sunt genera Iugata humi proiecta, et arbustiua. Est etiam vinea instrumentum bellicum ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum septem, longum. xvi. tectum duplici ligno, cratibusq; ꝯtexitur, latera quoq; vimine sepiuntur, ne saxorum, ac telorum impetu perfringantur. Extrinsecus autem, ne crementur, crudis ac recentibus corijs integuntur. Cum plures fuerint, iunguntur ordine, sub quibus oppugnantes tutius ad muros subruendos pugnant.

Vinearius, ria, rium, quod est uineę, vel quod ad vineam pertinet. Colu. lib. vi. Validam uitem in ramos deducere censeo, et traducibus dispergere, atq; durare, certosq; uinearios colles pręcipitare.

Vineaticus, ca, cum, quod ad uineam pertinet, vt falces uineaticę. Var. Sic alia quoq; nonnulla genera species hēnt plures, vt falces. Nam dicuntur uineaticę opus esse sex. Colu. libro. v. ait Vnum, atq; alterum reprehendisse quippè seminibus uineaticis nimium me ꝓfundos cēsuisse fieri.

Vinealis, et hoc le, quod est aptum ad uineam. Col. lib. iiij. Sed ne nunc per infinitas terreni species euagemur, non intempestiue commemorabimus Iulij grecini conscriptas uelut formulam, ad q̄ posita est imitatio terrę vinealis.

Vinum, à ui deducitur, ꝙ uim inferat menti. Et in plurali habet uina et uinis. Ouidius. Et uenus in uinis, ignis in igne fuit. Mar. Resinata bibis uina falerna fugis. Quatuor pręcipui sunt uini sapores, dulce, acutum, lene, et austerum. Primus Noe uinum inuenit, sicut sacrę testantur litere. At gentiles docent Bacchum uini repertorem fuisse. Primus uero Italis Saturnus dedit è Creta in Latiū aduectus. Vinum tortiuum dicitur, quod nouissime expressum est. protopum, antequā calcentur uuę sponte defluens. Diminutiuum, à uinū est uillum, quod ēt uinellum dicitur, uel uinū ἀπὸ τοῦ οἴνου. In Ouidio legā ī venis.

Vinolentus, ebriosus, uino se ingurgitans.

Vinosus, qui ad uinum effectus est. Plyn. ait idcirco uinosos dici homines, ꝙ soli animalium non sitientes bibunt. Vinosus succus (ut idem author est) proprie est moro, piro, myrto. Idem inter mala punica genera uinosa quędam appellat, quę aluum sistunt, et stomachum.

Vinetum, locus ubi multitudo uitis consita est, hoc est, ubi multę uites, uel multę uineę sunt. Colu. lib. iiij. Cui uineta facere cordi est, faciat uitiarium, ex quo possit agrum uineis uestire.

Vinitor, pe. cor. rusticus, uinearum cultor. Col. lib. i. Separādi sunt aratores, à uinitoribus. Virgil. lib. ij. Geor. Iam canit extremos est oestus uinitor antes.

Vinarius, uini uenditor. Vnde Lampri. scribit Alexandrum romanum imperatorem constituisse corpora uinariorū, caligariorum, et omnino omnium artium. Et apud Plau. in Asin. Sarmontio uinarij exerambi. Sueto. de Clau. Cū de lanijs, aut uinarijs ageretur, exclamauit in curia. vinarius etiam qui uinum concupiscit, et libenter utitur.

Vinarius, ria, rium, quod ad uinum pertinet, ut taberna uinaria, uas uinarium, in quibus, aut uenditur, aut tenetur uinum. Hiero. in Iosue. Tulerunt sibi cibaria, saccos ueteres, et utres uinarios.

Vinacea, sunt grana uuę iā pressę. Col. lib. ix. Vinacea q̄uis tolerabiliter pascant, dari nō debent, nisi quibus temporibus anni auis foetum non ędit. Aug. Vina recondet in apotheca uinacea uero pecoribus proiecit.

Vinaceus, cea, ceum. Ply. Leginus quendā grano uinaceo suffocatum, hoc est acino uuę.

Vinalia, tam secundę, q̄ quartę decli. pro die festo, quo ueteres nouum uinum Ioui libabant, mense Aprili.

Vindemia, quasi uinidemia, à uino demendo. Virg. lib. ij. Geor. Nō eadē arboribus pendet uindemia nostris. Sunt q distinguant, inter uindemiā, et uindemias, ꝙ uindemia sit totius orbis generaliter, uindemię singularium partiū, ut plus significet singulare, q̄ plurale. Sicut plus est cum dicimus, per terram pluit, q̄ per terras. Tunc enim omne elementum significamus. Transfertur quandoq; uindemia ad alia. Ply. Prima mellis uindemia melior. Colu. lib. x. Mox vere transacto sequitur mellis uindemia.

Vindemio, as, à quo uindemiator, cuius, de syllaba corripit metri causa. Hor. in Ser. Vindemiator, et inuictus, cui sępe uiator. Oui. Vero detraxit a, ut de syllabā ꝑduceret. Ait. n. in Fast. At non effugiet uindemitor hoc q̄ȝ cām. Sic. Col. lib. v. Vindemiatoribus q̄ȝ hę semitę, et iugū, pedamētaq; sarriētibus oportunā laxitatē p̄bent, p quē, uel fructus, uel

statumina

flumina portent. Est autem vindemiator, vindemiat. Et vindemiator sydus, qđ tertio nonas Martij apparet.

Vindemialis, ē hoc ale, quod ad vindemiam pertinet. Aug. lib. ix. confes. Et oportune iam paucissimi dies supererāt, ad vindemiales ferias, et statui tolerare illos, vt solenniter abscederem. Idem substantiuum ꝓtulit. Renunciaui peractis vindemialibus, vt scolasticis suis Mediolanenses venditorem verborum alium prouiderent.

Vindemiatorius, ria, rium, quod ad vindemiam pertinet. Var. Nihilo magis torcula vasa vindemiatoria, aut serias olearias, ac trapetas.

Vinulus, pe. cor. molliter se gerens, et minime viriliter, quod facit illecebrosus. Plau. Compellando, blanditer osculando oratione vinula venusta.

Viniolus, qui molliter se gerit, et effęminate.

Violo, as, pe. cor. corrumpo, polluo, et quasi vim infero, quod proprie de virgine dr̄ An. li. iij. cō. Violat ipsa societas, q̄ cū deo ēe nobis debet, cū eadē nā, cuius ille author est, libidinis ꝑuersitate polluit. Hic īuiolatus intemeratus.

Violentus, qui vim facit.

Violabilis, qui aptus est, vt violetur. Et inuiolabilis, qui nō facile violari potest.

Viola, quasi minime violata per antiphrasim, vel ꝙ non violanda, vel ab olendi vi, vel per diminutionem à gręco ἴον. Violarum tria sunt genera. Nam est viola purpurea, quę nomen gręcum tenet, ē appellatur ἴον ἄνθος qđ est viola flos. Vnde et vestis ianthina, hanc eandem quidam à colore baccę Vacinum dixerunt, vt inquit Apul. Secunda est lactea. Tertia est coloris pallidu li.

Violaria loca, vbi nascuntur violę. Virg. lib. iij. Geor. Irriguumq; bibant violaria fontem.

Violaceus, cea, ceū, idē, qđ purpureus, qui in violę colorem tendit. Cor. Nepos Me iuuene violacea purpura vigebat.

Violarius, ij, dicitur violacei coloris infector. Hoc gręci Iobaphes vocant, vt inquit Atheneus.

Violaris, et hoc violare, quod est coloris violę. Plautus Flāmare violari veste.

Vipera, pe. cor. serpentis genus, ꝙ vi pariat. Nihil enim attinet ad huius dictionis etymologiam pario, nam deberet tunc dici vipara, non aūt vipera. De vipera vero Nicandrus ita scribit, appellans ipsam echidnam, quę tamen dicitur etiam Echis, vulgo dicunt marassum. Vnde ait Nicander, θολερῷ κυνόδοντι θοραῖς ὅσδαξ ἐν φῦσα κάρην ἀπέκοψεν ὁ μηδόσιν οἱ δὲ πατρὸς λώβην μετεκίαθον αὐτίκα τυτθοὶ γινόμενοι ἔχιες ἐπεὶ διαμέρσας νηδὺν ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο. Nam corrosis lateribus exeunt pulli, cum matris intentu. Ambro. lib. Hexa. Vipera nequissimum genus bestię, et super omnia, quę serpentini sunt generis, astutior, vbi coeundi cupiditatem assumpserit, murenę maritimę notam sibi requirit copulam, vel nouam pręparat, progressaq; ad litus sibilo testificata pręsentiam sui ad coniugalem amplexum illam euocat. Murena aūt inuitata non deest venenatę serpenti. Expetitos vsus fuę impertit coniunctionis. Atq; vbi aduentare, vipera com parem senserit, venenum euomit reuerentiam marito deferens. Hierony. Vero ad presidium sic scribit. Viperę, per os coitum faciunt, masculi mortem contemnunt, sed foemina in ipso coitu, siue magna dulcedine exagitata, siue futuri prescięns periculi, dum absorbet semen, caput masculi excidit, et sic eum occidit. Sed cum conceperit, viscera illius ab ipsis, quos conceperit, comeduntur, et sic matrem occidunt à Vipera fit viperinus, na, num. Ply. Et viperina carne fiunt theriaces pastilli.

Vipiones sunt minores grues, sicut pipiones minores colūbi. Ply. lib. ix. In Balearibus insulis ait in honore mensarum esse vipiones. Sic enim vocant minorem gruem.

Vir, à vi dicitur, ꝙ in eo maior vis est, idest potentia q̄ in foemina et hinc virtus nomen accipit, vt inqt Lactan. Et modo respectu ętatis dicitur vir. Plyn. Quod non modo in puero, siue adolescente, sed etiam in viro admiratione dignum videret. Modo respectu sexus, vt est ne vir, an mulier? Vnde Semiuiri dicunt eunuchi, et molles, atq; effęminati. Mō respectu ꝯiugij, vt, Vnus vxoris vir. Nec solum de hominibus, sed etiam de brutis. Virg. Vir gregis ipse caper. Modo respectu fortitudinis. Virum eni3 hominem pręsenti excellentiā; animo nuncupamus. Cur. Exurgite inqt aliqñ, si viri estis, atq; arma capessite. A Vir fiunt seminir, duumuir, triumuir, qnqueuir, septemuir, decemuir, centumuir, leuir. Vir potens, vir illustris, vir denotus, vir magnificus, vir spectabilis. q̄ omnia secundū Prisci. Ideo composita accipiuntur, quia sub vno accentu pronunciantur.

Virago, pe. produ. mulier fortis, quę viro similis fit, et virilia opera faciat.

Virilis et hoc virile, penul. prod. quod est viri, vt opus virile. Aliquando dicitur fortis magnanimus. A quo virilitas, et aduerbium viriliter.

Virbius, vir bis dictus. Quo nomine dictus est Hyppolytus Thesei & Hippolytę Amazonis filius. Vide in dictione Hippolytus.

Viripotens, cum accentu in antepe. dicitur. Virgo, quę annos pubertatis excessit, quę iam virum sustinere potest.

Viro, ras, fortifico, à quo Eniro, de quo supra.

Viriplaca, et dea, quędam erat cuius cura erat ad placandum quoties iter viꝝ et vxores aliqd iurgij itercesserat.

Viritim aduerbium, significat per singulos viros. Cato. Pręda q; capta est viritim diuisa. Dr̄ etiā de vno viritim. Hor. in Epist. Quod legeret tereretq; viritis publicus vsus. Cur. Si quis viritim dimicare vellet prouocauit.

Viritanus ager, qui viritim populo diuidebatur.

Virosa, mulier dicitur, quę viri appetens est, sicut mulierosus vir, mulieris appetens. Et virosi loci, à Catone dicunt q coitum viri affectant. Et sic habet primam cor. Lucil. Vetulam, atq; virosam vxorem cędam potius, q̄ castrem egomet me. At uirosus, sa, sum, à uirus fit, et habet primam pro. significatq;, quod mali odoris, & quandoq; quod est mali saporis. Virgil. Virosaq; Pontus Castorea. Constat enim castoreum fędi, et execrandi odoris esse, adeo, ut pręgnantes odore eius eijciant fętum. Var. Ranci dam carnem appofuit nobis, et uirosam, idest mali saporis. Potest etiam dici uirosus, pro forti à uiribus.

Virgo, à uiridiori. i. ualidiori ętate appellata est, unde & matres sępe uirgines dicuntur. Virg. de Pasiphaē, quę trium liberorum mater erat. Ah uirgo īfoelix, quę te dementia coepit? Nunc uero uirgo generis cō. et tam marem, q̄ foeminam significat rei uenereę expertem, sicut mulier, à mollicie dicitur, q̄ amplius uirgo non est. Cic. Obiurgantibus, ꝙ sexagenarius. Popiliam uirginem duxisset. Cras mulier erit inqt. Vlp. Quod si ego me uirginē emere putarē, cū esset mulier, emptio non ualebit. Veteres etiam omne incorruptum, et intactum uirginem dixerunt. Cice. Phia, casta, uerecunda, incorrupta, uirgo. Et Aug. Saliuā uirginē dixit, q̄ nondum cibo, potuq; corrupta fuit, dicit. n. quanta sit orandi differentia, inter uacuum uentrē, et refertū, inter rubentem faciē, ē ora pallentia, inter saliuam uirginē et labia crapulis dissoluta.

Virguncula diminutiuum, accipitur pro parua puella, et pro parua uirga.

Virgineus, nea, neum, quod est, aut fuit virginis.

Virginalis, et hoc le, quod est dignum virgine, q̄uis et ꝓ virgineo quandoq; accipiatur, quale est illud. Deus, q uirginalem aulam beatę Marię, in qua habitares, eligere dignatus es. Virginalia substantiuum Virginitatis signa sunt, vt ait Augu. in quęstionibus super dentro.

Virtus, à uiro dicta est, et proprie fortitudinē sigt, ꝙ uiri maxime fortitudo sit, siue ꝙ uir, fortis dicit. Virg. Tunc pudor incendit uires, et ꝯscia uirtus. Lactan. lib. de opi. Vir. nominatus, ꝙ in eo maior uis est, q̄ in foemina. Et hinc uirtus nomen accepit, vñ cum uiꝝ dicimus, nō tas sexu sigamus, q̄ robustū et fortem. Viri enim ꝓpria

virilitas est, et robur. Et tunc diffinitur virtus, φ sit perferendorum malorum fortis, atq; inuicta patientia. Quoniam autem fortitudo ceteris virtutibus excellit, factum est, vt recte animi affectiones virtutes appellent. Sic qcqd vitio contrarium est virtus dicitur, que sic diffiniri solet Virtus est affectio animi constans, ɔueniensq;, laudibiles efficiens eos, in quibus est, et ipsa, per se sponte, separata, etiam vtilitate laudabilis. Hora. Virtus est vitiu3 fugere, & sapientia prima. Aristote. Virtus est habitus electiuus in mediocritate consistens. Sene. Virtus non aliud, q̃ recta ratio est. Augu. lib. iiij. de ciui. dei. Virtus à veteribus diffinita est. Ars bene, recteq; viuendi. Vnde ab eo, φ grece ἀρετὴ dicitur, virtus nomen artis latinos traduxisse putauerunt. Virtutem antiqui deam fecerunt, quam. Augustinus, non esse deam sed donus dei asserit. Lucil. De virtute. Virtus Albine est precium persoluere verum. Virtus est homini scire. Id quod queq; Habeat res Virtus scire homini quidna3 vtile, quid sit honestum. Que bona, que mala, item, quod inutile, turpe, inhonestum. Virtus querende finem rei scire, modumq;. Virtus diuitijs precium persoluere posse. Hostem esse, atq; inimicum hominum morumq; malorum. Contra defensorem hominum, moremq; bonorum. Hos magnifacere, his bene velle his viuere amicu3. Commoda preterea patrie sibi prima putare. Deinde parentum tertia iam, postremaq; nostra. Aliquando virtus dicitur vis illa, qua res, cuius est virtus, perfecta redditur. Cice. lib. v. de fi. At qui in sensibus est, et sua cuiq; virtus. Aliquando pro opere, et auxilio Plau. Deum virtute eundem hospicio accipiam. Aliquando pro marito. Ide3. Que improba est merx predium ei, pro virtute, vt veniat.

Viriatus magnarum virium. Lucil. Contra flagitium nescire bello vinci à barbaro viriato Annibale. Et viriatus Lusitanorum ducis nomen, qui vir calliditatis acerrime fuit quippè qui ex venatore latro, ex latrone subito dux, atq; imperator factus Romanos exercitus contriuit sed tandem suorum fraude interfectus est. Hinc. Viriatinum bellum dictum est.

Viriculę diminutiuum à viribus, hoc est pusillę vires dicimus etiam viriculas patrimonij pusillum patrimonium. siue facultatulam.

Viriculum genus teli terebra vulgo, à, grecis Cestron dicit.

Viridis, et hoc viride, à vigore dicitur, vnde dicimus virides plantas, quę nondum aruerunt, & in vigore suo sunt. Et quoniam in his herbaceus color est, eum etiam colorem viridem dicimus. Vnde Virgil. Iam senior, sed cruda deo viridisq; senectus. Apud Augu. Viride substantiuum est lib. ij. Contra. Mani. Cum ait, quo die fecit celu3 et terram, et omne viride agri et omne pabulum.

Vireo, es, viridis sum. Virg. lib. vi. Quale solet syluis brumali frigore viscum fronde virere noua. Hinc viresco viridis fio, et sic primam corripit. Sta. lib. i. Syl. Exuit atq; alios melior reuirescit in annos. Hinc etiam Euiresco, quod est sine viriditate fio. Var. Atq; ex sanguinibus dolore euirescat colos. Interdum virescere. i. maiorum virium fieri. Et sic pri. producitur Verius in poëmatis. Hinc crescunt animi virescit vulnere virus.

Virido, das, viridem facio, à quo viridans, quod est viride. Plyn. Viridantium, et alia plura sunt genera.

Viror, et viriditas sunt eiusdem significationis.

Viridarium locus, in quo sunt herbę, et plantę virentes, et amenitate refertus. Sue. in Tibe. Militem pretorianum ob surreptum è viridario pauonem capite puniuit.

Viretū locus, viretis plenus virentiumq; herbarum. Virgil. Deuenere locos letos, et amęna vireta. Aliquando ipsę herbę virentes. Col. li. xij. Ficus, neq; nimiū vireta, neq; nimiū matura legi debet, et in eo loco expandi, qui toto die solem accipit. Hic vireta, idest viridia, et male matura accipit. Hiero. in Gen̄. Que in pastu paludis vireta carpebāt.

Viridia etiam dicuntur prata, seu horti arboribus consiti, voluptatis causa comparati.

Viridicatus, ta, tum, quod est viride. Cice. ad. Qu. Fratrem. Equide3 hoc, quod melius intelligo, affirmo mirifica suauitate te villam habiturum, piscina, et salietibus additis, palestra, et sylua viridicata.

Virga dicta est, φ vim gerat ligando, verberandoue, à quo noie sunt tria diminutiua, scilicet virgella, virgula, et virguncula. Sed Virgula ē linea dr̄. Et virguncula puella.

Virgula diminutiuum, à, Virga, q̄uis et pro linea sumatur. Virgula diuina dari dicuntur ea, quę nō expetuntur, sed videntur venire, ē, cęlo, prouerbium apud antiquos. Cice. lib. i. Offi. Quod si omnia nobis quę ad victum cultum pertinēt quasi virgula diuina, vt aiunt suppeditarent tamen optimo qsq; ingenio negocijs omnibus omissis totum in scientia collocaret.

Virgeus, gea, geum, quod est factum, ex virgis. Virgil. lib. i. Georg. Virgea prętęrea celei, vilisq; supellex. i. vasa de vimine facta.

Virgulata, seu virgata vestis, vt Iul. Pol. inquit. Dicebatur tunica, in qua intexebant virgę purpureę, hoc est lineę, quas greci φάρκφος. Sed eas vestes grāmatici interp̄tant purpureas, φ virga gallorum lingua dicatur purpura. Virg. lib. viij. Virgatis lucent sagulis.

Virgultum multitudo virgarum pullulantium.

Virgindemia collectio virgaru3 ob verbera, aut ad aliquid vinciendum. Var. in Aga. Quid tristiorem video te esse? an ideo, quia scapulę metuunt virgindemiam.

Virgilius mantuanus poëta celeberrimus Marone, Maiaq; natus, qui primum apud latinos inter poëtas obtinet locum. Sed sunt ex recentioribus, qui Virgilium non Virgilium scribi debere autument.

Virus indeclinabile, & generis neutri, quod ē virus viri apđ antiquos, sicut vulgus, vulgi dicitur. Lucr. Liquet. n. supra tetri primordia viri. Et ꝑprie sigt̄ asperitatē odoris in homine iam adulto. Quippè talis odor in puero nō est, nec ante coitum mulieri. Ply. Prodest et ad virus alarum. Idē. Signū est vernis tp̄ibus odoris virus. Aliqñ significat asperitatem saporis. Idem. Aqua marina vetustate virus deponit. i. amaritudinem illam, et salsedinem. Idem. Virus mali medici, idest acor, et amaritudo. Aliquando asperitatē coloris. Idem de sanguine purpurę. Tum super additu3 decoquitur virus. Aliqñ genituram. i. humorem, qui è genitalibus fluit, Idē Virus verrinum à scropha, à coitu exceptū prius, q̄ terram attingat grauitati auriū prodest. Aliquando uirtutem naturalem. Lucre. lib. ij. Concoctosq; suo cō tractus pdere viro. Ply. ꝺ magnete. Sola hac materia virus ab eo lapide accipit, retinetq; longo tempore aliud appendens ferrum. Aliquando virorem, seu herbas virentes. Sta. lib. i. Syl. Atq; omne benigne uirus odoriferis arabu3, quod crescit in aruis. Plerunq; virus, pro veneno ponitur. Virgil. Ille malum virus serpentibus addidit atris. Hinc virosus, virosa, virosum, de quo supra.

Virulentus, qui est plenus ueneno. Gel. Vt serpentium uirulentorum domitores sint.

Virunium ciuitas, quam nostra lingua Ciuidal de belim vocamus. Suidas. Virunium nomen ciuitatis. Norici (Goricia Vulgo dicitur) natio vbi fuis opus adeo missum regione uastabat et ipse omnes conantes, nihil expediebāt quousq; quidam uir suem circumuertens in humeros posuit. Simile quiddam et de Calydone dr̄. Norici aūt exclamauerunt Vnus uir in propria lingua, hoc est Virunus. Vnde ciuitas Virunium est uocata. Distat à Venetijs, ad xliiij. lapidem uersus septentrionem ad montes supra Taurisiū ad lapidē. xxx. Verunesij dicti sunt īcolę Virunij.

Vis huius uis, accusatiuo uim. Pluraliter uis, actō uis uocatiuo uis. Salu. lib. iij. Histo. Male iam assuetum ad omnes uis ɔtrouersiarum. Ponit autem uis, pro uirtute. Salu. Sed omnis nostra uis in aīo, et corpe sita est. Aliqñ ꝑ possibilitate, seu fortitudine. Virgil. Non ea uis animo, nec tanta superbia uictis. Aliquando pro uiolentia. Idem. Fit uia ui rupiunt. Hinc uiolo, las. Aliqñ pro multitudine, ac copia.

Liui. Magna

Liui.Magna uis ex Sicilia aduecta. Salu.Secunda tempeſtate,ex ponto vis piſcium erupit.Aliqñ ꝑ celeri impetu.

Viſcus,viſci,et viſcum glutinum,quod ad aucupium pertinet. Nam viſco,propter eius tenacitatem aues captantur. Hor. in ſer. Sumus ego,et propè me viſcus turrinus Aug. lib.de verbis domini. Amor rerum terrenarum viſcus eſt ſpiritualium pęnarum. Et viſcum antiqui dicebant eſſe rete.Hinc fit inuiſco,ſcas,quod eſt viſco inficio,viſcoſus, viſcoſa,viſcoſum, quod eſt tenax.Dicitur etiam viſcidum.

Viſcus.viſceris caro,non tantum inteſtina,ſed quicquid ſub corio eſt.i.caro,quę inter oſſa et cutem.Vir.Tergora diripiunt coſtis, et viſcera nudant. Amb.Oſſa omnia tenui opta ſunt viſcere.Hinc Euiſcero,ras,qđ ē viſcera retraho. Virg.lib.xi.Compresſamq́; tenet,pedibusq́; euiſcerat vncis.

Viſceratio dr̄ cum carnes crudę dantur populo. Et viſcerationis noīe ueniunt res cōparatę ad mēſam,ſed incoctę.

Viſcerari veteres dixerunt carnem populo diſtribuere, et viſceratio crude carnis diſtributio,quę fieri ſolebat,vel in ſolēni feſtiuitate,vel in funere alicuius excellentis pſonę. Gel.Tum in albano viſceratio latinis data.Liui.lib.viij. Et populo viſceratio data, à.M.Fla. ī funere matris Ser. Viſceratio eſt caro,à viſcere nomine dicta.

Viſceratim aduerbium ſignificat,per viſcera.Ennius.Diſſipat uiſceratim membra.

Viſo,ſis, ad videndum eo. Cice.ad atti. Cupio equidem, et iampridem cupio Alexandriam, reliquamq́; Ægyptum viſere.i. ad videndum ire.Teren.in Ecy.Non viſam vxorem Pamphili cum in proximo ſit egra? Illud vero in An.Id uiſo,tu ne,an illi inſaniant,exponit Do.ad videndum uenio. Aliquando ponitur pro video tantum. Pręſertim quando iungitur cum eo,is,aut uenio.Plaut.in ru. Nunc huc ad ueneris fanum venio viſere rem diuinam facturum ſe dixerat.Teren.in Ecy.Poſtq̄ accerſiuit sępius, ęgram ſimulant mulièrem,noſtra illico it viſere,ad eam admiſit nemo. Et in Phor. Vultis ne eamus viſere.Et in compoſitis etiam.Teren.in And.Reuiſo quid agant. Redeo, inquit Do. vt videam,quid agant. Et in Adel.Hera ego ad hos prouiſam,q̄ mox virginem accerſant prouiſo inquit,duas res ſignificat, procedo,et video Plau. in Mene. Prouiſam quam mox vir meus redeat domum. Similiter quando gratia,cauſa,ſtudio, et huiusmodi iunguntur gerundiuo.Sal.Multi autem,qui è caſtris viſendi,aut ſpoliandi gratia proceſſerant,voluentes hoſtilia cadauera amicum alij, pars hoſpitem, pars autem cognatos reperiebant. Teren. in Ecy. Ne mittas quidem viſendi cauſa quemq̄.Virg.Vndiq; viſendi ſtudio troiana iuuentus.Circunfuſa ruit.Ex quibus datur intelligi hoc uerbum non eſſe desyderatiuum,ſicut multi putant,ſed magis excitatiuum. Nam ſi viſendi,pro desyderio videndi in iſtis ſumeretur, ſenſus eſſet ineptus ex gratia, cauſa,ſtudio,quę cum pro desyderio capiant.ſuperflua forent. A' uiſo fiunt compoſita circūuiſo,inuiſo,prouiſo,reuiſo.

Viſo opus eſt,ſignificat oportet videre.

Viſito,tas, frequentatiuum eſt, à viſo, à quo fit viſitatio quę proprie ad officium pertinet. Plau.in Cur.Ibi me interrogat in Epidauro. Lyconem trapezitam ſi nouerim, dico me nouiſſe, quid lenonem capadocem, annuo uiſitaſſe. Hinc uiſitaſſe, pro sępe uidiſſe capitur,ſicut in epi. Noſcito hanc, nam uideor, neſcio ubi me uidiſſe prius. Eſt ne ea?an non eſt?quam animus retur meus.Dij boni uiſitaui antehac,certe ea eſt.

Viſus,us,et uiſio ipſe uidendi actus, ſicut guſtus, pro actu guſtandi.Virgil.Horrendum uiſu.Ponitur interdum pro eo,quod uidetur.Idem lib.iij.Rite ſecundarent viſus.Viſiones etiam phantaſię dn̄r. Quintil. Quas phātaſias gręci vocant, nosipſi uiſiones appellamus, per quas imagines rerum pręſentium ita repręſentantur aīo, vt eas cernere oculis,ac pſentes hr̄e uideamur.Viſio etiam modo ſignificat inſpectionem. Apule.Ciuitas iuncta uacuatur ſtudio uiſionis. Modo id qđ in ſomnis uidetur ut inqt Macro. quando eodē modo quo apparuerat eueniet.Gręce ὅραμα uocant.Pręterea uiſa ſomnia dicuntur & nocturna,ſine etiam diurna phantasmata quę etiam uigilantibus apparent.Virgil. Hoc viſum nulli non ipſa effata ſorori eſt.

Viſum eſt faciendum facere,modus dicendi, ut uiſum eſt facere,ut te admonerē, quod eſt putaui te admonendū.

Viſus,autem proprie ut Speu. ait eſt habitus quo corpora diſcernuntur.

Vita à uiuo,is,et modo animam ſignificat,ſine qua nemo uiuit.Et hęc triplex eſt.Seminalis,quę vegetatiua dicitur,ē nobis cum arboribus cōmunis eſt.Senſualis,quę cum pecoribus. Intellectualis, quę cum ſolis angelis,modo denotat mores. Cic.lib.ij.ad Heren. Deinde vita hominis ex anteactis ſpectabitur.Modo alimentum,ſeu uictum.Ter. eadem quippè homo iam grandior, cui opera uita erat. Modo ſpacium uiuendi Augu.lib.v.Confeſſ.Vita hęc miſera eſt, mors incerta, ſi ſubito ſurrepat,quomodo hinc exibimus.Modo fortunam.Teren.Nam tua quidē Hercle hęc uita certe expetēda,atq; optanda eſt.Variatur in plurali. Cice. Serpit per omnium uitas amicitia. A' vita fit euitari,quo uſus eſt Cice.in Thuſcu.Qu.

Vita uiuere ſecundum ſcripturas,inqt Amb.admirabilem quādam illam uitam,beatamq́; ſignificat,et hunc uiuendi uſum, ſpirandiq́; munus cum beatę uitę gratia ueluti coniunctum,et quadam participatione permiſtum demōſtrare vr̄, hoc eſt enim uita uiuere,beatę uitę actus hr̄e in iſtius corporis uita.Cōtra aūt morte mori,quid aliud, niſi cum morte corporis deformitatem ſig̃t morientis? Cuius,et caro cōmuni uiuendi munere defraudetur,ē aīa uitę ęternę uſum habere non poſſit.Eſt ē qui vita moritur, vt q uiuit corpore,ſed actu morit̃ ſuo,quales ſunt,de qbus ꝓpheta ait. Deſcendant in infernum uiuentes, et illa,de qua apoſtolus dicit.Quoniam uiuens mortua eſt. Morte uiuere dicuntur martyres,qui utiq; moriuntur,ut uiuant,moritur caro,ſed uiuit gratia mortuorum.

Vitta,per duplex,tt,ſignificat ligamentum capitis.

Vitalis,et hoc le, quod uitam pręſtat. Vitalis uero ſubſtantiuum proprium nomen eſt.

Vitellus, à uita dictus eſt, oui pars rubra, ꝙ ex eo uiuat pullus.Ipſum enim animal ex albo liquore oui corporatur cibus eius in luteo, hoc eſt in uitello. Hora. in ſer. Quatenus ima petit uoluens uitellus.Mar.Candida ſi croceos circunfluit unda uitellos.

Vitulus bos nouus dicitur.

Vitis à uino dicta eſt,ꝙ ferat uinum. Var.Et uitis eo,ꝙ inuitet ad vuas percipiendas dicta primo videtur.Erat et vitis geſtamen centurionis,non carnificis,aut lictoris.Honorificentior enim pęna,quę à centurione,q̄ quę à lictore eſſet illata. Ply.lib.xiiij.Centurionum ī manu uitis,atq; ēt delictis pęnam ipſam honorat. Hinc à Macrobio uitis cēturialis dcā à poëtis uero uitis latię nuncupatione cēturiones deſignant.De hac uite.Iuue. Nodoſas poſt hęc frāgebāt uertice uitē.Si lētus pigra muniret caſtra dolabra. Vitiarium uitiū ſeminariū.Colu.li.iiij.Vitiariū,neq; ieiuna terra, neq; uliginoſa faciendū eſt, ſuccoſa tn̄,ac mediocri potius,q̄ pingui,et paulo ſupra. Cui uineta facere cordi eſt,pcipue caueat,ne alienę potius curę q̄ ſuę credere uelit,neq; mercet̃ uiui radicē,ſed genus ſurculi ꝓbatiſſimum domi pſerat.faciatq́; uitiariū,ex q̄ poſſit agꝝ uineis ueſtire. Et uitiariū locus,in quo ſunt uites,ſicut pomariū,ubi ſunt poma.Var.lib.i.de re ruſti.Ideo in uitiario primitus, cū exit uitis tota reſecari ſolet,ut firmiore ſarmēto, è terra exeat,atq; in pariendis colibus uires habeat maiores.

Viticula diminutiuū,à uite. Virg.in diris.Dulci namq; tumet nondum uiticula Baccho.

Vitiſcere eſt uitem facere.Col.lib.iij.Reliquas gemmas,quę in terram abſconduntur, exceptis quatuor imis,fac adradas,ne in ſumma racice uitiſcat.

Vitigineus,nea,neū, qđ ex uite fit,ut uitigineū ſimulachꝝ.

Vitiſator,pe.cor.q uites ſerit.Quo nomine eſt dictus Satur/

nus Virg. Vitisator, curuam seruans sub imagine falcē.

Viticulus capreolus vitis. Ply. Frutex folio ederę minus, tamen longis viticulis.

Vitex salicis genus, ex quo vasa viminea fiunt.

Vitilia dñr quęcũq; sic lenta sunt, vt ꝯmode flecti possint, à vinciendo dicta, vt vitex, vitis, vimina, viticulę Ply. lib. xix. Cucurbita omnimodo fastigiat vaginis maxime vitilibus. Idem. Non multum à salice vitilium vsu distat.

Vitula. Vacca viridioris ętatis. Virgil. Ego hanc vitulam, ne forte recuses, Bis venit ad mulctram, etc. Depono, ab aĩ alacritate, atq; lasciuia q̃ maxime spectat in vitulis Piso ait vitulā vocari victoriā ꝙ post victoriā certis sacrificijs fiat vitulatio, volũtq; nõnulli sic dictā cā sit vitę tolerãdę. Et ob hoc huic deę ꝓ frugibus quę vitā sustentant fiunt sacra, quę sanè dea letitię prętesse putabatur, à Romanis.

Vitulus, à vitulando, idest lasciuiendo, q non modo de bobus genitus, sed etiaꝫ ex alijs quadrupedibus maioribus. Ply. de elephãtis. Atq; ita salutato sydere, in syluas reuertunt, vitulorꝫ fatigatos prę se ferentes. Virg. ad equos transtulit. Iam vitulos hortare, viamq; insiste domãdi. Quin etiã ex piscibus. Ply. de balęnis. Irrumpunt orcę in secreta, et vitulos earꝫ ac foetus lacerant morsu. Vitulus etiam nomẽ piscis est, siue potius maris bellua corio, et pilis tecta. Quę et phocas dicitur. Parit in terra pecudum more vituli aũt nomẽ accepit, ꝙ illi in somno mugitus sit, nullumq; animal (teste Ply.) grauiore premitur somno.

Vitiligo totius corporis vitium est, nam vitiliginẽ faciunt diuersi coloris maculę, per oĩa membra dispersę. Dicta vitiligo, vel à vitio, vel à viculo, ꝓpter eius membranę candoré, qua nascitur, innolutus. Et hanc maculaꝫ gręci alphon, vnde nos album dicimus appellant, vt inquit Festus allegans. Lucil. Hęc odiosa mihi vitiligo ẽ, vnde dolet inquit. Sed Cel. vitiligineꝫ dicit esse herbã, quę alphos dr̃, qa alba cum alia quoq; sit guttis dispersa, q̃ melas à colore nigro dicit, vtraq; tñ serpit. Ob hanc igitur similitudinem vitiliginem magis dictam puto. Non eniꝫ hęc herba, siue virgultum vt ait Festus à vitulo, vel à vitio, sed à vite nuncupatur, cuius naturę est, vt sine adminiculo stare non possit, de morbo sic meminit. Apul. in magia. Cuꝫ caro in humorem crassum, et spumidum inimico igni colli, quę facit, et spiritu in idem sparto, Ex candore compressi aëris albida, et humida tabes fluit. Tetra namq; tabes si foras è poris prospirauit maiore dedecore, q̃ noxa diffunditur pectoris primorem cutem vitiligine infignit, et oĩbus maculationibus conuariat. Ply. lib. xx. Ferunt eos, q quotidie ędunt capparim paralysi non periclitari, nec alienis doloribus radix eius vitiligines albas tollit. Mar. lib. iij. Linguę vitiliginem dedit per quandã similitudinem, cum inquit. Scabros dentes, vitiliginemq; linguarum, quas in sola equidem ciuitate contraxerat.

Vitiligo, gas, pe. cor. ostrigilo, carpo, criminor, mordeo, vnde vitiligatores dicti sunt obtrectatores, ex vitijs, et litigatoribus cõposita dictio. Ply. in Prolo. Scio ego, q̃ scripta sunt, hęc si palàm proferantur multos fore, qui vitiligent.

Vitulari veteres vsurparunt, pro voce lętari. Et vitulantes dñr lętantes, et vitulatio lęticia, quoniaꝫ eam uerã vitam putabant, quę in summa lęticia, ac tranqlitate degeret. Varro. lib. xv. Rerꝫ diuinarꝫ Pontifex, qbusdam sacris vitulari solet, quod gręci παιανίζειν dicunt. Hinc viuere sępenumero ponitur pro lętam uitam agere.

Vito, tas, caueo, cuius ꝯposita sunt deuito, euito, ꝑfecte vito. Lactan. Sic hoĩem poenitentẽ cautũ, ac diligentẽ facit ad euitãda peccata, in q̃ semel fraude deciderit, et hñt, pe. cor.

Vitabundus, idem, quod vitans. Salu. Mar. Vitabundus classem hostium ad oppidum peruenit.

Vitium ꝓpe dicitur, quod virtuti opponitur, à uito ꝙ uitãdũ sit, ac fugiendũ. Sene. Siquid vitij ꝯmisit. Aliqñ dicitur error. Ply. Librum vitijs plenũ Aliquando morbus. q̃uis ab inuicem separentur, ꝙ morbus sit habitus quidam contra naturam, qui vsum rei facit deteriorem, vt febris, insania. Vitium vero perpetuum corporis impedimentum. ut cęcitas, claudicatio, uecordia. Et nõ solũ in homine, sed in alijs quoq; rebus dicit. Cic. Pęto. Si nihil est in parietibus, aut tecto uitij, cętera mihi ꝓbabunt. Põt tñ q morbosus est ẽt uitiosus dici, sed nõ econtrario. Equus mordax, et calcitrosus, uitiosus, nõ morbosus est. Claudus uero aliquo actu factus, et morbosus, et uiciosus dici põt.

Vitio dare est culpare uituperare. Terẽ. in And. Nunc quã rem uitio dent, quęso animaduertite. Et paulopost, id isti vituperant factum.

Vitiositas (ut Cice. lib. iiij. Thuscul. inquit) est habitus, aut affectio in tota uita inconstans.

Vitiosus ẽ morbosus quomodo differant. Vide in uitium.

Vitiosi magistratus dñr, uitio creati, unde apud Liuiuꝫ legimus expugnatuꝫ esse, ut uitiosus dictator, per augures fieret. Cic. in Phil. Vitiosuꝫ consulem appellat hoc est uitio creatum, ex augurum disciplina. Quãdo enim comitia Romę habebant cã magistratuũ creandorꝫ, solebãt augures de cęlo seruare, si aut fulmen uidissent aut tonitrua audiuissent, q̃ re p augures nunciata illi magistratus uitio creati esse dicebant, et ita se abdicare cogebantur.

Vitio, as, corrumpo, destruo, Lactan. lib. vij. Aer uitiabitur, ac corruptus, et pestilens fiet. Plau. in prol. Aul. Eius filiã Lyconides uitiarat. Nam uitiatam uirginem dicimus, cũ pudicitiam amisit, et uitiare, est fędare. Apul. Vtroq; oculo uitiatus. Hinc corpore uitiatos dicimus qui cęci, uel manci, uel claudi nati, factiue sunt. Hinc uitiatio, uiolatio corruptio, uitiositas uero uitium dicitur.

Vitupero, ras, uitio aliquid do, quasi uitium paro. Ter. Id isti uitupant factũ. Hinc uituperatio, q̃ si cũ uerbo uenio, uel similibus iungit passiue accipit. Cice. Vt pp eũ in sermonẽ hominum, atq; in tantam uitupationem ueniret.

Vituperium, idem, quod uituperatio. Cic. Vel etiam à uitio dictum uituperium.

Vituperones, idem, qui et uituperatores.

Vitrum materia translucida, q̃ ex arena, et cinere fieri dr̃.

Viuo, is, xi, ctum, quasi uim, et uigorem habeo, quod licet absolutũ sit, dicimus tñ quandoq; uiuo fęlicẽ uitã. Interdum uiuere est lętã vitã agere. Huius uerbi ꝯposita sunt ꝯuiuo, unde et ꝯuiuium, p uiuo, quod est usq; ad finem uiuo. Plau. in cap. Etiam si puiuo usq; ad summã ętateꝫ, tamen breue spatium est pferundi, q̃ minitas. Reuiuo à quo reuiuisco rursus uiuus fio. Superuiuo. Hier. in Exo. Si uno die, uel duobus superuixerit, non subiacebit pęnę. Huius uerbi frequenta. est uicto, as, à quo fit uictito, tas.

Viuere in diem dicuntur, qui quotidie parant noua cibaria, nihil reseruantes, nec recondito utuntur, hodie Appetentes hoc, cras illud, quorꝫ uaria est uita, et uictus. Cice. lib. v. Thusc. Non in diẽ uiuimus. Col. lib. iiij. Nec ꝓuidẽt futuro tpi, sed q̃si planè ĩ diẽ uiuãt, sic impant uitibus et eas ita multis palmitibus onerãt, ut posteritati nõ ꝯsulãt.

Viuus, a, um, quod uitam habet, quandoq; ponit pro naturali. Virg. lib. ij. Ge. Et uiua sua plantaria terra. Quãdoq; ꝓ eo, qđ uim aliq̃ hꝫ, unde uiuum lapideꝫ dicimus ignitum ꝙ uim hẽat emittendi igneꝫ. Quãdoq; ꝓ ualido, ac uehemẽti. Virg. Paulatum abolere Sichęuꝫ. Incipit, et uiuo tentat ꝑuertere amore. Hinc semiuiuum, quod modo signt semimortuum, modo debile, ac uigoris exigui.

Viuax ualidum uigorosum, diu uiuens, ẽ quod absumi nõ potest. Hinc uiuatior, uiuacissimus, uiuacitas, quę est uigor ac robur, et uiuacia, cię.

Viuidus, da, dum, quasi viuum. Prop. Quatuor artificis uiuida signa boues, quasi spirantia atq; uiuentia. Aliâs integrum. Plau. in Ru. Non uides me referre uiuidum rete, sine squammoso pecu. Legitur et uuidum.

Viuarium locus in quo, uel aues, uel pisces, uel ferę continentur, quę ad uictum dũtaxat pertinent. Ply. Ostrearꝫ viuaria primus Sergius orata in Baiano inuenit. Idem leporarium dr̃ et roborarium. Proprie tñ piscinę, ubi pisces continent, sicut apiaria, loca, in quibus aluei apum tenentur,

tenentur,quę melliſona,et mellearia nominantur.

Viuiradix uitis,quę cum radice ſeritur, quaſi viuam radicem habens,ad differentiam maleoli,et talearum. Ply.In arido ſolo uiuiradix quoq; fruſtra ſeritur. Colu. Sationis autem duo ſunt genera maleoli,uel uiuiradicis.

Viuipara,dicuntur ea,quę animal pariunt pe.cor.

Viuerra animal paruum quidem,ſed magni uigoris.Muſtela ruſtica dicitur , ut ait Strabo , ex Africa importata. His utuntur adoleſcentes ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Gręce dicuntur γαλῆ. Ariſtoteles lib.ix. de animalibus.In prodoſelena via interiacet,cuius vltra alterum latus gignitur gale,circa alterus gigni non poteſt. Plyni. In prodoſelena inſula viam muſtelę non tranſeunt.Eſt aliud muſtelarum syluestrium genus,quę longe domeſticis maiores ſunt à gręcis Ictides vocantur.Ariſtoteles.Ictis ſylueſtris muſtelę genus eſt magnitudine melitenſis catelli,ſed pilo, facie albedine partis inferioris, & morum aſtutia muſtelę ſimile eſt manſueſcit maiorem immodum, officit aluearibus. Genitale eius oſſeum eſt. Sed ſylueſtrium quoque muſtelarum duo genera ſunt,alterum ſub uentre,ruffeſcit Martem appellant.Mar.Venator Marte ſuperbus adeſt.Alterum candidus, et viuerra vocatur.Ply.Magna propter,venatum eorum viuerris gratia eſt,immittunt eas in ſpecus,qui ſunt multiformes in terra,vnde,et nomen aiali.s.cuniculus.Vtrunq; genus gręci γαλάς ἀγρίας noſtri ſylueſtres muſtelas nuncupant.

Vix aduerbium ſignificat cum vi, ac difficultate, et labore.Virgil.lib.ij. Geor. Vix humiles apibus caſias roremq; miniſtrat.Teren.Vix retraxi filium ab amore ancillę.Aliquando ad tempus.Virgi. Vix è conſpectu Siculę telluris in altum.Vela dabant lęti,ideſt ſtatim.Idem.Et quos Sidonia vix vrbe reuelli , ideſt nuper . Aliquando ponitur pro non.Luc.Carcer vix carcere dignus. Ouidi. Vix Priamus tanti,totaq; Troia fuit.

Vixtandem ſigt poſt multum temporis.Cicero. Appio Pul. Vix tande3 legi literas dignas Appio.Virg.Vix tandē magnis Ithaci clamoribus actus. Compoſito rupit vocem.

V ANTE L

Vlcus eſt tecta,et clauſa malignitas.Eſt.n.ſanies ɔcreta,intra cutē latitans,quę vt ꝓpere abrupta cute erumpat emplaſtris ſuperne alligatis,ſolet ɔfoueri.Virg.li.iij.Ge.Qua3 ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os, alitur vitium,viuitq; tegendo.Vulnus vero eſt hians, patensq; aptura,corporis ictu facta,vlcera capitis manantia ſunt, quę gręci ἀχῶρας vocant imperitum vulgus reumam. Quidam hoc nomen aſpirandum putant, quoniam à gręco originem trahat.Illi enim ἕλκος helcos dicunt.

Vlcero,as,pe.cor.dilanior,et quaſi vlcus facio.Hinc exulcero,vlcus dilanio.Colu.lib.viij. Ferè autem per ęſtatem ſic muſcis aures canum exulcerantur ſępe, vt amittant, per tranſlationem ſignificat exaſpero,exacerbo.Cice.Ita mihi animum exulcerauit.

Vlciſcor,ris,vltus vīdico,ēt iniuriā nō impunitā relinquo.

Vlex,frutex roris marini ſimilis,aſper,aurum retinens.

Vligo,pe.pro.terrę humor,ex ea nunq̄ recedens vñ vliginoſus ager,qui ſemꝑ eſt humidus. Humidus, q aliqñ ſiccat. Var.Solum oportet eſſe eruderatum,et procliuū,vt euerri facile poſſit,ac fieri purum. Non enim ſola uligo lanam corrumpit ouium,ſed etiam vngulas ſcabras fieri cogit.

Vllus,a,um,quaſi vnus aliquis, quod nomen nunq̄ affirmatiue ponitur.Neque enim dicimus vllus homo currit, ſicut aliquis homo currit,ſed ponitur,vel negatiue, vt non eſt vllus,qui currat, vel interrogatiue, vt eſt ne vllus,qui currat,vel ſubiunctiue,vt ſi vllus me vocauit, ſtatim veniam.Ab vllus fit compoſitum nullus.

Vlna cubitus,ſeu brachiū,quantū vtriusq; manus extēſio. Vlna inqt Ser.in Buc.ꝓe eſt ſpaciū inquantū vtraq; extendit manus.Dicta vlna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν .i. brachijs, licet Sueto.Vnum cubitum velit eſſe tantummodo.

Vlpicum,pe.cor. gręci appellauere genus alij grandiā inter pulmentaria ruris authores.Ply.et Col.Quid vlpicum vocant alliū punicu3, Gręci autem ἀφρόσκοδον appellant, longe maioris vis,q̄ allium.Plaut.in pe. Tu autem plenior allij vlpici,q̄ Romani remiges.Col.Luna infra terram ſit,quando allium,vel vlpicum ſerimus, vel in tabulatū reponimus. Sic eni3 neq; acerrimi ſaporis exiſtere, neq; mandentium halitus in odorare exiſtimantur.

Vltra ꝓpoſitio eſt,cū acctō deſeruit,et nō niſi ſeparata inuenitur.Cuius elegantiam oſtendit.Salu. in Iug.Maurīq; vanum genus,vt alij africę ɔtendebant antipodas vltra Æthiopiā,cultu perſarum et iuſtos,et egregios agere.Aduerbiū eſt,cum ſine caſu ponit, et aſſidue lego nihil vltra faciens.Et tunc ex ſe facit vlterior et vltimus . Fit autem vltra,ab uls quo Veteres utebantur,ſicut citra,à cis.

Vltra famam+, ideſt opinionem ſignificat perquam multum ſicut intra famam,quod eſt huic contrariu3.Quin. Hortenſij ſcripta tantum intra famam ſunt.

Vltimus,pe.cor.ab vltra,idem eſt,quod poſtremus.Aliquādo etiam dicitur primus.Virgil.lib.viij.Tu ſanguinis ultimus author.Dictus vltimus,ꝙ vltra omnia ſit,ſiue ante reſpicias.ſiue retro.Interdum.

Vltro,ab ultra fit,et ſignificat.ultra,ſiue inſuper.Virgili.Et miſereſcimus ultro. i. ultra id, quod rogauit pręſtitimus. Interdum ſignificat ſine requiſitione, vt ultro ad te veni .i.non reqſitus,ſed ſpōte ueni.Interdū praue, ac peruerſe, ſeu uerſa uice,aut prior.Ter.in Adel.Niſi me in illo credidiſti eſſe hoīum numero,q ita ſibi putant fieri iniuriam ultro,ſiqua facere ipſi expoſtulant,et ultro accuſant.

Vltrocitroq; ſignificat id,quod vulgo dr̄,huc,et illuc,et ta3 in factis,q̄ in dictis dr̄.Quin.Iuuenis,ſicut ſolet ultro citroq; commeare.Cic.Multiſq; uerbis vltro citroq; habitis, ille nobis conſumptus eſt dies.Quidam in hac ſignificatione utuntur ſurſum,et deorſum.Teren.Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddas,ne ſurſum deorſū ue curſites. Tractum Ab athenis cuius portus in imo, urbs vero in ędiriore loco ſita eſt.

Vltroneus,a,um,idem,quod ſpontaneus. Hier in Exod.Ab homine qui offert ultroneus accipietis eas.

Vlubrę Ciuitas in Italia,Hora.Eſt ulubris animus ſite non deficit equus.

Vlula,pe.cor.auis à fletu denoīata, hoc eſt ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν quod eſt ululare,et flere.Virg.Certent et cygnis ululę.

Vlyſſes fuit filius Laërtę regis Ithaces,vnde et Laërtius cognominatus eſt et Itachus ab ithaca inſula, in qua regnauit.Et Dulichius ab inſula Dulichia,quę in illius regno habebatur.Similiter et naritius,à naritio.Et eſt quādoque ſecundę declinationis ſicut et Achilles.Virg.Et terram altricem sęui execramur Vlysſi.

Vlysbona,Ciuitas in Hiſpania,ab Vlyſſe condita. Sunt tamen qui pręcipiant et Vlyxem, et Vlyxbonam ſcribi per x,ſed tales gręcas literas ignorant.

V ANTE M

Vmbo media pars clypei eminētior, I3 qñq; ꝑ toto clypeo ponat.Liui.Gallū vmbone ictum deturbat.Sta. Iam clypeus,clypeis,vmbone repellitur vmbo Ciuilibus bellis.

Vmbilicus,pe.ꝓ.dr̄ quicqd in aliqua re eſt mediū,unde de libro quoq; umbilicum dici oſtendit Catul.Relata carthę regię nouē libri Noni umbilici lora rubra membranę Et Ply.Vmbilicū Italię circa lacū reatinū dixit Suidas noſter, ὀμφαλητομία ὅτε τὸν ὀμφαλὸν τοῦ βρέφους αἱ μαῖαι ἀποτέμνουσι, καὶ αὐταὶ δὲ ὀμφαλητόμοι λέγονται, καὶ ὀμφάλιον ὁ ὀμφαλὸς τῆς ἀσπίδος. Dicitur et de die.Plau. Dies ad vmbilicum, ideſt meridies eſt.Et in hac ſignificatione accipitur,quia illuc, tanquam ad centum librorum membra conueniunt. Item umbilicus dicitur ligamentum inteſtinorum, quod mediam ferè ventris planiciem obtinet, à cuius ſimilitudine paruus circulus in terra deſcriptus ad cognoſcendos ventos umbilicus dicitur.Plyni. Per huius mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum, vel cinere lineam,mediamq; circūſcribi circulo paruo,qui vocatur um-

bilicus. Item parui, ac rotundi, politiq; lapilli eadē ratione vmbilici dicuntur. Cice. Tunc duo excellentissimi viri repuerascere maxime videbantur, cum ex vrbe, tanq̄ è vinculis ambulassent, et ad Caietam Laurentumq; conchas, et vmbilicos legere consueuissent. Item vmbilici ornamenta, et veluti clauiculi quidam, quibus libri ornantur, et gemmę ligantur. Mar. Quid prodest mihi tam macer libellus. Nullo crassior, vt sit vmbilico. Ply. Et alios cōuenit non oportere perforari, quorum fit absoluta bonitas, vmbilicis statim ex auro capita comprehendentibus. Et poëtę frequenter vsi sunt, cum exactum opus significarent, vt ad vmbilicos se venisse dicerent. Hora. in Epo. Promissum carmen ïambos ad vmbilicum ducerem, qđ exponit Porphyrio ad vmbilicum ducere, pro finire, & consumare opus posuit. Hora. Quia in fine libri ex ligno aut osse vmbilici solent poni. In quem sensum, & Mar. finem tertij clausit. Ohe iam satis est ohe libelle, Iā perueniinus usque ad vmbilicum. Tu procedere adhuc, et ire quęris. Hinc vmbilicatum dicimus, quod vmbilicos habet, vel quod ad vmbilici similitudinem factum est. Huius diminutiuum est vmbiliculus, quo nomine etiam dictum est genus ostrei marini, ꝙ in vmbiliculi modū suauiter coeat.

Vmbilicatim aduerbium significat, per vmbilicos.

Vmbra, aer carēs sole, ꝙ fit alicuius corporis obiectu p̄sertim nubiū. Hier. Vmbra fit ex lumine, et corpe. Quidam ἀπὸ τ͂ ὄμβρου, qđ est imber, vmbras appellatā existimant, ꝙ oēs umbrę humidę sint. Vmbrę etiam dn̄r, q̄s faciunt pictores, vt imagines, quę planę sunt, solidę videantur, quod dicunt adumbrare. Vmbrę etiam dicuntur inferorum imagines. Virg. Vmbraꝝ hic locus somni, noctisq; sopore. Corpora viua nefas stygia vectare carina.

Vmbella dimi. ab vmbra, et vmbella, q̄ ponebant in theatris ad arcendū solem. Item Vmbella quam manu tenēt muliēres opponentes eam soli vt facies non ledat radijs solearibus. Iuue. En cui viridē Vmbellā, cui succina mittas.

Vmbraculuȝ locus, in quo est vmbra. Var. li. i. đ re ru. Propè aream faciūda vmbracula, quo secedant homines in ęstu tempore meridiano. Et apud Esaïam. Derelinquetur filia Syon, vt vmbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario. Vmbraculum quod facit vmbram, et à sole defendit seu quod ponitur pro vmbra vt sunt aulea lintea cortina, frondes. Val. lib. ij. Q. Catullus primus spectantium consessum velorum vmbraculis texit.

Vmbro, as, tegendo vmbram facio. Cuius composita magis sunt ī vsu, scilicet adumbro, inumbro, et obumbro. Col. li. v. Dum incremento suo uites inumbrent. Et in Euā. Et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Augusti. Adumbrato mysterio Helias loquitur. Aliquando ponitur pro defendo tractum ab arboribus. (Ply. dr̄.

Vmbro nomen fluuij Insubrię nauigabilis, qui ē Lamber, à

Vmbraticus, a, um, quod est ex umbra, seu ad similitudinem umbrę. Aug. lib. ij. con. Non saltem, ut est quędam defectura species et, vmbratica uitijs fallentibus. Aliquando Vmbraticus dicitur qui in umbra uitam agit, non ut milites et rustici in sole. Vnde, à Plauto umbraticus trapezita dictus est, qui in umbra sub tecto uitam agit ociosam. Artes quoque et negocia umbratica nominantur, in quibus per desidiam in umbra elanguescimus.

Vmbratile, pe. cor. quod umbratuȝ est, ut uita umbratilis, quę umbra, atq; opaco marcescit, seu in umbra et ocio domestico degitur. Studiosi uitam umbratilem colunt, quos libri docent in umbra, et ocio, ut inquit Cicer. pro Cor. Bal. Item pro Muręna. Cedat inquit, stilus gladio, umbra soli. Res etiam umbratiles dicuntur, quę fiunt per inuolucra, et inanitatem, qualis umbra est.

Vmbria regio Italię. quā Ply. in sexta regione collocat, ἀπὸ τ͂ ὄμβρου, hoc ē ab imbre, ꝙ Vmbri à gręcis quasi umbrij dicantur, et omnium Italię populorum antiquissimi inundatione terrarum imbribus superfuisse credantur. Vel dicta est umbria ab umbra, ꝙ ea regio propter altitudinem montium, et uicinitateȝ. Apennini umbrosa sit Luc. lib. ij. Iusq; sui pulso iam perdidit umbria Thermo. Incipit umbria, ab Apennino, et ultra ac usq; ad sinuȝ adriaticum extendit, multis pręclara uetustissimis oppidis. Sed in primis Sentino, et fano fortunę. In ea etiam sunt Spoletum, à quo nunc ea regio ducatus Spoletanos dicitur. Nursia, Reate, Ameria, Tiphernum, Fulgineum, Nuceria, Assisia, Tudertum, Narnia, Trecenta umbrorum oppida Thusci debellasse reperiuntur.

Vmber, a, um, possessiuum est ab Vmbria.

V ANTE N

Vná aduerbium acuitur in fine, ad differentiam ablatiui nominis vnus, et significat simul. Aliquādo etiam in oratione ponitur, pro geminata, et habet quasi eandem uim, quam habet, tum, et cum. Cice. Vná et id, quod facio, probauit, uná et in hac causa profecto neminem prępone ndum mihi esse existimabit.

Vncus fustis ab imo latere incuruus, ac sese retorquens quo instrumento puniebantur damnati. Iuue. Impactus seianus ducitur unco, huius diminutiuum est uncinus.

Vncus, a, um, incuruus, cuius ꝯposita sūt adūcus, et redūcus, q̄ duo Ply. li. x. cōplexus ē dicēs. Et acuta uolucribus rostra eadē rapto uiuētibus adūca collecta, recta, herbas uiuētibus, limumq̄; redūca, ut suuȝ gn̄i. Hinc fiunt adunco, as, et inunco. Augu. in exposi. psal. Pars rostri eius superior, quę supra partem inferiorem aduncatur.

Vncinus, pen. pro. diminutiuum est ab uncus pro fuste.

Vncinatus vncinis armatus. Cic. Nec, vt alę aspis, ē lenibus armatis, vncinatisq̄; complusculis concreta hęc esse dicat.

Vncia dicta est, ꝙ vna sit ex duodecim partibus assis, et cōtinet. xxiiij. scrupulos, et octo drachmę reddūt vnciā, et romana libra ꝯstat. xij. vncijs. A' quo semiuncia, duę sextulę, tertia ps vncię. i. scrupuli octo, sicilicus scrupuli sex sextula scrypuli quatuor. est etiam vncia mensurę genus exiguę, vnde et diminutiuum vnciola. Iuue. Vnciolaȝ proculeius habet, sed gillo deuncem, partes quisq; suas, ad mensura inguinis hęret. Vn̄ quincuncem vocamus vasculum qnq; vnciaruȝ capax. Mar. Quincunces puto post decem peractas. De alijs assis partibus uide in dictione as.

Vnciarium ab vncia deriuatur, à quo semunciarium. Liui. li. vij. Semunciarium tantuȝ ex unciario factum fęnus, et in pensiones equas triennij.

Vnciola cum accentu in antepe. diminutiuum ab Vncia.

Vnda proprie pars aquę in se collecta, et in unam partem tendens dicta ꝙ sit una, et in se coacta. Aliquando ponitur pro aqua, ut pars pro toto. Ouid. Et terris miscuit undas. Huius diminutiuum est undula.

Vndosus, a, um, quod abundat undis, ut mare undosum.

Vndisonus, a, um, pen. cor. quod undis strepit, unde mare undinosum dicitur, ꝙ fluctuando sonitum reddat.

Vndiuomus, a, um, pe. cor. quod undas, idest aquas uomit. Vnda enim quandoq; pro aqua ponitur.

Vndatī aduerbiū signifi. fluctuati, uel ad ūdaꝝ silitudinē.

Vndo, as, fluctuo, undas facio, à quo fiunt composita abūdo, exundo, inundo, et redundo, de quibus supra in dictione abundo dictum est.

Vndabūdum mare apđ Gellinȝ dr̄ abunde undas faciens.

Vndulata uestis, quę fit ex hircoꝝ, et capraꝝ pilis potiusq̄ lanis, ꝙ ad undarum similitudinem picta sit. Nam et cymatilis uestis à fluctu dicitur vt apud Plau. et Ouidium. Dicebantur vero, et vndones quidam cilicij, forteq̄; ab vndis, qualesmodo in his textis uid emus, quę tanquam, ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν συμβαλλῶται. Omnes appellamus ceu origine ab illo uestium genere accepta, de quibus Plyni. ita scribit. Lanę et per se coactę uestem faciunt. Erit ergo symballoton. quasi σύμβλητον, hoc est coacti perse uel leris implexu potius, q̄ textu conditum. De undone. Hieronymus quoque meminit. Var. de uita pa. A' quibusdam dicitur esse fortunę uirginis, ab eo, ꝙ duabus undulatis

togis

togis eſt opertum, proinde vt reges noſtri, et vndulatas p̄textatas togas ſoliti ſint habere. Nonius Var. inqt vndulatū noue pro puro poſuit, ita ſit, vt vndulata veſtis aliud genus ſit fortaſſe, q̄ cymatilis à fluctu dicta.

Vndones. Vide in dictione Vndulata.

Vnde aduerbium, quiſi de quo vno loco, vnde uenis. Interdum ſignificat, à quo. Virg. Genus vnde latinum. Interdū ponitur pro ad quid, Teren. in Heau. Vnde petitur aurū, vñ mihi lapidem? quorſum eſt opus? vnde ſagittas? Inqt Hora. Hic venuſte deeſt putas, vel dicas mihi eſſe. Quint. Vnde hunc illi aīum, et alibi. Vnde tantum viro cęco.

Vndeunde, ſignificat Vñcūq;, da qual parte voglia che ſia.

Vndeuis, et vndelibet, ſignificant, ſicut vndeunde ex vno quouis loco, ſic vndecunq;.

Vndeuiginti, vno dempto de viginti, quod eſt decem & nouem, à quo vndeuigeſimus. Sic vndetriginta, vndetrigeſimus, vndecenteſimus, undemilleſimus.

Vndiq; latere. i. ab omni latere, ab oī parte. Sic vbiq; gētiū.

Vngo, is, xi, ctum, et vnguo, is, gui, ctum, ſecundum Priſc. quaſi vnum ago. Vngendo enim copulatur, atq; vnitur caro, à quo fiunt compoſita inungo, et perungo.

Vnguentum, quod et vngentum dicitur, non eſt illa tenax compoſitio, qua chirurgi vtuntur ad vulnera curāda, ſed cōmiſtio diuerſoꝝ odoꝝ, addito oleo, aut balſamo ad vngenda corpora deliciaꝝ, et luxurię cauſa inuenta. Vnde in canticis. Odor vnguentorum ſuper omnia aromata. Plau. Non poſſunt omnes olere vnguenta exotica. Pompo. tamen iuriſconſul. ſcribit vnguenta eſſe, quę voluptatis, et valetudinis cauſa comparātur. Sed hęc magis medicamenta dicuntur. Ser. ait hoc nomen vnguentum nō recipere u. ſicut nec vngo, vnguen vero u, habere.

Vnguen idem, quod vnguentum, et accipitur pro oī eo, qđ ſuccum h3, ex quo aliquid vngi poteſt. Ply. Epiphoras bubulo ſeuo, cum oleo cocto allinunt. Ceruini cornus cinis ſcabricies eodem vnguine ſanat. Sunt q dicant unguen ab vncto deduci, et eſſe vnctum pingue in ſuis dorſo, ſiue axungiam, vel ſeuum. Palla. Sumes tantundem vnguinis, quod vocamus axungiam, vel ſeuum. Perſi. Fęniſecę craſſo vitiarunt vnguine pultes.

Vnguentarius, qui vnguenta conficit, ac vendit, qui à gręcis myropola dicitur. Hier. in Exo. Facies vnguentu3 compoſitum opere vnguentarij.

Vnctus ſignificat illud pingue, quod in porci dorſo mollius eſt. Col. lib. ij. Frigoris fomenta adhibentur capite, et ſpina tepenti adipe, vel vncto linuntur. Perſius adiectiue poſuit, vncta vixiſſe patella ſemper.

Vnguis maſc. generis ab vnguo, is, ꝙ politus, et tranſlucidus ſit, et quaſi vnctus, et eſt ꝓprie eoꝝ aīaliu3, q̄ digitos hn̄t ſeparatos, ut ſunt homines ſimię, aues. Plyn. Vngues ſimię imbricati ſunt, hominibus lati, rapacibus vnci cęteris recti ut canibus p̄ter eum, q à crure pleriſq̄; depēdet. Idem de aquila. Vngues quoq; huic generi inuertuntur.

Vnguis morbus eſt oculorum, quem gręci pterygium uocant, de quo ſupra.

Vngula, ab vnguis denominatiuum eſt, non dimi, q̄uis formam diminutiuam habeat, et dicit de his, quę digitis carent. Ply. in Quadrupedibus ſolidas habent vngulas, q̄ nō ſunt cornigera. Idem. Omnia digitos hn̄t, q̄ pedes excepto elephanto. Huic enim informes numero quidē qnq;, ſed īdiuiſi, ac leniter diſcreti, vnguliſq̄; non vnguibus ſimiles. Ouid. Quoq; idem fecit, dum Io. deſcripſit è bouis effigie in primam formam redeuntem. Vngulaq̄; in quos delapſa abſumitur vngues. Omnibus vngulis, ꝓuerbiale eſt, quod ſignificat omnibus viribus, manumq̄;, pedumq̄;, et conatu totius corporis, vt etiam vngues, qui ſunt in extremitate collocati, intendant, quos Ply. exiſtimat eſſe ſummas neruorum clauſulas. Cice. lib. ij. Thuſc. Toto corpore, atq; omnibus ungulis, ut dicitur. contentioni uocis aſſeruiunt. Inuenitur tamen quandoq; Vngula diminutiuum, ſicut et Vnguicula. Plau. Pſeu. Hoc ſtbrim tibi eſſe, quia non licet hoc inuicem ungulas, quandoq; etiam de aqlis, et miluis dicitur. Plau. in Pſeu. Niſi miluinis, aut aquilinis ungulis.

Vnguicula dimi. eſt ab vnguis de his tantum dicitur, quę vngues habent. Vñ à teneris vnguiculis dicimus, pro eo. quod eſt ab infantia, ab ineunte ętate, à pueris, ab incunabulis. Cicero. Len. Sed pręſta te ipſum qui mihi à teneris vnguiculis es cognitus.

Vngulanos Cato uocauit, qui magnos vngues habent, ac ſcabros, quaſi vngulis ſimiliores, q̄ vnguibus.

Vngulum, anulum ſignificat, quod ideo quidam appellatum putant, ꝙ ſicut in digito unguis carne, ita in illo gemma uel ſignum aliquod auro clauditur.

Vngulata ueſtis, ab ungulis, hoc eſt annulis. Vngulum enim oſcorum lingua (ut ait Feſtus) Priſcorum uocabat, vel etiam dici poteſt ab unguibus.

Vnus numeri principium eſt. Ouid. Vnus erat toto naturę uultus in orbe. Quem dixere chaos. Aliquando dicit ſolus. Plaut. vnus tum domi eram, et fores erant clauſę. In qua ſignificatione qñq; gtō iungitur. Ply. Accipēſer vnus omniu3, ſquammis ad os verſis, contra aquam natando meat. Aliqñ accipit, pro primo. Virgil. Cadit et ripheus iuſtiſſimus vnus. Qui fuit in teucris. Sciendū authore Hier. ad Dama. ꝙ unus eſt numeri, cum dicimus vnus homo, vnus equus. Vbi autem alius. vel tertius nō poteſt iungi, vnus ſi dicatur, non numeri, ſed vniuerſitatis eſt nomen, vt ſi dicamus vnum ſolem, hic vnus ita dicitur, ut alius uel tertius addi non poſſit. Vnus eſt enim ſol, multo magis deus, cum unus dicitur, non numeri, ſed uniuerſitatis uocabulo nūcupatur. i. ꝓpterea vnus dr̄, ꝙ alius non ſit.

Vnus, et alter ſignificat duos, ſicut alter, et tertius. Tacitus. Sed et alter, et tertius dies contatione coęternus abſumit.

Vnicus ſingularis, ut phęnix eſt unica auis, hinc ſit aduerbium unice ſingulariter, ut dilexi te unice.

Vnusquiſpiam aliquis unus.

Vnuſquiſq; dictio vniuerſalis.

Vnuſquilibet, et unuſquiuis idem ſignificant, quod quilibet omni loco, ex omni parte, ex omni regione.

Vnanimis, et unanimus utroq; modo dicitur, pro eo qui unius aī eſt, & unius ſnīę cū altero, vñ et unanimem conſenſu3 dicimus, cū amicoꝝ ꝯcordia eſt, hinc unanimitas.

Vnicaulis herba, q̄ vnū caulem h3, nec in ramos ſpargit.

Vnicolor, pe. cor. unius coloris.

Vnicornis gene. maſc. ſiue Vnicornius, et unicornium declinari poteſt, pro animali, quod unicus in fronte cornu longum gerit, quod ad ſaxa limat, et cum ipſo perforat elephantem. Gręce monoceros dicitur. Hoc animal ut Albertus inquit, eſt moderatę quantitatis buxei coloris, et fiſſę in duo vngulę pedis, in deſertis habitans.

Vnicuba, pe. cor. mulier, quę cum uno tantū uiro concumbit. Hiero. Negant anteq̄ religio noſtra fulgeret in mūdo, unicubas ſemper habuiſſe inter matronas decus.

Vnigenitus filius, qui vnicus eſt, quaſi ſolus genitus, nec fratrem ullum habuit, aut ſororem.

Vnioculus, qui et monoculus, qui vnum tantū habet oculum. Plau. Vniocule ſalue. Gręci monophthalmon dicūt.

Vniuira, pe. cor. quę unum dumtaxat uirum coniuge3 habuit. Hiero. Vniuira Anna inducit ſempq̄; ieiunans.

Vniuerſus, q̄ſi oīs ad unū uerſus. i. ſine aliqua exceptiōe, & in ſingulari qdem, idē eſt, quod totus, ut uniuerſus ager, uniuerſus exercitus. In plurali ſignificat oēs ꝯiunctim. Nā ſi dicimus ſibi omnes domicilium conſtituerunt, intelligitur domicilium ſibi unumquemq; ꝯſtituiſſe. Si vero dicimus uniuerſi ſibi domicilium cōſtituerunt, ſignificatur, omnes ſimul unum ſibi, pro omnibus domicilius feciſſe. Hinc ſit in uniuerſum, quod ſignificat uniuerſaliter.

Vniuerſale, qđ ad uniuerſos ptinet uniuerſalitas gn̄alitas.

Vniuocum, pe. cor. cuius et nomen cōmune eſt, et eadem ſubſtantię ratio, quod gręce ſynonymum dicitur, ſicut ęquiuocum, cuius nomen tantum cōmune eſt, ſed ſubſtā-

tię diuerſa ratio, et à gręcis homonymon appellatur, homo, et equus uniuoca ſunt, quia ſub uno animalis nomine comprehenduntur, et eadem eſt utriuſq; ſubſtantia, homo uerus, et homo pictus equiuoca ſunt, qa de utroq; animal prędicat, ſed ſubſtãtia eoꝝ diuerſa eſt. Grammatici dicunt homonyma eſſe, quę uoce, ſed nõ ſignificatiõe conueniunt, ut nepos, et filius filij, et luxurioſus. Synonyma, quę non uoce, ſed ſignificatione cõueniunt, ut enſis, et gladius. Hinc uniuoco, cas. pe. cor. et uniuoce.

Vnedo fructus arboris ſimilis terreſtribus fragis, et arbor ipſa etiam unedo dr̃, folio citro ſimilis fruticoſa pomum ĩnhonoꝝ eſt. Ideoq; unedo dr̃, ꝙ unum tantum mandi poſſit. Gręci comaꝝ uocant, latini arbutum.

Vnio, nis, iui, itum coniungo, quaſi unum facio, unde uniti animi, qui ſunt, unius uoluntatis.

Vnio, onis, modo concordiam ſigt. Augu. Ná hoc fieri poſſe in tãta animoꝝ unione quis dubitet, modo margaritas, ꝙ in ꝯchis nulli duo repiant indiſcreti, inqt Ply. Dos oĩs unionũ eſt ĩ cãdore, magnitudine orbe, leuore, et põdere.

Vnni populi poſt ſcythas q caſpium accolunt, quos ſimocratus hiſtoricus, à perſis uocari turcos exiſtimat ad orientem uernum ſpectantes. Ply. lib. vi. eos Thurinos uocat.

Vnq̃ aduerbium, ſignificat aliquo tempore, quaſi uno quouis tempore, à quo nunq̃.

V ANTE O

Voces proprie animatorum ſunt, cęteri uero ſtrepitus ſine anima ſoni dici poſſunt, uoces non poſſunt, fit autem uox ἀπὸ τοῦ βοάω quod eſt uoco, ſic autem diffinitur uox à philoſophis ꝙ ſit prolatio ex ore ſecundum cogitationem.

Vocula, pe. cor. dimi. parua uox. Cice. ad Qu. Fratrem. Quanto molliores ſunt, et delicatiores in cantu flexiones, ac falſę uoculę, q̃ certe et ſeuerę. Interdum ponitur pro detractione. Idem. M. Cęlio. Si incurrit hęc nr̃a laurus, nõ ſolum in oculos, ſed iam etiam in uoculas maliuolorum.

Vocabulum dicitur, quo res ſingulę nominatur.

Vocalis, et hoc, le, quod eſt ſonorum, et ſummę uocis Plyn. lib. xviij. Ranę, quoq; ultra ſolitum uocales, ſunt ſigna tẽpeſtatis, unde uocales literę dictę qa per ſe voces faciunt, et ſine his literalis uox proferri non poteſt. Fiunt autem à uoce, et gutture conſonantes lingua, et labijs ꝓferuntur. Hinc ſemiuocales, quę quaſi dimidiatum vocalium ſonũ habent. Sciendũ eſt, ꝙ qñ dictio finit in vocalẽ, q̃uis lõgam, ſi ſequens incipiat à vocali illa finalis breuis eſt, vt ilio alto. Vocalis etiam dicitur qui voce vtit̃ et ꝓferre verba põt, puta cũ qs mutus fuiſſet poſtea loquat̃. Vale. lib. i. Echedes ſamius athleta mutus cũ ei victorię titulus, ẽ pręmium eriperetur indignatione accenſus vocalis euaſit.

Vocalitas conſonantia, quam gręci euphoniam vocant.

Vocifero ſigt cum dolore, ſiue indignatione, maiorem vocem emitto. Interdum ſine effectu vehementer exclamo.

Voco, cas, clamo, vt voca operatores. Item vocare appellare. Lactan. lib. iij. ꝙ ſi deum naturam vocant, quę peruerſitas naturam potius, q̃ deum nominare. Item. Inuitare, vnde vocatores dicti ſunt, quibus inuitandi datum eſt negocium, ſiue qui per ſe vocant ad cęnas. Plyn. Inuitatus ad regis cęnam venit, indignantiq; Ptolemęo, ac uocatores ſuos oſtendenti, vt diceret, à quo eorum inuitatus eſſet. Ille arrepto è foculo carbone extincto imaginem in pariẽte deliniauit. Item poſcere, ſeu vendere. Iuue. Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam. Item denunciare. Virgi. lib. i. Georg. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. Huius cõpoſita ſunt aduoco, auoco, cõuoco, congrego in vnum voco. Cic. lib. i. Thuſcu. Qui diſſipatos homines congregauit, et ad ſocietatem vitę conuocauit. Circũuoco, vndecũq; voco, deuoco, euoco, inuoco, prouoco, peruoco, quod eſt omnes uoco, reuoco, retrouoco, et ſeuoco, quę habent, pe. corre.

Vocito, tas, pe. cor. frequenter voco. Plau. in Cap. Pecimum vocitatus eſt, poſt vos vidiſtis tindaro.

Vocatiuus caſus dictus eſt, ꝙ per eum vocamus.

Vogiſonus, ſiue uigiſolus lacus in patauino agro.

Volo, las, proprium eſt alas habentium, vt volat ille, per aëra magnum Remigio alarum. Transfertur ẽt ad alia, quę celeriter currunt, vt nauis volat, fama volat, et hmõi pro celeriter vadit. Ter. Ne fruſtra illic expectet, uola. Hinc veliuolum mare dicitur. Eius compoſita ſunt aduolo, qđ eſt iuxta, vel aliquo volo. Ply. lib. x. In agrum uolateranũ palumbium uis è mari quotãnis aduolat. Auolo, alio uolo, circũuolo. Idem in eodem. Nec unq̃ tam longo naues, tanq; continuo curſu recedunt, à terra, vt non circunuolitent eas apodes. Deuolo deorſum uolo. Euolo extra, uel in altum uolo. Vnde per tranſlationem. Cice. Lẽtulo. Quia altius me euolare voluerunt. Inuolo internolo, obuolo, cõtrauolo, peruolo celeriter uolo, pręuolo, ante uolo prouolo, procul uolo, reuolo rurſus uolo, reuertor. Gel. ubi ſatis ſęuierat coruus, reuolabat in galeam tribuni. Subuolo, latenter uolo. Col. lib. ix. Pulli facilius ſub matribus pingueſcunt ſi iam firmis priuſq̃ ſubuolent paucas ſubtrahas pinnas, et obteras crura, et uno loco quieſcant. Superuolo, et tranſuolo, quę habent penul. corre.

Volito, tas, frequenter uolo. Plyn. Super aquas aſſidue uolitans. Ponitur et pro diſcurro. Ci. qui per foꝝ uolitant.

Volatus, us, ipſa uolatio, et uolandi actus.

Volatile, pe. cor. quaſi uolans, ut anima uolatilis, ẽ uolucres uolatilia dicuntur, quia uolant.

Volaticus, ca, cum quod uolat, et cito tranſit. Augu. lib. v. Confeſſ. Turpes ſunt tales, et fornicantur abs te amando uolatica ludibria..

Volatura, idem quod uolatus. Varro. In prima uolatura, cum ueniunt morantur dies paucos requieſcendi cauſa.

Volucris, pe. cor. omne id quod uolat, non ſolum aues, ſed apes, quoq;, ueſpę tabani, et reliqua huiuſmodi. Hiero, cõtra. Ioui. Quis noſtrum leonem, quis uiperam, quis volucrem, quis ciconiam, quis miluum, quis reptantes in litore uermiculos unq̃ comederit. Aliquando capitur pro ijs quę uolant, ſicut inuolucris pro ijs quę non poſſunt uolare. Gel. Pulli etiam tunc inuolucres erant, ideſt plumabant iam, ſed uolare nondum poterant.

Volucer adiectiuum ponitur, pro celeri. Mar. Et uolucrem longo porrexit vulnere pardum.

Volucra genus animalis, quod pręrodit teneros pampinos. Col. lib. iij. Rectius tamen vt quidam putant dicit̃ Voluola. Vide in dictione Conuoluolus.

Volo, lis, à volo, las, ꝙ animus, in quo uelle eſt, talis ſit vt puncto temporis peruolet, quo vult. Hinc uoluntas, et uolentia. Compoſita ſunt nolo, malo, et peruolo.

Voluntas, ut Aug. lib. de li. ar. ait. Eſt qua appetimus recte, honeſteq̃; uiuere, et ad ſummam ſapientiam peruenire. Hinc uoluntarius, ria, rium quod fit ſponte. Aug. uoluntarium bellum indicit paſſionibus. Hinc. aduerbium uoluntarie. Vt Voluntarie ſacrificabo tibi.

Volentia, idem, quod uoluntas, quę quid cum ratione deſyderat. Salu. Tamen uolentia plebi, pro placentia plebi ſcripſit, hoc eſt, quę plebs uellet. À uolentia fiunt beniuolentia, maleuolentia, pro amore, et odio, quaſi bona, et mala uoluntas. Beniuolus, et maliuolus.

Volones dicti ſunt ſerui, qui in bello punico, cum deeſſent qui ſcriberentur, pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in ciuitatem recepti ſunt, et Volones appellati, quia hoc ſponte uoluerunt.

Voluptas eſt elata pręter modum lętitia, opinione pręſentis alicuius boni, unde quicquid cum delectatione animum demulcet, uoluptas dicitur, ꝙ id maxime uelimus. Referturq̃; ad animum, et ad corpus, q̃uis nonnulli inſimulent ſolius corporis eſſe, ac turpem. Sed de honeſta ſcribitur in pſal. Torrente uoluptatis tuę potabis eos. De turpi. Cice. Diuinus Plato eſcam malorum appellat uoluptates. Hęc communis cum belluis, et hominibus, et honeſti cum non habet et ſacietatem affert et nimia nocet, et proceſſu minuitur ętatis, et multis non contingit.

Voluptuosus habitionem, et vehementiã sigt, et affectionẽ, vt voluptuosus homo, q perq̃ amat voluptatẽ, voluptuosa res, quę in se habet voluptatem, et plena voluptatis, et quę voluptate afficiat, ille recipit, hęc recipitur.

Volupe, delectabile. Plau. in Amphi. Nam quia vos trranquillos video, gaudeo, ẽ volupe est mihi. Alioquin pro voluptate ponitur.

Voluptuarius, a, um, quod voluptatem affert. Vel quod voluptati seruit. Augu. li. x. con. Et sępe in certum fit vtrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat. an voluptaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat.

Voluptarius homo, qui se voluptati dat. Plau. in Me.

Voluptarij atq; potatores maximi tum sycophantę, et palpatores plurimi.

Voluptabile gratus, voluptuosum. Plau. voluptabile mihi, cum aduentu tuo tulisti.

Voluptia, voluptatis dea habita est.

Vola media pars manus, siue pedis à quo volo, as, q8 sigt vola. i. pedes moueo. Vir. li. vi. Ille tantũ ꝓdire volãdo, nã ad pedũ volas rettulit. Ad manus retulit. Terẽ. Vix me cõtineo, qn inuolem in capillũ. A' volo fit compositũ inuolo, quod est rapio, et suffuror, et in vola abscondo.

Volua. Vide in dictione vulua.

Volema, pe. pro. galli appellant pyra bona, et grandia eo, ꝙ palmam impleant.

Voluo, is, ui, duaꝝ syllabaꝝ volutũ, notę sigtiõis, cuius cõposita sunt aduoluo, ꝓ agglomero, ꝯuoluo, circũuoluo, deuoluo, euoluo, inuoluo, pro voluo, anteuoluo, vt prouolutus pedibus, reuoluo, explico, seu iterum voluo.

Voluto, as, pe. pro. sępe voluo, et aliquando mente voluo, et cogitatione perquiro. Virgi. Id quidem ago, et tacitus Lycida mecum ipse voluto.

Volutabrũ. pe. pro. locus vbi sues volutant. Virgi. in Geor. Sępe volutabris pulsos syluestribus apros Latratu terrebris agens. Hiero. Sus lota est in volutabro luti.

Volubilis, qui facile voluitur.

Voluox vermis, qui et conuoluolus, ẽ inuoluolus dicitur.

Voluola vermis, à voluendo ꝙ inuoluat se frõdibus easq; amputet hunc Plau. inuoluolum. Cato. Cõuoluolum. Gręci Iulum nominant.

Volumen. pe. ꝓ. à voluendo, ꝙ maiores nostri in libris arborum. i. codicibus scribebant, et libellos illos, quo cõmodius complicabãt. Ideoq; volumina appellata sunt libellis similiora, q̃ libris. Est enim volumen pars codicis, vt puta Metamorphoseos liber in qndecim volumina distinctus est. Oui. Sunt mihi mutatę terqnq; volumina formę. Ply. Iunior. Libri iij. in. vi. volumina, propter amplitudinem diuisi, quasi in. vi, minores libros, vt sint volumina aliq̃to minora, q̃ libri igitur volumen pars libri est, liber vero pro toto codice, et pro volumine accipitur, inde dicimus euoluere libros. i. aperire lectitandi gratia, quasi rem complicatas explicare, sicut reuelare rem velatã detegere. Volumen etiam dicit qcqd inuoluit. Vale. maxi. lib. ij. de Serpente apud Bragadã interfecto scribit, cũ pluribus voluminibus caudę elisis cũ telorum iactu perforari nequiret ad vltimũ balistarum tormentis procubuisse.

Volsella sunt instrã, ad pilos euellendos à corpore idonea.

Volutatim significat iterum atq; iterum voluendo.

Vomo, is, iui, itum, eijcio, et proprie de cibo dicitur, q̃uis ad alia transferatur, inde vomitus. Huius cõposita sunt Euomo, extra vomo. Reuomo, retro, vel rursus vomo. Ply. lib. x. Simili modo auibus deuoratis solidis contentione plurima, et cętera ossa reuomunt.

Vomer, et vomis, dictus, ꝙ terram vomat.

Vomica, pen. cor. à vomendo, ꝙ pus inde manet, vel ꝙ q habent id, saniem reijciant, nam est tumor excrescens, siue grossities illa, quę nascit in aliqua parte corporis, saniem frequenter emitteris. Sere. Sunt odio, quos dira vomit natura tumores vomica qualis erit vel eidẽ ꝓxima quędam. Hinc Plau. Non infestiuiter vomicam appellat crumenam nummis refertam, atq; tumentus cum ait in persa. Quid in hoc collo tibi tumet, respondet vomica est. Sumitur et pro receptaculo, ex eadẽ similitudine. Vnde apud Ply. Lapis legitur venis cuius vomica liquoris ęterni argentum viuum appellatur. Nonius. Caua, ẽ vetustate obesa vomicę nominantur.

Vospicus dr̃, qui ex duobus conceptis, vnó abortu excluso ad partũ legitimum ducit. Quo nomine dictus est historicus quidam, qui de Imperatoribus scripsit.

Voro, as, cibũ non confectũ deglutio, hinc per translationẽ uorare capit, pro auide sumere, unde uoraces, gulosi, ẽ uoracitas, gulositas. Composita Deuoro, de quo supra.

Vorago, pe. pro. barathrum dicitur, ꝙ in eam cadentia non emergant, sed deuorari uideantur.

Vortex. Vide in dictione vertex.

Voueo, es, ui, tum, deo aliqd sancte promitto. Liui. In re trepida. xij. uouit salios, fanaq; pallori, et pallori. Huius compositum est. Deuoueo q8 est destino, unde et deuotum destinatum. Var. Tu deuoto tibi animo utere.

Votũ ꝓmissio facta deo, sed ꝙ ea ualde desyderamus q̃ uoto à deo poscimus fit, ut aliqñ uotũ pro uolũtate, et desyderio sumat, vñ uoti cõpotes dicimus eũ, qui desyderiũ suum assecutus est, et pro uoto succedere. i. pro desyderio.

Votiuus, a, um, pe. pro. q8 ex uoto dari promittit. Hora. Pascit in uestrũ reditũ uotiua iuuẽca. Hinc ludi uotiui apd Liuiũ. Votiua uerba dicimus, qbus in faciẽdis uotis utimur, et uotiuas preces, qbus aliqd cũ uoto poscimus. Ply. li. vij. Ludis, pro salute diui Augusti uotiuis. Ci. in Ver. acti. ij. Ludos uotiuos appellat, quos uouerat. Hiero. Votiuũ tũc Christianis erat pro nomine dei gladio percuti. Aliqñ uotiuũ sigt quod uoto desyderatũ est. Apu. li. vij. Tota ciuitas ad uotiuum conspectum effunditur.

Votitum ueteres dici uoluerunt religione aliqua prohibitum. Plau. in Asina. Nolo illum habere causam, et uotitam dicere.

Voto, as, à quo fit aliud frequentatiuum uotito, as.

V ANTE P

Vpupa, auis, cristis à capite exeuntibus, galeata, in simo semper commorans.

V ANTE R

Vragus ab antiqs dictus est quem orchum dicimus quasi ab urgendo ꝙ is deus maxime nos vrgeat.

Vrania, pe. cor. una ex musis et apud nos cęlestis dicit. Oui. li. v. Fasto. Excipit vranię, fecere silentia cunctę, οὐρανὸς .n. cęlũ dr̃, ꝙ uiros eruditos in cęlum tollit. Vranos uero dicitur, quasi uranos, ut inqt Amb. li. Hexa. ab ὁράω, ꝙ sit visui peruium, et minime densum, ut est aqua, et terra.

Vrbs, oppidum muro cinctum, ab urbo aratri curuatura, ꝙ antiqui iunctis bobus, tauro, et uacca, hetrusco ritu in condendis urbibus, interiore aratro circunagebant sulcum, intra quem urbem ędificarent, hoc faciebant religionis causa, die auspicato, ut urbs fossa, muroq; munita eēt, ẽ locum unde terram fodissent, uocabant. Virgili. lib. iij. Georgico. Apta dies legitur, qua męnia signet aratro. Quidam ab orbe urbem appellatam putant, ꝙ sulcus in orbem duceretur, nam ciuitates antiquę in orbem fiebant et proprie Roma urbs dicta est perantonomasiam, cũ cętera dicantur oppida. Est autem urbs moenia ipsa. Virgi. Vrbs antiqua fuit. Tyrij tenuere coloni Carthago. Ciuitas coloni, qui ciues dicuntur. Apu. Quod omnis ciuitas approbauit. Sed confunduntur quandoq; ꝙ urbs pro ciuitate ponitur. Virgi. Inuadunt urbem somno uinoq; sepultam. Et ciuitas pro urbe Sene. Cum plerasq; ciuitates uiderimus terręmotu funditus collapsas. Ab urbe fit suburbium, et suburbanum. Vrbanus, et urbicus, sicut ab oppido oppidanus, et oppidicus, et Vrbanicianus et urbicarius.

Vrbicula dimi. parua urbs, quę citatella appellatur.

Vrbicus, ca, cum, pen. cor. ea forma dicitur qua ab oppido oppidicus & significat quod ad urbem pertinet, sicut

rusticus,a,um,quod ad rus.Gel.Si quod,aũt posset remediũ esse,vt ne tam assidue domus Romę arderent, venum hercle dedissẽ,res rusticas,et urbicas emissem.Sue.in Aug. Vt feraciorem,habilioremq̃; annonę urbicę redderet.

Vrbanus,a,um,idem,quod urbicus,ut urbani mores, urbana curia. Aliquando urbanus dicitur cultus, disertus, facetus,hoc est,qui in uerbis,et sono, & usu proprium quendam prę se fert urbis gestum,et sumptam ex conuersatione doctoꝝ tacitam eruditionem.Quin.li.vi.Vrbanus homo erit cuius multa bene dicta responsaq̃; erunt, et q in sermonibus, circulis conuiuijs, Item in concionibus, omni deniq; loco ridicule commodeq̃; dicet.Et differt à dicaci, ꝙ dicax est,cuius sermo cum risu aliquem incessit, ideo Demosthenem vrbanum fuisse dicunt dicacem negant.Quemadmodum autem urbanum,et dicaces hominem dicimus,ita urbanum,et dicacem sermonem. Vnde vrbanitas,et dicacitas,tam de oratione, quàm de homine dicitur.Ab vrbanus,suburbanum, et anteurbanum.

Vrbanitas vt idem author ait, illa est in qua nihil absonum,nihil agreste, nihil inconditũ,nihil peregrinũ,neq; sensu,neq; uerbis,neque ore gestuue posit deprehendi.

Vrbanicani milites dicuntur non tam qui urbani sunt,et Romani,quàm qui ad urbem.

Vrbicaria ꝓcurratio à iurecõ. dr̃ q̃ vrbanã ĩtelligi uolũt,

Vrbare,aratro definire.

Vrbanatim idem.quod urbane, hoc est modeste, eleganter.Pompo.Ego rusticatim tangam,urbanatim nescio.

Vrceus,ut Paulus iureconsul ait est uas,quo aqua in urnã infunditur,cuius diminu.est vrceolus.

Vrgeo,ges,si,cogo,ꝑmo, impello.Virg.ima Soluunt latera, atq; oculos stupor vrget inertes.Et vrgere,insistere.Lucil. Cede hostiũ gnato vrgere instant ꝑimus.Itẽ tegere. Virg. Qui saxo super, atq; ingenti pondere testę Vrgerent.Item accelerare,vt apud eundẽ.Veste tegens,tibi quam noctes festina,diesq̃; vrgebam,et tela curas solabar aniles.

Vrigo,Vredo,et vstrigo idem significant. Nam est pruritus libidinus,et tentigo ab vrendo.

Vri bones agrestes, quos vulgus bubalos vocat, feri sunt , sunt,et velocitate excellentes , cornua taurinis similia vt author est Soli.capacissima sunt adeo,vti mensis vicem prębeant poculoꝝ.Quin etiam Albertus magnus li.xxiij. de animalibus scribit tantam esse vris in cornibus vastitatem, ac robur,vt hominem cum equo ventilent.Nascũtur in pyrenęo monte posito inter Galliam, et Hispanias in sylua hercynia germanię,vt Cęsar et Plyn . testantur, sunt magnitudine paulo infra elephantós,et specie et colore et figura tauri.Neque homini, neque ferę quam cõspexerint parcunt. Dicti vri, ἀπὸ τῶν ὀρέων, idest à mõtibus,quia in montibus esse consueuerunt.

Vrina,à gręco ὀρέω,meio,à quo ὀρὸς,vrinam dicunt, latini lotium,à supino lotum.Lo tamen syllaba, pręter naturam primitiui corripitur. Neq; solum pro excremento potus,sed etiam pro generali spermate accipi solet.Plyni. lib.viij.Incontinens asinę vterus genitalem vrinam reddit,ni cogatur in cursum verberibus à coitu.

Vrino,as,siue vrinor,pe.pro.qđ est in aq̃ mergi, et natando emergeṙ.Nã et vrnũ ita flexũ deorsũ est,vt redeat sursum.Vrinare ergo,quasi ad siĩtudinem vruinare.i.natare.Ply.li.xi.Eadem est causa, quia sub aqua diu ranę, et phocę vrinentur.Hinc vrinatores apud Var.qui in aquas merguntur.Callistratus Iureconsul.appellat eos,qui merces è mari extrahunt , nauigij gratia iactatas . Hinc sit compositum Inurino.Colu.li.ix. Lacus piscinaq̃; fiant,vt sint quibus inurinare possint aues.

Vrna,proprie vas aquarium ab vrinando dicta quod in aqua haurienda vrinat, id est mergitur , atque emergit. Cuius diminutiuum est vrnula.

Vrinatores,qui sub aquis natant,et merguntur.

Vrnarium,mensa q̃drata,ꝙ vrnas, cum aqua positas ibi, potissimum haberent in culina . Hoc apud nos plurimi marmoreũ faciunt,foramine,per qđ aqua effluat,relicto, ac super id escaria vasa epulis vncta per ancillas lauantur. Est et vrnarium balnei,ab vrna vase aquario.

Vro,is,ussi,ustum,ardeo,quod et de frigore dicitur. Nam ē frigus vrit.Luca.Vrebant montana niues.Virgi.Aut boreę penetrabile frigus adurat.Per translationem ponitur pro cruciari.Virgi.Vrit atrox Iuno.Huius composita sunt Aduro,quod est circumuro.Virgil.Rapidiue potentia solis Acrior,aut boreę penetrabile frigus adurat.Deuro,exuro,conburo,peruro,valde vro,à quo pruina.Inuro,quod est adhibito igni fingo.

Vredo morbus herbaꝝ,fruticum,arborumq̃;, qui in vitibus etiam carbunculus dicitur, et in cęteris rubigo.sata, plantas arboresq̃; adurens.Interdum vredo sigt incendium,ac pruritũ.Plyn.De vrtica pisce, hoc tactu vredinem excitat.Vredo etiam capitur pro pruritu libidinis.

Vropygiũ,et orropygiũ est angusta, et vltima spinę pars, siue,vt Iul.Pol.inqt sphõdylus finis spinę podici ĩminẽs, q̃si terminus pygę,siue finis ṽtebrę.Gręce ὀροπύγιον.Arist. li.vi.de partibus animaliũ,vt caudã quadrupedum vult esse,ita volucrũ vropygium,et eaꝝ duntaxat, quę scissas alas habent,oropygium ita datum volucribus ad dirigẽdos volatus quemadmodum nauigijs temones.

Vrsus,animal ferum,à quo fiunt diminutiua vrsulus,ursellus,et ursiculus,et adiectiuum ursinus,na,num, quod est ex urso,vt Caro ursina.

Vrsa.fę.ab ursus, est et sydus cęleste,figuram habens similem plaustri.Vnde antiqui gręcoꝝ amaxan hoc est plaustrum dixerunt,nostri quoq;,à bobus iunctis, septentrionem appellarunt.i. à septem stellis ex quibus quasi iuncti triones figurantur.Sunt autem duę ursę, maior, & minor,quas gręci ἄρκτους vocant,de quibus alibi.

Vrtica genus herbę,ab urendo, ꝙ eius folia tacta acerrime urant.Quo etiam nomine dictus est piscis quidam,quod uredinem tactu excitet.Hic nulla testa integit, et duplex est.Alię sunt,quę nunq̃ à saxis absoluunt alię planę et litora amant quę suis abiunctę sedibus uagant. Constat, si equę marem non admittant,et urtica infricetur naturę,libenter coitum pati.scribunt physici urticam in cibis coactam vtilissimam esse lyeni,uentris duricię,articularibus,et podagricis morbis arterię tussi uentris distillationi,stomacho.Pectus pręterea purgare urinam eijcere, sanguinem narium sistere,calculos rumpere,unam reprimere,gręce autem ἀκαλήφη vrtica dicitur.

Vrnũ aratri curuatura,à quo vruo,as,qđ ē aratro definio.

V ANTE S

Vsia cum accentu in penul.latine essentia , siue substantia dicitur.Augu.in Dial.Vsia est proprie,et principaliter dicta,quę neque de subiecto significatur, vt est hic homo, vel hic equus. secundę dicuntur vsię genus , et species,id est animal,et homo,quot solę indicent primã.Vt si quis nolit,vel nesciat dicere.Socratem,dicat anima ,vel hominem,idest genus vel speciem,quibus dictis,quid sit Socrates agnoscitur.

Vsitor penul.cor.frequenter abutor. À quo vsitatus, vsitatior vsitatissimus.

Vspiam,pro vsquam,et in loco,et ad locum significat.Teren.in Adel.Aut vspiam ceciderit.

Vsquam alicubi.quasi vno quouis loco,à quo nusq̃,nullibi.

Vsq; modo prępositio est significans continuationem,et finem actus.puta loci,temporis,et huiusmodi,vt usque ad diem dominicum tecum futurus sum.Virgi. Vsq; sub extremum brumę intractabilis imbrem. Tib.Vera cano sic usq; sacras innoxia laurus uescar,et eternum sit mihi virginitas.sed cum nominibus proprijs locorum ,vel domus, rus militia,iungitur, simplicem accusatiuum requirit , vt usq; rus ꝓpero.Quandoq; addit ad Cice.pro Deiota.Vsq; ad numantiam misit. Cum alijs vero iungimus ad, vel in,vt vado usq; in Hispaniam,vado usq; ad Padum.Interdum etiam de loco est.Teren.in Eunu.Ex Ethiopia est

usq; hęc. Q̃nq; aduerbiũ est significans diu, aut multum, aut propè. Idem in Adel. Ctesipho me pugnis miserum, et istam psaltriam usq; occidit, idest propè, vel vehementer occidit. Nam occidere ad cędem Veteres referebant. Aliquando significat asſidue, perseueranter. Cicero Cornifi. Mihi curę usq; erit, quid agas. Virgi. lib. vi. Nec vidiſſe semel satis est, iuuat usq; morari.

Vsquequo, quasi ad vnum aliquid tempus, vel locum, vt usquequo ebria eris? Et usquequo pergamus. Aliquando significat aliqualiter, vel aliquantulum, vt in Psal. conuertere domine usquequo, et deprecabilis esto super seruos tuos. Aliquando significat quare vel quo vt in ps. Vsquequo domine obliuisceris me in finem. Vsquequo auertis faciem tuam, à me. Et in Iob. Vsquequo nõ parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam. in his duabus significationibus iungitur, cum indicatiuo vel imperatiuo temporis pręsentis, in alia vero cum indicatiuo futuri temporis. Item significat semper.

Vsquequaq;. paſſĩ, asſidue, semper quasi in vnoquoq; loco, siue tempore. Cice. Treba. Vsquequaque sapere oportet.

Vsque eo, et usq; adeo, id est in tantum. Cice. Vsque eo, vt ego misererer eius. Aug. Vsq; adeo inter fremẽtes permãsit intrepidus, et inter lapidum fuit cruciamenta securus, vt incredulitatem iudęorum fidenter argueret.

Vsq; ante hac, idest antequam, sicut exponit Dona. Ibi iunguntur duę prępositiones, sed vna est velut aduerbium. nulla enim prępositio prępositioni iungi separatim põt. Sed usque eiusmodi est, vt sine aliqua prępositione raro inueniatur. Teren. in And. Vt animus in spe, atq; in timore usq; ante hac attentus fuit.

Vsus ipse vtendi actus. Virg. Nam neq; erat corijs vsus. Interdum consuetudo. Quin. Mulierem, cum qua longus illi fuerat vsus. Interdum opus, et exercitium. Virg. li. viij. Arma acri facienda viro. nunc viribus vsus. Nunc manibus rapidis. Interdum fructus et vtilitas. Apule. Cum id ex vsu meo non eſſet. Hinc vtilis, et vtilitas.

Vsura idem qđ vsus. Cice. pro. L. Sylla Lucio ne hanc vsuras eripere vis plenam lachrymarum, atq; męroris in qua cũ maximo cruciatu, atq; dolore retineret. Sene. Si mihi vnius diecul̨ę vsuram permiſiſſet. Dona ait vsuram poni ꝓ vita. Vnde et pecunia, quę in fęnore sorti accedit, vsura dicitur, quoniam ex vsu acquiratur. Hanc Var. impendium vocat, ꝙ inter se iungat vnumq; fiat quasi compendium. Sidon. Apollinaris posteriora vocat, quoniam qui fęnus agitant, et in vsuras extendunt, Videntur aggregare posteriora prioribus, et ortis oritura connectere. Ob id gręci τόκος vocant, quasi partus, posteritatem. Paul. de verbo. signifi. Vsura pecunię q̃ ꝑcipimus, in fructu non est, q ex ipso corpe, sed ex alia causa est. i. ex noua obligatione.

Vsurarius, q vsum capit, actiue, et de quo vsus capitur pasſiue. Vlp. de habitatione, et vsu actiue. Vsurarius inq̃t ius habet deambulandi, gestandi. Pasſiue apud Plau. Alcmena vsuraria inducit, de qua usus est sumptus. Nam ea Iupiter vtebatur pro vxore. Puer quoq; usurarius ab eodẽ appellatur cuius opera utitur Apud iureconsul. non tam usurarius quàm usuarius cuius vsus legatus sit.

Vsuarius dicitur ille cuius est vsus, qui rei vsum capit ẽ cui legatus est vsus, in quo minus est iuris, quàm in vsu fructu, de quo lib. ij. Insti. sic scriptum legimus. Si pecoris, vel ouiũ vsus legatus sit, neq; lacte, neq; agnis neq; lana vtet̃ usuarius, ꝙ ea in fructu sũt. Planè ad stercorandũ agrum suum pecoribus vti põt. E contrario Vsuarius seruus, & Vsuaria ancilla dicunt̃ quorum vsus legatus est, et opera. Vnde lib. vij. dig. Labeo putat si fundum conduxent quis vsuarium seruum ibi poſſe operari. Gel. Vsuaria appellat quę vsui sunt. Qui usionem pro vsu posuit.

Vsuuenit. i. accidit. Cic. in Ca. Nã si id culpa senectutis accideret eadẽ mihi, usu venirẽt oĩa, ẽ reliq̃s maioribus natu. Ply. Id. n. frequenter usuuenit, ut mali bonis ꝓferantur.

Vsucapio, is, duę dictiones iunctę productę dicebantur. vñ usucaptio, siue usucapio, onis, quę est ab usu acquisitio, vel adiectio dominij per continuationem poſſeſſionis tẽporis longe diffiniti, ut puta. xxx. aut. xl. annorum, si res immobilis sit, quàm posſidemus, trium annorum si mobilis. Recentiores primam illam pręscriptionem hanc vero usucapionem uocant. Ita enim dicitur usucapio sicut pignoricapio. Cato. Hęc pignoricapio ad ęs militare facta est, ꝙ ęs tribuno ęrario miles accipere debeat. Paul. Qui alienam rem mortis causa traditam usucepit, non ab eo uidetur accepiſſe, cuius res fuiſſet, sed ab eo, qui usucapionis pręstitiſſet.

Vsus fructus dicitur, cum res aliqua, non nostra est, sed perinde ex ea fructum, atq; utilitatem capimus, ac si nostra eſſet. Diffiniturq; ab Vlpi. ꝙ sit ius alienis rebus utẽdi fruendiq; salua rerum substantia.

Vsurpar̃, est in frequenti usu habere, et hoc siue factis siue uerbis fiat. Colu. li. ij. Nam illud, quod in quibusdam prouincijs usurpatur, ut cornibus illigetur iugum ferè repudiatum est ab omnibus. Cicero Quod semper usurpamus in orationibus dictis ac factis minimis, ac maximis, cum hoc decere dicimus, illud non decere. Igitur usurpare, est frequenter dicere, seu frequenter facere. Ambro. lib. Hexa. pro solere posuit. Ipsum mundum semper fuiſſe, et fore. Aristoteles usurpat dicere. Iureconsulti usurpare, pro pręter ius uti, utunt̃. Gel. lib. ij. Mutiũ iurecon. dicere solitum legi non eſſe vsurpatã mulierem, quę cum calendis Ianua. apud virum, causa matrimonij eſſe cępiſſet, ante diẽ. iiij. calendas Ianuarias sequentes vsurpatum eſſet, non poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à viro vsurpandi causa, ex duodecim tabulis deberet, quoniam tertię noctis posterioris, sex horę alterius anni eſſent, qui inciperent ex calendis, est etiam vsurpare aliena occupare.

Vstulo, as, pe. cor. ab uro fit. Pacu. Candenti ferro, crines ustulare. Liui. Pauci semiustulati venere in potestatem.

Vstrina, pe. pro. locus in quo metalla candescunt, vt laborentur. Ply. In ustrina ter siccantur, ita ut torreantur carbone puro, ac totiens vino restinguantur albo.

Vstrigo, pe. pro. uredo dr̃. Amb. li. Hexa. Non desinit eſſe triticum, si aut ustrigine aduratur, aut imbre madidetur.

V ANTE T

Vt coniunctio causatiua, vt dedi tibi librum, vt legeres, id est propter hanc causam. Cicero. Lent. Non illi quidem, vt mihi stomachum facerent. Interdum adiunctiua est. Plau. Is mihi suasit, vt ad te irem. Interdum elegantię causa ponitur. Cice. inuitus feci, vt. C. flaminium de senatu eijcerẽ. Nihil enim significat, nisi inuitus feci. Interdum ponit̃ pro ꝙ Teren. Nihil do vt etiam imputatus ille me irrideat. Interdum est aduerbium temporis, et significat statim, postq̃. exquo quamprimum. Virgi. Vt regem ęquęuum crudeli vulnere vidit. Idem. Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos. Interdum aduerbium qualitatis, et significat quo modo. Virgi. Vt uidi, ut perij. vt me malus abstulit error, idest statim postquam vidi, siue cum primum vidi, quo modo perij. Vnde amicos interrogamus, vt vales, idest quomodo vales Significat etiam qualitatem certam, et incertam. Teren. in Adel. Nonne hanc rem, vt erat gesta patri ĩdicasse, quasi dicat quoquomõ bene male. Aliquando admirantis Plau. in Ru. Vt in ocellis hilaritudo est? Et illud. Vt nunc fluctuat mare? idest quantũ siue quomodo. Aliquando similitudinis. Idem. Vt imbrices fluunt oculi id est sicut. Quandoq; ei postponitur ita Cice. libro de Ora. Vt quisque optime gręce sciret, ita eſſe nequisſimum. Vbi notandum, ꝙ licet quidam pręceperint in hac iunctura ita, et vt semper responder̃ gradus. Ouid. tamen li. Heroi. dixit. Vt ferus est, multoq; suis truculentior euris Spectaſſet siccis vulnera nostra genis. Non tantum siccioribus dixit. Ponitur nonnunquam pro vtpote idest tanquam. Liui. Gens, vt in ea regione diuitijs prępollens. Quandoque pro quippè. Quinti. Nec ignoro quos transeo, nec vtique damno, vt qui dixerim eſſe in omnię

bus vtilitatis aliquid. Interdum significat vt siue propter quod, vel qua propter vt si dicas, quotidie hospites ad me veniunt, vt incipiam iam stomachari tantam frequentiam. Item aduerbium optandi, et ponitur pro vtinam. Terentius in Heauthon. Vt illum dij, deeq; oẽs perdant. Item significat secundum ꝙ Quintilian. At vero orator, vt est semper ad dicendum paratus. Cicero Qui sermo, que precepta quanta notitia antiquitatis, scientia iuris an gurum. Multe etiam vt in homine romano, litere. Interdum significat quantum. Plautus in Asi. Vt nostre fortune procedunt Libane. Terentius in Andri. Ego postquam te emi à paruulo, vt semp tibi apud me iusta, ac clemens fuerit seruitus, scis. Ponitur pro quamuis. Plautus. Vt illuc periculum ingens sit me tamen non terrefacit. Ouid. ad Ru. Vt desint uires, tamẽ est laudanda uoluntas. Pro qua. Virgil. Vt te post multa tuorum funera. Pro ne non. Teren. in And. Dies hic mihi, vt satis sit, vereor ad agendum. Iungitur modo indicatiuo, vt sustinui. Modo optatiuo, vt faciam. Modo subiunctiuo. Virg. Infandum regina iubes renouare dolorem. Troianas vt opes et lamentabile regnum eruerint Danai. Ab vt fit vti, et addendo nã, fit vtinam. Sicut, sicuti, velut, veluti. Pro ut, idest sicut.

Vtut, comme se voglia. Terenti. in Adel. Immo hercle hec queso si re, vt vt hec facta sunt.

Vtcunq; similiter, significat quomodocunq;. Liui. Vbicunq; erit, iuuabit tamen rerum gestarum memorię principis terrarum populi me ipsum consuluisse.

Vtinam aduerbium optantis. Quandoq; etiam dicimus. O' vtinã' Oui. O' vtinã tũc cũ Lacedemona classe petebat.

Vtputa significat quemadmodum.

Vtiq; aduerbium similitudinis, et quandoq; ponitur pro certe, vel prorsus. Quinti. Solent huiusmodi negociatores aliquid proprium, ac priuatum stipulari, vtiq; cum rem alienam vendant. Hiero. in prologo. para. Que vtiq; in codicibus nostris non habentur. Sue. in Tito. Cęterum Titum, qui propè adstabat vtiq; imperaturum.

Vtquid significat, quamobrem, propter quid, vt Quid repulisti nos in finem. Vt quid perditio facta est.

Vtpote aduerbium confirmantis, et causatiuum, significat enim quoniam, quandoquidem. Salu. Antonius aberat à bello, vt potè eger, ac iacens. Ponitur etiam, pro tanquam. Sue. in Augu. Aedes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit, easq; opulentissimis donis adornauit, vtpotè qui in cellam capitolini Iouis sexdecis milia pondo auri, vna donatione contulerit. Am. li. i. Offi. Erat Isaac dominum timens vtpotè abrae indoles deferens patri honorem id est quoniam, vel tanquam.

Vter, a, um, significat qs, vnus ex duobus, poniturq; interrogatiue, vt vter vestrum fecit hoc? Infinite, vt scio vter vestrum hoc fecerit, idest quis vnus vestrum hoc fecerit. Dicimus vter alterum. Ply. Vter alteri dixerit nescio. Similiter dicimus vter, vtri. Cice. Vter. vtri insidias fecerit. Hinc fiunt composita, que sequuntur. Vterq; significat ambos, licet inter se differant, ꝙ cum vtrunq; aliquid fecisse dicimus, et ab hoc, et ab illo separatim id factum intelligimus, vt vterq; sibi domus edificauit, hoc est et hic edificauit sibi domum, et ille. Cum vero ambos dicimus fecisse, ab vtroq; coniuncti id factum ostẽdimus, vt ambo sibi monumentum constituere, hoc est, hic et ille simul unã sibi commune monumentum fecere. Propter quod utrunq; alterum uerberasse dicimus, hoc est, hunc illus, et illum hunc uerberasse. Cic. Quorum uterq; suo studio delectatus, contempsit alterum. Quinti. Cum enim uterq; alteri obijciat, palàm est utrunque fecisse. Eodem modo utrunque, utrique aliquid fecisse dicimus. Terenti. Quia uterque utrique est cordi. Ambos autem alterum uerberasse, uel ambos, uerberasse ambos non recte dicimus, quia significaretur ambos seipsos uerberasse, sed ambo se mutuo uerberarunt. Augu. Vterq; significat ambos, et tamen singulari sono est sed significatione duali. Nam cũ dixit Virgi. Constitit in digitos extemplo arrectus uterq; duo significati sunt, cum dixit uterq;, cum autem arrectus noluit exprimere pluralitatẽ, ut sit i plurali utriq;. Sed hoc interest quia licet uterq; duo significet, tamen solum duo. Vtriq; autem duo significat, sed sic, ut in singulis multi sint. Si dicas utriq; exercitus duo significo, sed sic, ut in singulis turbã intelligi uolo, hec quides distincta sunt, sed item authoritate confusa. Nam, cum ait Virgi. Super utraq; quassa tempora confudit, dicere enim debuit super utrunque tempus cum de duobus temporibus loqueretur.

Vterlibet pen. correp. alter ex duobus, hoc est uter quem tibi capere libet.

Vteruis, uter quem tu uis. Sic quiuis, et qlibet. Nihil enim est aliud quiuis, q̃ unus, quem tu uis, et quilibet q̃ unus qui tibi magis libet. Hoc enim differunt, uteruis, et uterlibet, à quiuis, et quilibet, ꝙ illa unum ex duobus significant, hec unum, ex pluribus. Terenti. Abs quiuis homine, cum est opus beneficium accipere, gaudeas. Quintili. Periculosum et cum cura intuendum genus, ꝙ si in preponendo unumquemlibet amiserimus, cum risu quoque tota res soluitur, tutius sic interrogare, si hec actio non sit, que sit. Simul enim remouentur omnia uel cum duo ponentur inter se contraria, quorum tenuisse utrumlibet sufficiet. Ecce in eodes loco, utrumlibet et quodlibet vsus est, altero, pro eo. quod est unum de duobus altero, pro eo, quod est unum de pluribus. Hierony. Adducentur ad Aron, uel ad unumquemlibet filiorum ipsius.

Vtroq; aduerbium loci, hoc est ad unum aliquem locus, et ad alterus. Liui. Vtroq; colonię missę. Vtraq; p utrunq; locum.

Vtrobiq; cum accentu in antepen. significat utroq; loco.

Vtrinq;, ex utroq; loco.

Vtraq; per utrunq; locum.

Vtrum aduerbium, modo interrogantis est. Plaut. Vtrum id uerum putas, an non? Modo dubitantis. Sene. Vtrum nobis id conueniat, animaduertendum. Componitur quãdoq;, cum nam. Hier. li. Re. Et consuluerunt post hec dominũ, utrum nam uenturus esset illuc.

Vter, uteri, et uterus, uteri dicitur, quem alio nomine locos appellant, et uulgo falso matricem, cum matrix sit femina, que fetus gratia tenetur. Ser. Vterus est mulieř; aluus quo sordes effluũt, uenter, qui uř. Existimat Plyn. Vuluas dici in ceteris animalibus in muliere uterum. Ideo uterus dicit, quia ptinet, et tanq̃ uter est, ad pregnantesq; ptinet. Quãdoq; tamen sumitur pro uẽtre. Virg. Vterumq; armato milite complent. Cędl. Nunc uter crescit, non pot celari. Huius dimi. est uterculus.

Vter, utris ge. ma. pellis qua uinũ aut oleum deferri solet.

Vterculus pusillus uter, siue uesica. Ply. Et in uterculos congestus apum liquor, ore enim eum euomunt. Diminutiuum est ab uter pro uentre.

Vtriculos i farina uř Ply. accipe. lib. xviij. qs galli Cisalpini redũdaginẽ, i Venetia pnicia pleriq; subuentres uocant.

Vtricularius, qui inflat ex utre physsulas. Et à grecis Ascaules dicitur. Sue. in Nero. Vouerat se proditurum hydraulam, et choraulam, et utricularium.

Vtor, eris, vsus, vsum habeo, et semper de rebus bonis, ac necessarijs, necnon et diuinis, inanimatisq; dicit, vt vtor domo, diligentia, consuetudine, studio, ẽ huiusmodi. Terẽ. Scio te non esse vsum ante hac amicitia mea. Sed cum de personis loquimur accipitur, pro conuersari. Ci. Lentu. Trebon. Multos annos vtor valde familiariter. Inde usus, pro conuersatione. Quintili. Mulierem, cum qua longus illi fuerat usus. Et quia aliqua re utimur ut ex ea fructum percipiamus, factum est, ut dicamus usum, pro utilitate. Construitur quandoq; cum accusatiuo. Cicero libro acad. Et que à superioribus acceperant, utebantur. Var. vtile utamur potius, q̃ ab re abutamur. Huius, composita sunt Ilbutor, et Contor.

Vtensile pe.cor. quod est ad vsum necessarium. Colu.li.xij. vtensilia, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam ex colitur. Vtensile vas in quo vtile aliquid reponitur.

Vtilis, ē vtibilis homo dicitur, quo vtamur. Sed de re potius dicimus sicut vtensile.

Vtica p.cor. ciuitas africę distans à carthagine xxx. mi. passuum, apud q̃ Cato se interemit. Vñ et vticensis dictus ē.

V ANTE V

Vua est, quę vitę fit, dicta ab vuido. Aliquando ponitur pro vite. Virg. Et turpes auibus prędam fert vua racemos. Et vua morbus quem gręci Staphylen vocant id est inflāmatio, est eius partis, quę in ore columellę dicitur, et Staphilophoros ab Aristotele. Distenditur, hęc et luteo colore subrubescit acino persimilis. Est autem vua id, quod in fine palati dependet, circa fauces, vt in hiante homine cōspicitur, sic dicta, quia, vt vua dependet, et humiditate variatur, et est vocis moderatrix. Serenus, Ægrescunt tenerę fauces, cum frigoris ora vis subijt, vel cum ventis agitabilis aer vertit, atq; ipsas flatus grauis īficit vuas. Sub vua est minor lingua quę Epiglossis dicitur. Dicitur etiam vua de apibus, cum collectę in modum botryonis dependēt. Colu. Cum examen glomeratum in proximo frondentis arbusculę ramo consederit, animaduertito, an totum examen in speciem vnius vuę dependeat. Plyni. lib. xi. Tunc ostenta faciunt priuata, ac publica vua dependente in domibus, templisq̃;. Virgil. Et densis vuam demittere ramis. Serui. Vuam demittere, id est in morem vuę botryonem defluere.

Vuidum, humidum, pingue, quod pręcipue habet aliquid humoris intrinsecus. Vnde et vua dicta. humidum, quod habet humorem extrinsecus.

Vulcanus deus ab antiq́s putatus est, quo significat ignis, ꝙ canus per aëra volet. Volat enim flamma, et candida est. Hic et mulciber appellatur ꝙ ferꝝ mulceat. Fingunt enim poëtę hunc fuisse deum, Iouis ex Iunone filium. Qui faber Ioni fulmina contra gigantes fabricauit. Hinc vulcanię insulę appellatę sunt.

Vulcanius, a, um, possessiuū vt īsulę Vulcanię, ē arma vul(cania.

Vulcanum ī cornu ꝯclusū geris, sīgt ignē ī laterna portas.

Vulcens tis, sine s, post l, et per u.

Vulga, sacculus scorteus, siue ex alia materia, in quo pecuniam, vel alia vitę necessaria ferre solent homines dicta, ꝙ num nos, aliasq̃; res inuoluat. Lucil. In vulgam penetrare pilosam. Var. Vt viaticum ex arcula adderem in vulgā. Hęc etiā à veteribus Bulga dr̃. Est et vulua, siue vulga folliculus ad brachium pendens, gerendę pecunię gratia. Lucil. Cui neq; iumentum est, nec seruus nec comes vllus bulgam, et quicquid habet nummorum secum habet, cuꝫ bulga coenat, dormit, lauat. Quandoq; ponitur pro vulua, et econtrario uulua, pro sacculo. Idem. Ita, ut quisq; nostrum è bulga est matris in lucem ęditus.

Vulgus, neutri generis et indeclinabile. et uulgus, uulgi, masculi. gene. significat multitudinem ignobiliorem. Virg. Sęuitq̃; animis ignobile uulgus. Cice. Saturnum maxime colunt uulgi. Vir. In vulgum ambiguas et quęrere conscius arma. Et à uoluendo quidam dici putant, ꝙ stulte huc, atq; illuc uoluatur.

Vulgo, aduerbialiter positum significat passim, per omnes, cateruatim. Virg. Hinc lętis uituli vulgo moriunt in herbis. Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare nō possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet. Qui et spurij uocantur.

Vulgaris, et hoc gare, quod est uulgi hoc est vile, ac commune, vnde ē respondet singulari. Cice. in arte ueteri Magna, an parua, facilia, an difficilia, singularia sint, aut uulgaria uera, an falsa. Aliquando uulgare dicitur, quod est tritum, et consuetum. Quinti. Simul, ne uulgarem uiam ingressus, alienis demum uestigijs insisterem.

Vulgo, gas, ī uulgus do, et quasi multis audientibus, ac nō taciturus dico, et commune omnibus facio, manifesto uile habeo. Virgil. libro. x. Quid me alta silentia cogis rumpere, et obductum uerbis uulgare dolorem. Lactan. li. vij. Quę uaticinia eorum cum paulatim fama uulgasset. Liui. lib. i. Sunt qui laurentiam uulgato corpore lupam inter pastores uocatam putent. Plau. in Am. Cui me absente corpus uulgauit suum. Huius composita sunt Diuulgo, Euulgo, quod est extra in uulgus exeo. Liui. li. ix. Ciuile ius repositum in penetralibus pōtificum euulgauit. Inuulgo, Gel. Labris foras ęditis inuulgaret. Peruulgo, ualde uulgo. Teren. Vbi rem sciui, coepi inhumanius, neq; ut animum decuit ęgrotum adolescētuli tractare, sed ui, et uia peruulgata patrum quotidię accusabam.

Vulnus. Vide in dictione Vlcus. Inde fit.

Vulnero, ras, saucio, uulnus infero. Transfertur quandoq; ad animum, et significat ango. Vnde et uulnus animi, ꝓ angore accipitur, seu damno. Ply. maximum illi fortuna uulnus ītulerat, duobus filijs immatura morte sublatis.

Vulnerarius, medicus chirurgus, q̨ uulnera curat. Vulnerarium emplastrum, quod uulneribus imponitur.

Vulpes, ē uolpes, animal, teste Varrone, ꝙ pedibus uolet Huius diminu. est uulpecula. Hora. Forte per angustam tenuis uulpecula rimam. Adiectiuum uulpinus, na, num, quod est à uulpe. Sue. Vbi leonis pellis deficit. uulpina insuēda est Aliquando ponitur ꝓ astuto. Plau. Vulpinus animus, ne quid moliatur mali.

Vulpinor, aris, significat mendacijs ac fraudibus uera peruerto, siue effugio. Tractum, ab intorto uulpiuꝫ cursu.

Vulpio, nis, dolosus, palpator, ueterator, lingua quoq; uernacula retinemus. Apul. in Magia, etiam cum matri blādirere tamen iam tum uulpionem, et impium fuisse.

Vulsinus pe. pro. lacus, è uulsini oppido, cui adiacet nominatus, in Hetruria, piscium fertilis. Vulsini enim oppidū fuit opulentissimum, à quo uulsinenses dicti.

Vultur apud antiquos varię declinatum est. Nam et uult, et uulturis et uulturius dicebatur. Nunc in usu est uult Enni. Vulturis in syluis miserum mandebat homonem. Catul. Lingua exerta auido sit data uulturio. Cice. Duo uulturij paludati. Auis rapax carniuora à uolatu tardo dicta ꝙ propter magnitudinem corpis tarde uolet. Ply. scribit esse transmarinam auem, cadauera sentire et triduo aut biduo illuc pręuolare ubi cadauera futura sūt, Plau. in Tru. Iam quasi uulturij triduo prius prędiuinabant quo die esuriri sient. De hac aue sic scribit Ambro. Negant uultures indulgere concubitui et iugali quodam usu nuptialisq̃; copulę sortę misceri, atq; sine ullo masculoꝝ ꝯcipe semine et sine ꝯiunctione generare, natosq̃; ex his in multā ętatē uitę ꝓcedere ut usq; ad centū annos uitę eorum series ꝓducat. Hinc captatores et bona defunctoꝝ inhiātes translatū est nomen. Mar. Cuius uulturis, hē erit cadauer. Penna vulturis subiecta pedibus adiuuat parturiētes. Ply. Aqlę clarius q̃ nos cernunt, uultures sagacius odorantur liq̃dius audiūt talpę. Gręci γύπους, uultures appellant. Est et uultur mons in Apulia.

Vulturnus uentus, q̨ ab oriētehyberno spirat. Dictus à uulturis uolatu, ut q̃daꝫ aiūt q̄m alte resonat, gręci Euronotū uocāt, ꝙ iter notū, et euꝝ sit. Hoc noīe ēt dictus ē fluuius, q̨ ꝑ Cāpaniā labens, haud lōge à Cumis mergitur, q̃ et uulturnum dr̃. Syl. lib. viij. Fluctuq̃; sonoꝝ Vulturnus.

Vulturnū oppidū cāpanoꝝ ē, et fluuius, de q̃ mō ē dictū.

Vultus, à uolo, uis, sicut à colo, cultus, ꝓprie sīgt uolūtateꝫ hoīs, q̃ ꝓ motu aī in facie ostendit. Cū facies sit ipsa oris species, q̃ ꝑmanet, uultū sibi fingere multi possunt, formā nemo. Lucre. lib. iij. Protulit uulta neu. genere. Sed quos utriusq; figurę esse uides mistim referentes uulta parentū. Vultus āt ī nullo animante est, ꝑter hoīe. Huius dimi. est uulticulus, quo usus est Cice.

Vultuosus, tristis. Cice de optimo genere dicendi. In quo cū effeceris, ne q̨ ineptū sit. aut uultuosum Hinc aduerbium uultuose, quod Dona. Vsurpat, ꝓ eo q̃d est īdignāter, facie moesta, et frōte subducta, et cū gestu rebus accōmodato.

Vultuosa frons apud Apul. pro mesta accipitur. Ait enim lib.iij.Met.Longe dissimilis aduenit,non ex leta facie,sed uultuosa fronte rugis insurgentibus asseuerabat.

Vulua,seu uolua,ides quod uterus,et loci, et maxime vulgo dicitur,licet falso,dicta ꝙ foetus innoluat.In ea enim conceptus fit,et foetus continetur . Hanc multi ex Romanis ex porca in delicijs habuere, que duplici nomine appellabat.Eiecticia scilicet ẽ porcaria.Eiectitia à partu eiecto,siue enecto,siue enecto. Porcaria ab edito,Eiectitiam. Ply.optimas esse ait,que fuerit porce occise,cũ eiectus,siue enectus est partus.Porcariam cuius editus est,meliorq̃; erat eius,que peperisset,quã virginis.Nã à partu statim fuem primipam interficiebant, tum habende vulue gratia,tus vt sumen optimum efficerent.Mar.Te fortasse magis capiet de virgine porca.|Me materna graui de sue volua capit,Apicius sterilẽ ꝯmendat. Quãdoq; accipitur vulua ꝓ ore vulue. Iuuena.Adhuc ardens rigine tentigine vulue. Ply.quoq; boletorum prorumpentium in oui speciem album illud innolucrum voluam nuncupat.

V ANTE X

Vxor,quasi vnxor ab vnguendo. Nam cum puelle nuberent apud veteres,ac mariti domum intrarent,axũgia postes vngebant , putantes exhoc omnia mala , ab ea domo arceri,uel ꝙ loto maritos vngebant.Enni. Exin Tarquinium bona foemina lauit,et vnxit.Ser.in con.lib.iiij.en.sic habet.Mos fuerat,vt nubẽtes puelle simul cum venissent ad limen mariti,postes,anteq̃ ingrederent,ornarent laneis, vittis,et oleo vngerent . Et inde vxores dicte sunt,quasi vnxores.Plyn. quoq; scribit nouas nuptas,lupino adipe postes inungere solitas,ne qd mali medicamẽti inferretur. Tribus autem modis uxor habebatur, vsu, farreatione,coemptione,sed farreatio solis pontificibus cõueniebat,que autem in manum per coemptionem conuenerant he matres familis vocabantur,que vero vsu uel farreatione minime, coemptio vero certis solemnitatibus peragebatur , et sese in coemendo interrogabant inuicem. Vir ita an mulier sibi materfamilias esse vellet illa respondebat velle. Idem mulier interrogabat an vir sibi paterfamilias esse vellet, ille respondebat velle, itaq; mulier viri conueniebat in manum et vocabantur he nuptie per coemptionem et erat mulier materfamilias viro loco filie.Huius diminutiuum est vxorcula.Hier.ad Oceanũ.Tu mihi olis emortuã ꝺ sepulchro vxorculã ꝓtrahis.

Vxorius,ria,rium, quod vxoris, vel quod ad vxorem pertinet,vt res vxoria.Augu.lib.ij.Cõ. Curauit hec quia metus erat, ne impediretur spes mea compede vxoria. Aliquãdo vxorius dicitur,qui vxori nimis ĩseruit. Virgi. Pulchramq̃; Vxorius vrbem Extruis.

X LITERA Seminocalis est,que vis duplicis consonantis habet, pro qua habet , pro qua modo es modo gs, primitus vtebantur, vt apecs gregs, pro qbus nunc apex grex dicimus. Sciendum ꝙ x, transit in u,consonantẽ,vt Nix niuis,in ct,vt nox noctis.Et in aspirationem subdit,vt veho,vexi.Quotiensc ũq; autes hec ꝑpositio ex componit cũ dictione incipiente à vocali,vel,c,p,t,et s,remanet integra Sed quando cum,s, abijcitur,s, vt exaro exigo,exeo,exoleo,exuro,excutio,explodo extraho,exequor,expes.

X ANTE A

Xanthus, latine flauus dicit.Quo nomine dictus est fluuius troianus,qui et Scamander dicit.Nam ꝙ in campis troianis proxime flumen armenta rufa,et pecora leucophea nascuntur flumen ideo Ilienses Xanthum appellauisse dicuntur.Est et nomen viri, et nomen vrbis Lycie, à fluuio sic nuncupate.Et nomen equi Hectoris.

Xanthij populi Asie,qui cum eorum vrbs ab harpago ꝑfecto Cyri obsideretur vxores suas , ac seruos,et omnes opes in arcem posuerunt,deinde adhibito igni cremauerunt, ipsiq; in bello irruentes cuncti cecidere.

Xanthicus aprilis mensis , hebreorũ lingua appellatus est.

Xanthò fuit una ex nymphis Oceani,ẽ Tethyos filia.Virg. lib.iij.Geor.Drymoq̃;,Xanthoq̃;.

Xantippe,nomen vxoris querule Socratis philosophi.

X ANTE E

Xenos,latine hospes,siue peregrinus.Xenia hospitalitas,amicitia externorum.

Xenium hospitale.Vnde ẽ pro munere qꝺ hospiti mittebatur accipi solet.Vnde Iupiter hospitalis, et Martia.lib.xiij. in quo eiusmodi munere distichis describit,xenia nominauit,ꝙ versus ipsos,pro xenijs mitteret.Omnis in hoc gracili xenioꝝ turba libello,Constabit nummis quatuor empta tibi.Quatuor est nimium?poterit constare duobus.Et faciet lucrum bibliopola Triphon Hec licet hospitibus, ꝓ munere disticha mittas. Si tibi tam rarus,q̃ mihi nũmus erit.Huius diminuti.est Xeniolus paruum xenium.Apul. Cõmodum meridies accesserat,et mittit mihi xeniola porcum optimum,ẽ quinq; gallinulas,ẽ vini cadum in etate preciosi.

Xenodochium , et xenodocium , hospitale locus publicus quo peregrini, et hospites hospitaliter recipiuntur , ξένος hospes, δοχεῖον receptaculum, quasi hospitum receptaculum.Hiero.Xenodochium in protu romano situm totus pariter mundus audiuit. Alio nomine xenodocia dicuntur xenones.

Xenocrates,pe.cor.nomen philosophi Chalcedonij. auditores Platonis,qui in academia Speusippo successit,et viginti quinq; annis docuit. Fuit tardus ingenio adeo vt cum illum Plato Aristoteli compararet alterum freno,alterum calcaribus indigere dicebat . Hic philosophorus seuerissimus extitit . Ferunt cum phyrne nobile scortum dedita opera,à quibusdam intra eius cellam missa esset,atq; ab eo orans lectuli partem accepisset, demumq̃; imperfecto opere discesfisset, dixit se non à viro,sed à statua venisse. Eius verbis tanta fides adhibebatur,vt cum iniurati nullius testimonium admitteretur, huic soli iniurato crederetur . Hunc Athenienses aliquando vendiderunt,vt ita in exilio degens frangeretur . Obijt secundo,et octogesimo etatis sue anno,cum noctu forte in sartagines offendisset fuit et alius hoc nomine.

Xenodotus,fuit historicus patria Troezenus.

Xenodorus,quasi ξένος, idest peregrinum quod et egregiũ denotans et δῶρον donum,fuit nomen statuarij nulli veterum celandi arte postponendi.

Xenophanes,pe.cor.poëta Colophonius, qui contra Homeꝝ et Hesiodum Elegias scripsit.Fuit et alter Xenophanes, ex Lesbo poëta ïambicus.

Xenologus ξενόλογος, latine dr̃ ꝯgregans milites externos.

Xenophón nomen philosophi, et ducis insignis Atheniensis. Socratis discipulus,et Plàtonis emulus fuit, speciosus moratus,et omnibus gratus.Hic primus omnium philosophorum scripsit historiam . Exercitum quoq; ex vltimis Babylonie finibus,per aspera,et difficillima itinera incolumem in patriam reduxit.Fuere et alij Xenophontes.

Xenophilus,pe.cor.nomen musici chalcidensis, pythagorici,de quo Vale. Maxi.biennio minor,q̃ Gorgias,qui centum,et quinq; vixit annis Xenophilus chalcidensis pythagoricus, sed foelicitate non inferior.Si quidem,vt ait Aristoxenus musicus,omnis incõmodi humani expers summo perfectissime doctrine splendore extinctus est.

Xerampelline vestes , vt inquit Probus , fuerunt ad vsum matronarum ampellini coloris,qui ĩter coccinum,et muriceum medius est, ξηρόν, siccum significat.Itaq; xerampellinus color is esse creditur , quem vulgo rosam siccam nominamus . Alij xerampellinas dicunt latine dici Atrabaticas.Hoc est,que colorem atrum,idest nigrum habent.

Xerolophus , penultima correpta, dici potest siccus tumulus ξηρὸς. siccus, λόφος tumulus.Namq; ex lapidibus cõstrui consueuerant principum tumuli.Xerolophon ẽt co-

lumna

lumna erecta vt quidam aiunt in qua annulares sunt
scalę dicata Mineruę, in qua incidebant epigrãmata, et
aliqñ oracula sacrificiaq;. Xeros nãq; lapis est sine cęlo fa/
bricatus, λόφος locus erectus hoc est tumulus.

Xerolyba, latine sicca libya dicitur.

Xerophagium, comestio siccorum ciborum.

Xerophthalmia arida lippitudo, cum nec tument, nec flu/
unt oculi, sed granescunt.

Xeria, emplastra sicca, sicut hygrẽplastra vocant liqda em/ (plastra.

Xerxes, latine dr̃ bellator, vnde Artaxerxes magnus bellator,
fuit persaꝝ rex q ꝯtra Atheniẽses magnũ collegit exerci/
tũ. Tradunt scriptores numeꝝ copiaꝝ terrestriũ, quas in
gręciã duxit xerxes, fuisse. clxx. myriades. i. decies septies cẽte
na millia. Mirias. n. numerus est ꝯtinens decẽ millia. Trã/
siuit eius exercitus, per septẽ dies, totidẽq; noctes nullo tpe
intermisso. Sed nauali ꝑlio à Temistocle gręcoꝝ ducę vi/
ctus, rex ipse, cũ paucis aufugit. Fuit filius darij regis, ex
Atosa Cyri filia. Hanc historiam Herodotus late scripsit.

X ANTE Y

Xylon gręce, latine lignũ, Vñ xylobalsamũ, lignũ balsami.

Xylinũ, qđ ẽ xylon dr̃. i. qđ vulgares bambatiũ dñt. Vñ xy/
xyl[illegible]a, lignum casię. (line vestes.

Xylophagus, pe. cor. vermis, qui albus, obesus nigello capite
est, ac nascit̃ in lignoꝝ carie, lignũ corrodens. In ponto, et
Phrygia comeditur, vt author est Hiero. ꝯtra Ioui. Et qđo
inqt, apud nos ficedula, et attagẽ, mulus, et Scarus in de
litijs cõputant̃, ita apđ illos ξυλοφάγον cũedisse luxuria est.

Xyphos, gręce ξύφος sigt̃ ensem. Vñ xyphię stellę ex cometa
rum genere in mucrones fastigiate. Itẽ xyphię pisces ma
rini ex cetorum genere, vt balęnę thynni, et gladij dñr.

Xystus, à gręcis dicit̃ porticus ampla latitudine exercitatio/
ni accõmodata, in qua Athletę, per hyberna tpa exercen/
tur. Hinc xystici dicunt̃ athletę in xystis pugnantes, seu à
xysto spiculo. Sue. in Aug. Nec tamen eo minus, aut xysti/
corũ certationes, aut gladiatoꝝ pugnas seuerissime sem/
per exegit. Xystici ẽt dicunt̃, qui xysto ludunt. Significat
enim xystos spiculũ, vel hastile telum, vnde xystophorus,
latine spiculator. Interdũ xystus sumit̃, pro ambulatione,
qua arbusculę sunt in plurimas species effigiatę, Ply.
Ante cryptoporticũ xystus est violis odoratus. Alter. Ply. li.
v. Epi. Anteporticũ xystus concisus in plurimas species,
distinctusq; buxo. Idem. Non tam statuarum, et tabularũ
pictarum ornatu ędes suas, q̃ xystis et nemoribus excoluit
Vict. Latini xysta ambulationes appellãt, quas gręci para
dromidas dicũt. Cic. in Bruto, Cum ambularem in xysto,
et essem ociosus domi. Quando vero xystus adiectiuum
est, significat ornatum, tersum, politum.

Xystis, vrbs Carię, à q̃ Xystiani dicti sunt ppli, vt scri. Plyni.

Xysticus, ca, cum, vt exercitatio xystica et athletę xystici, à, xy
sto spiculo vel hastili seu etiam, à, xysto porticu.

Xystophorus, latine spiculator dicitur.

Z LITERA Muta est, pro qua primi/
tus nõnunq̃ simplex s, vt Sacynthus ꝑ
ζάκυνθος, sethus pro ȝethus. Qñq; dupli
catum scribebamus, vt patrisso, pro πα/
τρίζω, pytisso, pro πυτίζω. Aliqñ pro illa
d, ponebamus, vt Medentius, pro Meȝen
tius, ȝeta ẽt, siue ȝetecula dimi. apud Ply
niũ ĩ Epi. Erat locus capax vnius lecti/
cũ sellis duabus q velis obductis, et reductis mõ adijcit̃
cubiculo, modo aufert̃. Nomẽ quoniã tribus ẽ patribus fe
nestras, et prospectus habeat, atq; solem multipliciter acci/
piat, quasi ἀπὸ τοῦ ζέειν, qđ est feruẽre. Quãdo et heliocami
nus in ipsa ȝeta ponit̃, hoc est vaporariũ quoddã solare,
nõ ad ignis vsum, sed ad solis velut, qđ vulgo luminare
dicitur, et in paduana gallia Lucerio, vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, ꝙ in
ea comodissime viuat̃, vt quã delicias, et amores suos vo/
cet Cęcilius, sicut à cõuersatione, victuq; dieta. De helioca/
mino Vlpi. in seruitutibus vrbanis. Si arbor inqt Helioca
mino, vel solario solem adimat, dicẽdum erit, ꝙ vmbrã fa

cit in loco, cui sol fuit necessarius, ꝯtra seruitutẽ impositã
fieri. De ȝeta Lampridius. Indicos odores Heliogabalus ad
vaporandas ȝetas, sine carbonibus iubebat incendi. De ȝe/
tecula Plyni. Mox ȝetecula refugit, quasi in cubiculum.

Z ANTE A

Zaȝynthos, insula Ionij maris parua, cũ vrbe eiusdem no/
minis, à ȝaȝyntho Dardani filio in q̃ imperauit dicta, cu
ius incolę ȝaȝynthij vocantur. De hac Virg. li. iij. Iam me
dio apparet fluctu nemorosa ȝaȝynthos.

Zageius mons qui nunc orontes vocatur.

Zagrus, vt inqt Stra. mons est, quo media à Babylonia diui
ditur, et interiora indię percurrit.

Zacanthęi, fuerunt ȝaȝynthiorum coloni in medio Pyrenęi
montis siti, et iuxta fluuium Iberum habitantes.

Zacharias, nomen prophetę proprium.

Zain ז litera hebraica quę ponitur loco.

Zamolsis, teste Hero. li. iiij. Histo. fuit Pythagorę seruus cui
Getę (putantes illũ Saturnũ esse) sacrificia impendebãt.

Zancle, Peloponnesi oppidum fuit in regione Messenia, in
qua ipsa Messene. Fuit et ȝancle oppidũ Sicilię, à Messe/
nijs condita in Pelori sinu, vbi ab oriente maxime flecti
tur, quã à suo noĩe dixerunt Messanã. Hinc ȝanclei messe/
niorum, apud Plyni. Et ȝanclęa charibdis. Vel à fonte di/
ctam vrbem putãt, vel ab occultata ibi à Saturno falce,
quã lingua sicula ȝanclon vocant, vel à gigante Zancle,
vel à loci curuitate. Curua. n. ȝanclia vocant.

Zancleum, saxum in freto siculo dictum, à ȝancle propin/
quo Sicilię oppido.

Zame, vt inqt Ply. li. xxxi. Fõs in africa ex quo canoras vo/
ces fieri tradit Var. Vbi pueros ait Vict. ad hoc munus quę
ri à regibus, et calastros appellari.

Zamię, ramuli in arbore qui alios lędunt à gręcis, ζημίαι
versa litera, η, in, a, more dorico Ply. lib. xvi. De pinu. Quę
se in arbore ipsa diuisere vocantur ȝamię, lęduntq; cęte/
ras nisi detrahantur.

Zaȝynthus insula est libera propè cephalleniam Ithacam
et Dulichiũ quę oẽs insulę sub Vlyssis dicione fuisse me/
morant̃. Ply. lib. iiij. scri, Zaȝynthũ fertilitate ꝑcipuã fuis/
se cũ oppido magnifico quę aliquãdo appellata hyrie fit.

Zariaspa, ciuitas, de qua Stra. Bactra inqt, quã et ȝariaspen
vocãt. Apud Pto. Diuersa est à bactris, à qua ȝariaspe ppli.

Z ANTE E

Zea, genus frumẽti simile farri, quę vulgo spelta dicitur Ex
hac fit Alica. Ex ȝeatico, hordeaceo ve cibario, q sunt prin
cipium Equisones, equos alere consueuerunt.

Zedoron, dicitur terra ȝean donans.

Zelo, as, et ȝelor deponẽs, sigt̃ ęmulor. Aug. li. i. Cõfe. Vidi ego
et expertus sum ȝelantẽ paruulũ, nec dũ loquebat̃, et intue
bat̃ pallidus amaro ꝯspectu collectaneum suum. Ponit̃
interdũ ȝelari, pro irasci, sm̃ illud, quod per prophetas di
citur Indignatiõe magna ȝelatus sum Sion. Et ȝelare est
imitari, vt illud. Neq; ȝelaueris facientes iniquitatem.

Zelus, modo inuidiã, mõ amorẽ, modo ęmulationem sigt̃.

Zelotes, pe. ꝓ. idẽ est, qđ ęmulator, vñ Simõ apostolus dictus
est ȝelotes, quandoq; dicit̃ amator. Et sic dñs nr̃ appellat̃,
quoniã ita nos amat, vt nolit fornicari post deos alienos.

Zelotypus. pe. cor. ȝelator, seu ęmulator formę. Nã ζῆλος ęmu
latio est, τύπος forma. Qui igit̃ ita amat vt solicitus sit, ne
qs amore suo perfruat̃, ȝelotypus est. Iuue. Ponere ȝelotypo
iuuenis ꝑlatus hiarbę. Zelotypia, ęgritudo aĩ, ex eo ꝓueni/
ens, ꝙ timeat, ne adsit alter, ꝙ cum nemine velis hr̃e cõe.

Zeno fuit phũs citicus ex Cypro gręcię ciuitate. Stoicoꝝ se/
ctę ꝯditor, tãto in honore apud Atheniẽses hitus vt apud
eũ claues vrbis deponerent, ornarentq; ipsum aurea coro
na, et imagine ęrea. Hic adolescenti cuidã inepta multa
loquenti ait. Ideo duas habemus aures, os autem vnũ, sci
licet vt multa audiamus, pauca vero loqmur. Hic nũciato
naufragio bonoꝝ suoꝝ dixit iubet me fortuna expeditius
philosophari. Decessit nonagesimo ętatis suę ãno, sine mor
bo. Nã vt ferunt, cum abiret ex schola lapidẽ offendens di

gitum perfregit, mane vero terram feriens, illud ait. Ex Niobe venio, quid me vocas continuoq; se strāgulans interijt. Fuit et alius Zeno Eleates, quem Dialecticę inuentorem fuisse scribit Arist. Huius celebratissima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Qui cum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandę patrię inflammasset, cōtra Nearchum tyrannū facto iudicio comprehēsus traditusq; est tortoribus torq̄ndus. Qui cū laceraret, vt conscios coniurationis nominaret, neminē illoꝝ nominauit, sed amicos, intimosq; tyranni participes coniurationis esse dixit. Deinde cū q̄ppiā se in aurē tyrāni, loq velle significasset, eā mordicus correptā, non ante dimisit, q̄ rapta aure populatū caput reliq̄sset. Sed cū complices piurationis proferre cogeret, concisā dentibus linguā in os tyranni conspuit. Quo facto ciues tyrannū lapidauerunt. Fuit ē alius Zeno philosophus epicureus Ciceronis synchronos .i. contemporaneus de quo idem Cice. li. i. de fi. meminit, et eum cum attico frequenter audiuisse. Epicuri sententias explicantem. Fuere et alij Zenones, quos nunc pretereo.

Zenobia, fuit mulier, quę à Ptolomęis originē ducens grecis, ac latinis literis ornatissima, necnon, ē rebus bellicis celeberrima in Palmira Syrię vrbe regnauit. Hęc cū saporem psarum regē supasset, tandē ab Aureliano Augusto victa, Romā in triumphū ducta fuit. Quę in vrbe summo in honore, ꝯsueuit, à q̄ Zenobia familia nūcupata est.

Zephyrus, pe. cor. Fauonius vētus occidentalis. Flat enim ab occasu eqnoctiali, aduersus eurꝰ, quasi ζωφόρος vitā ferens, vel ꝙ fert, quę sunt ad vitā. Eo sanè plantę oēs germināt, et pullulāt, vel ab eo q̄d est ζέω, ferueo, complexione frigidus ē humidus temperate tamen hyemes autē resoluit, et germina floresq; producit, flat suauiter, et placide, et à meridie vsq; ad noctem, à principio veris vsq; ad ęstatis finem, à dextris eius africus ponitur qui tempestuosus fulmina et tonitrua generat, à sinistris corus q in oriēte nebulosum aërem facit cum serenum faciat in occidente.

Zephyrium vero promontorium est.

Zethis fuit filius Boreę, et Orithya, et frater Calais.

Zethus, cum h, et u, fuit ionis, ex Antiopa filius, & frater Amphionis.

Zeugma, tis, latine ꝯnexio, siue adiunctio dicitur. Figura cū plures sensus vno cōnectuntur verbo, q̄d tribus modis fit. Aut prepofito verbo, ad q̄d reliqua respiciant, vt vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut verba postposito, vt neq; is es Catilina, vt te, aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. Aut in medio sensum posito verbo, vt Troiugena interpres diuum. &c. Æneï. iij.

Zeusis, latine iugatio dicitur. Quo nomine appellatus est clarissimus pictor Heracleotes, qui in certamen picturę, cum Parrhasio descendit. Fertur hic pinxisse puerū vuas ferentem, ad quas cū aduolassent aues iratus est mira ingenuitate operi suo, et dixit. Vuas melius pinxi, q̄ puerum. Nam si hunc consumassem, aues timere debuerant. Hinc etiam pinxit Helenę simulachrum.

Zeuxo fuit (teste Hesiodo) vna ex nymphis, filia oceani, et Tethyos.

Z ANTE I

Zigena, nomen piscis maritimi, vt est apud Amb. Quid gladios loquar, aut zigenas.

Zigarum, ea terra fertur ex qua populi exierint, qui nostra ętate, cum liberis, et vxoribus Europam peruagantur zigari appellati insignes fures, et sine tecto viuentes.

Zinziber, radix. Et apud nos in mutatis literis dicimus Genziber.

Ziph, nomen vici, à quo ziphęi dicti sunt, de quibus in li. ij. Regun. fit mentio.

Zizania, nię, et zizanium, zizanij, quid significet. Amb. li. Hexa. declarat dicens. Lolium, et reliqua adulterina semina, quę frugibus sepe miscentur, zizaniā nuncupari, euangelij lectione cognouimus, sed ea ꝓprium quoddā genus habēt, nam ex tritici semine in aliud genus seminis decolora mutatione translata degenerem traxere naturam. Hoc docet dominus dicens. Venit inimicus, et superseminauit zizaniam, inter triticum.

Zizipbus, pe. cor. genus arboris, quam nostrates zibebos vocant, zizipha fructus dicuntur. Ply. li. xv. Æque peregrina sunt zizipha, et tuberes, quę ipsa nō pridem venere in Italiam. Hęc ex Africa, illa ex Syria.

Z ANTE O

Zodiacus, pe. cor. dici potest animalis, ab effigie animaliū. Nam circulus est, in quo. xij. signa sunt in formam animalis figuratus, vt Aries Taurus. Gręci. n. ζῷα animalia dicuntur zographia, animalis pictura. Alexan, autē aphrodiseus dixit galaxiam circulum realem esse in cęlo, et subdit in commentarijs, meteorologicorum Aristotelis ἱστορεῖ δὲ τῶν μὲν καλουμένων πυθαγορείων τινὰς καλαξίαν ὅλον λέγειν εἶναι τὸν κύκλον τοῦτον, καὶ ἥλιον πρότερον τοῦτον φέρεσθαι.

Zodiacteus, a, um, possessiuus. Martianus. Zodiactea in pliadum numero salutaret.

Zographos, pictor animalium, zographia pictura.

Zona, cingulum, quo cingimur. Mar. Longa satis nūc sum dulci, sed pondere venter. Si tumeat fiam tum tibi zona breuis. Hęc ē Lorum dicitur, et balteus, q̄uis balteus fit ēt, à quo arma depēdent, et cinctus ē cingulū, à cingendo.

Zopyrus, pe. cor. physionomista dictus est, ꝙ profiteretur hominū mores, naturasq; ex corpore, oculis, vultu, fronte se posse pernoscere. Qui cū turpia quędam, et à virtute aliena de Socrate dixisset, ac à multis iccircò derideretur. Non errat (Socrates respondit) Zopyrus. Huiusmodi etiam natura essem, nisi naturam philosophia supasset. Fuit et alius zopyrus, de quo dicere solebat Darius, se zopyrū malle integrum, q̄ viginti capere Babylonas, zopyri enim astu Babylone potitus erat Darius.

Zopissa, apud Ply. viuā picem significat. Vel zopissa pix, quę et nauibus traditur, admixta cęra, et marino sale macerata, multo ad omnia efficacior, q̄ alię pices. Sed proprie resina, ex pinu, q̄uis Dioscorides addit alia etiam significata, cum ait. ζώπισσαν δὲ οἱ μὲν εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ καλουμένη ὑπὸ τινων ἀπόχυμα οὖσαν διὰ χυπινὴν διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι οἱ δὲ τὴν πιτυίνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν.

Zoroanda, lacus, quem, efficit Tigris fluuius, ab vno latere Tauri montis.

Zoroastres ζωροάστρης magię conditor.

Zomos ζωμός latine dr̄ ius, ꝓ brodio, vñ ē zomopoos coquus

Z ANTE Y

Zymen, fermenta, zymes, panis fermentatus. Azymus, ma, mum. sine fermento.

Zythus, quid sit nemo potest dubitare, ex verbis Suidę nostri, qui ita scribit (etiā Dioscorides tractat) ζῦθος οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος.

Zigos, ζυγός latine iugum. Vnde zygia Iuno quasi iugatiua siue iugalis, ab eo ꝙ preest maritali coniugio, cuiq; sunt iugalia vincula curę.

Zygia, à gręcis carpinus arbor appellatur ꝙ est materia fiunt iuga iumentis, quę apud eos zygia vocantur. Est et zygia tibia nuptialis. Apul. Et sonus tibi zygi emittatur.

Zuthū, est cōpositio facta ex Gith, qua vtebant Alexandrini, vt inq̄t Galenus in expositiōe sententiaꝝ Hippocratis.

Laus omnipotenti Deo.

AD CLARISSIMVM, AC SAPIENTISSImum Theologum dominum Magiſtrum Egidium Viterbienſem totius Auguſtiniani gregis Eretarũ paſtorem dignisſimum Ambroſius Calepinus Bergomâs euſdem religionis de obſeruãtia nũcupatę minimus.S.P,D.

QVVM Hominem Senẽ pręſertim,bullam ꝙ dicitur,eſſe nõ ignorarem neq; ingraneſcens ętas colligẽdas iam eſſe ſarcinas admoneret. Dictionum interpretamenta olim quidem à me ędita, proximis vero annis incudi reddita, ẽ aliquanto diligentius amusſitata, collegi, effeciq; vt caſtigatiora et vberiora in manus hominum exire poſſent.Nam de priore ęditionect quę incautius dicta videbantur , ẽt quę neſcio quis peruerſe Sedulitatis corruptor me neſciẽte adiecerat,detraxi,Neq; non plurima quę deinceps vel apud alios inueneram,vel ipſe excogitaueram addidi,fore ſperans vt mihi, ſi non eruditionis,quę perexigua eſt,laboris ſaltem et induſtrię teſtimonium non ingratus lector exhiberet . Hoc vero quicquid eſt operis quamuis et ipſe nomini tuo dicare exoptarem.Idq; ipſum religioſi quotquot Bergomi degunt,collegę noſtri pro ſua,quisq; in te pietate à me certatim contenderent,hęrebam tamen,neq; ingenij tui iudicium pręſertim(vt ſecundus ait)laceſſitum ſubire audebam.Neq; enim ſic toto(vt dici ſolet)coelo errabam, vt non viderem eum eſſe te , quem quaſi Lucillianum illum perſium omnium doctisſimũ metuere etiam eruditi debeant.Quis enim, quęſo vel vnicam oden tuã Egidij Romani laudes continentem legere potuit,vt te ſummum in poëtica non agnoſceret . Quis librum de eccleſię incremẽto à te conſcriptũ, et diuina Pont.Maxi.voce laudatum non admiratur? Quis vero eloquentię tuę fulmina ęquauerit?Quis ad populos te concionantem audiuit, qui nõ voces tuas pauli eſſe tonitrua exiſtimauerit?Quis tuę illius dialecticę ſubtilitatis ceratinas,et ſoritas effugerit?Quẽ porró lateat quantum in his,quę phyſica, quęq; item metaphyſica nominantur,Quantum deniq; in ſacrarum literarum ſtudijs.Semper excelluens?Quid plura, te vnum intelligebam cui nihil non lectum,nihil non intellectum eſſet. Sed bene,ꝙ quem ſumma doctrina formidabilem effinxerat,eundẽ vitę ſanctitas amabilem reddidit.Neq; enim mihi quamuis à te longisſime disſito neſcire permittitur,q̃ bonus commisſi tibi gregis paſtor exiſtas,vt languentes foueas,vt demiſſos erigas,vt ſalubribus medelis,aut venienti morbo occurras, aut eundem ſi forte irroborauerit amoueas.Noſter ordo(quod diu exoptauimus)te authore eſt ĩtegratus, te magr̃o ſibi reſtitutus, te intercedente, ſummis priuilegijs honeſtatus. Quę cum animo voluerem facile percipiebam te qui vniuerſos ita diligeres,ſingulos non contemnere.Hoc deniq; quaſi addita obrepſit audacia,meq; illuc impulit, vt ad te quaſi ad numen aliquod confugerem,et qualeſcunq; vigilias meas tibi dicarem.Quod factum meum boni conſulas obſecro memineriſq; me quaſi nõ poſtremę notę villicũ hac ipſa dicatione rationẽ ocij mei exhibere tibi voluiſſe,quam tu vel vt diligens paterfamilias inſpicere non grauaberis, vel certe, vt bonus paſtor,ne reijculę quidem ouis fętum tibi contemnendum putabis , ſed vmbra potius tui nominis proteges . Quod ſi (vt ſpero)feceris ad ſummum votorum meorum perueniſſe mihi videbor, ac tuo,quaſi colophonio,ſuffragio(vt in veteri verbo eſt)adiutus,non oĩs modo tribus , ſed in ſingulis etiam tribubus puncta omnia tuliſſe me exiſtimabo,nec ętatis tantũ noſtrę oblatratores ſed et celebratum illum veteribus Momum contemnam.Vale pater.R.ẽ congregationem noſtram ac pręſertim Bergomenſem conuentum habe cõmendatisſimũ. Nam et te,vt debent, omnes mirifice amant,ac uenerentur et me decrepitũ iam ſenem,atq; oculis captũ mira pietate complectuntur,Bergomi. Kalendis Octobris.M.D.IX.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V
X Y Z & ꝯ ꝶ. AA BB CC DD EE FF.

Omnes ſeſterniones pręter FF quaternionem.

THVSCVLANI APVD BENACVM
IN ÆDIBVS ALEXANDRI
PAGANINI MENSE
SEPTEMBRI.
M.D.XXII.